Vxor nō pōt dimittere virū adulterātē: q̃uis iuxta dñi doctrinā vir possit dimittere vxorem fornicātem & aliā ducere &c̄.matth.19.a tergo li.6. 44.
¶ Zorobabel ex gratia cyri regis pſaꝝ tēplū hierosolymitanū reedificauit.matth.1.a frō.li.54. 2

FINIS.

¶ Diui hieronymi presbyteri in quattuor euangelia pfatio.cōmentariis tamen eius in matthæum præfixa.

LVRES fuisse qui euangelia scripserunt,& lucas euangelista testatur(dicens.quoniam quidē multi conati sunt ordinare narrationē rerum quæ in nobis cōpletæ sunt sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonē & ministrauerunt ei)& perseuerantia vsq; ad præsens tempus monimenta declarant:quæ a diuersis autoribus ēdita/diuersarū hęresium fuere principia:vt est illud iuxta ęgyptios & thomam & matthiam & bartholomęū,duodecim quoq; apostolorum/& basilidis atq; apellis/ac reliquoꝝ quos enumerare longissimum est. Quum hoc tantum in præsentiarum necesse sit dicere/exitisse quondā qui sine spiritu & gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem q̃ historię texere veritatē. Quib⁹ iure potest illud ptopheticum coaptari.vę qui ptophetāt de corde suo:qui ambulant post spiritū suum:qui dicunt/hęc dicit dns, & dns non misit eos.De quibus & saluator in euangelio ioānis loquitur,oēs qui ante me venerunt/fures fuerunt & latrones. Qui venerūt non qui missi sunt. Ipse enim ait.veniebant & ego non mittebā eos. In venientibus.n.p̃sumptio temeritatis/in missis obsequium seruitutis est. ¶ Ecclesia autē quæ dñi voce super petram fundata est/quā introduxit rex in cubiculum suum/& ad quā per foramen descensionis occultę misit manum suam similis damulę hinnuloq; ceruorū,quattuor volumina paradisi instar eructans/quattuor angulos & annulos habet per quos quasi arca testamenti & custos legis dñi ligneis ſmobilibus vehitur. Primus omnū matthęus est publicanus cognomento leui:qui euāgelium in iudęa hebręo sermone ędidit/ob eoq; vel maxime causam qui in iesum crediderant ex iudęis,& nequaq̃ legis vmbra recedente euangelii veritatem seruabant. Secundus marcus interpres apostoli petri,& alexandrinę ecclesię primus episcopus:qui dñm quidem saluatorē ipse non vidit,sed ea quę audierat magistrum prędicantē iuxta fidem magis gestorū narranit q̃ ordinem. Tertius lucas medicus/natione syrus antiochēnis/cuius laus in euāgelio:qui & ipse discipulus apostoli pauli in achaię bythinięq; partibus volumen cōdidit/quędam altius repetens:& vt ipse in proœmio cōfitetur/audita magis q̃ visa describens. Vltimus ioānes apostolus & euangelista:quē iesus amauit plurimū/qui super pectus dñi recūbens potissima doctrinarū fluenta poranit:& qui solus de cruce meruit audire/ecce mater tua. Is quum esset in asia/& iam tunc hęreticoꝝ semina pullularēt cherinthi & hebionis & cęteroꝝ qui negant christum in carne venisse(quos & ipse in epistola sua antichristos vocat/& apostolus paulus frequenter percutit)coactus est ab oībus pene tunc asię episcopis & multarum ecclesiarū legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere, & ad ipsum(vt ita dicam)dei verbum non tam audaci q̃ fœlici temeritate prorumpere. Et ecclesiastica narrat historia/quum a fratribus cogeretur vt scriberet,ita facturū se respondisse si indicto ieiunio in cōmune omnes deum deprecarētur. Qui expleto,reuelatione saturatus/illud proœmiū e coelo euentes eructauit.in principio erat verbū/& verbum erat apud deum/& deus erat verbū,hoc erat in principio apud deū. ¶ Hęc igit quattuor euangelia multo ante prędicta/ezechielis quoq; volumen p̃bat.in quo prima visio ita cōtexitur.Et in medio ignis similitudo quattuor animalium:& vultus eoꝝ facies hominis & facies leonis/& facies vituli & facies aquilę.Prima hominis facies matthęū significat:qui quasi de homine exorsus est scribere.liber generationis iesu christi filii dauid filii abrahā. Secunda marcum:in quo vox leonis in eremo rugientis audit. vox clamātis in deserto,paratę viam dñi/rectas facite semitas eius. Tertia vitulumque euangelistā lucam a zacharia sacerdote sumpsisse initiū p̃figurat. Quarta ioānem euangelistā:qui assumptis pēnis aglę/ad altiora festinās de verbo dei disputat. ¶ Cętera quę sequunt in eundē sensum p̃ficiunt.Cruta corū recta & pēnati pedes:& quocunq; spiritus ibat/ibant & non reuertebant,& dorsa eoꝝ plena oculis/& scintillæ ac lampades in medio discurrentes/& rota in rota/& in singulis quattuor facies. ¶ Vnde & apocalypsis ioānis post expositionem viginti quattuor seniorū qui tenentes citharas & phialas adorant agnum dei, introducit fulgura arq; tonitrua/& septem spiritus discurrentes/& mare vitreum/& quattuor animalia plena oculis,dicens. Animal primum simile leoni:& secūdum simile vitulo:& tertium simile hominis & quartum simile aquilæ volanti. Et post paululū.plena inquit erant oculis,& requiem non habebant/die ac nocte dicentia.sanctus sanctus sanctus dns deus omnipotens/qui erat & qui est & qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostenditur,quattuor tantum debere euangelia suscipi/& oēs apocryphoꝝ nęnias mortuis magis hereticis q̃ ecclesiasticis viuis canendas.

¶ Vita sancti matthæi,per diuum hieronymum in lib.de eccle.scrip.

Atthęus qui & leui/ex publicano apostolus,primus in iudęa ppter eos qui ex circumcisione crediderant/euangeliū christi hebraicis literis verbisq; cōposuit.Quod quis postea in grecū transtulerit,non satis certum est.Porro ipsum hebraicū habet vsq; hodie in cęsariensi bibliotheca, quā pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoq; a nazarēis qui in beroea vrbe syrię hoc volumine vrunt,describendi facultas fuit. In quo animaduertendū,q; vbicūq; euangelista(sine ex p̃sona sua sine ex p̃sona dñi saluatoris)veteris scripturæ testimoniis vtit,nō sequit. 70.translatoꝝ autoritatē/ sed hebraicā.E qbus illa duo sunt:ex ęgypto vocaui filiū meū.& qm̃ nazareus vocabit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CLEMENTI. VII. PONT. MAX. THOMAS DE VIO CAIETANVS CARDINALIS SANCTI XISTI: FOELICITATEM.

ROmanæ ruinæ pars pater beatissime q̄uis & rerum omnium direptione & personali captiuitate fuerim, magnitudo tamen ocii inde subsecuta in propria patria, uniuersa temperauit. Septem siquidem supra uiginti menses integros priuatam caietæ uitam ducens, cōmentarios in nouum testamentum quos inchoaueram (duobus duntaxat matthæi capitibus prius expositis) perfeci. Fuit autem intentio mea, sensum literalem tantūmodo prosequi. Et quoniam acta apostolorum euangelicam historiam ſm rerum gestarum ordinem imediate sequuntur, idcirco uolumen hoc (beatitudini tuæ dicatum) cōmentariorum nostrorum in quattuor euangelistas, compræhendit etiam acta apostolorum: ut uniuersa historia noui testamenti simul habeatur. Qualiacunq; autem hæc scripta sint, apostolatus tui iudicio subiicio: quemadmodum & mea reliqua. nihil enim in christi ecclesia tutum est quod apostolicæ sedis doctrinæ nō quadrat. Suscipiat igitur benigne beatitudo tua fructū inuirę simulq; ociosæ tam diuturnæ meæ absentiæ: & fœlix ualeat.

Thomae de Vio Caietani

Cardinalis Sancti Xisti / in nouum testamentum iuxta sensum literalem commentarij. & primo in euangelium secundum Matthęum.



OStq̄ diuina fauēte gratia exposuimus psalterium ad literā, intendimus multorū precibus acquiescentes / nouum testamētum etiā ad literā exponere. Et inchoando a matthęo, titulū eius qui apud græcos habet (quem dicitur matthęus ipe apposuisse) notandū duximus: scilicet euāgelium ſm matthęum. ¶ Euangelium græce / significat latine bonā nunciationē. Et vere historia hæc dicit nūciatio: qa nūcii officio fungit. Nec matthęus autorē se sed nunciū ausus est significare. In quo officio implicite cōtinetur q̄ est dei nuncius: dum non explicat a quo inuicta est hæc nunciatio. Et hinc autoritas operis magnificat: dū non ab hoīe sed a deo nuncius venit. Et ꝓpterea non dicit euangelium matthęi, sed ſm matthęum: ne nunciatio a matthęo procedere significet, sed nūciatio a deo prout p matthęū executioni demādata est significetur. ℣ Nunciatio aūt hæc bona dicit / tanq̄ sola sit bona. Et vere sic est. tū ex parte rei nunciatę: quia sola nunciat vera bona / felicitatē integrā continentia. Tum ex parte eorum quibus nūciatur: quia sola est bona omnibus hominibus, cuiuscunq; sexus / conditionis / gradus. Tum ex parte modi: quia sola optimo modo absq; tricis / clare (vt ab omnibus possit intelligi) annunciat.

¶ Aduerte in hoc principio prudens lector q̄ euangelium hoc non fuisse scriptum a matthęo hebraice, constat manifeste ex ipso euangelii textu. nam & in primo capitulo dicit / emmanuel quod interpretatur nobiscū deus. Et in cap. 27. dicit iesum clamasse i cruce / eli eli lammah hazabthani. subiū gēdo / hoc est deus meus deus meus vt quid dereliquisti me! Si hebraice totū euangelium scripsit, in qua quęso lingua ipse matthęus subiunxit hoc est deus meus deus meus &c̄. & cur magis hæc verba hebręa matthęus exposuit in alia lingua q̄ reliqua euangelii si totum est hebręum! Ex hoc igitur q̄ ipsemet matthęus exponit illa sola verba hebręa in græco, conuincitur q̄ matthęus euangelium scripsit græce: & quia illa verba retulit hebraice / ideo subiunxit illa græce. ℣ Nec obstat prędictis q̄ hiero. in li. de viris illustribus dicit matthęum haberi hebręum. nam potuit ex græco in hebręum transferri: sicut & liber contra gentiles thomæ aquinatis translatus est e latino in græcum. & forte matthęus ipse scripsit in vtraq; lingua. Hoc enim certum est ex ratione dicta, euāgelium istud quod habemus / græce a matthęo scriptum esse: quicquid sit de illo hebręo codice. ℣ Siquis autem dixerit adiectitias esse hmōi interpretationes quæ in textu matthęi reperiuntur / & ab interprete græco fuisse adiectas, facile reiicitur. nam q̄ adiectitię sint / nulla autoritate fultum est: q̄ autem de integritate textus sint / omnia volumina tam græca q̄ latina (quæ sola inueniuntur) testantur.

¶ Et quia vulgata editio totius noui testamēti qſq; minus fida est / & nos nō interpretes sed verum textū intēdimus exponere, ideo adhibuimus studiū nſm vt textus corrigeret iudicio pitos: in vtraq; lingua. Quod vbiq; facimus qñ sententię diuersitas esset: vbi aūt cadē est sńa / pertransimus. nisi apud ioānis euāgelii & epistolā ad romanos, pp arduā eni vtriusq; materiā / exactius studuimus correctiōi literę. ℣ Et ne oporteat millies repetere / gręce sic habet, nouerit oēs / mutatiōes fieri apposita sola p̄positiōe p: & supflua aut deficientia significari / supfluit aut deficit. subintelligēdo semp iuxta textū grecū.

CAPVT PRIMVM.



Liber. Scribendi rationem tangit, vt perpetuę seruentur memorię libro commissa. generationis. Non generationum. Singulare est q̄ christus duas generationes habuit. Alterā ſm diuinitatem. de qua esaias. 53. generationem eius quis enarrabit! Alterā ſm humanitatem. quam solam intendit mattheus describere. Et propterea non dixit generationum sed generationis. iesu. Nomen est proprium personę ex hebraica lingua non integre deductum. nam qui hebraice dicitur iesuah / grece vero Ἰησοῦς, latine dicitur iesus. Quod & angelo teste interpretatur saluator. christi. Nomen est dignitatis seu gratię, hebręorum siquidem reges dicuntur hebraice mesię: hoc est christi græce / hoc est vncti latine, ab vnctione olei

seu vnguēti pciosi quo vngebātur:vt patet de primis regibus(dauid/saul & salomone)in historia libri regū.Et vere iesus nasarenus fuit vnctus oleo lętitię prę participibus suis psal.44.& spūsancto & virtute act.10. Et intendit ad literam per hoc declarare ꝙ intendit describere generationem iesu nasareni veri messię a lege & prophetis predicati. **filii dauid.** Hinc explicat ꝙ de generatione carnali iesu christi dicit/liber generationis.nam fm generationem carnalē est filius dauid.Hinc rursum habes euangelistam asserere iesum christum esse filium dauidis.ita ꝙ etiam si sequens genealogia non cōprobatet iesum christum esse filium dauidis,iste textus sufficit ad hoc cōprobandū. **filii abraham** Horum trium duorum patrum meminit:quia ad hos trū facta est de chro repromissio .Ad abrahā quidem.in semine tuo benedicentur omnes gentes, gen.22.Ad dauid vero.iurauit dominus dauid veritatem,de fructu ventris tui &c.psal.132.℣ Et est ordo rectissimus: cōsiderādo ꝙ generatio quę est materia libri/terminat ad filium.& propterea exactissimo ordine dixit/liber generationis iesu christi filii. Et quia filius refert ad patrem,ordinem ascendendi necessario constituit.ascendēdo autem/ prius ad proximum patrem oportuit referri: & mediante proximo patre ad remotiorem seu anteriorem.hoc enim seruatum videmus,dicendo . iesu christi , filii dauid/filii abrahā:hoc est dauidis filii abraham.

¶ Aduerte hic ꝙ verba hæc(liber generationis iesu christi filii dauid filii abraham)prę se ferunt titulum.vel primę partis euangelii huius.ita ꝙ vbi matthęus prępposuerat titulum totius libri dicēdo euangelium fm matthęum/modo proponit titulum primę partis,dicendo liber generationis &c. Vel totius libri materiam explicat in specie,quam prius in genere dixerat euangelii noīe. Ita ꝙ sensus est ꝙ iste est liber generationis iesu christi:hoc est/libri istius materia est generatio iesu christi.i.iesus christus inchoando ab eius generatione qua est filius dauidis/filii abraham . Et hoc ad differentiam aliorū librorum de christo/aliunde chrm tractantium.vt enim sequentia monstrant euāgelia, ioannes scripsit chrm iesum sed a generatione eterna/lucas ab annunciatione precursoris/ marcus a prophetata precursione ioannis baptistę.Ita ꝙ solus matthęus scripsit euangelium iesu christi ab illius fm carnem natiuitate,ex patribus inchoans illius historiam.

¶ **Abrahā genuit isaac.** Solius isaac inter filios abrahę meminit,exclusis ab hac genealogia ismaele & ceteris fratribus:iuxta verbum domini ad abraham gen.21.in isaac vocabitur tibi semen. **Isaac autem genuit iacob.** Et hic quoq; excluditur esau:qui eodem partu congenitus est. Scriptū est enim gen.26.ꝙ maior seruiet minori.& malach.1.iacob dilexi,esau odio habui. **Iacob autē genuit iudā et fratres eius.** Iudas non fuit primogenitus,sed electa fuit eius stirps a deo de qua nasceretur christus:iuxta illud.sed elegit tribum iuda.psal.78.℣ Meminit non solius iudę(qui sufficiebat ad genealogiam)sed etiam fratrū/ad differentiam fratrum isaac non cōmemoratorū in hac genealogia:vt intelligamus hoc ideo factum ab euangelista/quia fratres isaac non erant partes populi dei:fratres autem iudę oēs fuerunt partes populi dei electi in hereditatem. **Judas autem genuit phares et zaram.** Nota prudentiam euangelistę et hic.nam ideo meminit nō solius phares(qui sufficeret ad genealogiam)sed et zarā eodem partu congeniti:vt intelligamus differētiā inter hos eodem partu genitos/& iacob ac esau vnico quoq; partu genitos:ꝙ isti ambo in dei populo permanserūt,illorum autē alter trū.Ita ꝙ sicut describendo fratres iudę reddidit rationem quare exclusit fratres isaac,ita describendo fratrem phares/reddit rōnem quare exclusit fratrē iacob. **de thamar.** Thamar fuit nurus iude.gen.38.Et meminit eius euangelista tum quia peccatrix:vt christū ex peccatrice originem traxisse describat,qui oium peccata venerat aboliturus. Tum vt describat chrm nō horruisse originem ducere ex incestuoso cōcubitu:& inter alias vilitates hanc quoq; ignominiam in genealogia sua elegisse. ℣ **Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autē genuit naasson. Naasson autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de rhachab.** Meminit rhachab cauponę seu tabernarię eadem ratione qua meminit et rhuth:vt scilicet describat chrm nō solum ex sancto genere abrahę sed etiam ex gentilibus non horruisse originē.Rhachab enim fuit cananea.ex hierico,& postea in vxorem ducta a salmon. rhuth autē fuit moabitis,& ducta postea in vxorem a booz.℣ Meminit autem harum duarum/vt omnē gentilium statum comprehendat.nam gentes omnes aut exterminandę aut tolerandę erant.Et exterminandę quidem in rhachab.cananei enim exterminari iussi sunt . Tolerandę vero in rhuth cōtinentur.moabitas enim iussit deus non molestari propter loth/deuter.2. Intendit enim euangelista ex ipsa genealogia aperire ꝙ iesus christus et ex istis traxit originem : qui pro omnium salute incarnatus est. ℣ **Booz autem genuit obed ex rhuth. Obed autē genuit iesse.** ℣ **Jesse autem genuit dauid.** Occurrit hic dubium quo pacto verificatur spatium.300.&.66.annorū a ducatu iosue vsq; ad natiuitatem dauidis in his paucis generationibus.videtur enim impossibile ꝙ iste quattuor personę(salmon/booz/obed & iesse)consūment tantū temporis inter dictos terminos.Tantum autē temporis intercessisse infra dictos terminos,facillime patet consyderanti tempus scriptum .3.reg.6.scilicet ꝙ anno.480.ab egressu ægypti(qui erat annus quartus regni salomonis)fundatum est templum.Tollēdo enim ex hoc numero.40.annos quibus populus fuit in deserto/&.70. annos qbus vixit dauid/&.4.annos regni salomonis,restant.366.anni a trāsitu iordanis vsq; ad natiuitatem dauidis.℣ Dicit ad hoc dubiū ꝙ fuerunt tres noīati booz sibi succedētes: auus/ filius & nepos.& ꝙ euāgelista ptermisit duos eorum.Si hoc dictū inueniretur autoritate aliqua fultum/posset admitti: sed vbi nulla affert autoritas / voluntarie dicit.& eo magis ꝙ i fine libri ruth fit epilogus generationū phares vsq; ad dauidē/& vnus trū noiatur booz.Similiter(qd valde vrget).1. parali.2.referēdo genealogiam phares per esrom vsq; ad dauidem/vnus trū inuenitur booz filius salmon & pater obed . Quapropter impossibile non est ꝙ isti quattuor(scilicet salmon/booz/obed' & iesse)adequent totum predictū tēpus etiam infra dictos terminos.quādoquidē equis portionibus diuidēdo/quilibet vnū cū dimidio annū supra nonaginta vixisset.Et si aliqs eoꝝ minus vixit, alius potuit tāto plus viuere .& sic numerus adimpleret. **regem.** Dauid primus rex in genealogia saluatoris fuit.& ppterea euāgelista descripsit ipsum regē/ **Dauid autē rex genuit salomonē ex ea que fuit vrie.** Meminit mulieris adulterę/ppter quā etiā dauid cōmisit homicidium : ad manifestādum ꝙ ppter illa crimina dauidis/nō omisit deus seruare promissionē factam dauidi de chro.multi.n.putabant ꝙ ppter talia crimina deus mutaret sniam.Cōtra hos euangelista affert genealogiā christi ex illamet muliere quę fuerat adultera/ ppter quā cōmiserat dauid homicidiū:vt ostendat iesum chrm nō solū ex dauide sed et ex illamet fœmina nō horrere originē. ℣ **Salomon autē genuit rhoboam. Rhoboā autē genuit abia. Abia autē genuit asa. Asa autē genuit iosaphat. Josaphat autē genuit ioram.** ℣ **Joram autē genuit hozian.** Iste hozias nec filius nec nepos nec' pnepos sed abnepos fuit iorā:vt patet.4.reg.Hos matthęus ex industria se omisisse iferius manifeste testatur: quū numerū generationū supputabit.Ratio autē quare hos omiserit/est pœna criminis iorā,qui dauidicū semē miscuit ipiissimo semini achab.ita ꝙ in pœnā tāti criminis tollitur memoria eius vsq; ad quartā generationē.Et merito:qa vxor eius nixa' est delere semē regium:vt patet ibidē. Accedit ad hęc/ꝙ contrā fuit tantā esse maledictionē filię achab q̄ erat vxor iorā quāta fuit benedictio iehu qui deleuit domū achab:scilicet vt sicut iehu electus ad delendū domum achab/benedictus est vsq; ad quartā generationē,ita iorā maledictus sit vsq; ad quartā generationem in semine suo ex filia achab. ℣ **Ozias autē genuit ioatham. Joathā autē genuit achaz. Achaz autē genuit ezecian. Ezecias autē genuit manasse. Manasses autē genuit amon. Amō autē genuit iosian.** ℣ **Josias autē genuit iechonian et fratres eius in transmigratione babylonis.** Trāsmigratio babylonis nō est mensura generationis istoꝝ,sed est mēsura genitoꝝ.Est.n.sensus ꝙ genuit iechonian & fratres eius q̄ interfuerūt trāsmigrationi babylonis:seu quoꝝ tpe fuit trāsmigratio babylōis.℣ Et scito nomē trāsmigrationis ab ezechiele appropriatū fuisse prīnę :captiuitati iudę in babylonē:qñ scilicet ioachim rex cū decē millibus ductus est in babylonē:vt patet ezech.1.Et reddit rō noīs qa ioachim velut sponte migrauit in babylonē:qñquidē ex cōsilio hieremię dedidit se.¶ Meminit aūt nō solius iechonię(q sufficiebat ad genealogiā)sed fratrū eius:ad cōmēdandā memoriā iosiæ in multitudine filioꝝ regū.fuit.n.tres iosię filii reges:vt qui nō potuit cōmendari ex successione pnepotū regū/saltem cōmēdet ex multitudine filioꝝ regū.Et hoc directe vt fecisse euāgelista/ad significandū quare sustulerit memoriā ioram in quartā generationē:ostēdēdo quātū illius ipietas meruerit/supplēdoq; memoriā pietatis iosię:dum illi admit & hunc supaddit. **Et post trāsmigrationē babylonis iechonias genuit salathiel.** Iste iechonias nō est illemet iechonias qui genitus est a iosia,sed est filius illius iechonię. Quod cōuincit ex hoc ꝙ iechonias filius iosię occisus est extra portas hierusalē & ibi sepultura asinina sepultus:vt dicit hiere.22.et a iosepho li.x.cap.8.& filius eius et iechonias cognoiatus successit ei in regnū.paucis trū diebus:quia ipm trāstulit nabuchodonosor cū decē millibus in babylonē, cōstituēs sedechiā patruū eius regē.vbi patet ꝙ iste iechonias qui post transmigrationē genuit salathiel est nepos iosię nō filius.Nec euāgelista omisit hāc generationē:sed sufficiēter significauit , dicēdo & post trāsmigrationē iechonias genuit.Satis.n.clare cōstat ex historia libri regū & parali.ꝙ iste genetās post trāsmigrationē nō est ille filius iosię sed nepos.sub aliis trū noībus:qa vterq; appellat ioachī.

¶ Quęstio orit hic quo pacto matthęus chri originē ex iechonia describit:quū scriptū sit hiere.22. de hoc iechonia.hæc dicit dns/scribe virū sterilē:nec.n.erit de semine eius vir q̄ sedeat sup solium dauid.℣ Soluit quęstio:dicēdo ꝙ hieremias loquit ad lram de successore in regno tpali/eo mō quo fuerāt alii reges ex semine dauid.chrs aūt sedit sup solū dauid nō fm regnū temporale(quod est ex hoc mūdo)sed fm regnū vēturi mūdi eterni:iuxta verbū angeli ad beatā virginē.dabit ei dominus deus sedē dauid patris eius,& regnabit in domo iacob in eternū.Vnde ppheta hieremię nō obstat origini chri ex iechonia. **Salathiel autē genuit zorobabel.** Iste zorobabel est ille q̄ reędificauit tēplū ex gratia cyri persarū regis:vt patet.1.esdrę.5.& nō est ille zorobabel cuius meminit primus parali.ca.3.quoniā ille fuit filius nō salathiel sed fratris eius. **Zorobabel autē genuit abiud.** Ab hinc vsq; ad chrm/nullū ex veteri testō habet testimoniū:sed sola matthei autoritate has generatiōes credimus. ℣ **Abiud autē genuit eliacim. Eliacim autē genuit azor. Azor autē genuit sadoc. Sadoc autē genuit achin. Achin autē genuit eliud. Eliud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit matthan,**

Matthan aũt genuit iacob. ¶Iacob aũt genuit ioseph virũ marie. Si quer̃ quare matthęus appellauerit iacob pfem ioseph: quũ lucas.3.ca. dicat heli fuisse pfem ioseph. In prõptu est ratio: qa matthæus pfem naturalẽ/lucas vero pfem legalẽ descripsit. Vnde matthęus dicit genuit/significando ius legale. **de qua natus est ihesus.** Occurrit hic triplex quæstio. Prima est cur euãgelista deduxit generationẽ ad ioseph, quũ ipse non fuerit pater chri. Secũda cur euãgelista non deduxit generationem beatæ virginis ex dauid, de qua vere natus est chs. Tertia & principalis quæstio est quo euãgelista assequi intẽtũ: scilicet mõstrare natiuitatẽ chri ex dauid p hãc genealogiã. ¶ Ad primã qõnẽ dicit q̃ ga iesus nasarenus habebat/vocabat & officio erat filius ioseph (nã legitimũ erat mimonii inter ioseph & mariã: & ipsamet vocabat ioseph patrẽ chri. ecce pater tuus & ego dolẽtes q̃rebamus te luc.2. & ioseph officiũ pris manifeste exercebat) ideo humanũ seruãs morẽ matthęus euãgelista/deducit generationẽ chri ẽm pfnã lineã: vt p hoc satisfaceret iudeis/vocãtibus iesum nasarenũ filiũ dauid eo q̃ hẽbant ipm pro filio ioseph. oportebat enim ignorantes mysteriũ virginei partus nosse q̃ iesus esset ex semine dauid: hoc est q̃ legitimus pr eius esset filius dauid. Si.n. ioseph nõ esset filius dauid, excusationem habuissent iudei nõ credẽdi ipm esse chm: sicut ẽt excusabãt se ex eo q̃ chs dicebat a nasareth galileæ: qa debebat nasci i bethlehẽ ciuitate dauidis. ¶ Ad secundã qõnẽ dicit q̃ sicut ad satisfaciẽdũ humanæ cõsuetudini euangelista descripsit genealogiã chri p ioseph, ita ad satisfaciẽdũ cõsuetudini scripturaꝝ sacraꝝ/nõ deduxit generationẽ chri p viã matris. nõ est. n. cõsuetũ in scriptura/genealogias scribere p fœminas. ¶ At si dicat q̃ poterat euãgelista p masculinã lineã ex dauid deducere generationẽ ioachim patris marię/& concludere barpanther/aũt genuit ioachim patrẽ marię de qua natus est &c̃. sicut modo cõclusit iacob autẽ genuit ioseph virũ marię &c̃. R̃ndet primo q̃ nõ cõstat beatũ virginẽ traxisse originẽ ex dauide p continuã lineã masculinã: qũ ad veritatẽ fidei q̃ beata virgo sit ex semine dauid/nõ oportet q̃ p continuationẽ masculinæ lineę a dauide descenderit. nihil. n. officit veritati si p multas lineas fœmininas hoc fuerit. Et forte hoc insinuat scripta cõsanguinitas beatę mariæ cũ elizabet. quã cõstat fuisse ex filiabus aaron/luc.1. Dicit nihilominus secũdo q̃ si hoc fecisset matthæus, duplex assumpsisset opus. s. genealogiã beatæ virginis texendi/& texẽdi genealogiã ioseph. genealogia siquidẽ ioseph necessario erat describẽda ad satisfaciẽdũ iudeis & humanę cõsuetudini. ¶ Ad tertiã quæstionẽ fausti manichei (quæ est pcipua: vtpote de re ipsa) dicit q̃ matthæus assecutus est intẽtũ. & volut itelligi se assecutũ intẽtũ/ex eo q̃ istã serie generationũ afferre se pposuit in principio in testimoniũ q̃ iesus chs est filius dauid. hinc. n. iplicite significauit q̃ ioseph iure ppinquatus erat vir mariæ: ac p hoc maria & ioseph erãt ex vna & eadẽ stirpe. Ita q̃ deducẽdo originẽ ioseph/declarauit simul idẽtitatẽ stirpis iter ioseph & mariã: ac p hoc chm esse vere natũ ex dauid, & nõ solũ ẽm originẽ legitimi patris. **qui vocatur christus.** Vocari non distinguitur cõtra esse: sed quũ superius dixisset iesum esse christũ (dicẽdo liber generationis iesu chri) mõ adiũgit q̃ etiam vocatur christus. Sic enim cõmuniter appellabatur tempore quo scripsit matthæus/& appellatur.

¶ **Oẽs itaq; generationes ab abrahã vsq; ad dauid/ generationes quattuordecim. ⁊ a dauid vsq; ad trãsmigrationẽ babylonis/generationes quattuordecim. ⁊ a trãsmigratione babylonis vsq; ad christũ generationes quattuordecim.** Hic dicit q̃ sunt quattuordecim generationes ab abrahã vsq; ad dauid: & tñ in rei veritate nõ sunt nisi tredecim. tredecim. n. vicibus tñ scriptũ est genuit: cõstat aũt q̃ cuilibet generationi rndet vnũ genuit. Sunt tñ. 14. psonæ: quarum prima scilicet abrahã nõ numerat vt genita. Vnde sensus est q̃ oẽs psonæ ẽm singulas generationes ab abrahã vsq; ad dauid sunt. 14. Et similiter a dauid vsq; ad transmigrationẽ babylonis (hoc est vsq; ad ioachim filiũ iosiæ) sunt. 14. Et similiter oẽs a trãsmigratione babylõis (hoc est a iechonia seu ioachim nepote iosie) vsq; ad chm iclusiue sunt. 14. Sic. n. supputãdo cessant oẽs ambiguitates: & inuenit clara veritas significata p euãgelistã. ¶ Si queris quare euãgelista distinxit genealogiam chri in istos tres ordines (primũ vsq; ad dauid/secundũ vsq; ad trãsmigrationẽ babylonis/& tertiũ a trãsmigratione vsq; ad chm) in prõptu rõ est hoc factũ esse ad discernendũ ordinẽ regii generis a reliquis. Tota. n. pgenies regũ ex qua chs traxit originem comprehenditur a dauide vsq; ad transmigrationẽ babylonis. Et qñ regũ series media iuenit inter pres ante dauidẽ & inter filios post iechoniã, ideo oportuit inter duos extremos ordines ordinẽ regũ mediũ collocare. Hęc. n. discretio coegit euangelistam ad istos tres ordines. ¶ Et hinc habes quare meminerit trãsmigrationis babylonis. & similiter quare noluerit danidẽ regem. ¶ Curauit quoq; euangelista in quolibet ordine declarare numerum: ne quisq̃ putaret ipsum ex oblitione aliquid reliquisse: sed q̃ quicquid omisit/ex industria omisit. & ne cuilibet libera esset licentia addendi.

¶ **Christi aũt generatio.** Deficit iesu. Legendum est. **iesu christi aũt generatio sic erat.** Dixerat de qua natus est iesus: intendit nũc declarare modũ quo de illa natus est iesus, dicẽdo sic erat. **Cum esset desponsata mater iesu maria ioseph.** Nõ spõsalibus de futuro, sed per verba de præsenti. Ita q̃ iam erat legitima coniux: imo sic conuersabat cum ioseph q̃ licite absq; vlla nota potuissent si vo-

luissent cõsummasse mimonium. Quod patet ex eo q̃ aliter nõ fuisset cõsultũ famæ beatæ virginis/ipa apparente vtero grauida. ¶ Et hæc eadẽ est rõ ad lram quare beata virgo fuit cõiugata: vt scilicet consuleret famæ eius. puella enim non coniugata inuenta grauida/infamis est. Ex parte quoq; prolis (scilicet iesu chri) oportuit ad literam beatam virginẽ esse coniugatã: ne iesus spurius haberet. Nec deest quoq; tertia ratio literalis ex parte opportunoꝝ obsequioꝝ ad fugã in ægyptum: quæ p ioseph exhibenda erant. **anteqũ conuenirent.** procul dubio ad consummationem mimonii. Sed orit hic quæstio: qa hinc apparet q̃ postea cõsummauerint mimoniũ. modus. n. iste loquẽdi (scilicet anteqũ conuenirẽt) nõ consuevit dici nisi de cõsueturis qñq;. nã de eo qui nunq̃ est pransurus/nõ dicimus anteqũ prãderet. & sic de filiis. ¶ Ad hoc fomentũ erroris heluidii (qui nõ est veritus dicere beatã virginẽ & ioseph cõsummasse mimoniũ post natiuitatẽ chri) rndet q̃ nec veritas nec modus loquendi hũc errorẽ inducit. Veritati siquidẽ textus sufficit negatio cõsummati mimonii tẽpore quo beata maria inuẽta est grauida. hoc. n. est qd̃ intẽdit euãgelista explicare. Modus aũt loquendi cõgrue seruatur sine subsecuta postmodũ cõsummatione mimonii. nã hoc loq̃ndi mõ/ vtimur nõ solũ qñ postea subsequit opus, sed ẽt ad denotandũ dispõnem/vel ẽt ad denotãdum tẽpus. Dicimus. n. de aliquo q̃ anteq̃ in portu prãderet nauigauit. vbi nõ significat q̃ pransus est in portu postq̃ nauigauit: sed q̃ disposuerat in portu prãdere. Similiter dicimus de eo q tẽpore dormitiõis iter arripuit/q̃ anteq̃ dormiret accepit fugã. vbi non significat q̃ postea dormierit: sed tẽpus dormitionis fuisse tẽpus fugæ. ¶ Sic. n. in ppositu euãgelista significat q̃ tpe cõsummãdi mimonii inuenta est beata maria grauida: et similiter q̃ quũ esset dispositio ad cõsummandũ mimonium/inuenta est grauida. Et intellige tã tẽpus q̃ dispositionẽ in hoc q̃ erant legitimi coniuges/simul cõuersantes: ita q̃ licite & sine omni nota potuissent (vt dictũ est) consũmare mimoniũ. Hoc enĩ tẽpus hmõi & dispositio sufficit ad verificandũ modũ loquendi anteq̃ conuenirẽt: & nõ oportet q̃ postea subsecutũ fuerit opus conuẽtionis. ¶ Et hæc ad ppositũ dicunt. nã absolute ẽt verificatur q̃ iudices anteq̃ cognoscerẽt cãm dãnauerũt. N. & tñ nõ postea examinarunt. Et medicus anteq̃ cognosceret egritudinẽ dedit medicinã & occidit illũ: & tñ nec postea cognouit egritudinẽ. **inuenta est.** procul dubio a ioseph familiariter cum ea conuersante. vidit. n. vterũ eius tumentẽ. Et videt hoc ad lram fuisse post tres menses a conceptione chri, qñ beata virgo reuersa est a domo zachariæ pris ioannis baptistæ. vterus. n. prægnãtis/post tres mẽses manifeste apparet. **¶ in vtero habẽs de spiritu sancto. ¶ Ioseph aũt vir eius quũ esset iustus.** Scriptũ est. n. prouer. 18. qui tenet adulterã/stultus est & insipiẽs. **⁊ nollet eã traducere, voluit occulte dimittere eã.** Dictio interpretata traducere/ppriẽ significat exẽplificare: hoc est facere illam exẽplũ aliis. Quod est vituparе ipsam/accusando eã adulterii. fic. n. spectaculũ & exẽplũ fecisset ipam. Significat. n. tãta iustitia ioseph (vt iustitia est nomen vere rectitudinis animi) vt duo vellet: scilicet & cõsulere sibi ne cohabitaret adulterę, & cõsulere cõiugi ne vituparet eã. propterea. n. elegit mediũ dimittẽdi eã occulte: hoc est recedere nihil dicẽdo q̃ coniux sua esset grauida ex adulterio. existimãdi nãq; eã adulterã habebat violentã rõnem: videndo eã grauidã/& sciendo q̃ ipse non cognouisset eam. **Hęc aũt eo cogitante.** Tẽpus congruũ ac necessariũ diuinę instructionis tangit. Ante illud siquidẽ tẽpus nõ oportuit ioseph instrui: nec ante illud tẽpus dispõsita erat mens eius ad percipiẽdã angelicã instructionẽ/qñ nihil de vtero cõiugis cogitabat. sed tũc iminebat piculũ dimissionis/& ius iustus sẽtis cogitationibus fluctuãs pparabat ad diuinũ lumẽ suscipiendũ: sicut aius nabuchodonosor cogitãs qd post se futurũ esset, pparatus est ad susceptiendũ somniũ/futurorũ pfagiũ: vt dicit̃ dane. 2. **ecce angelus domini in somnis apparuit illi/dicẽs.** Testat euãgelista q̃ in prõptu opportune angelus domini apparuit ioseph in somnis. Et intellige per apparere/q̃ apparuit sic q̃ manifestauit se esse angelũ domini. nisi. n. ioseph fuisset certificatus q̃ esset angelus domini/verbis eius certã fidẽ nõ dedisset. ¶ Si qrit quare beatę virgini angelus apparuit in vigilia/ioseph aũt in somnis. in prõptu ratio est dfiæ ex differenti perfectione eoꝝ. Iste. n. iustus/illa describitur plena gratiæ. ¶ Vel hæc apparitio in somnis/pstare videt aut equalere oĩbus apparitionibus angeloꝝ in veteri testõ: qñ hęc fuit cũ tanta claritate mẽtis q̃ nulla interuenit hęsitatio. In apparitionibus. n. factis abrahę ad iliceẽ mambrę/iacob/iosue/& ceteris, imo ẽt in apparitione facta zachariæ patri ioãnis baptistę interuenit ignoratio aut hęsitatio. **Ioseph fili dauid.** Quia de natiuitate marię tandiu expectati & promissi ex semine dauid instruere eũ volebat, ideo eum appellat fili dauid: reuocando ad mentẽ eius per hoc promissionẽ factam dauidi. **noli timere accipere mariã.** Timor respectu mali est: ac per hoc aperit angelus q̃ ioseph timebat offendere deum si acciperet adulteram: quia quasi patronus adulterii efficeretur. **coniugem tuã.** Hinc apparet q̃ ita erat desponsata q̃ erat coniux. erat enim inter eos verũ coniugium: qa erat vera copula coniugalis. ¶ At si speculatiue obiicit quo cum veritate coniugii stat continua virginitas mẽtis in beata virgine: quum vxor ptãtem corporis sui cõiugi tradiderit. Respondetur q̃ consensus in copulã coniugalem non cõtrariat virginitati mentali: qñ non est consensus in futurũ actũ copulę carnalis, sed est cõsensus in potentiã. Copula enim coniugalis potentiam significat ad copulã carnalem. potentia siquidem tantũ distat ab actu, vt quod est aliquid in

potentia non sit illud: qui.n.est rex in potentia nō est rex. **Quod enim in ea natum est.** Nota natū in eaqū opus naturę significat. Et cōfutat errorem valentini: dicentis chm corpus cœleste habuisse, & per vterū beatæ virginis quasi per fistulā trāisse. Excludit siquidem hoc: dicente angelo / qđ in ea natū est. nō.n.nascit nisi opere naturali. ℣ In ea, in vtero eius. Et hinc habes distinctionē illā inter natiuitatē in vtero & natiuitatē ex vtero. natiuitas siquidem in vtero hic significatur. ℂ Et aperte naturale opus maternū aperit: colligendo qđ prius dixerat / quū esset desponsata mater eius, & qđ statim subiungit / pariet filiū. Ex eo.n. q hic dicit in ea natum est / & eā vocat matrē eius qđ in ea natum est / & q pariet filiū, manifestissime significat naturale opus maternū ītra viscera beatę virginis intercessisse quo est mater & pariet filiū. Quæ ideo sint notata vt naturalē mfem chri beatam mariā intelligamus sicut reliquę matres sunt naturales mfes suoꝝ filioꝝ: hoc solo dempto q non ex virili semine cōcepit. Quod angelus statim subdit. **De spiritu sancto est.** Directe respondet angelus cogitationi ioseph prēsupponentis adulteriū: excludendo hoc & dicēdo q non ex virili semine sed ex spiritusancto natū est in vtero beatę virginis. id qđ natū est in ea: hoc est q spūssanctus vice seminis virilis in hac natiuitate functus est. Nec ꝓpterea spūssanctus pater est chri: sicut nec semen virile pater est eius qui cōcipit. ℣ Vbi nota vtrunq; dictū: scilicet & qđ naturę & qđ miraculi fuit. Dicēdo.n. qđ in ea natū est / opus naturę significauit: dicēdo aūt de spiritusancto est / opus miraculi manifestauit. Et vere conceptio illa fuit naturalis quo ad maternū opus: miraculosa aūt quo ad exclusionē paterni operis / & quo ad opus spūssancti. **Pariet aūt filiū.** Nō emittet qđ in ea natum est qualitercūq; sed pariet / naturali opere mfno per genitalia mēbra generabit filiū masculum. **ꝛ vocabis nomē eius iesum.** Fungeris tu officio patris in appellatione nois. Et reddit nois rōnem. **ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eoꝝ.** In quo angelus instruit ipsum de officio chri in primo aduentu: q scilicet venit ad saluandū alas a pēis. ℣ Et implicite chri diuinitatē insinuat: qm̄ dei proprium est dimittere peccata. Nō.n. dixit / saluabit ppl'm suū ne peccent, sed a peccatis eoꝝ: hoc est a pēis q habent. quod est cōdonare pēta. ℣ Significāter quoq; dixit populum suū: vt ioseph instructus ex lege q messias redēpturus esset israel, intelligeret filiū hūc nascitur / habiturę sub se populum. q̄uis non explicauerit quo. **Hoc aūt totū factū est vt adimpleretur quod dictū est a domino p ꝓphetā dicentē.** Debebat euāgelista subiungere statim obediētiā ioseph: sed distulit illā / interponendo vaticinium esaię. vt lectores instrueret de mysteriis ab angelo reuelatis: q non fuerūt nūc primū reuelata sed olim eadem fuerūt a dño per esaiā ꝓphetā p̄dicta. **Ecce virgo in vtero habebit ꝛ pariet filiū.** Aduerte hic q vt græcus testat textus / matthęus euāgelista aperuit sensum esaiæ ca. 7. ecce alma: dicendo ecce virgo in vtero habebit &c. **ꝛ vocabitur.** pro. **vocabūt / nomē eius emmanuel.** Angelus dixit / qđ.n. in ea natū est de spūsancto est pariet aūt filium: ꝓpheta dicit ecce virgo in vtero habebit & pariet filium. Et vbi angelus dixit / & vocabis nomen eius iesum ipse.n. saluum faciet populum suū a pēis eoꝝ. ꝓpheta dicit / & vocabūt nomē eius emmanuel. Angelus.n. nomen eum nois rōne attulit: ꝓpheta vero rē tm̄. Nō.n. intēdit q appellandus esset emmanuel: sed q res significata p emmanuel attribuēda esset ei / q cognoscēdus esset fm rē significatam p emmanuel. Quod euangelista declarat subiungēdo. **quod est interptatū.** pro. **quod interptatur / nobiscū deus.** In quo nō minus significaē diuinitas huius filii q̄ significata fuerit per hoc q saluum faciet populum suum a peccatis eoꝝ: imo hic filius est nobiscum deus / in hoc q saluum facit populum suum a peccatis eorum. ℣ Hic est primus locus ex quo apparet matthęum non scripsisse hebraice: dū hebraicū nomen interpretatur in alia lingua: vt prius dictum est. ℣ **Exurgēs aūt ioseph a somno / fecit sicut ꝑcepit ei angelus domini.** Obediētia ioseph describitur sine mora. **ꝛ accepit.** ad ꝓpetuā conuersationem. **cōiugē suā.** quā a sua conuersatione cogitauerat dimittere. **Et nō cognoscebat eā donec peperit.** Oritur hic ex aduerbio donec quęstio ad fomentū erroris heluidii. Ex eo.n. q euangelista dicit q ioseph nō cognoscebat (proculdubio cognitione copulę carnalis) coniugem suā donec peperit filiū, videtur q postq̄ peperit cognouerit eā. ℣ Sed hæc obiectio vana monstrāē & commincitur ex eo q ista verba significāt quidem negationem coitus vsq; ad partum, sed nō propterea significāt affirmationem coitus post partum. Fatemur ingenue q hæc verba non significant affirmationem aut negationem copulę carnalis post partū: quia euangelistę solicitudo fuit ad monstrandum christum non solum natū in virgine sed etiam virginem peperisse christum. Hæc enim duo cadere poterant sub dubio: quoniam ambo supra naturæ vires sunt / & valde admiranda. Reliquum dimisit intelligentiæ nostræ: qui nisi desipiamus / intelligere tenemur q cognitis & visis tot mysteriis a ioseph & maria / nec etiam cogitauerunt de carnali inter se copula. ℣ Nec imprudentiæ arguendus est euangelista tanq̄ imprudenter scripserit / dicendo non cognoscebat eam donec peperit. nisi etiam imprudentiæ arguas dauidem prophetam / scribētem dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Constat enim q non minus sedebit a dextris dei messias postq̄ positi fuerunt inimici sub pedibus eius: & tamē dicit / sede a dextris meis donec ponā. Simili enim mō dicit euāgelista / & nō cognoscebat eam donec peperit: relinquēs pro indubitato

q multo minus cognoscebat eam postq̄ peperit. ℣ At si contenderis q non debuit matthęus hanc ansam hęreticis relinquere, pondera officium matthęi. Nam assumpsit prouinciam scribendi generationem christi: nō vitam beatę marię. Incœpit enim liber generationis iesu christi. & rursus / christi generatio sic erat. Perfecte aūt narrauit generationem christi ex parte matris / explicando q ex virgine conceptus est de spiritusancto / & q virgo ipsum pepert. reliquum tanq̄ impertinens suo officio tacuit. **filium suum primogenitum.** Non post quem alius fuerit genitus, sed ante quem nullus est ab ea genitus. In hoc enim sensu tam in sacris scripturis q̄ in communi vsu vocatur & est primogenitus: alioquin iura primogeniti non haberent locū in vnigenito. **ꝛ vocauit nomen eius iesum.** Hoc fuit adimpletum octauo die quando circumcisus est puer. ℣ Aduerte hic q omnes euangelistę ideo vtuntur nomine iesu scribentes gesta christi, quia iesus est nomen proprium personæ: & consueuerunt scriptores historiarum vti nomine proprio personæ de qua loquuntur.

CAPVT .II.

Cum ergo natus esset iesus. Continuat euangelista natiuitati christi aduentum magorum / omissa circūcisione. quam implicite significauerat in fine precedentis capituli, dicendo q ioseph vocauit nomen eius iesum: impositio enim nominis fiebat in die circūcisionis. **in bethlehē iudę.** pro. **iudęę.** Locus natiuitatis christi describitur bethlehē, alio nomine ephrata. Et qa fuerūt duę ciuitates nomine bethlehem (altera in tribu zabulon: vt patet iosue. 19. altera in tribu iudę: de qua ortus est dauid. & de hac est sermo) ideo additur iudee: id est in sorte tribus iudę quæ vocatur iudęa. ℂ Et aduerte q dominus iesus voluit nasci in bethlehem ad literam quia erat ciuitas dauid / & nō in sion quæ vocabatur ciuitas dauid: vt ex electo loco natiuitatis inciperet assumere vilitates nostras: eligendo nasci in vili terra & non in nobili, qualis erat sion illustrior pars hierosolymę. **in diebus herodis regis.** Secūdum historias christus natus est anno 42. imperii augusti cæsaris: qui erat annus. 34. vel circiter regni herodis. Sed matthęus non dixit in diebus cæsaris augusti sed in diebus herodis regis: quia historia aduentus magorum cum inde subsecutis / ex herode non ex cæsare augusto pendebat. herodes enim non augustus inquisiuit de loco natiuitatis christi / direxit magos in bethlehem / occidit innocētes / fugauit christum in egyptum. Fuit autem fm historias herodes hic idumęus, circūcisus tamen ob amorem vxoris. Et appellatur simpliciter herodes rex, quia fuit primus rex inter herodes / & fuit primus rex iudęorum coronatus a romanis. fuit enim senatusconsulto decretus rex romę: gubernantibus mundum cæsare augusto & antonio, præsentibus tūc in illius creatione. Et est iste qui ab alijs vocatur magnus herodes: vocatur etiā herodes ascalonita. **ecce magi.** Nota continuationem / quum natus esset ecce magi: vt intelligas statim post natiuitatem christi venisse magos. Quod etiā conuincitur ex eo q magi inuenerūt christum in bethlehem. nam cōstat quadragesimo die præsentatum fuisse hierosolymis in templo / & postea in egyptum delatum. Et si rationabiliter supputabimus tempus, decimo forte die a natiuitate christi magi venerunt hierosolymam. rationabile siquidem est q duo ad minus dies effluxerint scisitante herode vbi christus nasceretur & tempus stellę: vt sic tertiodecimo die magi peruenerint ad christum in bethlehem. ℂ Magus dictio persica dicitur, nō latina / græca aut hebręa. Et idem significat quod apud græcos philosophus / apud latinos sapiens / apud indos gymnosophista. vnde ex ipsa dictione significatur q viri isti fuerunt persę: hoc est sapientes persarum. Si enim euangelista dixisset ecce gymnosophistę, proculdubio intelligeremus q fuerūt sapientes indorum. vnde ex quo dixit ecce magi / intelligendum est q fuerunt sapientes persarum. Nec apparet difficile q decem dietis camelorum / ab oriente venerint hierosolymam: quum cameli dicta vna equiualeat dictis tribus equi, vt dicitur. ℣ Et quia pluraliter dicitur magi / constat q ad minus fuerunt duo. cōmuniter tamen creditur q fuerint tres quantum ex euangelica litera habetur sapientes seu philosophi. **ab oriente venerunt.** Satis quadrat dictioni magi q venerint ab oriente: quoniam persia in oriente est. Et quia ter in hac historia euangelista repetit illam regionem / vocando eam oriente (nam & inferius dicit / vidimus stellam eius in oriente. & rursus / & ecce stella quam viderant in oriente) insinuare immo significare aperte videtur q terra vnde isti venerunt sit in oriente non solum respectiue ad hierusalem sed ad vniuersam terram habitabilem. proprerea enim toties repetit simpliciter & absolute ab oriente. in tali siquidem situ est persia. **hierosolymam.** Humana vsi ratione magi regem iudęorum nouiter natum quęrunt in ciuitate regia simul & diuina / propter templū domini ibidem. **dicentes. vbi est qui natus est rex iudęoꝝ? vidimus enim stellam eius in oriente: ꝛ venimus adorare eū.** Vnum quęrunt & tria affirmant. Quęrunt enim specialem locum in quo manet christus natus, dicendo vbi est. Affirmant primo natum esse regem iudęorum: dicendo qui natus est rex iudęorum. Et loquuntur de iudęorum rege tam expectato & a prophetis prædicto. Affirmant secundo modū quo sciunt natum esse iudęorum regem: dicendo vidimus stellam eius in oriente. Affirmant tertio quorsum inquirunt: dicendo & venimus adorare eum. ℣ Vbi scito q venimus præteriti est temporis: vt textus græcus testatur. Ac si aperte dicant. Ad hoc q̄rimus vt adoremus eum: quia ad hoc venimus.

Et rursus tam certi sumus ex stella ꝙ natus est rex iudeorum/ ꝙ venimus nos qui sapientes habemur & vocamur adorare eum. ¶ Aduerte hic ꝙ stella ista ex iis quæ euangelica tradit historia/ non erat stella aliqua cœlestis,sed erat similitudo quædam stellę.erat enim mixtum quoddam ex elemẽtis pluribus & precipue igni/ simile stellę,non in cœlo existens sed in aere prope nos:vt patet ex eo ꝙ mouebatur quasi motu progressiuo/antecedendo magos ab hierusalem vsq; ad diuersorium in quo erat christus,supra illam domum firmiter stans.huiusmodi enim motus & quies ad demonstrandum domunculam illam,conuincunt ꝙ in aere erat tam vicino ꝙ demonstraret illam paruam domunculam/ita ꝙ non alium demonstrabat locum.

¶ Sed est hic quæstio difficilis/quomodo verificatur vidimus stellam eius. Qz enim viderint oculis corporeis stellam/clare intelligimus: sed ꝙ viderint stellam eius/ valde difficile est intelligere. & tanto difficilius/quanto stella illa non solum monstrauit regem iudeorũ(& propterea dicitur stella eius)sed etiam monstrauit tempus natiuitatis eius.Quod ex hoc patet ꝙ magi ad manifestandũ iudeis ꝙ natus est rex iudeorum/dixerunt vidimus enim stellam eius in oriente, nisi enim ex stella didicissent christum natum,non potuissent ex visione stellę affirmate natum esse regem iudeorum. Et ratio difficultatis est:quia non apparet modus quo stella illa in oriente existens monstrauerit christum natum. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis tria declarari oportet.primum est quæ sit res mõstrata per stellam'. secundum quis fuit modus monstrandi rem illam. tertium quis fuit modus quo magi perceperunt stellam illam monstrare christum natum. ¶ Circa primum in dubium vertitur an stella illa monstraret christum iam natum/an monstraret christum nasciturum post tot menses seu annum.Sed verba magorum prę se ferunt ꝙ stella illa monstrauit christum natum. nam ipsi dixerũt vbi est qui natus est.& ad hoc manifestandum adduxerunt cœleste testimonium/quia vidimus stellã eius.Perspicaciter siqdẽ cõsiderando verba magoꝝ quorsum tendant,apparet ꝙ directe tendunt ad testificandum christum natum.Prophetę enim prędixerant regem iudeorum nasciturum:& hoc vniuersi indei credebant. Vnde magi non adduxerunt stellam pro testimonio regis iudeorum absolute aut nasciturj,sed regis iudeorum nati.Et si stella monstrasset regem iudeorum nõ natum sed nasciturum,dixissent magi.vidimus stellam eius in oriente tot mensibus ante/& supputatis mensibus iam debet esse natus. Quod non dixerunt:sed asseuerarunt ipsum natum ex eo ꝙ viderant stellam eius/absq; supputatione aliqua temporum.Concludendum est ergo ꝙ stella demonstrauit christum natum.Quod etiam tanto magis rationi consonat/ quanto minus multiplicantur miracula.monstrare enim christum natum est simplex miraculum:monstrare autem christum nasciturum tali certo die/multiplicat miracula:quæ non habemus ex scriptura. ¶ Circa secundum de modo demõstrãdi/ duplex modus intelligi potest.Alter per modum imaginis.tanq̃ in stella illa apparuerit velut pictus christus natus.Sed si sic fuisset, non dixissent magi vidimus stellam eius:sed dixissent vidimus stellam cum imagine eius.non enim omisissent imaginem,quæ erat expressio apparentis stellę. vnde hoc extraneum ab euangelica apparet historia, & voluntarie dicit. Alter modus est ꝙ ortus stellę monstrauit ortum christi:hoc est ꝙ ex hocipso ꝙ stella illa apparuit, tempus apparitionis fuit signum temporis natiuitatis christi.Et hic modus consonat verbis magorum:& subsecutis quæ referuntur in euangelio.Consonat in primis verbis magorũ,non aliud testimonium afferentiũ christi nati nisi stellam eius visam.hoc enim significat visionem stellę (hoc est apparitionem ipsius)signũ fuisse christi nati.Cõsonat deinde subsecutę inuestigationi quam fecit herodes de tempore stellæ.Significanter enim euangelista dicit ꝙ diligenter didicit a magis tempus stellę.hoc enim ad hoc spectat ꝙ tempus apparitionis stellę fuerat tempus natiuitatis christi.tam diligens siquidem inuestigatio temporis stellę/testatur ꝙ magi dixerant tempus natiuitatis christi fuisse tempus apparitionis stellę.Consonat tertio/modo quo stella demonstrauit locũ in quo christus est adoratus a magis.Describit enim euãgelista ꝙ stella motu suo ducatũ pbuit magis ab hierusalẽ vsq; ad domũ in qua erat christus:& ꝙ quiescendo supra domũ in qua erat christus/monstrauit magis illic christum esse. Hinc enim sm rectam rationem intelligimus ꝙ eadẽ stella sicut monstrauit locũ/proportionali modo mõstrauerat tẽpus:ac per hoc sicut quiescendo in loco supra domum monstrauit locũ vbi erat christus, ita tempore ortus sui monstrauit tempus ortus christi.Sic enim omnia quadrant:vt tẽpus fuerit signum tẽporis & locus loci.Vnde concludendũ est ꝙ stella illa tanq̃ cœleste testimoniũ suo ortu mõstrauit ortum christi. ¶ Circa tertiũ(quomodo scilicet magi cognouerunt ortũ illius stellę esse signũ ortus christi)in dubiũ non vertitur ꝙ hoc cognouerint ex diuina reuelatione:quũ constet ꝙ aliter non potuisset hoc cognosci.sed dubitatur an diuina reuelatio fuerit antiqua/an noua ipsis magis facta.Et quidẽ ꝙ non noua sed antiqua fuerit/insinuãt verba magorũ:attestatur & ratio. Verba qdẽ magorũ:qm̃ nõ dicũt vidimus stellã q̃ndã nouã i aere/& fuit nobis reuelatũ ꝙ esset iudex regis iudeoꝝ nati:sed solũ actũ videdi stellã pferũt,dicẽdo vidimus stellã eius.Hęc siqdẽ verba significant in ipsis magis solũ actũ videdi stellã idubie indicẽ christi nati.Sicut.n.dicendo vidimus vexillũ eius/ significamus i nobis solũ actũ videdi vexillũ idubitatũ eius,ita dicẽdo vidimus stellã eius/significãt in seipsis

solum actũ videndi indubitatã stellã eius ex antiqua reuelatione. Rõni quoq; valde consentaneũ est vt antiq̃ fuerit reuelatio de ortu istius stellę.nã si magi seipsos p autoritate attulissent ꝙ ipsi viderũt/ ꝙ ipsis fuit reuelatũ,derisi forte fuissent/& in iocũ deducta eoꝝ verba:vel saltẽ non fuisset tã vehemẽter cõmotus herodes vt inde procederet ad tantã innocentũ cladẽ. Sed vbi autoritas patrũ ab annis mille obseruata de ortu futuro istius stellę plata est/ cũ euentu subsecuto ꝙ corporeis oculis vidimus stellã expectatã tanto tpe ad indicandũ chm̃ natũ/& inde mori sumus ita ꝙ venimus adorare eũ,rõnabilẽ habuit herodes cãm credẽdi ortũ esse regẽ iudeorũ. Incertũ est aũt cui seu qbus & qñ fuerit facta ista reuelatio de ortu ipsius stellæ.nihil nanq; in sacra scriptura de hoc hr̃. Illud.n. qđ legit nu.24. dictũ a balaã/oriet stella ex iacob (vel sm interpretes ex hebreo/incessit stella ex iacob) assimilat messiã stellę.& nõ significat ortũ stellę ad indicãdũ natiuitatẽ eius:vt patet ex eo ꝙ stellã dicit ex iacob oriturum seu incessurã.Põt tñ fuisse ꝙ traditiones balaã alio seu clariori modo haberent apud istos/aperte significãtes ꝙ oriet stella ad indicãdũ natiuitatẽ messię.Potuit quoq; talis traditio fuisse a iob,qui manifeste cognouit mysteriũ messię. & fuit princeps orietalis: vt patet iob.1.Sed siue a balaã siue a iob siue a sybilla aliqua siue a quocũq; alio,credendũ est hmõi antiquã traditionẽ fuisse ꝙ oriretur noua stella/ nulla ex cœlestibus stellis in natiuitate messię.Et sic magi sequaces hmõi antiquę traditiõis, videntes nouã stellam cognouerũt chm̃ natũ. **Audiens autem herodes rex turbatus est.** Idumęus erat. & propterea audita natiuitate regis tã desiderati a iudeis/timuit perdere proprũ regnum. **et omnis hierosolyma cum illo.** Turbatur omnis hierosolyma (quę debuisset lętari) timore forte romanorum ne ex hac occasione opprimerentur:vel applaudens herodi. Propter quod forte euangelista addidit cum illo:significans ꝙ imitando herodem omnis hierosolyma turbata est. Cum veritate tamẽ horum verborum stat ꝙ multi vir iusti lętati fuerint: quoniam omnis hierosolyma non comprehendit singulos sigillatim,sed populum in cõmuni. **Et congregans omnes principes sacerdotum/z scribas.** hoc est viros doctos. **populi, sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur.** Non quærit herodes locum vbi christus natus est(quia dixissent sacerdotes & scribę nescimus) sed quęrit vbi debet nasci sm prophetiam.Hoc enim significat vbi nasceretur. **At illi dixerunt ei. in bethlehem iudę.** pro. **iudee. Sic enim scriptum est per prophetam.** Micheã.5. cap. **Et tu bethlehem terra iuda nequaq̃ minima es in principibus iuda. ex te.n. exiet dux qui reget populum meum israel.** In michea quantum ad sententiam intentã de loco natiuitatis christi habentur hęc, sed aliis verbis.Nam ibi dicitur.& tu bethlehem ephrata paruulus es vt sis in milibus iuda: ex te mihi egredietur vt sit dominator israel. ¶ Vbi etiam aduerte ꝙ in textu greco habetur illud pronomen mihi in hoc euangelio.& defectu forte scriptorum apud latinos codices legitur/ex te exiet dux.Deberet.n. legi/ex te exiet mihi dux. Est itaq; sensus autoritatis ꝙphetę vt refert inducta a scribis & sacerdotibus/ꝙ bethlehẽ nõ est minima inter principes(hoc est in producẽdo principes seu duces tribus iudæ)qm̃ ex ipsa egredietur ille maximus dux qui reget populum israel. **Tunc herodes clam vocatis magis/ diligenter didicit.** pro. **cognouit/ab eis tempus stellę que apparuit eis. z mittens illos in bethlehem dixit ite z interrogate diligenter de puero.** Aduerte ꝙ in tota hac historia vbi textus latinus nominat iesum puerum/textus græcus nominat ipsum puerulum. **z quum inueneritis renunciate mihi:vt ego veniens adorem eum.** Fallacem animum manifestat subsecutum factum. Vbi considera diuino nutu actum esse vt herodes confideret in simplicitate magorum/& crederet eos ad se reuersuros: vt sic neminem daret eis comitem aut exploratorem. forte ne se suspectum redderet. ¶ **Qui quum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente.** Et non dicit quæ antecesserat eos vsq; ad loca vicina hierusalem, sed solum quam viderant in oriente: hoc est quam ipsi in oriente positi viderant.Hinc enim insinuatur ꝙ non nisi in oriente illam viderant. **antecedebat eos.** Hinc clare apparet ꝙ tam vicina erat eis vt motus eius similis esset motui eorum. **vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer.** pro. **puerulus.** Tam prope quieuit vt discrete monstraret locum illum/Et hoc ad tollendum solicitudinem inquirendi & interrogandi.& rursus ad tollendum aliorum notitiam,qui potuissent referre herodi.Quiescendo.n.supra locum illum,suo modo loquebatur.ecce hic est quem natum testata sum. **Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde.z intrantes domum.** stabulum vel diuersorium. Diuino siquidem consilio actum est vt inueniretur ibi a magis:vt nullus remaneret restis in bethlehem ꝙ in tali priuata domo magi fuerunt. Incertum est.n. an mattheus prędepium appellet domum/an forte cessauerit multitudo hospitũ in illa domo diuersoria:& sic beata virgo ex prędepio/hospitata fuerit i domo diuersoria,in qua nõ fuerat illi locus quũ pepit iesum. **inuenerunt puerum.** seu puerulũ.hoc est i nullo differentẽ ętate/hitudine aut quouis alio exteriori signo ab infante.Propter qđ ẽt adũgit. **cum maria matre eius.** vt in omnibus puerulus significetur. **z procidentes adorauerunt eum.** Maximo reuerentię signo cadentes adorauerunt. Ita ꝙ non genuflexerunt, sed in faciem ceciderunt: in nullo hesitantes de testimonio stellæ. Et quoniam exteriores actus monstrant interiores affectus,dubitandum non est ꝙ in mente isti magi adorauerint in spiritu & veritate/cum maxima

interna humilitate. **Et apertis thesauris suis.** Hinc apparet ꝙ oneraria iumēta habebant secum. **obtulerunt ei munera: aurum thus ⁊ myrrham.** Incertum est an singuli obtulerint hæc tria/ an omnes simul hæc tria. Incerta quoq; est literalis ratio quæ mouit magos ad offerendum potius hæc ḡ alia. Constat tamen ꝙ aurum congruit regię dignitati. thus tum deitati/tum sacerdotali dignitati, myrrha autem tum infantilibus membris/tum fidei sepulturę eius. **Et responso accepto.** pro. **oraculo accepto.** Vnde non oportet solicitari ad quid refertur responsio: quum responsio ex officina interpretis prodierit. **in somnis.** Certiores redduntur isti omnes, & non vnus eorum: ex eo ꝙ subiungitur. **ne redirent.** pro. **ne reflecterent.** iter suum. **ad herodem.** Sicut ioseph certior redditus est in somno de conceptione ꝙ beata maria conceperit ex spiritusancto. ⁊ **per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.**

¶ **Qui quum recessissent.** Intellige de recessu consummato, & non de initio recessus: quoniam apparitio angeli ad ioseph/admonentis de fuga in ęgyptum, non fuit post initium recessus magorum/ sed multos dies post. medium.n. fuit tempus presentationis christi in templo: quæ fuit quadragesimo die a natiuitate christi. Et rationabile est ꝙ hæc apparitio fuerit facta ipsi ioseph in hierosolyma post præsentationem christi in templo. Quod ex eo colligitur: quia aut fuit in hierosolyma aut in nasareth. Sed in nasareth apparet non fuisse: quoniam si in nasareth fuisset ioseph antequam iret in ęgyptum, rediens ex ægypto/recto itinere venisset in nasareth: quum tamen legatur ꝙ intendebat venire in iudęam. Hinc enim colligitur ꝙ post presentationem christi in templo/intendebat ioseph habitare in iudęa: pura hierosolymis/aut potius in bethlehem. sed antequam inciperet firmare habitationem/monuit angelus vt fugeret in ęgyptum. **ecce angelus domini apparuit.** pro. **apparet in somnis ioseph: dicēs. Surge ⁊ accipe puerum.** pro. **experrectus assume puerulum/ ⁊ matrē eius ⁊ fuge in ęgyptum: ⁊ esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurum est.n. vt herodes querat puerum ad perdendum eum.** Ita ꝙ angelus non præcipit vt vigilet: sed vt quum a somno euigilauerit accipiat puerum & matrem eius &c. **Qui consurgens accepit puerum.** pro. **qui experrectus assumpsit puerulum/ ⁊ matrem eius nocte ⁊ secessit in ęgyptum: ⁊ erat ibi vsq; ad obitum herodis.** Ita ꝙ eadē nocte quum euigilauit a somno ioseph/ executus est quod monuit angelus. **Vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem.** ose. xi. **ex ęgypto vocaui filium meum.** Vbi aduerte ꝙ hæc autoritas ad literam loquitur de populo israel. quem deus appellat filium suum non solum ibi sed exo. 4. filius meus primogenitus israel. Matthæus autem euangelista in mystico sensu dixit impleri hanc scripturam de christo: sicut ioannes euangelista dicit impleri scripturam os non comminuetis ex eo/quia non fregerunt crura christi. **Tunc herodes videns quoniam illusus esset a magis.** Facto non intentione illudendi fefellerūt ipsum. **iratus est valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethlehem ⁊ in omnibus finibus eius a bimatu ⁊ infra.** seu & inferius: vt in greco habetur. Ex historia euangelica certum est ꝙ hęc herodis iussio non fuit statim post regressum magorum, sed post præsentationem christi in templo & fugam ioseph in ęgyptum: dicente tunc angelo. futurum est.n. vt herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Ex his.n. constat ꝙ herodes non est vsus diligentia in recessu magorum a bethlehem ad sciēdum quo ierint. nam a recessu magorum vsq; ad tēpus occisionis innocentum fluxerunt ad minus. 30. dies. & ex rationabiliter superius dictis fluxerunt fere duo anni: dicente euangelista/a bimatu & inferius ſm tempus quod exquisierat a magis. Hoc.n. aperte significat ꝙ fere biennium fluxerat ab apparitione stellę: alioquin non dixisset ſm tempus quod exquisierat a magis. Quare autem tanto tempore distuleric herodes occisionem infantum/ nescitur. Certa tamen est tanta innocentum clades non solum ex euangelio matthei, sed etiam ex libris gentilium. Refert.n. macrobius libro saturnalium secundo/ꝙ quum augustus audisset inter pueros quos in syria herodes rex iudeorum intra bimatum iussit interfici/filium quoq; eius occisum, ait. melius est herodis porcum esse q̄ filium. Et hęc ideo attulerim: vt sciant etiam increduli nō fuisse ab euangelista seu christianis confictum aduentum magorum in hierusalem/inquirētium vbi est q̄ natus est rex iudeorum. vt si non credunt euangelistę/credant effectui necis bimorum parratę ab herode: vt macrobius testatur. Nec miteris nouicie ꝙ macrobius dixerit in syria: quia iudęa pars est syrię. Prętulit autem augustus porcum filio/quia herodes pepercisset porco: vtpote seruans ritum iudęorum abstinentium a porcis. Nec obstat ętati bimatus ꝙ monstrantur ossa quędam innocentum testificantia ętatem maiorem. tum quia non constat huiusmodi ossa esse illorum innocentum, quanuis deuotio fidelium illa veneretur. Tum quia possibile fuit vt aliqui essent ibi innocentes futuri procerę statureː ac per hoc ex tunc habentes maiora ossa q̄ communes homines. **ſm tempus quod exquisierat.** pro. **exacte cognouerat/a magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. Vox in rhama audita est, ploratus ⁊ vlulatus multus. rachel plorans filios suos: ⁊ noluit consolari/quia non sunt.** Hæc quoq; prophetia scripta hiere. 31. ſm sensum mysticum introducitur ab euangelista impleta. nam

ſm sensum literalem refertur captiuitas decem tribuum olim facta, promittendo futuram consolationem quę adhuc non est adimpleta. adhuc siquidem reliquię israel non sunt saluatę. Textus.n. alle persipicue loquitur de captiuitate israel: hoc est decem tribuum quæ appellantur ephraim. Propterea siquidem inducitur rachel plorans filios suos, quoniam ephraim ex rachele descendit. Mystice autem rachel dicitur mater istorum infantum, quia sepulta est iuxta bethlehem: vt patet gen. 35. per hoc.n. dicitur mater bethlehemitarū. Et aduerte ꝙ i textu gręco habetur sic. Vox in rhama audita est: lamentatio & ploratus & luctus seu eiulatus multus. rachel plorans filios suos: & noluit consolationem admittere propterea ꝙ non sunt: hoc est quia mortui sunt, vel quia anteq̄ vitæ vsum haberent mortui sunt. Ad literam autem apud hiere. significatur ꝙ filii sui non sunt: quia non sunt ſm esse populi sed dispersi in seruitutem.

¶ **Defuncto autem herode.** Mors herodis fuit tertio anno post christi natiuitatem: vt colligitur ex supputatione annoꝝ. christus.n. natus est. 42. anno imperii cæsaris augusti: qui supuixit annos. 15. nā impauit. 57. annos/menses sex & dies duos & paulo plus: vt inqt iosephus. & mors cęsaris augusti fuit tpe quo annus rufus erat gubernator iudęę. Ita ꝙ oportet hos quindecim annos distribuere in tres gubernatores iudęę: scilicet annium rufum/marcū/& copinū. & vt videtur sonare iosephus etiam aliquid cyrini qui presidebat toti syrię: & in decennium principatus archelai & in reliquum vitę herodis. Supputando siquidem pro rectoribus & principatu archelai duodecim annos, nō nisi tres supersunt vitę herodis post natiuitatem christi: si tamen tantum vixit. Quocirca si christus non fuit in ęgypto nisi vsq; ad obitum herodis, quarto ętatis suę anno reuersus est in terram israel. **ecce angelus domini apparuit.** pro. **apparet in somnis ioseph in ęgypto: dicēs Surge ⁊ accipe puerum.** pro. **excitatus assume puerulum ⁊ matrem eius: ⁊ vade in terrā israel. Defuncti sunt enim.** Aut numerus pluralis ponitur pro singulari: aut defuncto herode alii quoq; complices defuncti significantur. **qui querebant animam pueri.** pro. **pueruli. Qui consurgens accepit puerum.** pro. **excitatus autem assumpsit puerulum ⁊ matrem eius: ⁊ venit in terram israel.** Non explicat certam ciuitatem sed terram promissionis. **Audiens autem ꝙ archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo.** Archelaus nunq̄ fuit rex: sed appellatur regnare non titulo regio sed potestate regia. **timuit illo ire.** Hinc apparet ꝙ ioseph intendebat ire in bethlehem aut aliquam aliam ciuitatem sortis iudę: computādo etiam hierusalem in ea tanq̄ caput regni iudęę/cōprehendentis sortem iudę & aliquid beniamin. **Et admonitus.** Deest oraculo. Legendum est. **Et oraculo admonitus in somnis secessit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nasareth.** Nota ꝙ nasareth debet scribi nō per z sed p s: quia in hebræo scribitur per ś. Et multum interest dicere nasręus & nazaręus: quia nazaręus est nomen religiositatis/a separatione dictū. vnde in vetri testamento appellantur nazarei tanq̄ segregati deo. de quibus scribitur nu. 6. Nasaręus aūt nomen est patrium a ciuitate nasareth. & derivatur a flore seu germine seu stirpe. vnde christus nasaręus appellatus est. **Vt impleretur quod dictum est per prophetas.** Ex quo nullum nominat prophetā, testimonium sensus magis q̄ verbi videt afferre. christus.n. stirps/germen & flos totius sanctitatis fuit a prophetis prenunciatus.

CAPVT .III.

In diebus autem illis. Transit euangelista ab infantia iesu christi ad ętatem perfectam trigesimi anni eiusdem. Ita ꝙ dicendo in diebus illis/demonstrat annum quintumdecimum imperii tiberii cęsaris: vt lucas dicit. Tacet autem conuersationem & opera iesu christi intermedio tempore, quia cōmunis fuit illius conuersatio: & habebatur tunc sicut cæteri homines. **venit.** Præsentis est temporis. Non a regione longinqua sed a solitaria vita. **ioannes baptista.** Ioannes nomen fuit proprium. baptista autem cognomen/ex eo ꝙ primus instituit baptismum. Magna iesu humilitas/qui baptistę nomen perpetuum detulit nuncio suo (ad cōfundendum humanum perpetui nominis appetitum) quū tamen ipse iesus esset pater totius mundi per baptismum, & ioānis baptismus breuissimo duraturus esset tempore. **predicans.** Ecce ad quid venit/ad officium prędicationis. **in deserto iudee.** Locus predicationis est. **et dicens Pœnitētiam agite.** Materia prędicata describitur in genere/continens duo. Primo quid esset agendum: dum dicitur pœnitentiam agite. vbi admissorum criminum pœnitudo precipitur. Interpres carens latino verbo simplici (scilicet pœnitere) dixit pœnitentiam agite. Secundo rationem pœnitendi: dicendo. **appropinquabit.** pro. **appropinquauit/enim regnum celorum.** Regna terrena visa sunt & continua experientia hominibus nota: regnum vero cœlorum (quod idem est cum regno dei & regno christi) quod in secundo christi aduentu manifestum palam omnibus erit, valde distabat tpe veteris testamēti. Distabat.n. tpe/notitia/affectu/& accessu: sed q̄n verbū caro factū est, tūc incœpit regnū cœlorū aperiri/tūc hō assumptus in deū primo beatus fuit ſm ptem superiorem aię. Et ideo q̄n ioānes baptista prędicabat/iam regnū cœlorū appropinquauerat, non tū adhuc aduenerat: q̄n regnū dei nō venit vsq; ad christi mortē & resurrectionē. In morte q̄dē, dicēte ipso latroni/hodie

Universidad de Deusto
Biblioteca

mecum eris in paradiſo. In reſurrectione autem: dicente ipſo/data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. & iuxta q̄ prędixerat/ nō bibam de hoc genimine vitis donec vobiſcum bibam in regno patris mei. qñ iam homo beatus etiam ſm corpus fuit. Et cum his oībus adhuc non aduenit palam vniuerſis regnū dei: ſed cōtinue oramus adueniat regnū tuum. ℣ Ideo pœnitentialem vitā aſſumite, quia non terrenū ſed cœlorū regnum/manifeſtandū/diligendū/acquirendū poſſidēdumq; appropinquauit. Vbi apte ſignificat pœnitentialē vitam eſſe mediū ad poſſidendū regnū cœlorū. Et percutit ioānes baptiſta hac noua p̄dicatiōe indeorū frontē. Ac ſi aperte diceret. hactenus auditis propheras prędicantes regnū terrenū (nam & moyſes & alii prophetæ fœlicitatē terreni regni iudæis ſi iuſte vixiſſent promiſerant) nouū ego affero nūcium: prędico vobis q̄ cœlorū regnū iam appropinquauit pœnitentia acquirendū. **Hic eſt n. de quo dictum eſt per eſaiam prophetam/dicentem.** Non ſufficit euangeliſtę ſimplex narratio p̄curſoris: ſed ipſum probat antiquo eſaię vaticinio ca. 40. **Vox clamantis in deſerto.** Non enſis/non ſceptrū/non clams/nō baculus aut virga, ſed vox. Et eſt ſenſus q̄ ioānes quantū ad officiū eſt vox: hoc eſt haber nō gladii &c̄. ſed vocis officiū. Sed nō eſt vox prędo/nis in exercitu aut in plateis ciuitatū/nec vox cantoris: ſed vox clamantis/manifeſto grandiq; ſono, in deſerto/loco pœnitentiali: dicēdo. **Parate** in veſtris mentibus/affectibus & opibus. **viam domini** per quā ingrediat ad veſtra corda. **rectas facite ſemitas eius.** Duo iubent: rectificatio & apparatus viarū. Rectitudo tollit quicquid tortuoſum eſt: apparatus facilitatē prębet itineris. ad ſimilitudinē ſigdem viarū in terra deſcribunt vię aī. Vbi apparet officiū ioānis baptiſtę p̄dictum ab eſaia/p̄paratorium aīorum ad cognoſcendū ac ſuſcipiendū meſiam. **Ipſe vero ioannes habebat veſtimentū de pilis camelorum.** pro. **cameli/z zonam pelliceam circa lūbos ſuos. eſca autē eius erat locuſte z mel ſylueſtre.** Deſcribitur autoritas ioānis a qualitate tum veſtitus tū victus. hæc. n. volūtaria p̄ ſe ferūt hoiem humana oīa contēnentē. ℣ Animalia quæ locuſte nominant/inter munda iudęis cōputant clare leui. xi. & ppea ex pte legis nihil prohibet intelligere q̄ illis veſcebatur ioānes. Solum obſtat q̄ nō crudę ſed coctę vident in vſum cibi aſſumi locuſte: coctum aūt aliqd ſumere in deſerto/luxuria eſt: vt hieronymi tpa teſtant. Propter quod ſuſpicor equinoctium nomen eſſe ad aīalia illa & radices/vel ſummitates teneras virgultorū ſeu ramuſculorū/ſeu aliquid eiuſmodi quo crudo veſcimur. Quia tamen videmus cancros marinos paruulos manducari crudos, nō eſt ab opinione alienū vt etiā locuſtis tenellis crudis veſcerentur ibidem pauperes: ac per hoc ioānes baptiſta. **Tunc egrediebatur ad eum hieroſolyma z omnis iudea z omnis regio circa iordanem.** Concurſus populorū ad p̄dicationē & baptiſmū ioānis/deſcribit ex tribus locis: ſcilicet ciuitate hieroſolymitana/ex terra ſortis iudę quæ appellat iudea/& ex regione circa iordanē, quā multarū tribuū ſortes pticipabant. Tota autē iudea & regio circa iordanē dicit, non q̄ ſinguli nullo excepto ſed qa fere oēs concurrebant. **Et baptizabantur.** Remanſit apud latinos in eccleſiaſticis myſteriis dictio greca. deberet dici & abluebant. ℣ Non ſolū nouā inchoauit ioānes p̄dicationem/p̄dicando appropinquauit regnū cœlorū, ſed nouū inchoauit factū: ſcilicet baptiſmū. a quo baptiſta cognominatur: vt dictum eſt. Ambo hæc noua attulit ioannes. **ab illo in iordane.** Ipſemet ioannes miniſterium abluendi exercebat in iordanis flumine. **confitentes peccata ſua.** Profitebantur ſe peccatores. & in ſignum q̄ pœnitentes eſſent offerebant ſe abluendos a ioanne: tanquam exterior ablutio eſſet quædam profeſſio pœnitentię/& mundę deinceps vitę ducendę.

¶ Quum vidiſſet autem Deſcripto p̄dicatore & p̄dicationis materia in genere, ſubiungit quāta autoritate ac libertate ioānes p̄dicauerit/ex quadā materia prędicata primatibus. **multos.** Non. n. oēs ſed aliqui ex phariſęis & ſadducæis ſuſceperunt baptiſmū ioannis. **ex phariſęis z ſadducęis.** Nomina ſunt ſectarum inter iudæos. Vtraq; profeſſionem facit iuſte vitę: ſed ſadducæi errabant in fide immortalitatis animę. phariſęi autem errabant circa veritatem bonorū morum: vtpote auari/ hypocritę & vani: vt patet in euangelica hiſtoria. Verum ſadducæorū error erat ex ſecta: phariſęorum autem ex particularium perſonarum affectibus corruptis. multi. n. phariſęi erant viri boni. **Tvenientes ad baptiſmum ſuū/dixit eis]. Progenies viperarū.** Appellat vtroſq; progenies viperarum, quia vtriſq; cōmune erat eſſe genitos ex venenoſa inſtructione. **quis vobis demonſtrabit** pro. **demonſtrauit/ fugere a ventura ira?** Et eſt ſermo admirativus. Ira q̄ non eſt ſenſus. qs vobis demonſtrabit: quaſi dicat nullus. ſed eſt ſenſus. quis tantum apud vos valuit q̄ demonſtrauit vobis vt fugereris a ventura ira? Loquitur ioānes vſitato admirantium modo. Quum videmus. n. homines aſſuetos malis moribus ſolitos/viuere ſm pertinacias ſuas/mutari ſtatim ad pœnitentiā, admirantes dicimus, quis vos ad hoc conduxit? intendentes per hoc dicere q̄ mirum eſt q̄ vos ad hoc venerit: magnus artifex fuit q vos cōmouit ad hoc. Ad hūc ſenſum directe tendit aſſimilatio ad genus viperarum. nam ratio admirationis eſt q̄ vos qui a patribus velut naturali propagatione eſtis infecti/acgeneritis demōſtratori vię rectę. Ac ſi apte diceret. apud vos genitos ſm doctrinā malos, qs tū valuit q̄ demonſtrauit vobis &c̄. Huc directe tēdit q̄ ſubdit fuga a vētura ira. Neutri timebant pœnas alterius vitę. ſadducęi qdē, qa nō credebāt illas: phariſęi vero qa iuſtos ſe exiſtimabāt. Et

propterea admiratur ioānes. quis tantum apud vos valuit vt monſtraret vobis timendas a vobis & fugiēdas eſſe pœnas venturę ire? Vocat ira punitio, ventura ſimpliciter & abſolute: hoc eſt nō p̄ntis ſed venturi ſęculi. Et in hoc cōmendatur ioānis libera autoritas q̄ phariſęos & ſadducęos (qui erant velut optimates & primi reſpectu aliorū) non blando ſed reprehenſiuo ſermone monuit/arguens venenoſę vitę: & ſimul declarans q̄ difficile ac admirabile eſt q̄ aliqui eorū conuertantur ad verā pœnitentiam. **Facite igitur fructum dignum pœnitentię.** Ex quo veniſtis profitētes vos peccatores ſuſcipiendo baptiſmū, oportet cōſequenter vos facere/nō dicere/nō monſtrare, fructū humani operis dignū pœnitentia. ſi profeſſus eſſes militiam/oporteret te facere fructū dignū militia: ſi aſcitus es in ſenatorē/fac fructū dignum ſenatoria dignitate. ſimiliter quia profitemini pœnitētiam/facite fructū dignū pœnitentia. Eſt aūt fructus pœnitētia dignus perſeuerare in operibus pœnitētię/nihil contra pœnitentię profeſſionem admittere/facere ſatis deo pro peccatis cōmiſſis. **Et ne velitis** pro. **ne cogitetis/dicere intra vos ipſos. patrem habemus abraham.** Hinc inſinuat ioānes cōmunem errandi occaſionē tam phariſęis q̄ ſadducęis/fuiſſe fiduciā in genere abrahę. tanq̄ putauerint vtriq; q̄ promiſſio facta a deo abrahæ de cura & ſalute filiorum/non fineret eos perire. **Dico. n. vobis quoniā potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahæ.** Fides q̄ deus curam haberet filiorū abrahę ne perirent/erat quodā modo vera & quodā modo falſa. nam erat vera quantū ad vniuerſitatem filiorū abrahæ: falſa aūt quantū ad ſingulos, vt patet. Rurſus erat vera quantū ad abrahæ filios ſm ſpiritū: hoc eſt imitatores fidei abrahæ. falſa aūt quantū ad abrahę filios ſm carnē: vt patet ad ro. 4. &. 9. Et ppea ioānes ſupponit cum phariſęis & ſadducęis vere eſſe q̄ filii abrahę nō peribunt. ſed vos & ſimiles etiā ſi oēs eſſetis tales/peribitis: & deus ad implendā promiſſionē ſuam potens eſt ex lapidibus ſuſcitare filios abrahę. Et inredit qđ lfa ſonat: & myſterū q̄ vobis carnalibus filiis abrahę pereuntibus, deus tanq̄ ex lapidibus ſuſcitabit ex ethnicis & idolatris filios abrahę. Quod implerum videmus. ℣ Et abrahæ/datum eſt caſus. **Jam. n ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.** Probat ioānes vanā eſſe fiduciam ſalutis eorū in hoc q̄ ſunt filii carnales abrahę/ex imminēti excidio hieroſolimitano. Aduerbiū iā/aduenisſe tps ſignificat quo ſecuris poſita eſt ad radicē arboris/proculdubio ad excidendū illam. Metaphoticus iſte ſermo de poſita ſecuri ad excidendū arborē/non refert ad excidium ſingulorū hoium reproborum: qñ ab initio ſemp fuit ſecuris ad radicē arboris hmōi poſita, & non nūc de novo imminet: ioānes aūt dicit q̄ nūc ſecuris appoſita eſt. Ac ſi aperte diceret. Hactenus tolerati eſtis/expectati eſtis velut arbor ad faciendū fructū: ſed iam tps venit quo velut arbor infructuoſa, excidēda eſt gloria gentis vře/tēplū vſm/celſitudo veſtra. iam. n. poſita eſt ſecuris ad radicē arboris, ad excidendū radicitus cultū tēpli iudaici. non erit hoc excidiū ſicut alterū (quod. 70. tñi duravit annis) ſed ad radicē poſita/vt in ęternū non reuiuiſcat. Vnde & nō dixit iam ſecuris incępit excidere, ſed poſita eſt/tam propinquū eſt excidiū veſtrū q̄ propinqua eſt exciſio arboris cui ſecuris appoſita iam eſt vt excidat, nō obſtante q̄ gens iſta ſit filia abrahę. **Omnis ergo arbor quę non facit fructum bonū, excidetur z in ignem mittetur.** pro. **exciditur z in ignem mittitur.** Tangit rōnē imminētis excidii/ex ſimilitudine arborū: qa oīs arbor nō proferens fructū bonū/excidit & in ignē mittitur. Cōmunem affert conditionē arborū ex qbus expectat fructus: q̄ ſi nō faciunt fructū bonū/conſueuerunt excidi & in ignē mitti. vt hinc intelligant phariſęi & ſadducęi cauſam excidii ſuę gentis/ qa non facit fructū bonū. populus. n. hic labiis me honorat, cor aūt eorū longe eſt a me. ℣ **Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam** pro. **ad pœnitentiam.** Tandem principale intentū per ioannis predicationē aperit: ſcilicet q̄ teſtimonium phibuit de chro. Hoc. n. (vt lucas teſtat) fuit poſtq̄ ioānes in tantam emerſerat autoritatem ac reputationē vt exiſtimarent ipſum eſſe meſiam. ℣ Cōparatiue vero ioānes teſtat de chro/cōparando pſonam ac officiū. Et quo ad officiū ponit differentiam magnā: dicēdo ego baptizo aqua ad pœnitentiā/non in remiſſionē peccatorū ſed in profeſſionem pœnitētię. ita q̄ baptiſmus meus eſt ablutio corporalis, ranq̄ ſignū quoddam profitentium pœnitentiā/profitentiū ſe pœnitere peccatorū ſuorū. Quo ad pſonam autem. **Qui autem poſt me.** ordine temporis/immediate **venturus eſt.** ad p̄dicandum. **fortior me eſt.** Fortitudo ad ſuſtinendum & ad vincēdum eſt. Ioānes fortis quidem fuit & ſuſtinēdo mala & vincēdo ea quæ mūdi & quę diaboli erant: ſed chriſtus fortior tum ſuſtinendo mala, tum debellando aereas poteſtates/vincendo mundū/ſuperando mortē. **Cuius non ſum dignus calciamenta portare.** Non ſolum fortior me eſt, ſed tñi preſtat mihi vt ego nō ſim idoneus miniſter eius ad vile officiū: ſcilicet portare calciamēta eius. Intendit. n. ad lfam deſcribere excellentiam chri ſupra ſe multo maiorē excellentia principis reſpectu eius q̄ nō eſt idoneus ad portandū eius calceos. **Ipſe vos baptizabit in ſpirituſancto.** In choauerat differentiam officii: & interpoſita dria pſonę modo proſequit differentia officii. Dixi ego baptizo aqua ad pœnitentiā, ille aūt baptizabit vos (pronomen vos declarat q̄ baptizati a ioanne erant baptizandi baptiſmo chriſti) ſpirituſancto. Quanta diffetentia eſt inter abluere exterius corpora & abluere interius aīos, tanta eſt dria inter baptiſmū meū & baptiſmū illius. abluere. n. ſpūſancto eſt abluere/mūdare atq; ſanctificare ſpiritū, non corpus. **et igne.** Duplex eſt ſenſus. Alter ſignificans

Universidad de Deusto
Biblioteca

solenne principiū ablutionis totius humani generis celebratum in die pentecostes/quādo aduenit spiritussanctus in spē ignis &c. Iste sensus magnū fundamentū habet super verba domini iesu in die ascensiōis act.1.ioānes baptizauit aqua, vos autē baptizabimini spūsancto nō post multos hos dies. hæc verba monstrāt distingui cōtra baptismū ioānis e regione baptismū pentecostes, qui fuit in spū & igne ad sensum. ℣ Alter significās baptismū tribulatiōis.nā singularissimus totius ablutionis modus a iesu chro inferēdus mūdo/describit per spiritūsanctum & ignē tribulationis: dicēte postmodū ipso.qui vult venire post me,abneget semetipsum & tollat crucē suam & sequat me.& ecce mitto vos sicut oues inter lupos.& eritis odio oibus hoibus pp nomen meū.& oēs q pie volunt viuere in chro/ pſecutionē patient. **Cuius ventilabrum in manu eius: & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreū suum paleas**. pro. **palea m/autem cōburet igne inextinguibili.** Non sufficit ioāni prędicare chri officiū ēm primum aduentū:sed prędicat ēt officiū eius in secūdo aduentu,ad similitudinē ventilantis triticū in area,secernēdo triticū a palea/& triticū in horreū congregantis/paleas aūt cōburentis. Vbi manifeste describit officium chri iudiciarii.tunc.n.iustos separabit ab iniustis;& illos qdē cōgregabit in vitę ęternę horreū,iniustos āt tradet igni inextinguibili. ℣ Nota inextinguibili cōtra negantes supplicia iniustoꝝ ęterna.ignis.n.inextinguibilis æternus est. Et apposuit sextinguibili/ad dſiam ignis tribulatiōis ī pñti vita:de quo dixerat/baptizabit spūsancto & igne. Ac si apte dixisset.iustos purgabit igne q extinguit, sed iniustos cōburet igne inextinguibili. ℣ **Tunc**. quum ioannes prædicabat pœnitentiā & baptizabat & annūciabat venturū post se chm. **Venit iesus**. pſentis est tpis. Non mittit pro ioāne vt veniret ad se baptizandū, sed ipse iesus venit ad ioannem. **A galilæa**. Nomen est prouincię. **ad iordanem**. fluuium. **ad ioannem vt baptizaretur ab eo**. Iesus nulla indigens pœnitētia(quia absq; peccato oīno erat)sicut suscepit carnē similem carni peccati,ita suscepit baptismum similem baptismo pœnitentium/fecit professionē similem professioni pœnitentium.vnde & statim postea cucurrit ad ieiunandū. Et hoc vltra secretum mysterium quo baptismo suo contulit aquis vim regenerationā. ex huiusmodi.n.tactu sanctificare/hoc est habilitatę sunt aquę oēs(ita q non oleum/nō vinū & alii liquores)ad hoc q sint materia baptismi christiani. **Joannes autem prohibebat eum/dicens. ego a te debeo. pro. opus habeo/baptizari,& tu venis ad me!** Hinc apparet q ioannes etsi non prius/tū tunc(quū iesus petiit baptizari anteq̄ baptizaret eum) cognouit iesum esse mesiam filium dei: alioquin non dixisset/ego a te debeo baptizari. ac per hoc(vt apud ioannem euangelistam ipse testatur)vidit spiritumsanctum in specie columbæ supra iesum tunc/scilicet anteq̄ baptizaret eum:quia in hoc signo asserit se cognouisse eū: hoc est q ille homo esset mesias filius dei. ℣ In græco habetur/mihi opus est vt a te baptizer, vbi legimus ego a te debeo baptizari. Et ēm vtranq; literam quæstio orit an fuerit executioni mandatū hoc debitum seu necessariū:an scilicet ioānes aliqñ fuerit baptizatus a chro/vt ipse dicit opus esse. Solutio est certum esse q ioānes indiguit ablui spūaliter a chro.tum rōne originalis peccati quod adhuc erat in ioāne quo ad reatum pœnę:pp quod clausa erat etiam ei ianua paradisi.tum ratione venialis peti.& cōstat de facto ioānem fuisse baptizatū spūaliter a christo. Certū quoq; esse q ioānes nō fuit exemptus ab vniuersali lege de suscipiēdo baptismū christi:sicut nō obstante q fuerit sctificatus in vtero tā ipse q̄ hieremias/subditus fuit legi circuncisionis. Et propterea vere dixit ēt de sacrali ablutione/ego a te debeo baptizari. Sed icertū est an de facto ioānes fuerit postea baptizatus in aqua a chro/an ꝑuentus carcere & martyrio migrauerit absq; baptismo aquę. **Respondens autem iesus dixit ei.sine**. Censuerat ioannes dedecere vt ipse baptizaret chm.& qa recte iudicauerat(vere enī decens est absolute loquēdo vt hō qcunq; baptizaret dominum chm)ideo iesus nō dixit fac, sed fine/pmitte hāc indecentiā absolute. **modo**. Dicēdo mō/tacite īsinuat q postea fiet quod dicis.s. tu baptizaberis a me/saltē effectu. **Sic enim decet nos implere omnem iustitiam**. Si diceret sic enī decet me,significaret sic.i.humiliter.si diceret sic enim decet te,significaret sic.i.parēdo vel exequēdo ministeriū tuū. Sed dicēdo sic enim decet nos,rōnē reddit ab eo qd̄ est cōe vtriq;/ab eo quod decet vtrūq;. Et directe satisfacit indecētię existimatę a ioāne: dicēdo. Sic/scilicet suscipiēdo a te baptismū, decet nos/ambos,iplere/ope,statutā a deo iustitiā oēm/cōem mihi & tibi. Dū baptizaf siqdem chs a ioāne,implef iustitia ministerii nō verbi sed operis ioānis versus chm:quia debebat ēm diuinū ordinē baptizare chm. Implef quoq; iustitia opis chri ad ioānē.nam & ēm diuinā dispōnē debebat chs volūtariū subire baptismū a ioāne. Et in hoc adimplera est nō aliqua sed oīs iustitia cōis vtriq;. nullū siquidē supfuit opus iustitię cōmandū ab vtroq; simul:quis supfuerint officia verborum: ℣ Vel sic/exequendo scilicet diuinā ordinationē,decet nos/& me & te,implere oēm iustitiā/oē debitū. Vnde & postea dixit.filius hoīs vadit sicut scriptū est de illo: **Tunc dimisit**. pro. **dimittit/eum**. Permisisse ioānes ministeriū hoc iplemt. Et ꝓterea nō dicit euāgelista/tunc accepit aut baptizauit,sed dimisit illū(iesum)baptizari a se ioāne. **Et baptizatus aūt iesus cōfestim ascēdit de aqua**. Nō ergo per aspsionē aut desup effusionē sed per imersionē seu submissionē corporis baptizatus est iesus a ioāne. **Et ecce aperti sunt ei celi. & vidit spūm dei descendētē sicut colūbam & venientē sup**

se. Et ecce vox de celo dicēs. hic est filius meus dilectus. Tria hęc mirabilia(scilicet q apti cœli/q colūba visa/q vox de cœlis)declarāda sunt prius qualia ad lfam fuerunt.& deinde quorsum. ℣ Q̄d nō fuerit corporalis aprio cœlorꝝ/declarat ꝓnomē ei,significās/ipsi chro nō in scipsis cœli aperti sunt:hoc est q apparuerūt chro cœli ad similitudinē apertorꝝ.vnde & marcus exp̄sse dicit q vidit cœlos aptos.Formata est.n.spēs seu similitudo q̄dā aptur̄ę sensibilis,in quā intuēs videbat cœlū tanq̄ aptū.sicut de beato stephano act.7.dicit q intrēdēs in cœlū dixit,ecce video cœlos aptos. Apti autem apparuerūt cœli,vt appareret e cœli penetralibus descēdere spūmsanctū in spē colūbę/& vocē exire tu es filius meus &c. sicut cœlū aptū est stephano vt videret in cœlo chm stātē pro ipso/velut ducē plu.Cœlū aptum nullus scribit vidisse nisi chs.colūba scribit visa a chro & a ioanne baptista:vt patet ioan.1. Vox scribit facta,sed indefinite relinquit a quo/aut qbus audita sit. ℣ Et de visione qdem colūbę(si tā ioānes q̄ alii euāgelistę ordinē rei gestę narrāt)cōstat q prius fuit visa a ioāne q̄ a chro: quia a ioāne scribit visa ante baptismū:qa qui misit eū baptizare,dixit ei/sup quē videris spūm vt colūbā &c.& ipse ioannes in hoc cognouit primo psonā chri:qa nesciebat eū sed ex colūba cognouit. cōstat aūt q cognouit ante baptismū,dicēdo ego a te debeo baptizari. Alii aūt euāgelistę scribūt baptizato chro visam colūbā a chro. Quocirca si alii euāgelistę nō narrant postea illud quod prius factum est(qa ioānes ordinē historię magis seruare videt)ista colūbę apparitio prius visa est a ioāne instante christo pro baptismo: & deinde ab ipso christo iam baptizato. Et vterq; vidit columbam ēm actum descendendi & terminantis descensum ad manendū sup caput chri. Et quum oēs euangelistæ vtanf dictione similitudinaria(sicut/tanq̄/quasi/seu spē columbe)significat q non fuit colūba sed similitudo colūbę:sicut quum apparuit spūssanctus super aplos in igneis linguis,nō fuerūt veræ linguę neq; fuit vetus ignis/sed similitudo igneę linguę. Et qa euangelica historia specificat eos qui viderunt colūbam fuisse duos(scilicet chm & ioānem)ideo intelligo q ipsi soli viderunt colūbam. ℣ A qbus autem audita fuerit vox/incertum est.nam marcus & lucas dicunt vocē illam directam ad chm/tu es filius &c.matthęus describit illā in tertia psona/hic est filius meus: nec vtrunq; sed alterū tm̄ gestum est. Et rationi cōsentaneū est vt sicut cœlum apertū est ei(scilicet chro) & spiritussanctus descendit sup ipsum,ita vox pris directa quoq; sit ad ipsum/tu es filius meus. Ita q matthęus sensum rei dictæ tacita directione vocis scripsit, dicendo hic est filius meus. nam dicendo tu es significatur etiam q hic est filius meus &c.Supposito igit̄ q vox ad chm directa est,certū est q ab ipso sit audita. & rationabile est q a ioāne & a multis:differenter tm̄. quia a ioāne audita & intellecta: ab aliis autem audita q̄nis nō intellecta.nisi forte a quibusdam pfectioris vitę. Quēadmodum vox de cœlo dicens/ & clarificaui & clarificabo ioan.12.a turba audita est vt sonus tonitrui,nō vt vox significans illa/clarificaui & clarificabo:ab aliis vt vox angelica,dicentibus angelus locutus est ei. Et q̄uis tam columba q̄ vox fuerit effectus totius trinitatis,colūba tm̄ erat solius spiritussancti signū: & vox fuit solius pris vt loquentis. Soli.n.patri conuenit vere dicere chro/tu es filius meus: seu de chro/hic est filius meus dilectus. ℣ Gesta sunt autem hæc tpe baptismi chri/ad monstrandū officium chri pdicantis & redimentis mundum.iesus siquidem vsq; ad tps sui baptismi conuersatus & habitus est sicut vnus de populo:a tpe aūt baptismi incœpit exequi officium pro quo venerat. Propter quod petrus apostolus act.1.dixit.oportet vt ex his viris qui nobiscum cōuersati sunt toto tpe quo ingressus & egressus fuit inter nos dominus iesus incipiens a baptismo ioānis vsq; in diē quo assumptus est a nobis/testē &c. Vbi clare patet officiū christi inchoasse a baptismo ioānis. Quia itaq; baptismus chri initium erat officii chri,ideo exordium tanti officii consecratum est tot mysteriis. ℣ Et singula vtrunq; tangendo/ tunc cœlum apertū est chro,quia officiū eius apertum erat cœlum.tunc apertum est illi cœlum,quia tunc officio suo manifestaturus erat secreta cœlestia & specialiter mysteriū sacræ trinitatis:quæ tunc primum apparuit noibus propriis patris/filii & spiritussancti. Tunc spiritus venit sup ipsum in spē colūbę,quia tūc inchoabat officium suū spiritu aīalis mundi volantis non longe a terra/sua conuersatione(nam venit filius hoīs manducans & bibens/mundus ab oī peccato/cœlestibus opibus)nec solū volantis sed mansueti,sine armis extra/sine felle intus. discite inquit a me quia mitis sum & humilis corde.& ioāni ac iacobo dicentibus/vis dicamus vt ignis de cœlo consumat eos,respondit nescitis cuius spiritus filii estis.venit.n.in spiritu mansuetudinis vsq; ad mortē. nec solū tam mansueti sed fœcundissimi:qa pf futuri seculi veniebat/vniuerso mūdo vtilissimus. Tūc vox de cœlo intonuit/ tu es filius meus:quia tūc officio suo chs manifestaturus(vt dictum est)erat mundo mysteriū trinitatis in propriis noibus.vnde & ipse ait/pater manifestaui nomen tuū hoibus.nomen inquā nō quo deus sed quo pater diceris.ppea.n.dixit.tu es seu hic est,filius meus/non adoptiuus sed naturalis/consubstantialis,dilectus/vere supra omnia dilectus. Et quia per pronomen tu seu hic/demonstratur ille homo qui vocatur iesus,ideo in his verbis non solum aperitur mysterium filii/& consequēter patris/ & consequenter generationis qua pater genuit filium, sed mysterium incarnationis: quoniam ille homo demonstratur filius dei homo(quod est verbum caro) qui dilectus est ēm deitatem & ēm humanitatem supra reliquas creaturas. Et eadem ratione subditur. **in quo mihi complacui**. In textu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen ꝓ græco non habeꝫ pronomen mihi, sed in quo complacui. quia tunc officium christi erat ad exequendū & manifestandū complacentiam diuinā in ipso, ad redimendū/reconciliādū & renouādū mundū & instaurandum omnia quæ in cœlis & in terris sunt. Hęc est ad literam ratio aperti cœli & columbę & vocis in christi baptismo. Et prꝫter hoc ratio columbę fuit vt persona christi quæ ioanni erat ignota/cognosceret a ioanne. Et nihilominus significant hæc baptismum christi quem tunc contactu suę carnis consecrabat/conferre cœlū apertum/& in fide sanctę trinitatis cōferri (ita ꝙ hic opere monstratum est quod postea verbis a domino explicatum est/baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti) & efficere ex filiis hominum filios dei. Hæc tamen ad mysticum videntur potius spectare sensum q̄ literalem.

CAPVT .IIII.

Vnc. statim postq̄ baptizatus est. **iesus ductus est**. Effectum spiritussancti perspice. non iuit velut sola humana vtēs ratione: sed ductus est a spiritussancto/inspirante/regente & agente ipsum. **in desertum**. Secundū historiam scribit locus ad vacandum operibus profitentiū pœnitentiam/vitam solitariam/vitam cōtemplatiuam in ieiuniis & orationibus. **a spiritu/vt tentaretur a diabolo**. Connectio vt non solum teneꝫ cōsecutiue (quia locum deserti secutura erat tentatio) sed etiā causaliter: quia sicut ad hoc venit vt paretur, ita ad hoc iuit voluntarius in desertum vt tentaretur. nam nec pati nec tentari malum est, sed vtrunq; pro nobis sponte subiit. & sicut hierusalem elegit pro loco passionis / ita desertum elegit pro loco tentationis. Est nihilominus desertus locus / aptus tentationi. tum ex genere vitæ spiritualis quæ in deserto ducitur, tum ex solitudine. nam dęmon spirituales viros maxime nititur tentare, & solitarijs insidiatur: vtpote quibus velut subacto mundo & carne, contra solos dęmones pugna restat. ℣ Significanter autem christus post baptismum desertum ieiunij/orationis & tētationis petit, non solū vt sua actione exemplum prębeat nobis quid agendum est post professionem christianę vitę/sed vt preludia suę predicationis exerceat in huiusmodi. propterea enim euāgelista dicit tūc. **Et quum ieiunasset**. Ieiunium nō est opus ex suo genere bonum (quum sit priuatio alimenti) sed pro tanto est bonū/pro quanto est actus virtutis moralis quę vocatur abstinētia. **quadraginta diebus et quadraginta noctibus**. Quantitas tanta ieiunii excedit rationem virtutis moralis fm humanam rationē: quia dissonat a ratione recta humana vt homo eligat ieiunium intolerabile naturaliter homini. Sed fuit hoc ieiunij moderatū dispōne diuina. decuit enim vt christus in ieiunii opere assimilaretur excellentibus prophetis moysi & helię/quorum vterq; ieiunauit spatio. 40. dierū & noctium: & vno tanto ieiunio vniuersam ioānis baptistę abstinentiam superaret. Nec elegit extendere plus ieiunium, ne in dubiū verteret veram se habere carnem. Miraculosum autem procul dubio fuit & in christo & in moyse & helia tantū ieiunium: & non vt imitandum sed admirandum proponē mundo. **postea esuriit**. Affirmat euangelista iesum post ieiunium dierum ac noctiū. 40. esuisse: vt vnde occasionē tentandi diabolus sumpsit describat. Sed an infra tempus illorū. 40. dierum esurierit vel nō esurierit/nihil dicit. Si interim non esuriit/multiplicantur miracula. nam miraculo ieiunij dierum. 40. adiungitur miraculū ꝙ tanto tēpore seruatū sit iesu corpus absq; indigentia alimenti. esuries siquidem est naturalis appetitus alimenti sicci animaliū qui fit digēt alimēto sicco: sicut sitis est appetitus alimenti humidi. Et quod magis vrget/adiungitur implicite ꝙ iesus ex tanto ieiunio non est afflictus fm corpus: quia nō affligitur corpus ex ieiunio donec deducat ad hoc ꝙ indigeat alimēto/esuriat & careat alimēto: vt expientia testatur. Quocirca si iesus infra tēpus. 40. dierum nō esuriit, cōsequens est ꝙ nō indiguerit alimento/& ꝙ non fuerit ex tanto ieiunio afflictus. Si interim quoq; esuriit, cur diabolus nō interim tētauit/cur euāgelista apposuit aduerbiū postea esuriit? ℣ Solutio est ꝙ iesus ex ieiunio illo afflictus est fm corpus/indigente corpore eius alimēto, sed nō est tantum afflictus quantū vis tanti ieiunii naturaliter nata erat affligere/quia nata erat perimere, sed vsq; ad certum terminū rōni consentaneū: vt rationabile scilicet seruaret obsequiū illius ieiunii. oportet enim corporis hostiā esse rōnabilem cultum: vt apls testatur ad ro. 12. Et eadem diuina dispositione qua miraculose seruatū est corpus in tanto ieiunio/retētus est appetitus animalis ab actu esuriēdi & sitiendi. Moderauit itaq; diuina dispositio afflictionē & indigentiam alimenti: Retinuit aūt appetitum aialem ab actu esuriendi & sitiendi sicut ēt retinuit ignem ab actu combu rēdi tres pueros in camino ignis. Et ideo euāgelista dixit postea esuriit/ideo diabolus nō prius tentauit: sed vbi esurientem vidit ac carentem cibo/occasionē opportunam tentandi nactus est.

¶ **Et accedens tentator**. In humana specie diabolum aduenisse significatur: dicendo & accedēs tētator. accedere enim progressiuus motus est. Conmincturq; ex hoc ꝙ vniuersa quę describitur tentatio, foris fuit/nō intus. nam integram perfectionē iesu dedecebat habere intra se cogitationes aut phantasię vel sensus motus aduersus spiritum: exteriores autem suasiones ad malum/audire non dedecuit, vt illas vinceret. ℣ Tentatoris autem officiū recolito esse non solum explorare ad sciendū seu experiendū, sed ēt conari ad efficiendū. Sic enim alchimistę tentāt ad efficiendū aurum: & opifices ad faciendum

faciendum statuam aliquā ex tali lapide. Sic diabolus tentat ad efficiendum homines similes sibi: prꝫter id ꝙ explorat quid lateat in voluntate & viribus internis. **dixit ei. Si filius dei es**. Non est intelligendum ꝙ diabolus hæc sola verba dixerit/ꝙ ex abrupto proruperit dicēdo si filius dei es: sed ꝙ multis cōpositis verbis/necessitate panis ad vtriusq; sustentationē allegata/suadendo protulerit hanc sententiam. quæ explorationē continet an filius dei sit/ex miraculo ꝙ solo verbo possit efficiendo de lapide panē. Audierat forte diabolus vocem illam/tu es filius meus dilectus in quo cōplacui: vel saltem audierat ioānem baptistā prædicantē & testificantem ꝙ hic est filius dei: vt patet ioā. 1. sed quum vidit ipsum esurientē carere cibo/dubitauit an ipse esset filius dei. Et ꝓpterea experiri voluit hoc miraculo. **Dic vt lapides isti panes fiant**. Scit diabolus ꝙ sola diuina potentia sufficit ad hoc ꝙ solo verbo subito fiat de lapide panis. Et ꝓpterea petiit/dic vt lapides isti panes fiant. **Qui respondens dixit**. Diabolus fingebat se hominē: iesus non monstrauit se cognoscere illū, sed tanq̄ homini respōdit. **Scriptum est**. Discamus hinc omnes arma nostra esse sacras scripturas. ideo nanq; iesus omnes has tentationes solis sacris scripturis vicit vt doceret nos sic pugnare & vincere. nulla enim poterit nos suasio ad malū trahere, si consultis sacris scripturis actiones & omissiones nostras direxerimus. **non in solo pane viuit**. pro. **viuet/homo sed in omni verbo quod procedit**. pro. **egreditur/de ore**. pro. **per os/dei**. Sententia hæc scripta est deute. 8. & sunt verba moysi ad populū/instruentis illos ꝙ ideo deus pauit illos māna vt cognoscerēt ꝙ non in solo pane viuit homo sed in omni re quæ procedit de ore (hoc est de imperio) dei. Vere. n. experti sunt hominē viuere absq; pane/quadraginta annis nutritū non pane sed māna. Hic est sensus literalis illius textus. vbi patet sermonē haberi ad literam non de cibo animæ sed corporis. & dominū iesum tentatori suadenti vt panē de lapide efficeret/attuliſſe sacræ scripturæ autoritatē ꝙ vita corporalis hominis non indiget pane: quia nō in solo pane viuit fm corpus homo, sed in omni verbo/hoc est re alia, procedente ex ore/ex imperio dei. Et dicte respōdet diabolo suadenti necessitatē panis/ꝙ panis non est necessarius: quia homo etiā absq; pane viuit fm corpus ex quacūq; alia re quā deus imperat/disponit/dicit fore cibum hominis. Et sic ex hac respōsione diabolus nihil explorati habuit an filius dei esset: sed totus conatus diaboli ad suadendum miraculū de pane delusus est/ostensa ex diuina scriptura non necessitate panis ad vitam hominis. Ex qua domini respōsione insinuatur ꝙ diabolus tentando fundauerat sermonē suum sup necessitate panis ad humanā vitā: & hinc intulisse/ꝙ si filius dei es dic vt lapides isti panes fiāt. ℣ **Tūc**. post descriptam tentationē. sed quātum interfuerit tēporis/incertum est. **assumpsit**. pro. **assumit/eū diabolus**. Non portauit super humerum sed duxit. sicut inferius ca. 17. dicet euangelista hic ꝙ iesus assumpsit petrum & iacobū & ioānem, quia ad se traxit ducendo. **in sanctam ciuitatē**. hierusalem, sanctam/quia deo dicatam ratione tēpli. **ꝛ statuit eum super pinnaculū**. sum mitatē tecti templi. **ꝛ dixit**. pro. **ꝛ dicit/ei. Si filius dei es mitte te deorsum. scriptū est enim quia angelis suis mandauit**. pro. **mandabit/ de te: ꝛ in manibus tollent te, ne forte**. pro. **nequando/ offendas ad lapidē pedem tuum**. Similis priori est hæc tentatio exploratiua ab actione manifestatiua mesię. Intellexit (& vere sic erat) scriptū esse de messia ꝙ angelis suis &c̄. Et ꝓpterea iesum tuentē se sacra scriptura/aggreditur cum armis sacræ scripturæ: vt vel sic exploraret si filius dei esset. Et diaboli suasio tendebat ad hoc vt manifestaret iesus se esse filium dei hoc miraculo/mittēdo se deorsum vidente populo: quia sacræ scripturæ cōgruebat vt hoc signo messias se manifestaret: vt citatus psalmus testatur. suadebat enim hoc diabolus in specie hominis desiderantis vt iesus manifestaret se esse messiam. **Ait illi iesus**. Dissimulans se nosse tentatorē/respondet dęmoni vt homini. **Rursum scriptū est**. Scripturā citasti, scito hanc scripturā non esse solam/& oportere scripturā scripturæ consentire. extat altera scriptura deute. 6. dicens. **non tentabis dominū deum tuum**. Non est opus miraculo hoc vbi iter ad descendendū per gradus patet: esset enim tentare deum/velle experiri an deus me saluaret si mitterem me deorsum. Ex hac quoq; respōsione nihil explorare potuit diabolus. qñquidē christus respondit nullam esse necessitatē huius miraculi: sed hominē attentare tale opus/esset tentare deum. quod prohibetur in sacra scriptura. ℣ **Iterum assumpsit**. pro. **assumit/eū diabolus**. Hinc apparet ꝙ secūda fuit hęc assumptio: ac per hoc tentatio tertio loco a matthęo scripta/vere fuit tertia fm ordinem rei gestæ: alioquin non dixisset euangelista iterū assumit. Vnde lucas qui ordinē tentationū non fm ordinē rei gestæ scripsit, nullo vsus est simili aduerbio aut cōiunctione denotante ordinē rei gestæ sicut matthęus. **in montē excelsum valde**. Nescitur quis fuerit iste mons. & similiter quantū temporis interfuerit a secūda in tertiam tentationē. **ꝛ ostendit ei omnia regna mundi ꝛ gloriā eorum**. Pręsentis tpis est ostēdit. monstrando digito situs climatū & regnoꝝ (ideo. n. duxit ipsum in montem excelsum valde vt inde posset monstrare) & describendo gloriā eorum. **ꝛ dixit**. pro. **ꝛ dicit/ei. Hęc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me**. Græca dictio participiū est actiuum præteritum, quo latina lingua caret. Ita ꝙ sensus est. Si cecideris & adoraueris me/si a teipso prostratus adoraueris me. ℣ Dissimilis/valde est hæc tentatio pcedentibus. nam priores fuerunt exploratiuę/si filius dei es &c̄. hęc autē est non ad sciendū si filius dei est, sed ad experiendū si pōt allici ad adorandū ipsum

demonem. Vnde colligitur q̄ in hac tentatione diabolus in humana specie loquens manifestauit se esse principem mundi huius/& posse disponere de regnis mundi huius. quod præsumptuose ac mendaciter dixit. ℣ Non intelligo ego hanc tentationē tendere ad id quod sonat: quoniā non est verisimile vt diabolus virum tantæ perfectionis quantā videbat in iesu/quē nunq̄ potuit trahere ad minimū peccatum veniale, duxerit tentandum ad tam magnum scelus adorandi demonē/credendo aut suspicando q̄ forte consentiet. sciuit enim q̄ nemo repente fit summus tam in bono q̄ in malo, sed paulatim ꝓgreditur hominis animus ad summum bonorū siue malorū. Sed intelligo q̄ occultiore arte tentationem hanc intulerit ad explorandū si filius dei esset. Considerans enim tentator priores conatus a suggestione si filius dei es/fuisse vanos, cogitauit occulte idem explorare/tentando de supremo crimine vt. s. se adoraret: vt vel sic prouocaret iesum ad increpandū tentatorem & dicēdum. ego a te debeo adorari, & tu tam insanis vt petas adorari a me. & sic explorasset ipsum esse filium dei. Sed fefellit eum opinio sua. **Tunc dicit ei iesus. vade.** pro. **abi.** Et deest post me. Legendum est. **abi post me satana.** Quia diabolus manifestauerat se esse principem mundi, ideo iesus non respōdet illi sicut homini vt prius/sed expellit eum. Satan hebrea dictio est: latine dicitur aduersarius. & nominauit eum christus ab officio & actu aduersandi hominis saluti. ℣ Aduerte pro literali sensu q̄ bis legimus iesum vsum hac increpatione/vade post me satana. Semel expellendo diabolum tentantē: vt tam matthæus hic q̄ lucas. 4. scribit. & semel reprehendendo petrū: vt patet matth. 16. Et non est sensus vade post me/hoc est sequere me a tergo: sed quia satan apud hebreos sonat aduersantē/non qualitercunq; sed velut obsistendo coram ante faciem, ideo alludendo ad vocabulū eicitur ad situm a tergo/in quo non possit exercere officium aduersandi obsistendo. Hic est sensus literalis: qui vt patet est sensus similitudinarius, sumptus. s. a similitudine corporaliū situum seu positionū. Et significat ad literam ꝓm sensum intentum/abi illo vnde non possis aduersari. Ita q̄ non solū eicitur ab actu aduersandi & a situ idoneo ad aduersandum, sed emittitur ad situm cōtrarium vbi nec possit officium aduersandi exercere. quod est totaliter eicere aduersariū. Ac si dixisset. abi totaliter a me aduersarie. **Scriptum est enim.** deute. 6. **dominū deum tuum adorabis. & illi soli seruies.** Nec ex hac respōsione potuit diabolus aliquid habere q̄ iesus esset filius dei: quoniā ex cōmunibus iesus illum superauit, tacitis iis quæ ei ppria erāt. **Tunc reliquit.** pro. **relinquit/eum diabolus.** Consūmata vniuersa tentatione reliquit eum (vt lucas explicat) ad tēpus cessans a tentatione. **& ecce angeli accesserunt. & ministrabant ei.** Inducunē angeli ministrantes ad testificandū illius excellentiam supra angelos. ideo nanq; non vnus angelus/qui sufficeret ad cibandum vnum hominē, sed angeli in numero plurali describūtur/non puidentes sed ministrantes famulatū exhibendo. Vt quod diabolus tot tentationibus explorare nequiuit/cōsus ac inuitus videat in angelorū ministerio: non ad portandū mittentem se deorsum (quod ipse requisierat) sed ad opportuna seruitia/quod ipse nō quesierat. Decuit enī vt dominus iesus manifestaret se filium dei quādo & quomodo ipse iesus disposuit, & non quādo & quomodo diabolus requirebat. Verūtamen per hoc diabolus non certificabatur q̄ iesus esset messias: quia non penetrabat ministerium hoc esse vere subiectionis angelorū ad iesum. videbat q̄ ministrabant, sed non q̄ vt serui.

Quum autē audisset iesus q̄ ioānes traditus esset/secessit in galileam. Omnia iesu gesta post ieiunium vsq; ad carcerem ioānis (quæ ioānes euangelista narrat vsq; ad quartū capitulū integrum inclusiue) tacet matthæus/transiens a ieiunio ad auditū ioānis carcerem. Et cura fuit euangelistæ vt hoc explicaret: ne falleremur putantes illa q̄ scripturus erat gesta esse statim post ieiunū: quum tamē constet intercessisse plusq̄ annū: vt in euangelio ioānis declarabitur. ℣ Igitur quū iesus in iudea cōstitutus audisset traditū a iudeis ioānem in manus herodis. q̄uis. n. hoc non cōstet, hæc tamē matthæi verba innuūt hoc. Quorsum nāq; euangelista narrat auditam traditionē ioānis fuisse rationē q̄ iesus secesserit in galileā, nisi quia iudea in culpa traditionis fuit: & ꝓpterea relinquēda tunc fuit a iesu. Ex hoc. n. q̄ in galileā secessit, apparet q̄ non fugiebat herodē/qui erat tetrarcha galileæ. Et similiter hinc apparet q̄ a iudea secessit in galileam: quū nullus euangelista narret alibi eū fuisse. & cōsequenter q̄ a iudea traditus fuit ioānes. ℣ Causa aūt quare ioānes traditus fuerit herodi a iudeis, in promptu est illa qua iosephus dicit ioānem ab herode captū. s. quia ad ioānem concursus erat populi. Rationi nāq; consentaneū est q̄ iudei videntes populū concurrere ad ioānem & hoc in iudæa, timuerint novitatem aliquā offensiuam romanorū/sicut timuerunt postea ex cōcursu ad iesum: & propterea cauto tradiderint ipsum carceri trudendū ab herode. cui hmōi cōcursus displicebat: vt iosephus dicit. Nec causa ista cōtrariatur causæ recitatæ ab euangelistis: quia. s. ioānes arguebat herodem. potest enim ex vtraq; causa/pueniſſe effectus carceris. **& relicta.** quo ad habitādum. **ciuitate nazareth.** Non intelligo q̄ hoc tertio reditu in galileā venerit prius in nazareth/& ibi legerit esaiam (qd' lucas refert) & postea tanq̄ electus venerit ad habitandū in capharnaū: quia gesta illa in nazareth/præsupponunt multa facta a iesu miracula in capharnaū: dicentibus tunc nazareis. quāta audiuimus facta in capharnaū/fac & hic in patria tua. Sed intelligo q̄ post ioānis carcerē/ante illa gesta in nazareth iesus qui solitus erat habitare in nazareth relicta ciuitate sua quo ad habitādi officiū elegit habitare in caphamaū. **venit:**

Præteriti est temporis. **& habitauit in ciuitate capharnaum.** Superfluit ciuitate. **maritima.** Nazareth aiunt iuxta montē tabor esse/ non maritimā: capernaum autem (corrupto vocabulo capharnaum) maritimā esse aiunt. Et hanc differentiā descripsisse videtur matthæus addens maritima: iuxta. s. mare galileę: hoc est lacum qui hebrea cōsuetudine mare appellatur. **in finibus zabulon & neptalim.** Non sufficit descriptio loci a naturali situ, sed adiuncta est descriptio a sortibus tribuū zabulon & neptalim: vt adiungeretur cōsonantia propheriæ. **Vt adimpleretur qd̄ dictum est per esaiā prophetā. Terra zabulon & terra neptalim via maris.** pro. **viam maris trans iordanē galileę** pro. **galilea/gentium.** Intellige adimpleret ꝓm mysticum sensum: qm̄ ad lram esaias in fine octaui & principio noni capituli vnde afferunē subiuncta verba/dicit ꝓm textū hebreū q̄ non erit obscuratio sicut fuit primo tempore ab alleuiatore terræ zabulon & neptalim/& nouissimo ab aggrauatore viæ maris trans iordanē &c̄. sed populus qui ambulabat &c̄. Quod adimpletū est quum angelus domini percussit. 185. milia. vnde & ibi affert similitudo/sicut in die madian: victoria. s. omnibus iudeis viuis & sanis. Et ad hoc insinuandū truncauit euangelista verba esaiæ/citās sensum sumptū. s. q̄ terra zabulon & terra neptalim ac via maris trans iordanē/appositiue esset populus qui sedebat in tenebris &c̄. ℣ Et vocatur hic trans iordanē respectu moab & montis hermon & basan. Ita q̄ illa regio vbi locatę sunt duæ tribus & dimidia a moyse/inuenitur hic cis iordanē: hierico autem/hierusalem &c̄. trans iordanem. nam constat galilæam esse in terra quā mortuo moyse iosue transito iordane cum filiis israel acquisiuit. Et hæc oportuit hic notare: quia aliter intelligeretur trans iordanē respectu hierusalem. intelligitur enim terra vbi est mons hermon & basan & moab &c̄. **populus qui ambulabat.** pro. **sedebat/in tenebris, vidit lucem magnā: & sedentibus in regione vmbrę mortis.** pro. **in regione & vmbra mortis/lux orta est eis.** Sicut vmbra est velut vestigium illius cuius est vmbra, ita vmbra mortis velut vestigium est mortis. Et proprie significat terrores & horrores mortis. hi enim non sunt mors sed mortis vmbra. Illi nāq; qui sunt in continuis timoribus mortis & tormentorū sunt in vmbra mortis corporis. & per metaphorā transfert ad mortē animæ. & internæ animi tenebræ (quæ ignorantia & peccata sunt) vocātur hic ad literam vmbra mortis. Tanq̄ mors ipsa sit æterna damnatio, qua sine spe vitæ anima mortua est. & ne intelligeres tenebras faciles aut sine periculo/explicauit quales essent: scilicet vmbra mortis.

Exinde cepit iesus prędicare. Tempus ac locum vnde cœpit iesus publica prædicatione populū docere significatur: tempus quidē post ioānis carcerem, locum vero galilæa. non q̄ prius iesus baptizatus siluerit (quum hierosolymis & in ciuitate sichar & in terra iuda docuerit/discipulosq; habuerit) sed quia tpe illo. s. inter suum baptismū seu ieiunium & carcerem ioānis/prædicante ioāne iesus doctoris potius q̄ prædicatoris exercuit officium: docens non occulte sed palā multos & miracula faciens: vt ioānes euangelista testatur. sed vbi ioānes carceri addictus est, cœpit iesus in galilæa publici prędicatoris officio vti/discurrendo ad prædicandū per ciuitates & villas &c̄. ℣ Decuit autē vt prædicante ioāne non prædicaret christus: ne concurrere videretur, sed ioānes p̄dicans mitteret auditores ad christum doctorē. vt sic inciperent gustare verba iesu christi. Testantur autē etiam principes sacerdotum coram pilato q̄ iesus cœpit prædicare a galilæa: dicendo. cōmouit populū per vniuersam iudæam/incipiēs a galilæa vsq; huc. luc. 23. **& dicere. Pœnitentiā agite. appropiquabit.** pro. **appropinquauit/enim regnum cęlorum.** Expositā sunt hæc superius. Sed aduerte q̄ iesus ab eadē materia inchoat prædicationē suam a qua incœperat ioānes. tum quia ioānes præparatorie/iesus vero perfectiue hāc materiam prædicabat. tum ad confirmandū prædicationē ioānis. tum ad exemplum nostrum, vt nō dedignemur inchoata ab aliis etiam minoribus bona prosequi. **¶ Ambulans autem iesus iuxta mare galilęę/vidit duos fratres (simonē qui vocatur petrus/& andream fratrē eius) mittentes rete in mare. erant enim piscatores.** Hæc petri vocatio q̄ non sit illamet quæ scribit luc. 5. patet ex eo q̄ in hac iesus ambulans iuxta mare vocat/in illa iesus erat in nauī: in hac petrus & andreas erant mittentes rete in mare quando vocantur/in illa iam cōprehenderant piscium multitudinem. Quæ autē harum vocationū fuerit prior/ibi tractabitur. **& ait illis. venite post me.** Vocantur ergo ad discipulatū/non qualēcunq; sed sequele etiam corporalis. Fuerunt enim multi iesu discipuli qui non corporea societate comitabantur illū. vt patet de nicodemo & ioseph ab arimathia. Immo omnes credentes in iesum erant discipuli christi: vt patet in actis apostolorū: & ex verbis iudæorū dicentium eęco nato/tu discipulus eius sis. **& faciam vos fieri piscatores hominū.** Superfluit fieri. Apta magnaq; promissio, sed veritatis plena: vt experientia comprobauit. **At illi continuo relictis retibus.** Non dicit relictis oibus. Describitur. n. non abdicatio ꝓprietatis rerum, sed promptitudo obedientiæ: q̄ q̄uis iacerent retia in mare ad piscandū quia piscatores erant/nihilominus reliquerunt retia. **secuti sunt eum.** animo & gressu corporeo. non ita quin postea qm̄q; piscationi vacauerint: quū incūberet illis cura domus/nec haberent vnde suis ꝓuiderent de victu nisi de piscatione. cōmune est n. piscatoribus alere se & suos ex piscatione. In cuius signū etiam post resurrectionē domini petrus vacabat piscationi. ℣ **Et procedens inde/vidit alios duos fratres (iacobum zebedęi &**

ioānem fratrem eius)in naui cum zebedęo patre eoz̄reficientes retia sua:z vocauit eos. Simili vocatione(scilicet ad discipulatū & sequelam corpoream)vocantur iacobus & ioānes. ℣ Nec est mirandum ꝙ isti & illi statim secuti fuerint iesum:qa interiori operatione iesus mouebat(motione non inuitatoria sed efficaci)corda eorum ad relinquendū omnia & sequendū ipsum. Tali enim attractioni interni spiritus nullus vnq̄ restitit;nullus etiā resistet vnq̄:quia efficit volūtarium sectatorē operatum martyrem &c. **Illi autem statim relictis retibus z patre;secuti sunt eum.** Et similiter non dicitur hic relictis omnibus,sed relictis retibus & patre;ad cōmendādam promptam sequelam. Adhuc enim & petrus habebat domum & nauim:& isti retia sua quæ paternæ curæ reliquerunt;non dicuntur a se abdicasse sed reliquisse patri.

Et circūibat iesus totam galileam. Non solum vocat ad discipulatū aliquos,sed officium prædicationis omnibus impendit:non in vno manebat loco quo omnes cōuenirent,sed ipse circūibat abundantiore charitate totam non partē galileæ. **docens in synagogis eorum/z prędicans euangelium regni/z sanans omnez languorē.pro.omnem morbz/z omnem infirmitatē in populo.** Tria exercet.docet instruendo ea quæ morū;quæ legis;quæ religionis & iustitiæ sunt.annūciat euangelium;bonum nūcium,regni cœlestis;non regni terreni. Hæc enim duo sunt officia veri p̄dicatoris cœlestis. Annūciare quæ regni cœlorum sunt sine doctrina;tanq̄ fabulosum habetur:docere quæ ad perfectionem vitæ moralis spectant absq; annūciatione fidei;spei ac charitatis cœlestis regni,insufficiens ac inutile est ad salutem æternā.& ideo vtrūq; iesus exercuit.Et adiunxit tertium.s.sanare miracu losę.vt inciperet manifestare se esse messiam. ℣ Et doctrinæ quidē locus synagoga(hoc est locus publicus)ad opus tale deputata describitur. Sanationis vero opus omnis morbus omnisq; languor dicit̄ (vt nulla ægritudo excepta intelligatur)non in aliqua domo sed in populo quocunq; totius galileæ. ℣ Vbi aduerte ꝙ dictio græca interpretata infirmitatē;proprie sonaret molliciem:q̄ apud nos non est nomē ægritudinis.& pterea infirmitatis noīe(quo valitudo corporis minus firma significatur)interpretata est.molle enim cedit sicut & infirmū. **Et abiit opinio.pro.auditus/eius in totam syriā.** Effectus doctrinæ;prædicationis & miraculorū in sanationibus;describitur fama iesu in tota syria,cuius pars est galilæa. **z obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus.pro.morbis/z tormētis.pro.cruciatibus/cōprehensos:z qui dęmonia habebant.pro.dęmoniacos, z lunaticos z paralyticos.** Effectus famæ fuit ꝙ audita tantæ nouæ gratiæ fama;offerebant iesu oēs male habentes variis languoribus febrium,& tormentis:hoc est afflictionibus seu cruciatibus dolorū sensibilium:vt podagrarū / iliorum & similium.& lunaticos;malum caducū patientes:& paralyticos;membrorum dissolutione quassatos. **z curauit eos.** non aliquem eorum sed eos absq; exceptione aliqua. **Et secutę sunt eū turbę multę de galilęa z decapoli.z de hierosolymis z de iudęa z de trās iordanem.** Effectus doctrinæ;euangelii;miraculoꝝ & famæ,fuit ꝙ secutæ sunt iesum turbæ multę ex quinq; locis.vt intelligamus extensionē effectus extra galilæam: dum vltra galilæam exprimitur decapolis;a numero denario ciuitatū regio nominata:& hierosolyma,in qua prius fecerat multa signa paschalī tēpore:& iudęa;in qua baptizauerat:& de trans iordanē respectu hierusalē & iudęæ:hoc est regione sortis duarum tribuū & dimidiæ in terra olim seon & og regum quos percussit moyses.

CAPVT .V.

Videns autem iesus turbas ascendit in montem. Occasionem loci & temporis docendi discipulos describit matthęus.temporis quidē a visis turbis:loci autē ab ascensu in montem. Tempus siquidē congruum ad nouam promulgandā legem;sunt quādo iam turbæ multæ cōcurrentes non credebant sed videbantur.Locus autē congruus fuit;non templum;non ciuitas;non vallis sed mons,ad promulgandā legem non iudęis aut vni genti sed mūdo: legem autē tam excelsam vt nec mons ipse sufficiat ad illius celsitudinē cōmendandā. **z quum sedisset.** Corporali etiā situ sedit:vt quies & autoritas docentis etiā sic aperiatur. **accesserunt ad eum discipuli eius.** Hinc apparet ꝙ turbæ non ascenderunt in montē cum iesu,sed discipuli soli secuti eum fuerint in montē:& ꝙ ad excitandas pro tunc turbas;iesus ascendit in montē docturus seorsum discipulos.nam si etiā turbæ fuissent secutæ,non dixisset euāgelista;& accesserūt ad eum discipuli eius:subdendo docebat eos;non eas. **z aperiens os suum.** tum ad differentiā ꝙ olim aperuit idem iesus ora prophetarū.propterea.n.modo dicitur ꝙ pprium os aperuit. Tum ad differentiā huius sermonis a reliquis dñi sermonibus scriptis & scribendis a matthęo;ga hic sermo est velut lex euāgelica,reliqui aūt sunt particulares monitiones. Ita ꝙ lex euangelica non tradit̄ sicut lex mosaica:non solū quia illa per angelos & cū terroribus;hæc per ipsum iesum pprio ore & sedendo,sed etiā quia illa vni populo data fuit;& pterea toti cōgregato populo israel data est:hæc aūt toti mundo datur.& pterea nō populo israel cōgregato sed discipulis docturis vniuersum mundū promulgat̄. Si.n.populo israel fieret promulgatio,putaret̄ ꝙ lex euangelica illi populo esset ppria sicut fuit lex mosaica:sed vbi pmulgatio fit discipulis in vniuersum mundū mittendis,aptissime interfuerūt personę euangelicę;legis promulgationi. **docebat eos;dicens.** Singularis excellentia euangelicæ legis tangit̄ ꝙ est doctrina;non est li-

gamen arbitrio aut voluntate humana qa sic iubet princeps:sed est doctrina vere bonoꝝ & sanctorū morum;actionū;mentium;vniuersæq; vitæ. Perlege totum sequentē sermonē, & nihil in eo inuenies quod iuris sit positiui:quod.s.anteq̄ statuat indifferens sit. oīa.n.& singula sunt ꝼm se bona vel mala. **Beati pauperes spiritu.** In actionibus & operationibus primum principiū est finis:quia finis est agendi ratio,& ex fine ratio actionis & operis sumit̄. Et ꝓterea iesus legem euangelicā inchoat a beatitudine,quā constat actionū & laborum nostrorū omnium finem esse:qūquidem vt beati simus;agimus & patimur omnes quicqd voluntarie agimus & patimur. ℣ Numerat autē nouem beatoꝝ ſpēs: conuenientes quidē in beatitudine sed differētes in beatitudinis;merito & gradu. Et septē quidē meritum cōsistit in agere:duarum aūt in volūtario pati. ℂ Beati inquit;hic in spe & in futuro in re(sic intellige in omnibus nouē)pauperes spiritu.Non dicit pauperes spūs:manifeste significando paupertatem spiritus propriū;quā appellamus humilitatē cordis.sed dicit pauperes spiritu.Quod pōt dupliciter intelligi seruata ꝓprietate nominū. Primo vtranq; dictionē in sua integritate seruando:hoc est ꝙ pauperes significet vere pauperes:imo ꝼm textum græcū mendicos;q a suis rebus ceciderunt in necessitatē mendicādi. Ita ꝙ ad literā appellat iesus beatos eos qui quū res haberent;effecti sunt mēdici,nō fortuna;non violentia raptoꝝ;non voluntate quacūq; sed spiritu:hoc est volūtate spirituali. Nec dicit beati pauperes seu mendici statu;hoc est pfessione paupertatis(quales sunt religiosi ꝓfitentes tria vota)sed dicit pauperes seu mendici spiritu:qm̄ pauperes seu mendici statu;multi sunt qui nolunt sibi aliquid deesse:statū paupertatis ꝓfitentur sed spiritū paupertatis non habent.pauperes spū sunt qui reliquerunt oīa quæ habebant voluntate spirituali,& in hmōi inopia atq; reali indigentia volunt & gaudent perseuerare;timentes sibi non a penuria sed a sufficientia rerū ne impediat pfectum spūalem. quales multos legimus sanctos fuisse. Prædicauit iesus relinquenda oīa non solū affectu sed effectu ad sequendū ipsum si perfectio desideratur.locat modo istos pseuerantes in hoc spiritu in primo beatorū loco,dicendo beati pauperes spiritu.Et est hic sensus literalis ꝼm planū sensum textus;seruans ꝓprietatem vocabuloꝝ;& congruens discipulis audientibus eorūq; capacitati,& consonans nouitati legis euangelicæ.Lex.n.vetus sufficientiā opulentiāq; rerum temporaliū in terra ꝓmissionis promittebat: euangelica aūt inchoat a volūtaria paupertate ad consequendū regnum cœloꝝ. ℣ Alter sensus est vt paupertas diminuatur per spiritū:sicut quum dicit̄ homo pictus seu homo mortuus;diminuitur hō per pictum seu mortuū:quia homo tam pictus q̄ mortuus non est homo. Ita ꝙ pauperes spū significentur,non pauperes sed habentes spiritū paupertatis:& dictum sit pauperes spiritu;non re.nā pauperes spiritu & non re;non est pauper. Et sic beatificat̄ non paupertas sed volūtas seu affectus paupertatis si & q̄ expediret. Propinqua est expositio hæc sensui literali:& ad illū spectat reductiue. **quoniaꝫ ipsoꝝ est regnum cęloꝝ.** Ratio quare pauperes spiritu p̄dicantur beati:est qa ipsoꝝ est non opulentia sed regnum(quod incōparabiliter superat oē paupertatis meritū)regnum autē non terrarū sed cœloꝝ. Et non dicit erit;sed est:quia ius habent regni cœloꝝ;q̄uis adhuc non adepti sint illius possessionē.sicut creati epi mediolanensis;iam est epatus mediolanē.q̄uis adhuc non habuerit possessionem, pauperes spiritu sunt beati;quia ipsorum est regnum cœlorū. Nec obstat si caderent:quia sicut perderent perfectionem qua sunt pauperes spiritu;ita simul perderent suum regnum cœlorum.

ℂ Occurrit aūt hic triplex quęstio. Prima est cur potius beatificauit iesus sanctū paupertatis vsum q̄ sanctum vsum diuitiarū:quū tam paupertas q̄ diuitiæ sine culpa sint,& abusus tam paupertatis q̄ diuitiarum in culpa sit;& sanctus vtriusq; vsus sit laudabilis.cur ergo potius dixit beati pauperes spū q̄ beati diuites spiritu! ℣ Secūda est.cur iesus paupertatē prætulit sufficientiæ quo ad beatitudinē:quū constet accōmodatius organum ad beatitudinē consequēdam esse non diuitias sed sufficientiā rerum temporaliū q̄ indigentiā earūdem;quā paupertas significat:qm̄ indigentes necessariis;oportet vacare vt habeant necessaria,& nō possunt seipsos totos impēdere ad ea quæ sunt beatitudinis.vñ & sacri doctores dicunt ꝙ spūalia non possunt durare diu sine tēporalibus. ℣ Tertia est.cur iesus mendicos spiritu dicat beatos:quū ipse totius pfectionis exēplar;non fuerit mendicus ꝼm rei veritatē,sed potius dans eleemosynas mendicis:vt patet ioā.13.quādo putatū est ꝙ iesus iussisset iudę habenti loculos vt egenis aliquid daret. Hinc enim clare habetur ꝙ se & suos non cōnumerabat inter mendicos. Et idem patet ioā.4.quando discipuli ierant in ciuitatem non vt mendicarent sed emerent cibum.& in pluribus aliis euangelii locis idem habetur.

ℂ Ad primam qōnem dicit̄ ꝙ iesus plus tractat q̄ differentiā inter vsum paupertatis & diuitiarū.nam beatificat efficere seipsum pauperē ex spūali voluntate.Et hinc clare apparet differētia ꝙ non pōt dici beati diuites spū sicut pōt dici beati pauperes spū:quia non subest spū fieri diuitem sed fieri pauperē. in potestate.n.nostra est abdicare a nobis res nostras:non aūt acquirere.Et per hanc beatitudinē nihilominus declarauit dñs ꝙ nullus est pfectior vsus diuitiarū q̄ spūali voluntate abdicare illas a seipso. Quod alio in loco declarauit impleri dando illas paupibus. ℣ Ad secūdam qōnem dicitur ꝙ licet ad beatitudinē naturalem ꝓsentis vitæ;organice cōcurrat sufficientia rerum temporaliū,ad beatitudinē tamē infusam in ꝓsenti(quæ est quædā supnaturalis beatitudinis participatio)longe accōmodatius

organum est paupertas volũtaria q̃ sufficientia rerum tẽporalium. paupertas. n. ex spiritu sctissima est & expeditum reddens hominẽ ab omni solicitudine: qm̃ etiam certum reddit hominẽ q̃ deus curam sui gerit. Et hoc experientia in multis viris sanctis monstrauit. q̃uis impossibile aut difficillimũ sit collegium aliquod constare ex oĩbus hoĩbus tantæ perfectionis. vnde dñs beatitudines quæ sunt perfectiones singulor̃ non perfectiones collegior̃ tractat hic. de collegiis. n. apparet verificari q̃ non pñt durare sine talibus propter multor̃ minorem perfectionẽ. ℣ Ad tertiam q̃onem dicit̃ q̃ iesus nõ fuit mendicus: qa nunq̃ legitur petisse nisi a samaritana potũ aquæ. quod cõstat non ꝓprie esse mendicare: quũ hoc cuilibet maiori possit accidere. q̃uis alibi sequẽdo alios/aliter scripserimus. Sed fuit in paupertate mendicor̃: quia nihil oĩno habuit ꝓprium nisi vestes/x quo cœpit prædicare &c̃. iuxta illud. vulpes foueas habẽt & volucres cœli nidos, filius aũt hoĩs non habet vbi reclinet caput suũ. Viuebat autẽ non ex mendicatis rebus, sed ex oblatis a deuotis psonis: iuxta illud ioã. 13. iudas loculos hẽbat/ea quæ mittebant portabat. Et clare dicit luc. 8. q̃ mulieres ministrabãt christo discurrenti p̃dicando/de facultatibus suis. ℣ Nec hic b̃tificat mẽdicos vt noĩant ab actu mendicãdi, sed a pauptate mendicor̃: q̃. d. non hñt vnde viuant de suo. vñ nec apostolos instituit viuere ex mendicatis sed ex oblatis.

Beati mites. Scito in textu græco hanc beatitudinẽ tertio loco scribi: & eam quæ apud latinos est tertia (. i. beati qui lugent) scribi in hoc secũdo loco. ℣ Latinor̃ aũt codicum ordine seruato/prædicant mites beati. Mansueti dicuntur qui passionibus irę & non cõmouentur/& rectę rationi illas subiectas tranquille retinent. Mites aũt præstant mansuetis: qm̃ non solum a passionibus iræ lõge sunt, sed placidos ac vtiles seipsos exhibent etiã illis qui puniẽdi aut obiurgandi sunt: & velut fructus arbor̃ iam mites exhibent se exterius suaues. vt merito mites tanq̃ possessores suimet beati dicãtur. **quoniã ipsi possidebunt terrã.** pro. **hereditabunt terrã.** i. hereditate accipient. Quod plus est q̃ possidere. nam significat possidere hereditaria successione. Dicendo. n. accipient/significat possidebunt: & dicẽdo hereditate/significat successionẽ hereditariam. Et est sermo non de terra ꝓmissionis in veteri testamento promissa patribus & distributa per iosue, sed de terra futuri mundi. propter qđ dicit̃ in futuro/possidebunt seu hereditate accipient. nã nec ipse iesus (qui dixit/discite a me quia mitis sum) possedit in hac vita terram quãcunq;. Et vere quũ erunt heredes dei coheredes aũt christi/hereditate acquirent mites terram: hoc est orbem terræ futurũ qui non cõmouebitur. ℣ Accõmodat autẽ mitibus possessio terræ: vt qui seipsos hic possederunt in futuro mũdum possideant. Hereditarie aũt ga mites tam familiares sunt in hac vita deo vt iam sint cum deo nõ velut serui aut amici sed velut arrogati in heredes dei. ad hanc. n. mitiũ prærogatiuam spectat q̃ ideo dñr beati ga hereditario iure possidebũt terrã viuentiũ.

Beati qui lugent. Mira sententia nõ solum cõtra cõem opinionẽ vt prima beatificans paupes spũ, sed etiam sapientũ & sacris documẽtis aduersa apparet. nulla siquidẽ vtilitas in tristitia agnoscit/eccle siastici. 30. & ꝓpterea inhibita est tristitia a priscis patribus. Qua ergo nouitate modo dicit̃ beati qui lugent! ℣ Sed sciendũ q̃ luctus non ab animi tristitia quæ passio est, sed a volũtaria actione simili operibus lugentiũ sumitur in ꝓposito. non. n. beatificant tristes/nec luctuosum statũ tenentes (quales sunt lugentes per mẽsem vel annũ suos defunctos) sed qui cõsiderantes præsentis vitæ mala ac pericula respectu cœlestis patriæ/luctuosam vitã ducunt: iuxta declarationẽ apostoli. 2. ad cor. 6. quasi tristes/semper aũt gaudentes. Tales. n. subactis passionibus tum tristitiæ tum p̃cipue delectationis sensibilis/assumunt volũtarie & opera & affectus lugentiũ/propter mala nõ solum cõtraria sed impedientia seu differentia cœlestem patriã. beatitudo siquidẽ ista respicit directe mala hæc: qm̃ materia propria luctus est malum. Vnde & apte subdit̃ præmiũ. **quoniã ipsi consolabũtur.** Cõsolabunt̃/in passiua sumit̃ significatione pro consolationẽ accipient. Interpres vsurpauit in passiuũ seu cõe verbum consolari: quum apud grãmaticos in actiua tantũ inueniatur significatione. Sensus itaq; est/quoniam ipsi cõsolatione afficientur. pro luctu enim recipient in cœlesti patria consolationem.

Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiã. Desiderii humani perfectio (circa quã sapiẽtes mundi huius tantũ laborarunt) vnico verbo manifestat: aperiendo q̃ iustitia est ꝓpria materia desiderii perficiens adeo ipsum vt beatũ reddat hoĩem/non qũolibet desiderantẽ iustitiam sed tanq̃ esurientẽ & sitientem. ita q̃ iustitia sit animæ hoĩs tum cibus tum potus: & animus hoĩs appetat iustitiæ cibũ vt esuriens/iustitiæq; potũ vt sitiens. In quibus describit̃ non solũ magnitudo sed etiam p̃ualentia appetitus. esuries nanq; & sitis p̃ualent reliquis nostris appetitionibus: imperii siquidẽ/gloriæ & reliquor̃ desideria posthabet esuriens ac sitiens. Et intendit ad hãm q̃ desiderii iustitiæ reliquis desiderijs antepositũ velut esuries & sitis/beat hoĩem. Nec dicit beatos esurientes & sitientes facere aut dicere iustitiam: sed ipsam iustitiã/hoc est debitũ/exhiberi tam a se q̃ a quocũq; iustitia. n. debiti rõnem supponit, & est debiti exhibitio. beatitudo siquidẽ hæc consistit in summo ardentiq; desiderio vt debitũ deo p̃cipue & cuiq; exhibeatur. **quoniã ipsi saturabũtur.** Plena iustitia non est durante hoc mundi statu: quãdoquidem multæ iniuriæ deo & hoĩbus irrogantur impune hic. Et ꝓpterea non hic sed in futuro mundo saturabuntur. quando deus erit omnia in omnibus, nihil remanebit inultum/nihil absq; suo premio.

Beati misericordes. Quẽadmodum iustitia debitum ita misericordia gr̃am respicit. Istis duabus

virtutibus vniuersa opera ad alterum perficiunt̃. nam aut debitum aut gratuitum esse oportet quod alteri exhibendum est. Qui gratis igit̃ impẽdunt aliis affectum beneuolentiæ & effectum ꝙm vires ad subleuãdos alienos defectus veluti dei imitatores (qui gratis omnia creauit/omnia cõseruat/oĩumq; miseret) beati asserunt̃ ex futuro ꝓmio. **quoniã ipsi misericordiã.** nõ hanc vel illam/non quo ad hoc vel illud, sed absolute/omnimodam. **cõsequentur.** quo ad omnia quæ sunt animæ & corporis & exteriorum: ita vt nihil indigentiæ/nullus defectus in illis remaneat.

Beati mũdo corde. pro. **mũdi corde.** Quia cor primũ principiũ internũ est vitaliũ operũ nostrorum, ideo cordis noĩe volũtas quæ est primũ principiũ internũ humanor̃ operũ significat: iuxta illud. de corde exeũt adulteria/furta &c̃. Mundũ itaq; cor mũda est volũtas/mũdum est principium nostror̃ operũ. Et si apud salomonẽ rarissimũ seu impossibile æstimatũ est mundasse cor (dicente ipso puer. 20. quis põt dicere/mũdaui cor meum) q̃ celsioris p̃fectionis est mundũ habere cor: valde. n. præstat hoc mundiciæ. In excelso itaq; locant merito pollentes corde mũdo, non solũ a vitiis/peccatis/affectibus/passionibus/erroribus ac ignorãtiis/ sed etiã ab impulsionibus quibuscũq; internis. **quoniã ipsi deũ videbũt.** Sublatis in hac vita oĩbus animi impedimẽtis ad videndũ deum per cordis mundiciã, cõuenientissimũ præmium apponit̃ (quum etiã corporis impedimentũ tollet̃ migrando ad patriã) videre deum. Rõnis siquidẽ ordo hẽt vt qui studio assiduo assecuti sunt hic absolutionẽ ab impedientibus aium a diuina visione, quũ liberati fuerint a corporis carcere/dei visionẽ oĩno expediti assequantur.

Beati pacifici. Nõ dicit beati pacẽ hñtes/sed facientes. Illud posset alieno studio fieri, hoc aũt ꝓprio ope fit. Pax tranqllitas est ordinis: ac p hoc beati asserunt̃ qui faciũt tranqllitatẽ ordinis. Magnum est tollere oĩs imundiciæ impedimẽta: sed impfectũ est nisi subtractis impedimentis apponat̃ tranqllus ordo in suis ꝓbus: vt ꝓtes inferiores subdit̃q; sint superioribus/& supiores ꝓtes subdit̃q; sint deo. & vtrũq; cũ tranqllitate/absq; pugna/absq; reluctatione. ℣ Impossibilis appet tanta pfectio: impossibilis tñ nõ est si dñi verba cõsiderent̃. Non. n. dicit bt̃i qui fecerũt aut pficientes pacẽ, sed pacifici: hoc est facientes seu factores pacis. vbi nõ in facto esse sed in fieri pax significat̃. Ita q̃ beati p̃dicant̃ quor̃ perfectio tanta est vt adeptis iã aliis pfectionibus nõ remaneat apud eos studiũ aliud q̃ faciẽdi pacẽ/q̃ efficiẽdi tranqllitatẽ ordinis in seipso & in aliis. tales. n. sunt vere pacifici/sunt vere factores pacis. **quoniã filii dei vocabũtur.** Si ordo ꝓpriũ dei opus ẽt a pñs scribit̃, aptissime pacificis ꝓmittit̃ filiatio dei. vt qui hic simillimi fuerũt deo in ope faciẽdo tranqllitatẽ ordinis, in patria ad summã dei pduceant̃ filiationem: qua. s. filius filius est pñs. ℣ Vocabunt̃ aũt nõ falso sed vere: ac p hoc filii dei erunt. Sed plus significat̃ dicendo vocabunt̃: quia ex eo q̃ vere vocabunt̃, significat̃ q̃ erunt: & ex eo q̃ nõ solũ erunt sed vocabunt̃/significat̃ q̃ cognoscent̃ & noĩabunt̃ ab aliis filii dei. quod plus est q̃ esse filios dei?

Beati qui psecutionẽ. Post beatitudines cõsistentes in agere/subiungunt̃ b̃tudines consistentes in pati. Persecutionis noĩe intellige quodcũq; malũ pœnæ. **patiuntur** dicit/nõ sibiipsis/inferendo violẽtas occidẽtes seipsos. quor̃ dãnatio iusta est. **ꝓpter iustitiã.** non ꝓpter crimina/non ꝓpter regnum/opes/& alia hmõi: sed pp hoc q̃ faciũt qđ debent. & multo magis ꝓpter hoc q̃ superogationis opa efficiunt. ℣ Claudit̃ quoq; in hac cã (. i. pp iustitiã) laudabilis volũtas imo cõstantia patiendi: qa dum pp iustũ facere parat̃, tãta est volũtas iustitię vt posthabeat pati/vt nõ curet pati vt manear in iustitia. Hęc beatitudo cõis est oĩbus ob quãcunq; virtutẽ patientibus. ℣ Nec ꝓtereas q̃ nõ dixit pp castitatẽ/ꝓpter fortitudinẽ/pp temperantiã aut quãcunq; aliã spãlem virtutẽ, sed pp iustitiã qua hõ iustus est & dicit̃ in sacra scriptura/qua in vtroq; testõ iustus distinguit̃ cõtra subiectũ cuicũq; mortali pctõ: qa non est beatus qui pp castitatẽ persecutionẽ etiã mortis patit̃/si alias nõ est iustus. & sic de filiabus. Ad cõprehendẽ dum ergo vniuersam animi integritatẽ dixit pp iustitiam **quoniã ipsor̃ est regnũ cęlor̃.** Vna atq; eadẽ merces monstrat̃ agentiũ & patientiũ: dum idẽ præmiũ repetit̃ in principio patientiũ qđ fuit in principio agentiũ. Et per ola idem explicat̃, non q̃ hẽbunt sed q̃ iam eor̃ est regnũ cœlor̃: hic patiũtur, & patiendo acquirunt nõ fore sed esse suũ cœlor̃ regnũ. q̃uis possessio illius futura sit. ℣ Et cõsidera q̃ non põt persecutio auferre patientibus/tot talia & tanta quot qualia & quãta fert secum regnũ cœlorum. non enim sunt condignæ passiones huius tẽporis ad superuenturam gloriam.

Beati estis quũ maledixerint. pro. **opprobrauerint/vobis hoĩes, ⁊ psecuti vos fuerint.** Secũda patiendi beatitudo (quæ & vltima inter beatitudines est) ad fidem incarnati verbi spectat. reliquæ nãq; deũ ac diuina respiciũt absolute: hæc sola mysterio incarnati verbi ꝓpria est. Suprema itaq; pfectio nostræ in iesum christũ fidei est pati ꝓpter ipsum. ℣ Nouitas autẽ huius b̃tudinis significat̃: per hoc q̃ reliqs in tertia psona describit̃/hęc sola in secũda psona ꝓmulgat̃ ad ipsius nouiter incarnati verbi discipulos: dicendo beati estis quũ opprobrauerint. Non vnico noĩe passiones cõplectitur vt in præcedenti beatitudine, sed triplici explicat gradu: vt multitudinẽ passionũ futurã explicet. tum verbo/opprobrauerint. tum ope/& psecuti vos fuerint. ⁊ **dixerint oẽ malum.** Deest. **verbum/aduersus vos, mentientes.** Declarat opprobrauerint: q̃. s. non veritate vitior̃ aut peccator̃ nostror̃ exigente, sed falso/sed mentiendo dixerint omne malũ aduersus vos. **ꝓpter me.** Ad vtrũq; refert hæc cã. s. ad iniuriam verbor̃ & factor̃. **Gaudete** intus. ⁊ **exultate** extra. Magnitudo gratiæ futura in tolerando

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniurias propter christum illatas/significatur per præceptum gaudii in pſecutionibus. Et vere implerum legimus in gestis apostolorꝫ & martyrū christi. ꝓpter quod in hac sola beatitudine appositū est præceptū gaudii. Nec sola magnitudo sed pſentanea/sed statim exhibenda fœlicitas est ratio singularis in hac beatitudine pceptī. nā nec ioāni baptistę cōcessum est hoc gaudiū: sed oportuit ipsum post martyrū expectare trāsitum iesu christi ad patrē ex hac mortali vita/ad hoc vt cōsequeret beatitudinem. martyres autē christi statim fiunt beati quū moriunt. **quoniā merces vestra.** Sub rōne debiti promittit fœlicitas æterna in sola hac beatitudine: merces. n. non ex gratia dat, sed ex iustitia redditur pro ope. vt intelligamus ad tantam erectos celsitudinē incarnati verbi discipulos vt etiā debita sibi vendicent æternæ gloriæ præmia: iuxta illud. cursum cōsummaui/ fidē seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. **copiosa est in cęlis.** Inexplicabilis magnitudo ac qualitas mercedis insinuat/non explicando quæ aut qualis sit ista merces: sed dicendo copiosa, non in terris sed in cœlis/in cœlesti patria. vbi ad literā habitabunt beati corporaliter/vbi est modo iesus christus. **Sic enim persecuti sunt ꝓphetas qui fuerunt ante vos.** Non solū a copioso præmio sed ab exēplo ad hanc beatitudinē accendit discipulos, quia magnā & iminentē præuidebat pſecutionē. Non puteris hanc pfectionē ita nouā vt non pcesserint illius exēpla. noua est cā patiē di (.i. ꝓpter me nouiter incarnatū) sed non est nouus pſequendi modus: quoniā sic/simili mō & vetbis & factis mentiendo persecuti sunt ꝓphetas dei/hieremiā/esaiam &c̄. qui fuerūt ante vos/patres vestros quorum debetis imitari vestigia. Ac si aperte diceret. non est mihi hoc ꝓprium, sed cōmune est mihi & patri meo deo, ꝙ ꝑdicatores/doctores & testes nostri persecutionē patiuntur. vt per hoc quoꝙ se esse verum deum monstraret: & discipulos passuros ꝓpter se doceret ꝙ paterentur ꝓpter deum sicut & prophetæ priores/& non propter purum hominem.

¶ **Vos estis sal terrę.** Post propositū finem christianæ religionis: monstrat duces seu capita eiusdē quo ad tria. Primū ꝙ sunt sal terræ. Vos inquit/discipuli mei quos in pastores & duces mundi missurus sum, estis. non monet sitis sed affirmat estis: vt quod sunt perpendant/& necessitatē incūbendi proprio officio cognoscant. Sal/non re sed officio condiendi omnia apperibilia, terræ/a terrenis hoībus. Vniuersa siquidē quæ a terrenis hoībus appetunt (siue naturalia/vt proles & delectabilia tactus aliorumꝙ sensuū: siue diuitiæ/honores/imperia & gloriæ: siue scientiarū seu artium notitię) indigent cōdimento vestro, vt salubriter appetātur/salubriterꝙ illis homines vtant. Et vere apostoli olim & postea successores sancti pastores/sua vita ac cōuersatione sal fuerunt terræ: cōdiendo vniuersa apperibilia vt saperent gustui animi bene dispositi. **Ꝙ si sal euanuerit.** pro. **infatuatus fuerit.** seu. **desipuerit, in quo saliet̄ur?** Prosequit similitudinē salis ex irreparabilitate ipsius salis. cōditionalis siquidē ista/si sal infatuatus fuerit in quo saliet/est vera ēt si añs sit impossibile. ſ. salē insulsum esse. Sicut ēt vere dicit̄ si bos volat hēt alas: licet tam añs q̄ cōsequens sit impossibile. Significat. n. ꝙ si effectus fuerit insulsus in quo saliet/quasi dicat in nullo. sal. n. si insulsus fuerit/nullā rem hēt qua ipse saliat. Ita ꝙ in hoc differt sal a rebus aliis, ꝙ res aliæ insulsæ pñt sale cōdiri: ipse vero sal si euanuerit a sua salsedine/non hēt quo condiat. **Ad nihilum valet vltra: nisi vt mittatur foras/& cōculcetur ab hoībus.** Potuisset aliqs dicere. estio ꝙ sal insulsus caret cōdimento/habet tñ alias vtilitates ob quas habēdus est in precio. Hoc excludit dñs dicens ꝙ sal insulsum ad nihilū valet vltra nisi vt eiiciatur foras/extra cellas salarias, & conculcet̄ ab hoībus. non. n. est vtile sicut sterquiliniū & lutū/ad agroꝝ feracitatē. ℣ Et intendit ad literam declarare discipulis & successoribus quos in salē mundi, disposuit/necessitatē seruandi seipsos in officio salis: qa si ipsi qui cōdire debent vniuersa delectabilia exciderint ab officio salis, incurrent hæc duo. Primū ꝙ irreparabiles erunt: vtpote carentes pastoribus reparantibus eos. alterū ꝙ ad nihilū valent/perdito cōdiendi officio ad nihil sunt vtiles, nisi vt eiiciant foras/ab interno a spūali bono, & eōculcent̄/despiciant̄/a reuerentia capitū transeant in cōculcationē suppedaneā, ab hoībus/quo ad vitā. Impletur cōtinue hoc: dum pastoꝝ vita merito despicit̄/& eoꝝ cōsequenter verba contēnunt̄. Experimur & spāli mō hoc nunc nos ecclesiæ ꝓlati romæ, in prædā/direptionē atq; captiuitatē dati, non infidelibus sed chr̄ianis iustissimo dei iudicio: qa quū in sal terræ electi essemus/euanuimus, ac ad nihilū vtiles nisi ad externas cerimonias externaq; bona/cōculcati etiā corporali captiuitate sumus, eū direptione & captiuatione totius vrbis/die. 6. maii hoc anno. 1527. **Vos estis lux mundi.** Sal ad cōdiendum appetibilia/lux ad illuminandū cognoscibilia/sunt christi discipuli: vt hō ſm vtrāq; sui partem voluntatē. ſ. & intellectū haberet a qbus perficeret̄. Sal sunt rōne vitæ, lux rōne doctrinæ. Lux aūt nō vt sol (scriptū est. n. ioā. 1. nō erat ille lux. hoc nāq; est christo ꝓprie/dicenti ego sum lux mūdi) sed vt lucerna: iuxta illud ioā. 5. ille (.i. ioānes baptista) erat lucerna ardens & lucens. Vñ & statim hic subiūgetur/ neq; accēdunt lucernā &c̄. **non pōt ciuitas abscōdi super montē posita.** Suptemis officiis pastorū adiungit claritatē status necessario comitantē ex duplici rōne. Primo ex celsitudine pfectionis/significata per celsitudinē situs ciuitatis in monte positę. Intēdit. n. per hanc similitudinē ꝙ sicut ciuitas sup montē posita non pōt abscōdi, ita vos ciuitatē spūalis hierusalē constituentes/sal & lux mūdi/in tam celso pfectionis culmine estis ꝙ nō poteritis occulti manere sed manifesti patebitis palā. **neq; accen-**

dunt lucernā & ponunt eam sub modio/sed sup candelabrū: vt luceat. pro. **& lucet/oībus qui in domo sunt.** Altera rō est ex intētione ipsius christi. quā declarat ex similitudine intētionis hoīum accendentiū lucernā. Et intendit ꝙ sicut hoīum accendentiū lucernā intentio est accēdere illam/nō vt ponat̄ sub modio occultāte illā sed vt ponat̄ super candelabrū & luceat oībus qui in domo illa sunt, ita ipse accēdit illos in lucernas/nō vt poneret illos sub latebris sed sup candelabrū ecclesiæ/in supiori loco vt luceant oībus qui in domo totius mūdi sunt. ecclesia siquidē christi vna est domus totius mūdi: vt apostolus dicit. 1. ad timo. 3. ℣ **Sic luceat lux vestra corā hoībus vt videant opa vestra bona. & glorificent.** Post ꝓpositas discipulis tres ipsoꝝ cōditiones (ꝙ sal/ꝙ lux/ꝙ manifesti sunt mūdo) diligentissima cura optimus magister adiecit pcepta duo necessaria ipsis ad seruandum seipsos in dictis cōditionibus. Alterum est circa gloriā, non ꝓhibendo inanē gloriam (quæ a tantæ pfectionis viris tanq̄ aliena supponit̄) sed mādando modū quo lucere debent. Oportet. n. vos lucere, sed modus lucendi sit iste. Sic. i. hoc modo luceat lux/doctrina, vestra corā hoībus/nō videntibus cor seu mentē vestram sed ea quæ exterius fiunt: vt videant/nō audiant, opera/non verba, vestra/non aliena, bona/non mala nec habentia speciē mali, & glorificēt. Vanus esset finis iste lucendi corā hoībus vt videāt bona opera vestra nisi hmōi visio esset vtilis/nisi comitē haberet vtilitatē glorificationis. **patrem vestrum qui in cęlis est.** non vos. Vbi nota ꝙ quia nouerat dñs amabile quidē bonum esse/vnicuiq; aūt proprium, ideo suauiter disponens præceptū appetitus gloriæ/non trahit discipulos ad appetitū alienæ gloriæ sed tēperat appetitū gloriæ ꝓprię eam transferendo in gloriā patris ꝓprii. ꝓpterea. n. non dixit & glorificent deū/oino a nobis diuersum, sed glorificent patrē vestrū. Patris siquidē proprii honor & gloria naturaliter quęrit̄ a filiis: nec gloria nostri patris aliena est a nostra gloria. quin potius quęrēdo gloriā nostri patris/propriū quęrimus bonū. in filios. n. redundat gloria patris qui in cœlis est. cui merito vtpote etiā cœlis plidenti debet̄ hæc gloria. In quo etiā præceptū insinuat. vt etiā filiali amore/vt velut filii, cœlestis patris glorificationem per lucem operū nostroꝝ intendamus. Ita ꝙ non sufficit discipulis qui sunt sal & lux mundi vt intendant gloriā dei per sua opera, sed exigitur ab eis vt intēdant illam filiali affectu: alioquin non quęrunt gloriam patris sui qui in cœlis est.

¶ **Nolite putare.** pro. **ne putetis.** Alterum præceptū circa veteris testamenti tam obseruationē q̄ doctrinā est. Hęc enim duo (scilicet modus lucendi & vetus lex) poterant discipulorū animos a recto deducere. ille ꝓpter magnā inclinationē animi humani ad ꝓpriam gloriā: ista ꝓpter autoritatē moysi. ne inquit puteris. Putauerunt multi ꝙ iesus solueret legē/ex eo ꝙ videbat̄ violare sabbatū. ab hac opinione discipulos studet seruare. **quoniā.** pro. **ꝙ/veni soluere.** pro. **dissoluere/legem aut ꝓphetas.** Et similiter quod subiungit̄ non veni soluere/legendū est non veni dissoluere. Dupliciter intelligi pōt solutio. vel pro non obseruatione: iuxta quē sensum subditur/qui ergo soluerit vnum de mādatis &c̄. Vel pro solutione vinculi legalis: vt scilicet lex non obligaret amplius homines ad sui obseruationē. iuxta quod dicunt testes cōtra stephanum act. 6. iste dixit ꝙ iesus nasarenus mutaret traditiones quas tradidit nobis moyses. ℣ Primus sensus cōsonat sequētibus. ſ. qui ergo soluerit. tanq̄ exēplum seipsum proponat seruandi & docendi legē & ꝓphetas. Alter cōsonat etiā sequentibus. ſ. iota vnum aut vnus apex non ꝑteribit a lege donec oīa fiant. Vterq; distinguit soluere cōtra adimplere: quia tam violādo q̄ reuocando legē, non adimpleret sed rumperet aut tolleret illā. & ꝓpterea vterq; sensus est amplectendus. ¶ Sed occurrit quæstio manichęa de veritate istoꝝ verboꝝ: quum cōstet dñm iesum soluisse vincula legis mosaicæ/tam quo ad cerimonialia q̄ quo ad iudicialia pcepta. Rursus constat dominū non seruasse sabbatū, præcipiendo in sabbato tolle grabatū tuum & ambula: vt patet ioā. 5. ℣ Solutio primæ qōnis est ꝙ iesus ad literā negat se venisse ꝓsonaliter in carne ad exercendū officium hoc/quod est soluere vincula legis quo ad quæcūq; præcepta legis. Sicut. n. dixit nō sum missus nisi ad oues quę perierunt domus israel/qa non erat ꝓsonaliter prædicaturus nisi filiis israel q̄is venerit ad saluandū oēs gentes, ita modo dixit nō veni soluere/quia nō venit personaliter ad exercendū officium absoluendi a vinculo legis. Et hunc sensum monstrat dicendo ꝙ veni. & rursus non veni. Non dixit/non solua, sed non veni soluere. Patet autē/verba domini sic intellecta esse vera absq; scrupulo, ex eo ꝙ discipulę & discipuli iesu seruabant legem etiā post christi mortē. dicitur enim luc. 23. ꝙ mulieres sabbato siluerunt ſm mandatū. & petrus act. 10. dicit/absit domine qa omne īmūdum & cōmune nunq̄ comedi. Ex his enim habetur ꝙ iesus nō absoluit a vinculo obseruādi legem quādiu viator fuit. Vnde & act. 6. testes contra stephanū dicunt stephanū dixisse ꝙ iesus nasarenus mutabit traditiones quas tradidit moyses. mutabit in futuro dicunt, non mutauit in ꝓterito. Solutio nāq; vinculi legalis vnum erat illorū de qbus iesus dixit/multa habeo vobis dicere quę non potestis portare mō. Vnde & samaritanę dixit/ nec in monte hoc nec hierosolymis adorabitis. vbi futurā absolutionē a cerimonialibus significauit. Cum quo tñ stat ꝙ suapte natura legis vinculū cessauerit ex primo aduentu christi: quia data erat lex donec veniret semen cui promiserat deus: vt ad gala. 4. dicitur. ℣ Secūdæ aūt quæstionis solutio est ꝙ iesus præcipiendo tolli grabatū/non præcepit contra reuerentiā sabbati. tum qa opus illud fiebat ad manifestationē miraculi ad gloriam dei: & ꝓpterea licitū erat in sabbato. tum qa fiebat ad testifican-

dum ꝙ ihesus erat dñs sabbati, qđ maxime in sabbato debebat fieri: iuxta illud. etiã sabbati dñs est filius hois. **nõ veni soluere sed adimplere.** Vsq; adeo venit ad adimplendũ legem & pphetas vt pari etiã crucis suppliciũ voluerit ad hoc vt impleret legẽ & pphetas. **Amen quippe dico vobis.** Hebraica dictio est amẽ: & significat vere. **donec transeat cẽlum ⁊ terra.** Non ꝑm substantiã sed ꝑm statũ quo ministrant generationi/corruptioni/& vlr mutationibus. **iota vnum aut vnus apex non ꝓteribit a lege donec oia fiant.** Minima quęq; per hæc duo (iota minimã literæ figurã/& apicem minimum signum) significant: ad manifestandũ ꝙ oĩa nullo ꝓtermisso etiã minimo impleri oportet quę sunt in lege & pphetis scripta. **Qui ergo.** pro. **quicũq; ergo.** Ecce quorsum pposuit seipsum legis adimplerem: vt hinc suos cogat discipulos fore sibi similes. **soluerit.** violauerit. **vnum.** cuius reliqua seruet. **de mãdatis istis minimis.** significatis per iota & apicẽ. **⁊ docuerit sic hoies.** Minus malus esset si violaret & non sic doceret/sed doceret seruanda esse oĩa: sed qui nõ seruat & docet non esse seruandũ aliquod minimũ legis mandatũ. **minimus vocabitur in regno cẽlorũ: qui autẽ.** pro. **quicunq; autẽ fecerit ⁊ docuerit, hic magnus vocabitur in regno cẽlorũ.** Absq; ęquocatione quacũq; regnum cœlorũ intelligit regnum qđ in cœlesti patria consũmate/in pñti vero vita inchoatiue est. Vnum. n. atq; idem regnum est, quod statibus diuersis distinguit. Et ꝓpterea sacri doctores regnum cœlorũ modo pro militante mõ pro triũphante ecclesia exponunt. ¶ Sed occurrit qõ. an sit sensus ꝙ vocabit minimus in regno cœlorũ/an ꝙ in regno cœlorũ vocabitur minimus absolute: sicut in regno cœlorũ vocat iudas dãnatus. Et est rõ dubii, qa hinc ordo literæ ꝓtendit sensum secũdo dictum: inde aũt dura apparet sniã ꝙ dicens verba ociosa & docens alios dicenda esse verba ociosa/cognoscat/habeat & nominet in regno cœlorũ tam hic q̃ in cœlo minimus. tum qa hoc non est ex suo genere mortale peccatũ. tum quia adulteri/blasphemi/homicidæ &c̃. sunt longe minores istis: quũ tñ non det minus minimo. ℣ Solutio est. ꝙ sicut peccatũ veniale nõ est peccatũ simplr sed ꝑm qđ (vtpote non cõtra sed ꝓter legem) ita mandatũ circa venialia non est mandatũ simplr sed ꝑm qđ: ac per hoc appellatione mandatorũ minimorũ intelliguntur minima qdem legis mãdata, quorũ tñ transgressio esset cõtra legem. Et per hoc cessat obiectio de mandatis circa venialia contra secundũ sensum. qui cõsonat literæ: dicenti ꝙ in regno cœlorũ vocabitur. i. manifestabit & nõ abit minimus inter doctores regni cœlorũ, de qbus est sermo. Aduertẽdum est enim ꝙ dñs duos extremos ordines doctorũ explicat. s. minimorũ & magnorũ. minimos definit a violãdo & docendo violari mãdata/minima: magnos definit a faciendo & docendo. Intẽdens per hos extremos ordines cõprehendere etiã medios. s. facientes nõ docendo/& docentes non faciendo. ℣ Describit aũt respectu minimorũ mandatorũ: vt simili ordine (diuerso tamen gradu) intelligamus etiã respectu magnorũ mandatorũ: ac per hoc vniuersos quattuor doctorũ ordines. Et per hoc soluitur obiectio de adulteris ac homicidis. est enim sermo de minimo & magno ordine doctorũ regni cœlorũ, & nõ de minimo absolute. Et intendit in minimo doctorũ regni cœlorũ ordine esse qui & violant & docent violari/in magno autem qui docent & faciunt, reliquos vero medios: & in quolibet ordine dari gradus ꝑm quãtitatem mandatorũ. Ita ꝙ inter minimos doctores datur latitudo. inter se enim alii aliis minores sunt: sicut etiam in magnorum ordine alii aliis maiores sunt.

Dico aũt. pro. **enim/vobis: q: nisi abũdauerit iustitia vestra plus q̃ scribarũ ⁊ phariseorũ, non intrabitis in regnũ cẽlorũ.** Post finẽ ducesq; populi christiani/ad mandata cõia oĩ populo descendit: inchoando a cõparatione iustitiæ explicandorũ mandatorũ respectu iustitiæ scribarũ & pharisæorũ. & exigit ab vniuersis maiorẽ iustitiã iustitia scribarũ & pharisæorũ. Iaciendo pro dicendorũ fundamento vt nõ mirent si maiora sunt q̃ ꝓcipiant scribæ iudæorũ doctores/& pharisæi religiosiores aliis: quia nõ ꝑsit introire in cœlorũ regnũ nisi fuerit ipsorũ iustitia maior q̃ iustitia scribarũ & pharisæorũ. Cõparatę hic iustitia necessaria ad ingressum regni cœlorũ/non hypocrisi aut cuicũq; vitio seu peccato scribarũ & pharisæorũ, sed eorũ iustitiæ: dũ dicit nisi iustitia vestra abundauerit plus q̃ iustitia scribarũ &c̃. Et dicendo, abũdauerit, aperte mõstrat oportere a iustitia nostra cõprehendi iustitiã pharisęorũ/& aliqd addere vltra illã. ℣ Nec dixit plus q̃ iustitia legis & pphetarũ, sed scribarũ & pharisæorũ: quia fere cuncta præcepta quæ ihesus subiũgit erant apud legẽ & pphetas, sed non apud scribas & pharisæos. qui exteriorũ operum iustitiã sectabant: vt patet de iustitia pharisæi orantis luc. 18. ieiuno bis in sabbato/decimas do/non sum adulter &c̃. Iustitiã itaq; maiorẽ vocat tum iustitiã non solum exteriorũ operum sed internarũ affectionum. tum correctionẽ exteriorũ permissorũ in lege veteri: vt correctionem libelli repudii & vsuræ. tum declarationem præceptorũ: vt de odio inimicorũ infra patebit.

Audistis. Incipit declarare iustitiam maiorẽ iustitia scribarum & pharisæorũ/a præcepto legis prohibente homicidium. **quia dictum est.** a deo exo. 20. **antiquis.** patribus in monte sinai. **non occides.** Subintellige hominẽ. nam reliqua viuentia sunt data a natura & a deo gen. 9. homini in cibum: ac per hoc occidenda cõcessa. Et subiunge priuata potestate. nam publica potestate licitum est occidere hominẽ qui suo crimine meretur exterminari a pñti vita. **qui aũt occiderit.** propria ptãte hoiem. **reus erit iudicio.** Exo. 21. vbi non vnũ sed varia instituta sunt iudicia iuxta varios homicidii casus.

omnia aũt dñs comprehendit sub nõe iudicii. ℣ **Ego aũt dico vobis.** Non dicit more ꝓphetarum dñs dicit: sed monstrans se legislatorẽ æqualem illi qui dixit antiqs/ait. ego autẽ/non minor deo, dico vobis/notæ legis capacibus. **qz.** pro. **qȝ/ois qui iratscitur fratri suo.** Deest ꝑm aliquos codices temere/seu sine cã. Dico ꝑm aliquos codices: quia hiero. negat id in vetustis exẽplaribus repertum. ℣ Circa homicidii legem addit ielus quinq. quoꝝ quattuor sunt erga fratrẽ, quintum aũt erga aduersarium. Omnia vero sunt ad cõplementum præcepti de homicidio. Primũ itaq; est ꝓhibens internum appetitum vindictæ. ois qui iratscit/non primo passionis iracũdiæ motu sed pfecta ira quæ est deliberata, fratri suo/non vitio/non peccato. frater. n. nomen est cõiunctionis ꝑm naturã. **reus erit iudicio.** non humano sed diuino/iuxta qualitatẽ criminis irę. ℣ **Qui aũt dixerit fratri suo.** Primum (. s. ira) est in animo: secundũ est in ore/sitt respectu fratris. **racha.** Errore scriptorũ aspiratio quæ debet esse in prima syllaba/ponitur in secũda. Restat ambiguitas an dictio hic posita sit interiectio (vt quidã putant) an significatiua vacui sensu/vt hiero. dicit. Siue aũt indignatio interiectione significata siue verbũ minimę iniuriç quo haberes hoies sine intellectu familiari cõtio vocamus ꝛtelligat, maius peccatũ q̃ ira & minus q̃ dicere fatue/significat. **reus erit ꝓsilio.** Legẽdum est cõcilio. Significat. n. consessus iudicũ. Non solum iudicio/quod est actus iudicis quo iudex ius dicit, sed cõcilio adhibendo ꝓpter maiorem excessum subiiciendus est. ℣ **Qui aũt dixerit.** supple fratri suo. **fatue.** Tertium punitio dicentis fratri suo cõtium potius q̃ contumeliã. nam fatuus prudenti opponit potius q̃ probo. Sed grauior iniuria irrogat dicendo fatue q̃ dicendo sine cerebro: qa hoc hyperbolice dictũ intelligit, illud vero ꝓprie: hoc naturæ/illud vero virtuti prudentiæ opponit. **reus erit gehẽnę ignis.** A valle iuxta hierusalem filii ennon/dęmoniis dicata ad filiorũ ꝑ ignem consecrationẽ creditur gehẽnę nomen deriuatũ, & a saluatore ad significandũ pœnam alterius vitæ assumptũ. vnde dicens fratri suo fatue/definiti tam cõ filii & iudicii pœnę certę (gehẽnę. s. ignis) reus dicit. ℣ Et si notaueris fratris nomen, intelliges ꝙ nec dñs dicens o stulti luc. vlt. nec paulus dicens o insensati galatæ ad gal. 3. conuitium dixit fratri sed erranti. ℣ **Si ergo offers.** pro. **offeras/munus tuum ad altare/⁊ ibi recordatus fueris ꝙ frater tuus hȝ aliqd aduersum te, relinque ibi munus tuũ ante altare: ⁊ vade prius recõciliari.** pro **recõciliare.** imperatiuũ est. **fratri tuo: ⁊ tũc veniens offeres.** pro. **offer munus tuũ.** Subiunctiuũ ẽ offeras. Legis ꝓcepto de vitãdo homicidii ope postq̃ adiunxit ielus tria ꝓcepta de vitãdis initiis & occasionibus homicidii tum in aĩo tum in ore, mõ adiungit præceptum de adhibẽdo remedio patratę iam in fratrẽ offensę. Sciebat. n. multos non vitaturos offensas fratrum. & ꝓpterea legem de remedio addidit, dicendo si ergo offeras. ℣ In qua lege multa simul bona nostra ingerit. Sat siquidẽ pro lege remedii fuisset dicere/si offendisti fratrẽ tuum recõciliare illi: sed optimo doctori hoc non suffecit. verum necessitatẽ satisfaciendi fratri offenso ex ꝓprio dãno supioris ordinis (. s. diuini) & ex displicentia diuina monstrat: dum offensam in fratrẽ monstrat impedimentũ ei esse ad offerendũ munus deo. vt intelligamus incũbere nobis necessitatẽ satisfaciendi fratri offenso/nõ solum vt debitũ reddat fratri, sed vt nobis ꝑsis tollamus impedimentũ offerendi deo munera nostra. & vt tollamus displicentiã diuinam: quæ tanta est vt nolit nostra munera durante offensa fratris. & ppendas non solum cõtra fratrẽ sed & contra te ĩmo & contra deũ te esse q̃diu non recõcilias frattem. ℣ Et quum potuisset dicere reconcilia fratrem offensum anteq̃ offeras munus deo, non fuit cõtentus tali lege (ne tẽpus recõciliandi cõcederet videret vsq; ad tẽpus offerendi munus deo) sed dixit si offeras & recordatus fueris. Intendens significare ꝙ olim debuisti recõciliare fratrẽ offensum: sed si ex oblitione cõtingat te irreconciliato fratre venisse ad altare ad offerendũ/& ibi recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliqd aduersus te (hoc est ꝙ tu eum offendisti: & sic ipse habet cõtra te cãm/non tu cõtra eum) nõ offeras munus deo sed vade prius. ℣ Ex eo ꝙ nõ dicit fratri tuo ꝓpe moranti/sed absolute fratri tuo, insinuat per hoc præceptũ affirmatiuum necessitas recõciliationis fraternæ ante oblationẽ ad hoc vt oblatio sit accepta. & si ratio tẽporis ꝑmittit/cum executione exterioris itineris ad recõciliationẽ fratris: si vero prudentiæ rõ non admittit (puta ꝙ relinquat ante altare munus vsq; ad reditum ex ꝑside vbi manet frater offensus) sicut cæterorũ affirmatiuorũ præceptorũ executio exterior differri põt & recõciliatio exterior. Lex. n. spũs sapiętię intellectus/scientiæ & cõsilii, nihil ꝓcipit imprudenter agendũ. sed in oĩ executione affirmatiui ꝓcepti subintelligit circũstantia prudentiæ. Et ꝓpterea præceptũ hoc quãtum ad executionẽ/intelligitur si rõ tpis permittit. quãtum vero ad animũ intelligit absolute. Rursus si rõ subesset scandali si offerret irrecõciliato fratre, pculdubio debet prius exequi recõciliationẽ illo quo põt modo ad tollendum scandalum: puta manifestare se petere a fratre agente in remotis veniã &c̃. & sic recõciliato fratre offerre munus deo: cui non placent hostiæ eorũ qui cõtra fratres suos sunt. ℣ Ex hoc præcepto ad lsam habet ꝙ satisfactio fratri debita, si fieri põt/præcedere debet sacram cõionem: quæ est munus altaris noui testi. ℣ **Esto cõsentiens.** pro. **benevolus/aduersario tuo.** Reliquum erat ad cõplementum ꝓceptorũ circa homicidium vt ordinaretur noster animus erga aduersarios: qui scilicet offenderunt. Per legem nanq; veterem ordinatum est opus/non occides. per adiuncta præcepta (siquis iratscitur/si dixerit racha/si dixerit fatue) ordinata sunt interna & externa principia nocendi fratri ad euitandũ: omnia enim

hæc respiciunt exitationem futuræ offensionis.per præceptum autem si offeras/ordinatus est homo post offensam præteritam a te cõmissam in fratrem. Restabat ordinandus homo in altero genere offensę:scilicet acceptæ/quid scilicet mihi agendum est si alter iam me offendit & vexat.Docuisti me ne offendam fratrem quouis etiam in animo latente cogitatu/docuisti me quid mihi agẽdum est si iam fratrem offendi:superest vt doceas me quid mihi agendũ est si alter vexat me. Hoc intendit modo docere.& propterea non nominat fratrem sed aduersariũ.formalis enim est doctrina iesu christi. Esto inquit cõsentiens/hoc est benevolus in animo ac benignus in opere, aduersario tuo/hoi aduersanti tibi quis tu non aduerseris ei:hoc est ne irascaris aduersario/ne dicas illi rhaca/ne dicas illi fatue,sed esto ei benevolus/esto illi benignus.**cito dum es in via cum eo.** Definit tẽpus dum es in via,non tu solus sed cum eo/dum ambo estis in via/dum negocium est in fieri/anteq̃ deducatur ad tribunal iudicis:vt vtriq; prosit benignitas tua.Nec totum tẽpus viæ tibi cõceditur:sed vrget ad accelerationẽ dicendo cito.**ne forte tradat te aduersarius iudici:& iudex tradat te ministro/& in carcerem mittaris.** Præcepti rationẽ reddit ex timore proprii periculi.Ne forte/dubitationis nota significat ignotam nobis dispositionem aduersarii. Quia nãq; non scis an benignitas tua aduersarium a malo auertat seu etiam ad bonum cõuertat,ideo sub dubio aduersarii malum quod ex negata tua benignitate persentiscit & auctum forte est/inducit accusans te apud deum iustum iudicẽ.& ex tali tuo demerito tradat te iudici,a quo tradaris ministro/pœnarum diabolo, & mittaris in carcerem/inferni vel purgatorii. **Amen dico tibi:non exies inde donec reddas nouissimum quadrantẽ.** Si in carcerem contingat te ob omissam benignitatem detrudi,amen/vere dico tibi q̃ non exibis inde donec reddas &cẽ. hoc est donec totum dãnum cuius occasio fuisti solues.¶ Aduerbium donec significat manifeste rempus carceris coęuum tẽpori non solutionis.& propterea si solutio nunq̃ finietur/denotat tẽpus æternum:vt contingit si iste peccasset mortaliter non exhibendo se benevolũ aduersario.quod tunc esset quando omitteret debitam benevolentiã in animo/& debitum opus in locutione seu opere.Si autem solutio finietur/denotat tempus finitũ.quod tunc esset quãdo non omitteretur aduertenter/aut minus plene fieret:& breuiter propter imperfectionẽ omissionis esset peccatũ veniale. Tunc enim non exibit de carcere purgatorii donec luendo pœnas soluat etiam nouissimũ/minimum, quadrantem:hoc est vsq; ad minima quæq;/ex similitudine minimi nummi significata.

Audistis quia dictum est antiquis.non męchaberis. Post perfectionẽ præcepti de homicidio vitando subdit præceptum de vitanda mœchatione,perfecturus quoq; illud. **Ego autem dico vobis q̃ omnis qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam/iam męchatus est eam.**pro.**cum ea/in corde suo.** Sicut homicidium/extendit,ad iram/ita mœchationem extendit ad concupiscentiam mulieris. Lex vetus in hac materia prohibuit ,tum exterius opus/non mœchaberis/exo.20. tum internum appetitum/non concupisces vxorem proximi tui/ibidem. Iesus autẽ non restrinxit præceptum suum ad appetitũ alienæ vxoris:sed vniuersaliter dixit qui viderit mulierẽ/non suam,siue sit alterius vxor siue non.& propterea apposuit/ego autẽ dico vobis.¶ Vbi etiã nota q̃ non dixit qui concupiscet sed qui viderit ad concupiscendũ:vt simul dãnet tam internũ appetitum q̃ externum visum libidinosum.Sicut homicidio adiunxit damnationẽ iræ & locutionis.¶ **Q̃ si oculus tuus dexter scandalizat te,erue eum & proiice abs te.expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuorum q̃ totum.pro.& non totũ/corpus tuum mittatur in gehẽnam. Et si dextera manus tua scandalizat te,abcide eam & proiice abs te.expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorũ q̃ totus.pro.& non totũ/corpus tuum eat.pro.mittatur/in gehẽnam.** Sicut in homicidio ordinauit non solum internos affectus sed etiã homicidii occasiones abstulit(verba scilicet iniuriæ) ita in venereis postq̃ dãnauit affectum & visum/tollit occasiones cõcupiscendi duas.alteram oculi dextri:alteram manus dextræ. Per quæ præcepta non intendit q̃ naturalia nostra mẽbra abcidamus si ipsa nobis occasionẽ præbent ruendi(absit hoc ab intelligentia christiana)sed intendit q̃ exteriora officia/negocia/cõmercia & id genus reliqua de genere ,bonorũ/tam chara ac necessaria nobis vt oculus dexter aut manus dextra,abcidamus a nobis si præbent nobis occasionẽ ruinę animæ.¶ Vbi temperamentũ nota præcepti q̃ metaphorã induxit in mẽbris charis quidem ac,necessariis, non tamen ita necessariis quin sine illis possimus & videre & operari manu.remaneret.n.tam alter oculus q̃ altera manus. Propterea non dixit si oculi tui aut si manus tuæ scandalizãt/erue illos & abscinde illas:sed in singulari alter oculorũ etiam melior.s.dexter(& similiter de manu)inducitur.vt præceptũ abdicationis intelligamus in iis bonis quorũ abdicatio sub nostra est electione/sine qbus vita animæ salua est.absq; perplexitate siquidẽ sunt diuina præcepta.euenire.n.non põt vt illud abscindendũ sit qđ est necessarium ad salutẽ:sed euenire põt vt multa vtilia/multa delectabilia/multa sancta negocia abscindenda sint si occasionẽ nobis præbent ruinæ:quia melius est sine istis vtilibus & sanctis operibus saluari q̃ cum tot bonis damnari.¶ Et meminit oculi & manus vt omnia genera vtilium cõprehendat. quicquid enim est nobis vtile,vel ad ea quæ sunt notitiæ quæ per oculum vel ad ea quæ sunt actionis,quæ per manum significantur,vtile est.

Dictum est aũt. Inducitur hoc non tanq̃ inter principalia præcepta numeratũ,sed tanq̃ annexum. & ppterea non dicit audistis qa dictum est,sed dictum est aũt/proculdubio a lege veteri. **Quicuq; dimiserit.** proculdubio totaliter. **vxorẽ suam,det ei libellũ repudii.** Vbi perpẽde non precipi q̃ dimittat vxorẽ:sed q̃ si dimittat/det vxori libellũ repudii. In quo certum est & scriptũ fuisse ipsum repudium quia a scripto repudio tam in lege deute.24.q̃ hic appellat libellus repudii.& q̃ dabatur vxori quæ dimittebatur/vt posset monstrare se liberam esse a iugo viri. Cura.n.fuit legislatori vt dimissionẽ vxoris siqua fieret ordinaret. **Ego autem dico vobis.** nouo testamenti tempore.**q̃ omnis qui dimiserit vxorem suam.** Contextus inuitat ad intelligendũ de dimissione totali:quoniam de illa constat legẽ loqui/dicẽtem qui dimiserit vxorem der illi libellum repudii:& illam corrigit ad literã iesus. **excepta fornicationis causa.** Lex vetus latum reliquit campũ causis dimittendi vxorem:iesus restringit vsq; adeo vt solam causam fornicationis(proculdubio carnalis:quæ sola directe cõtrariatur ,coniugali fidei)excipiat. **facit eam mechari.** dando dimissę absq; fornicatione occasionẽ mœchandi.& **qui dimissam.** proculdubio absq; fornicationis causa. **duxerit.** in vxorem. **adulterat.** nõ maritus sed adulter est. Ita q̃ dimittens vxorẽ absq; causa fornicationis/causat duo mala:scilicet q̃ dimissa mœchetur & q̃ accipiens ipsam sit adulter. Hic est planus literæ sensus.¶ Nec hinc sequitur q̃ lex noui testamenti concedat viro propter vxoris fornicationẽ dimittere illam totaliter:quoniã textus iste non est tota lex noui testamenti.Sed bene sequitur q̃ ex hoc textu non est prohibita/nõ est illicita dimissio vxoris propter ipsius fornicationẽ.cum quo stat q̃ ex alio textu sit prohibita & illicita. Et rursus sequitur q̃ dimittẽs totaliter vxorem propter ipsius fornicationẽ/nõ est causa q̃ dimissa mœchetur:quũ illa iam mœchata fuerat. Sicut lex disponens q̃ maritus occidẽs vxorẽ nisi inuentã in actu adulterii/decapitetur,non reddit occisionẽ vxoris in flagranti reperte crimine licitã/sed impunẽ a decapitatione. Rursus sequit q̃ in hoc textu nihil disponitur de dimissa ob fornicationis causam:nec de ducente ipsam. Nec hoc est mirum:quia nec de ipsa dimissione quæ fiebat per libellũ repudii disponitur an fuerit licita:sed hoc alteri loco legis nouę reseruatur.s.in sequentibus ca.19.Considera prudens lector euangelii textum:& ipsum euangelio non euangelium tuo accõmoda sensui.

Iterum audistis. Perficit præceptũ aliud legis veteris de periurio. **quia dictum est antiquis. non periurabis.** Exo.20.non assumes nomen dei tui in vanum.& leui.19.non periurabis in nomine dñi. **reddes autem domino iuramenta tua.** Prima pars huius præcepti(scilicet nõ periurabis)est negatiua/prohibens malum ex suo genere.periurũ enim est malum ex se:ita q̃ nulla ratione potest excusari. Secunda vero pars(scilicet reddes dño iuramẽta tua)est affirmatiua.& non significat adimple iuramenta quæ promisisti(vt patet ex eo q̃ mihil hic subdit de impletione promissionũ)sed significat q̃ referenda sunt iuramenta in deum:hoc est q̃ iurandũ est per dominũ/& non per creaturas. Hæc enim verba non habentur in lege:sed sententia eorum habetur deute.6.per nomen domini dei tui iurabis. Vbi iurare non præcipitur,sed regulatur:scilicet q̃ fiat per nomen dei & nõ per nomen creaturarum. præcepit enim lex vt actus iste religionis qui est iurare/exhiberetur deo non creaturis seu idolis quibuscunq;.¶ **Ego autem dico vobis.** Perficit præceptum vtriusq; duo adiungens præcepta.alterum negatiuum:alterum affirmatiuũ. **non iurare omnino.** Ecce præceptum negatiuum.in quo claudũtur duo:scilicet non iurare/& omnino.prohibet enim iurare omni modo:scilicet tam explicando deũ q̃ non explicando deum:puta per cœlum/terram & reliquas creaturas.¶ Et in hoc perficit tum præceptum de non periurando:tollendo non solum periuriũ sed occasionem periurandi.sine iuramento enim impossibile est incurri periurium. Tum præceptũ de referendo iuramentum in deum:tollendo solicitudinem referendi.vbi nãq; non iuratur,nulla est opus solicitudine referendi iuramẽta in deum. **neq; per cęlum/quia thronus dei est:neq; per terram,quia scabellum est pedum eius:neq; per hierosolymam,quia ciuitas est magni regis neq; per caput tuum iurabis:quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum.** Declarat illam particulam omnino/monstrando q̃ iurando per creaturas iuratur per deum. Et monstrat hoc in quattuor creaturis:cœlo/terra/hierosolyma/& capite hominis.¶ Vbi nota ex parte creaturarũ explicari primo prima corpora:cœlum scilicet & terram.hæc enim inter primas partes integrantes vniuersum corporeũ/primum tenent locum:vt patet in principio gen̄.& apud philosophos in primo cœli.& supremũ locum omnium factibilium & agibilium/scilicet hierosolymã:in qua vtpote ciuitate regia simul & diuina tam moralium q̃ artium summa est.& supremũ inter mixta caput humanũ.vt in his quattuor vniuersitas creaturarum collecta intelligatur. Ex parte autem dictæ relationis ad deum/triplex modus essendi dei in rebus omnibus colligitur:scilicet per essentiam/præsentiam & potentiam.nam modus essendi per essentiã/tangitur ex similitudinario sermone quo cœlum sedes dei & terra scabellũ pedum eius dicit:tanq̃ dei substantia sit in cœlo & in terra. Intẽdit.n.per hoc significare q̃ deus est vbiq; per essentiã. Modus vero essendi per præsentiam/tangitur in hoc q̃ hierosolyma ciuitas dei regis magni describitur:tanq̃ deus sui regiminis prouidentia in regia ciuitate sit.modus.n.præsentię ad claritatẽ notitię spectat. Modus autem per potentiã/tangitur in hoc q̃ describit caput humanũ opus non hominis sed dei,vsq; adeo

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ homo non potest mutare colorem capillorum suorum. per hoc enim significatur diuina potentia extendens se ad minima. Intendit ergo iesus q̄ quia deus est vbiq̄ per essentiam/præsentiam & potentiam, ideo per quācunq̄ creaturam iuretur per deum iuratur. ℣ Et si obiiciatur q̄ iurās per creaturam non intendit iurare per illam quatenus in ea est deus. Solutio est q̄ obiectio ignorat ꝓpriam vocem. nam iurans in eo q̄ iurat intēdit veritatem infallibilem in testimoniū inuocare: ac per hoc non creaturam ſm se, sed ſm q̄ dei est/qui solus est veritas infallibilis. ℣ Quod autem dicitur nō potest facere capillum album aut nigrum/intellige ab intrinseco. sciebat enim q̄ fucato artificio possumus capillos albos aut nigros facere. ¶ Occurrit hic quæstio circa hoc negatiuum præceptū/quid prohibeat. Est ratio dubitandi: quia iurare non est de genere malorū. immo est de genere licitorum: vt patet ex eo q̄ in sacra scriptura attribuitur deo/angelis & viris perfectis. apostolus enim plūries in suis epistolis iurauit: angelus in apoca. iurauit per viuentem in secula seculorū: & per memetipsum iuram dicit dominus. ℣ Solutio est q̄ sicut in p̄cepto non occides/prohibetur occisio hominis nuda/& non prohibetur occisio hominis vestita circūstantiis iustitię (puta q̄ homo malefactor occidatur a iudice ne cessitate reipu. id exigente & c̄.) ita præceptum iesu christi prohibēs iurare/refertur ad iurare nudum, & non ad iurare vestitum circūstantiis iudicii/iustitiæ & veritatis: quia iurare nude sumptum est malum moraliter: quia ad irreuerentiam diuinam spectat. & propterea sub præcepto ponitur negatiuo. Cum quo stat q̄ iurare vestitum iudicio iustitia & veritate/est licitum/& non contra hoc præceptū. & tale attribuitur deo/angelis & apostolo: & a reliquis viris iustis exerceri potest. **Sit autem sermo vester est est.** pro. **etiam etiam/non non.** Ecce præceptum affirmatiuū est est/non non: hoc est affirmandum affirma & negādum nega absq̄ adiectione iuramenti. **Quod autem his abundantius est.** Appellatione abundantioris non veniunt aduerbia affirmandi: puta vere/certe/& similia. vt apparet ex eo q̄ ipse iesus huiusmodi aduerbiis vsus est: dicendo amen dico vobis/& in veritate dico vobis. & ex eo q̄ huiusmodi aduerbia non addunt/non apponunt aliam veritatem: sicut apponeret iuramentum testimonium veritatis infallibilis. **a malo est.** Declarat iesus q̄ iuramentum appositum quantūcunq̄ vestitum iudicio iustitia & veritate, a malo est. Non dicit malum est, sed a malo est/effectus mali est/a malo occasionē habet: scilicet ab infirmitate humana/non firmiter credente nisi apposito iuramento. Et dicendo a malo est/insinuauit non oportere omne iuramentum esse malum: q̄is semper occasionem habeat a malo.

Audistis quia dictum est. exo. 21. & deute. 19. **oculum pro oculo/dentē pro dente.** Statuit lex vetus iustum cōtrapassum: hoc est talionē. hoc enim significat oculus pro oculo/dens pro dente & c̄. **Ego autez dico vobis.** Perficit iesus legem talionis præceptis quattuor. **non resistere malo.** Hoc est primum præceptum. Quod potest dupliciter intelligi. Primo vt sonat præceptum negatiuum. & sic intenderet dominus prohibere actum resistendi malo. Quod valde dissonat a recta ratione. nā autor naturæ iesus non præcipit contra naturā: quia gratia non destruit sed perficit naturam. constat autem naturalissimū esse rebus omnibus resistere malo. & propterea non potest cadere sub præcepto negatiuo: quod obligat semper & ad semper. Sequeretur enim q̄ nunq̄ liceret resistere malo: quum tamen resistere malo etiam nude sumptum nihil inordinatū significet, sed actum naturæ conformem. ℣ Alio ergo modo intelligitur hoc præceptum circūlocutione: & per negationem resistendi malo intendit præceptor affirmationē sustinēdi malum. Et est semper sermo de malo pœnæ: hoc est nociuo. Ita q̄ præceptum hoc q̄is ſm verba sit negatiuū, ſm tamē intentum ad literam sensum est affirmatiuum. Et sic intelligendū est ad literam præceptum hoc ac si dixisset. ego autem dico vobis sustinere malum. affirmatiuo enim existente hoc præcepto, cessat obligatio semper & ad semper cessat contrarietas rectæ rationi/cessat diminutio vocabuli qua resistere (quod est actus exterior) trahitur ad præparationem animi: quia suapte natura p̄cepta affirmatiua obligant non pro semper sed pro loco & tempore & aliis circūstantiis rationabilibus. Præceptum siquidē de colendo deum/& de honorando parentes, non obligat vt omni tēpore colamus deum/& omni tēpore honoremus parentes: sed q̄ pro loco & tempore & aliis circūstantiis colamus deum & honoremus parentes. ac per hoc tam hoc præceptum q̄ quinq̄ alia immediate sequentia, ex hocipso q̄ sunt affirmatiua/obligant nō pro semper sed pro loco & tēpore. Quocirca non obligamur ex hoc præcepto ad recipiendū malum seu nociuū semper & ad semper, sed pro loco & tēpore: hoc est quum ratio recta id requirit pensatis circūstantiis omnibus. Et ꝓpterea cessant quæstiones & obiectiones ex sanctorū gestis: puta q̄ paulus restitit malo appellando ad cęsarem/& similia recta enim ratio suadebat tunc resistendū esse. & propterea nō fiebat contra hoc præceptum. ℣ **Sed siquis te percusserit.** Deest. **alapa/in dexteram maxillam tuam, p̄be illi.** pro. **verte illi/z alteram.** Secundum præceptū est præbere alteram maxillam percutienti vnam. vbi præcipitur plus q̄ in primo: quia in primo præcipitur sustinere malū illatum: in hoc autē præcipitur post susceptū primum malum offerre nos ad alterū malum. Et est etiam præceptū affirmatiuum, non obligans pro semp sed pro tēpore quo recta ratio id exigit. Ita q̄ nō tenemur ex hoc pcepto quotienscūq̄ percutimur/offerre nos ad sustinendā alteram percussionē: sed tunc tantum quum

omnibus circunstantiis pensatis recta id exigit ratio. ℣ Et propterea cessant obiectiones de saluatore nostro qui percussus in maxilla non præbuit alteram. & similiter de paulo: qui percussus in ore act. 23. reprehendit principem sacerdotum. circūstantiæ enim non exigebant præbere alteram maxillam. & propterea non est actum cōtra hoc præceptū. ℣ **Et ei qui vult tecum.** vult non ratione sed voluptate mouet. **in iudicio.** non via facti sed via iudicii. **contendere.** non discutere iustum. **z tunicam tuam tollere.** quod est effectus intentus per iudicū. **dimitte ei z pallium.** Tertium est hoc præceptū simpliter affirmatiuū/& circa res necessarias. s. tunicā & pallium. Quod similiter obligat non pro semp, sed quādo recta ratio id exigit. ℣ **Et quicūq̄z te angariauerit.** pro. **coegerit/mille passus.** pro. **ad miliarium vnum, vade cum illo z alia duo.** Superfluit & alia. Quartū est hoc præceptū similiter affirmatiuum & similiter obligans sicut p̄cedentia. ℣ Et nota q̄ primum præceptū præcipit vniuersaliter sustinere malū in genere: reliqua autē tria præcipiunt oblationem extrinsecā ad amplius sustinēdum, distinguendo tria genera malorū. Primū in corpore, explicando percussionē maxillæ: secundū in rebus exterioribus, explicādo tunicā & pallium: tertium in operibus, explicando ambulationē vnius miliarii. vt intelligamus ad omnia malorū genera præcipi vt nosmetipsos offeramus. ℣ Vbi cernere potes q̄ perfectiorē formet animū lex noua q̄ vetus. Illa indulgebat peti vindictam oculi pro oculo/dentis pro dente & c̄. ista præcipit non solū sustinere mala illata, sed etiā offerre se ad sustinēdum alia inferenda. ¶ Aduerte quoq̄ hic q̄ cōtextus literæ continuando primū p̄ceptū absolute promulgatum (.s. non resistere malo) per coniunctionē aduersatiuam adiuncto pnomine singularis numeri. s. te cum reliquis tribus præceptis, insinuat q̄ omnia hæc p̄cepta ad priuatā diriguntur personā. Ita q̄ ex ipso loquendi genere habetur q̄ p̄ceptis his non ligatur ꝑsona publica quatenus publica est: hoc est quatenus ipsius est tueri/ministrare/efficere iustitiā publicam. Sed ligant personæ priuatæ: seu etiā publicæ quatenus sunt singulares ꝑsonæ. Et vere sic est: quoniā iesus non præcipit hic principibus & iudicibus non resistere malo. imo ipsi tenent ex officio non solū resistere malis sed etiā punire. Propter quod significantius textus (vt prædictū est) continuat per coniunctionē sed: denotantē ad idem referri primum præceptū & tria reliqua. In quibus pluries repetit te & tua/ad ostendendū q̄ alloquitur personam priuatā: in cuius potestate est sine alterius iniuria sustinere propria nocumēta/& offerre se ad maiora sustinēda. ¶ **Qui petit a te/da ei.** Passionibus iniuriarū ordinatis/annectit optimus magister præcepta actionum nostrarū ad alterum dno: ita q̄ perfecti simus & in actionibus aliorū cōtra nos/& in actionibus aliorū supplicibus ad nos. ℣ Præceptū primum est gratuitæ donationis: vt. s. petenti demus. Et hoc præceptū qa affirmatiuū est/intelligitur quādo recta ratio pensatis oībus circūstantiis id exigit. Et hinc soluunt innumere obiectiones. & supplent omnes subintellecte cōditiones: puta rationabiliter petenti da si potes & c̄. ℣ **Et volenti mutuare a te ne auertaris.** Deponens est actiuæ significationis/significans ne auertas. Vltimū est hoc præceptū de gratuito mutuo exhibēdo petenti. Minus dico: quia textus dicit volenti. præcipimur enim mutuare non solū petenti sed volenti & præ verecundia aut respectu aliquo non audenti petere mutuum. ℣ Et hoc præceptū proponitur sub forma negatiua, dicendo ne auertaris. Significatur enim q̄ quū prænidemus aliquem petiturum a nobis mutuum, non diuertamus ab illo/non auertamus faciem/iter/sermonē ne petat mutuū. Hoc est quod directe præcipitur inhibendo exteriorē auersionem a petituro mutuum, vt si potes non ponas obicem mutuo/si non potes mutuare abstineas ab inhumanis signis. Et quoniā signa ordinātur ad res & opera/nec exigit signa vana cœlestis magister, per hanc inhibitionē præcipitur tibi mutuare non solum petenti sed volenti petere. vnde pro quāto est negatiuū/prohibentur inhumanitatis signa. & quo ad hoc obligat semper & ad semper: quia mala sunt moraliter. Pro quanto autē præcipit mutuare/affirmatiuū est intelligendum vt præcedentia: quādo scilicet recta id ratio exigit. ¶ Memento hic prudens lector præcepta hæc obligare ad peccatū pro loco & tempore sicut & reliqua præcepta affirmatiua: & eorum transgressionē quandoq̄ esse mortalem/quādoq̄ esse venialem. sicut transgressio præcepti de honore parentum quādoq̄ est mortalis quādoq̄ venialis. Regulanda enim sunt hæc præcepta sicut & reliqua affirmatiua: discernendo quando eorum transgressio est cōtra charitatem/& quādo præter charitatem. ℣ Est autem exēplariter explicando contra charitatē resistere malo, quando fidei professio incūbit/nec aliter potest exerceri nisi sustinendo mala corporis/rerum & c̄. Et similiter quādo aliorum fides periclitaretur nisi ego offerrem me passioni, cōtra charitatē ago nisi mea oblatione subueniam periclitanti fidei. Rursus quū petens caret aliunde subsidio necessario ad vitā, teneor ex necessitate charitatis ego dare vel mutuare. Quū vero confessio seu periculū fidei aut indigentia proximi extra vrgentis necessitatis sunt articulū/non parua tamē causa hæc exigit officia, præter charitatē omitterentur officia hæc. Regulare est enim præcepta affirmatiua obligare tempore ne cessitatis: & ad mortale si contra charitatē dei aut proximi, ad veniale autē grauius & minus graue/si præter charitatem omittitur. Pensanda est ergo occurrens necessitas/si vrget contra vel præter charitatem. **Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum/z odio habebis inimicum tuum.** Leui. 19. scriptum est/diliges amicū tuum sicut teipsum. nullibi autem in tota lege inuenitur scriptum/

odio habebis inimicū tuum. Sed dominus iesus dicit hic etiam hoc dictum fuisse: vel quia indęi intelligebant hoc dictum fuisse implicite, determinando enim obiectum dilectionis esse amicum, insinuatur inimicum esse obiectū odii, quod cōtrariatur amori. Vel quia in deutero. inter benedictiones continetur ruina inimicorū a conspectu populi israel. Dicitur. n. deute. 28. dabit dominus inimicos tuos corruentes in cōspectu tuo: per vnam viam venient contra te & per septē fugient a facie tua. Per hoc enim & similia verificatur dictū esse in lege, odio habebis inimicū tuum. persecutio enim & prostratio effectus est odii. **Ego autem dico vobis.** Perficit iesus præceptū de dilectione hominis dupliciter. prius præcepto, & deinde cōsilio. **diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calūniantibus.** pro. **offendentibus vos: vt sitis filii patris vestri qui in cęlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.** Tria præcipit erga inimicos: diligere, internū, benefacere externū, & orare intus & extra. ¶ Vbi aduerte q̄ inimicus tripliciter cōsideratur. Primo formaliter quatenus est inimicus. & sic non est obiectum amoris recti: sed maximū peccatum est diligere inimicū formaliter. Secūdo cōsideratur materialiter: hoc est homo ipse. & sic clarū est q̄ pōt diligi. Sed hoc proprie loquēdo non est diligere inimicum, sed hominē. Tertio cōsideratur inimicus quo ad vtrunq; simul: hoc est homo odio me habens. Et sic textus præsens loquitur de inimico: & præcipit q̄ amemus homines non obstante q̄ sint nobis inimici. Hæc est intentio literæ quo ad obiectū. ¶ Diligere autē, benefacere & orare dupliciter potest intelligi. s. in cōmuni vel in speciali. Diligere inimicos in cōmuni, est diligere eos fm id qđ est cōmune eis & aliis. & similiter bñfacere inimicis in cōmuni, est non excludere eos a beneficiis cōmunibus. & similiter orare pro inimicis in cōmuni, est non excludere eos ab orationibus cōmunibus. Orare autē pro inimico in speciali, est fundere orationē specialiter pro illo. & similiter bñfacere inimico in speciali, est cōferre inimico aliquod beneficiū illi proprium. & similiter diligere inimicum in speciali, est habere actum amoris specialiter erga inimicū. ¶ Sub præsenti itaq; præcepto vterq; modus cōprehenditur, sed diuersimode: quia primus modus (scilicet diligere & bñfacere in cōmuni) explicatur ab ipso dño iesu, subiungendo imitationē cœlestis patris qui solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc enim diuina beneficia nō sunt bñficia ppria malis & iniustis qui sunt inimici dei: sed sunt bñficia cōmunia non solum inimicis & amicis, sed etiam irrationalibus creaturis. Ex hoc enim q̄ dñs declarat rationē bñfaciendi inimicis ex imitatione dei quatenus non excludit a cōmunibus beneficiis malos & iniustos, docet præceptū suum intelligendū esse de diligere & bñfacere in cōmuni. Specialiter autē diligere & bñfacere non explicatur hic a domino, sed reliquit intelligendum ex generali regula præceptorū affirmatiuorū: q̄ scilicet obligant tempore necessitatis. Ita q̄ sub præcepto de diligendo inimicos, cōprehenditur bñfacere inimicis etiā in speciali tēpore necessitatis: iuxta illud prouer. 25. si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit da ei aquā bibere. **Si enim diligitis eos qui vos diligunt.** Adiungit cōsilium de diligēdo inimicos in speciali extra articulū necessitatis. Q̄z enim hoc sit cōsilium, ex eo patet q̄ cōcluditur. estote enim vos perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Inferendo enim perfectionē, monstrat se non præcipere sed consulere: quoniā esse perfectū ad consilia spectat: iuxta illud infra. 19. si vis perfectus esse, vade & vēde omnia quæ habes &c. Q̄o autē de dilectione in speciali tractetur, patet ex eo q̄ dicitur si salutaueritis fratres vestros tm̄. actus enim salutandi ad specialē exercetur personā. ¶ Triplicem autē rationē huius consilii affert. Primo ex mercede: dicēdo. **quā mercedem habebitis.** pro. **habetis.** ¶ **nōne & publicani hoc faciunt!** ¶ Quasi dicat nullam. Diligere enim diligentē se, est pōtius repēdere vicē q̄ mereri mercedem: sed diligere odientē, mercedem expectat a deo ppter quē diligitur. Quod q̄is clarum esset, dominus tamē manifestat ex hoc q̄ diligere diligentē, est actus cōmunis etiam publicanis, qui non expectant mercedē a cœlesti patre. ¶ Alia ratio est ex supērogatione: dicendo. ¶ **Et si salutaueritis fratres vestros tantū quid amplius facitis!** Quasi dicat nihil, nisi id ad quod tenemini naturali iure. Et hoc etiā declarat dicēdo. **nōne & ethnici.** pro. **publicani hoc faciunt! Estote ergo vos perfecti: sicut & pater vester cęlestis.** pro. **qui in cęlis est perfectus ē.** Publicani (qui publicū ęs exigebant pro romanis a populō) infames erant apud indæos zelum legis habentes. & ppterea tam hic q̄ alibi in euangelio nominātur rang̃ alieni a lege dei: vt meretrices & similes. ¶ Tertia demū ratio ex imitatione perfectionis cœlestis patris affertur. Et hoc docens q̄ diligere & benefacere inimicis in speciali extra necessitatis articulum, perfectionis est ad imitationē diuinæ perfectionis, qua inimicis suis specialiter benefacit: vt patet in tanta & continua conuersione peccatorum.

CAPVT .VI.

Attendite. Postq̄ iesus doctrinā legis perfecit declarando præcepta, transit ad perficiēdum affectum circa ea quæ cōmuni desiderio appetuntur: gloriam. s. & diuitias. Præcipuum inter spiritualia desideratū cōmuniter est gloria: inter corporalia autē opulentia. Et ppterea a primo inchoans præcipit attendite. Diligentia adhibenda attestatur periculo. **ne iustitiam vestram.** pro. **eleemosynam vestram, faciatis coram hominibus.** Gloria enim humana rang̃

rang̃ pmiū bonorū operū existimaē. malis. n. opibus nō laus sed vituperiū debeē. Et ichoat ab eleemosyna, vtpote pcipuo operū inde ad ofonē & ieiuniū pficiscens. **vt videamini ab eis.** Nō dixit cœlestis magister, attēdite ne eleemosynā vestrā faciatis cora hoibus absolute, sed cū adiectione finis vt videamini ab eis. hic. n. finis, phibetur: qñ vana gloria est. **Aliogn mercedē nō habebitis** pro. **habetis, apud patrē vestrū q̄ in cęlis est.** Nō dixit aliogn dānabimini, sed q̄ carerent mercede apud patrē cœlestē. Et intelligit ad ifam de mercede illius opis qđ sit ob vanā gloriā. Qui. n. bonū aliquod opus facit (puta honorat patrem, reddit mutuū &c̄.) vt videaē, hoc est ad hūc finē vt videaē & honoreē ab hoibus, nō ppterea, etemā dānationē icurrit: sed priuaē mercede seu pmio cœlesti illius opis boni, qa nō oportet ire ad infernum ibi pctū mortale, sed pōt esse veniale. Nā si humana gloria intēdaē pferēdo ipsam iis quę sunt ex charitate necessar: o diligenda, faciēda aut vitāda, proculdubio pctū icurrit mortale: & inde priuamur nō solū illius opis mercede, sed totaliter apud pfem cœlestē per exclusionē a cœlesti patria. Quādo vero gloria humana appetit vt finis qđē illius opis, nō tū contra ea quæ sunt de necessitate charitatis: veniale tm̄ peccatū incurrit ex appetitu vanę gloriæ cōsequēdę ex bono opere. ¶ **Qū ergo facis eleemosynā.** Postq̄ in genere phibuit appetitū glorię humanę vt mercedē operis boni, descendit ad species modorum. **noli tuba canere ante te.** Morem tangit antiquum, quo sono tubę excitabantur pauperes ad locum & tempus eleemosynę. Hic. n. mos rationabiliter institutus erat, ad tollendam vagationem incertam mendicantium, & molestiam erogantium eleemosynas ne omni hora aut vbiq; molestarentur. Sed hypocritę abutebantur hoc more, seruātes illum ad hoc vt honorificarentur ab hominibus. **Sicut faciūt hypocritę.** Græca dictio est derivata a personis in spectaculis comœdiarum seu tragœdiarum. homines enim illi, alii sunt intus & alios repræsentant foris. unde siquidem translatum est nomen hoc ad significandum eos qui simulant se bonos. ¶ Vbi similiter nota q̄ non pcipit noli tuba canere ante te absolute, sed ea rōne vt honorificeris ab hoibus. Et ppterea apposuit, sicut faciūt hypocritę vt honorificenē ab hoibus. intētionē siqdem phibet, non actionē. **in synagogis & vicis.** Hoc est in locis publicis. tū cōgregationis, vt synagogis. tū trāsitus, vt vicis. ¶ **vt honorificētur ab hoibus.** ¶ **Amē dico vobis, recepunt.** pro. **recipiūt mercedē suā.** scilicet humanā gloriā pp quā eleemosynā fecerūt: ac p hoc nō expectāt mercedē talis eleemosynæ a cœlesti pfe. sufficit enim operi merces ppria. **Te aūt faciēte eleemosynā, nesciat sinistra tua qđ faciat dextera tua: vt sit eleemosyna tua in abscōdito.** Possumus pcęptū vel cautelā intelligere. Si pcęptū est, ad intētionē referē. præcipit enim vt intētio faciētis eleemosynā aliena sit ab hoc, vt videaē ab hoibus: hoc est q̄ faciēs eleemosynā nō itēdat videri ab hoibus, laudari ab eis. Ita q̄ vbi prius pcępit vitari intētionē vanę glorię in eleemosyna publica, mō phibet eādē in eleemosyna quę alicui particulariter fit. Si aūt cautela est, instruimur vt nostrę infirmitati cōsulēdo ne obrepat in manifesta eleemosyna vana gloria, studeamus eleemosynas secretissime efficere. Secretissimus enim modus significaē p hanc metaphorā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. periclitaē. n. aīus humanus in laudatis eleemosynis propriis. **& pater tuus q̄ videt in abscōdito, reddet tibi.** Deest. **in manifesto.** ¶ **Et quum oratis non eritis.** pro. **& quum oras non eris sicut hypocritę.** Ordinata intentione eleemosynę cum adiuncta cautela, ordinat intentionem orationis simili modo: scilicet vt non oremus vt videamur ab hominibus. **Qui amāt in synagogis.** pro. **quia amāt in synagogis & in angulis plateaȝ.** Locis publicis, altero vbi cōgreganě homines ad doctrinam legis, altero vbi congregantur homines ad negocia humana. **stantes orare.** Cōmunis orantium situs tunc temporis erat stare: vt hinc colligitur, & ex pharisęo & publicano qui stantes describuntur orasse. **vt videātur.** pro. **vt appareāt hoibus. Amē dico vobis receperūt.** pro. **recipiūt mercedē suā.** ¶ **Tu aūt quū oraueris.** pro. **quū oras, intra in cubiculū tuū. & clauso ostio.** Deest. **tuo, ora patrē tuū in abscondito. & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.** Deest. **in manifesto.** Cautela virandi obrepentem vanā gloriam adhibetur, vt secretissimas habeamus orationes. Et hoc intellige de ofonibus spōtaneis. nā ofones siue publicę (quales sunt missę & horę canonicæ) sine quas debemus in loco publico psoluere (vt interesse diuinis laudibus, letaniis & similibus) non cōprehenduně sub hac cautela. propterea enim dominus ait, tu aūt quum oras: significans q̄ de priuata oratione loquitur. Quod etiam significatur ex hoc q̄ induxit priuatas & spontaneas orationes hypocritarum in angulis plateārum. ¶ **Orantes autem.** Aliud circa orandi modum præceptum adimgit: scilicet. **nolite multum loqui.** pro. **ne sitis multiloqui.** Non dicit nolite multum orare, nec dicit nolite prolixe orare: quum ipse prolixius oraverit & in oratione pernoctaverit. Nec dicit nolite loqui (per quod prohiberetur oratio vocalis) sed vetat multum loqui orando. ¶ Vbi advertere q̄ multa locutio non est per se appetenda in oratione: secus autem est quando ratio recta suadet multam locutionem orando; ad excitandam seu continuandam aut augendam mentis devotionem. Vnde & dominus rationem subdit. **Sicut ethnici faciunt.** Superfluit faciunt. Græca dictio est ethnici; significans gentiles, rang̃ qui in ea qua geniti sunt viuant natura sine diuina lege. **putant enim q̄ in multiloquio suo exaudiantur.** Hinc enim confutatur electio multiloquii

Universidad de Deusto
Biblioteca

viam/interrogare alios expertos viam. Et propterea dominus non solum quærendam viam sed etiã illos a quibus quærenda occurrit docet. tales.n. sunt cõmuniter doctores & personę spirituales monstrantes viam alijs. Ne ergo fallamur, attendite inquit/diligenter cauete. **a falsis prophetis.** Appellatione prophetarum intellige quoscunq; officium videndi quæ aliis manifesta non sunt profitẽtes. **qui veniunt ad vos.** Ego non mitto illos, sed ipsi ex se veniunt ad vos/**in vestimentis ouium.** ieiunijs/fletibus/orationibus/vilibus vestibus/& alijs huiusmodi exterioribus signis virtutum. Hæc.n. sunt velut vestimenta ouium christi. **intrinsecus autem sunt lupi rapaces.** tendẽtes ad perditionem ouium christi. intendunt.n. sub specie tot exteriorum bonorum immiscere venenum alicuius hereſis seu schismatis aut mali moris seu licentię. **A fructibus eorum cognoscetis eos.** Ne excusationem ignorantię haberemus, dat regulam cognoscendi interiora hominis vt caueamus ab eis. a fructibus inquit eorum cognoscetis eos. ℣ Siste mentis pedem: & discerne fructus eorum a fructibus non eorum, sed vel officiorum/vel audientiũ/vel fidei, & vniuersaliter gratiarũ gratis datarũ. Fructus eorum sunt propria charitatis opera: siue consistant in verbis/siue in omissionibus/siue in factis. Non sunt autẽ fructus eorum concursus populi/conuersio hominũ ad pœnitentiam mediantibus eorum prędicationibus/& similes effectus: qm̃ isti sunt fructus fidei & deuotionis audientiũ & non sunt propria opera prophetarum. Similiter quę dicunt ex ore moysi & prophetarum, non sunt eorum sed cathedrę fructus. Similiter prophetare & dęmones eiicere/& miracula facere vera in noĩe iesu christi, nõ sunt fructus eorum/sed gratię gratis datę. stant.n. hę gratię cum peccato mortali/cum inimicitia eorum ad deũ: vt in hoc capitulo dominus subiungit. ℣ Non est igitur temeraria ratio ab operibus prius cognoscere animum hominis. **Numquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus?** Declarat hanc regulam ex similitudine vegetabilium, tum in specie de fructibus spinarum & tribulorum. Vtrunq; genus spinę dicitur. Tum in genere, prius de facto: dicendo vniuersalem. **sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala** pro. **putris/autem arbor malos fructus facit.** Deinde de possibili/dicẽdo. **non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala** pro. **putris, fructus bonos facere.** Vbi non dicit/non potest arbor bona fieri putris/aut econuerso non potest putris fieri bona: sed dicit ꝙ non potest arbor bona existẽs bona fructus malos facere. & similiter nõ põt arbor putris existens putris fructus bonos facere. Et significat ꝙ hæc simul iuncta ꝙ arbor bona profert fructus bonos tantum, & non bonos & malos. & similiter arbor putris profert fructus malos tantum, & non malos & bonos: alioquin arbor bona posset facere malos & putris bonos: cuius contrarium textus dicit. ℣ Intendit autem per similitudinem arboris voluntatem: & consequenter per arborem bonam seu puttrem/voluntatem bonam seu malam. Per fructus vero bonos qui non sunt vestimenta ouium cõmunia etiam lupis, illos quos apostolus ad gala. ϛ. dicit esse fructus spiritus: dicendo. fructus autẽ spiritus est charitas/gaudium/pax/patiẽtia/benignitas/bonitas/longanimitas/mansuetudo/fides/modestia/continentia/castitas. Hæc opera si sunt fructus eorum, cognoscimus eos esse veros prophetas/esse bonas arbores/habere bonam voluntatẽ. si autem fructus hos nõ videmus, attendamus diligentius: quia vel aliquod operum carnis quoꝝ ibi apostolus meminit/vel saltẽ humana cupiditas aut gloria, illorũ fructus inuenietur. ℂ Sed occurrit difficultas applicandi integre parabolam arboris/quãtum ad hoc ꝙ putris arbor facit trẽ malos fructus: quum falsi prophetę malę voluntatis/faciãt etiam aliqua bona opera: ieiuniorũ/eleemosinarũ &c̃. nam veniunt in vestimentis ouium. & similiter quantum ad hoc ꝙ bona arbor non nisi bonos fructus facit: quia nullus est tã sanctus qui non peccet in hac vita. ℣ Solutio est. ꝙ ideo iesus hæc dixit, vt intelligamus ꝙ quęcũq; bona opera ex suo genere/procedũt a mala voluntate falsorum prophetarũ, non sunt fructus boni sed sunt fructus mali. ita ꝙ intelligamus etiã ipsa vestimenta ouium sub quibus se occultant/fructus esse malos. Et vere sic est: quia sunt effectus malę volũtatis/ordinantis hęc oĩa ad malum finẽ. Quod autẽ obijcitur de peccatis sanctoꝝ, non obstat sentẽtię euangelicę: quia nullũ peccatũ est fructus bonę voluntatis. deficiendo.n. a perfectione bonę volũtatis peccat quisquis venialiter peccat. **Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur & in ignẽ mittetur** pro. **exciditur & in ignẽ mittitur.** **Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.** Facile occurrit quæstio/nũquid tales falsos prophetas tu manifestabis puniendo? Respondet enim nihil manifeste promitto: sed indubie quotidie intus succidit de horto seu cõsortio sanctę ecclesię & in ignẽ ęterni cruciatus quotidie mittit: dũ quotidie aliqs eoꝝ morit. Nõ igit̃ aliũde q̃ ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos in pũri vita. **Non omnis.** Declaratis spectantibus ad duo prima præceptа/declarat modo tertium præceptum: scilicet pulsate & aperiet vobis. Et duo dicit. alterum negatiuum/non oĩs qui dicit. alterum affirmatiuum/qui facit voluntatem &c̃. per hæc.n. duo declaratur qd est pulsare ad ingressum regni cœlorum: ac per hoc discernuntur vere pulsantes (quibus & aperiet) a non vere pulsantibus, quibus nõ aperietur. **qui dicit mihi.** Quãuis nullus dicere possit iesu domine nisi in spiritusancto (vt apostolus. 1. ad cor. 12. dicit) quia veritas a spiritusancto est, nõ trẽ sufficit iste effectus spiritus sancti ad hoc ꝙ homo intret in regnum cœlorum: quia non sufficit ad salutem vera fides sine operibus. **domine domine**

intrabit in regnum cęlorum. Repetitio vel confessionem vtriusq; naturę in christo significat, vel signum est feruentis exteriotis cultus. Ac si aperte dicat. non oĩs qui profitetur integre fidem meam/quantũcunq; feruеat exteriori cultu colendo me, intrabit in regnum cœloꝝ. **sed qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis est.** Ecce affirmatiuum. non sufficit dicere domine domine/integra fide & exteriori cultu: sed oportet factis exequi voluntatẽ patris mei. **ipse intrabit in regnum cęlorum.** Oĩs istę quinq; dictiões sunt superfluę. ℂ **Multi dicent mihi in illa die. domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus/& in noĩe tuo dęmonia eiecimus/& in noĩe tuo virtutes multas fecimus?** Declaraturus ambo proposita/primo declarat negatiuũ: scilicet non oĩs qui dicit mihi &c̃. Declarat autem hoc a tribus generibus hominum/quorũ damnatio valde admiranda apparet hoĩbus. vix.n. persuaderi potest hoĩbus ꝙ aliqui viri vere prophetent/& miracula vera faciant/& dęmones eiiciant ab obsessis corporibus, & cum hoc sint viri mali inimici dei. Hæc tria genera hominum inducit hic iesus: non ꝙ oĩs tales sed ꝙ multi eorum dicent mihi in illa die/iudicii scilicet. domine domine/rectitudine fidei, nõne in noĩe tuo prophetauimus/de occultis secretisq; illuminati sumus inuocando nomen tuũ. & similiter in noĩe tuo/credito & inuocato, dęmonia eiecimus/ab hominibus. & similiter in noĩe tuo/credito & inuocato, virtutes multas/verorum miraculoꝝ fecimus. **Et tunc.** in die iudicii. **fatebor illis.** respondẽdo. **quia nunq̃ noui vos.** Nota nunq̃: qm̃ hinc manifeste patet ꝙ nec tunc qm̃ prophetabatis/quando dęmonia eiiciebatis/qm̃ miracula faciebatis, noui vos/notitia filioꝝ. Et dixit hoc vt intelligeremus istos damnari nõ ga post miracula effecti fuerint iniqui, sed quia ẽr tunc erant iniqui. ppea.n. dixit nunq̃ noui vos. **discedite a me omnes.** Supfluit omnes. **qui operamini iniquitatem.** Rõnem reddit quare nunq̃ noui eos: ga scilicet cũ tot gratiis exercebant opera iniqua. Hæc.n. oĩa (scilicet facere miracula/& prophetare/& dęmones eiicere) spectant ad gratias gratis datas hominibus ad vtilitatem aliorum/& stant cum inimicitia ad deum. ℣ Et bene hæc nota: ne curras cum vulgo ad adorandũ hoĩes velut sanctos qa prophetant aut miracula faciũt. Sunt.n. hæc opera cõmunia bonis & malis: vt hic dicit dominus. ℣ **Omnis ergo qui audit verba mea hęc & facit ea, assimilabitur** pro. **assimilabo/eum viro sapienti** pro. **prudẽti/qui ędificauit domum suam super petram. & descendit pluuia/& venerunt flumina/& flauerunt venti: & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata.n. erat super petrã. Et oĩs qui audit verba mea & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ędificauit domum suam sup arenam. & descendit pluuia/& venerunt flumina/& flauerunt venti: & irruerunt in domum illam/& cecidit. & fuit ruina eius magna.** Declarat affirmatiuũ: scilicet qui facit voluntatem &c̃. Declarat autem assimilando facientẽ voluntatem patris/ędificanti domũ super petrã: non facientẽ vero ędificanti domũ sup arenã. Similitudo ẽ satis clara. ℂ Circa quã tria sunt notanda. Primũ ꝙ rõ filiatudinis est eo ꝙ tam seruare q̃ nõ seruare præceptа christi cõsistit nõ in vna opatione, sed in constructione vniuersę vitę hoĩs. Seruans.n. christi præceptа solus ille est q vniuersam vitã suã construit firmã ac stabilem semp duraturã: audiens vero & non seruans est quicunq; vniuersę vitę suę sic rõnem habet vt nõ sit firma. Et est sermo de firmitate & duratione ppetua: & similiter de nõ firmitate in ęternũ. & propterea ille prudens/iste stultus dicit̃. ille.n. vt prudens fundamentũ firmum elegit: iste vt stultus infirmitatem admisit fundamenti totius vitę. ℣ Secundum est ꝙ tria aduersantia domui inducunt. tum vt ex numero trinario vniuersa contraria intelligantur. tum vt ex speciebus nominatis (scilicet pluuia/vento & flumine) vndiq; occurrentia mala intelligeremus. nam pluuia desuper obruit/flumina subtus eradicant/venti latera domus percutiunt. ℣ Tertium est ꝙ ille solus appellatur facere qui perseuerat vsq; in finem. huiusmodi perseuerantia manifeste significatur per non casum domus ex ventis/fluminibus/& pluuijs. Et vere sic congruebat proposito diffinire facientem: quia sermo est de illo facere quo pulsamus & aperitur nobis regnum cœlorum. constat nanq; solos illos qui perseuerant seruando præceptа christi/pulsare ad ostium regni cœlorum ita ꝙ aperietur eis. reliquis enim constat non aperiendum esse: & consequenter non pulsasse: quia omni pulsanti aperietur.

Et factum est quum consummasset iesus verba hęc, admirabantur pro. **obstupescebãt/turbe super doctrina eius.** Admiratio turbarum subiuncta hic ab euangelista super doctrina christi intelligi potest dupliciter. Vel ad significandum materiam stuporis: scilicet ꝙ verba hæc in monte dicta significent materia admirationis. Et hic sensus non est literalis: quia turbe non interfuerant sermoni habito a iesu in monte ad discipulos. Vel ad significandum tps admirationis: scilicet ꝙ fuit post prędictum sermonem. Et hic est sensus literalis. Vnde & marcus & lucas huius admirationis & causę meminerunt absq; sermone hoc. Mirabantur.n. turbe de doctrina quam audiebant christo prędicante illis. **Erat.n. docens eos sicut potestatem habens.** Ratio hæc admirandi integratur ex doctrina & modo faciendi miracula. Fecerant.n. olim moyses helias & helizeus miracula, sed non tali modo: scilicet imperãdo/sicut videbant christum imperare dæmonibus. Rursus fecerant patres miracula, sed non docendo propriam doctrinã: christus autem & docebat propriam doctrinam, & potestatiue miracula apponebat doctrinę. & ppea dicitur docens sicut potestatem habens. Et qa in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

excedebat scribas,subditur. ⁊ non sicut scribę eorum ⁊ pharisęi. Superflumt tres vltimę dictiones:scilicet eorum & pharisęi.

CAPVT .VIII.

Cum autem descendisset iesus de monte,secutę sunt eū turbę multę. Matthęus inchoauit doctrinam sermonis dominici dimissis turbis a iesu ascendente in montem.& duo post facta subiunxit.alterum de admiratione turbarum super doctrina christi. alterū de sequela multarum turbarum.Et dixit hæc quasi redeundo ad ordinē historię: describēdo ꝙ postq̄ iesus descendit de monte,in quo suprascriptum protulit sermonem, multę turbę secutę sunt eum.non ꝙ turbę substiterint & expectauerint in campestribus donec iesus descenderet de monte:sed ꝙ licet dimisse fuerint turbę a iesu ascendente in montē,& ille iuerint ad propria,nihilominus vbi audierunt ipsum iterum prędicare publice,secutę sunt eum. **Et ecce leprosus veniens adorabat eum.** signum sensibile honorationis genuflectendo exhibebat. **dicens. domine si vis potes me mundare.** Magna fides fatetur potentiam in voluntate consistere. **Et extendens iesus manum,tetigit eum.** Vt dominum legis prohibentis tactum leprosi se ostenderet: simulq; virtutem humanę naturę in se astrueret,dum tactu curat leprā. **dicens,volo.** Respondet ad id quod dixerat si vis. **mundare.** Altera oratio est imperatiui passiui. Et respōdet monstrando veram confessionem potes me mundare:dū imperatiue dicit mundare,tanq̄ potestatē habens.⁋ **Et confestim mundata est lepra eius.** ⁋ **Et ait illi iesus. vide nemini dixeris.** Non precipiēdo sed humilitatis affectum explicando,interdicit curato publicationem miraculi.nō ꝙ timeat sibi de inani gloria: sed ꝙ doceat discipulos vt studeant vitare humanam gloriam. **sed vade,ostende te sacerdoti,⁊ offer munus tuum quod precepit moyses.** iuxta preceptum legis leui.14. **in testimonium illis.** Declarat quorsum tendat hæc missio ad sacerdotes:vt scilicet examinantes quomodo curatus est, intelligant ex hoc testimonio potestatem faciendi miracula in me.

Cum autem introisset iesus capharnaum, accessit ad eum centurio,rogans eum ⁊ dicens. domine puer meus iacet in domo paralyticus ⁊ male. pro. **grauiter,torquetur.** Miraculū erga seruū centurionis in capharnaū narrat. Vbi aduerte ꝙ ea quæ matthęus narrat de centuriōe, intelligenda sunt non per ipsummet centurionē dicta domino iesu,sed per internūcios: vt lucas explicans rei gestę modum testat.cap.7. **Et ait illi iesus. ego veniam ⁊ curabo eum.** Hæc verba domini responsiua fuerunt petitioni centurionis per seniores iudęorum. **Et respondēs centurio ait.** per alios nuncios amicos,quum audisset ꝙ iesus veniret ad domū suā. **Domine nō sum dignus.** pro. **idoneus,vt intres sub tectum meum:sed tantum dic verbo ⁊ sanabitur puer meus.** nā **⁊ ego hō sum sub potestate constitutus,habens sub me milites:⁊ dico huic vade ⁊ vadit, ⁊ alii veni et venit: ⁊ seruo meo fac hoc,⁊ facit. Audiens autem iesus miratus est.** Nō est dubium iesum signa exteriora admirationis effecisse:ita ꝙ exterior admiratio in eo apparuit. Interior antē admiratio in christo quoq; fuit:non ex ea parte qua oia ei nota erant anteq̄ fierent(nullus.n.admiratur de iis quæ iam nouerat)sed ex ea parte qua experimentali notitia hactenus ei ignota fuerat tam noua,insolita & magna fides hominis gentilis.Erat.n.tanta talisq; confessio digna admiratiōe apud oēs.**⁊ sequentibus se dixit.** Inter sequentes erant seniores iudęorum qui primo missi fuerāt a centurione: cum quibus iesus ibat versus domum centurionis. **Amen dico vobis,non inueni tantam fidem in israel.** Non dicit non inueniam sed adhuc nō inueni:ad differentiam fidei in futurum inueniendę.Et rursus dicit non inueni:scilicet ex tempore quo quæro fructum prędicationis meę & miraculorum quæ operatus sum.Et hoc subintelligendū est ad differentiam fidei maioris inuentę in ioanne baptista:qui confessus est in eo diuinam naturam ac passionē & reconciliationem mundi per eum &c̄.non.n. fides centurionis pręponitur fidei ioānis baptistę:sed reliquorum qui ob prędicationem christi vel eius miracula crediderant vsq; ad tempus illud.Leprosus.n.iudęus magnā ostenderat fidem(dicens,si vis potes me mundare) sed maiorem ostendit centurio,profitens ēt modum curandi in absentia solo verbo.Ex eo.n.ꝙ dicit non inueni,significat ꝙ loquitur de tempore ex quo quæsiuit fidem in seipsum per prędicationem & miracula tanq̄ fructum prędicationis & miraculorum,& nō absolute. fides antē ioānis baptistæ fuit anteq̄ christus prędicaret,nō fuit fructus prędicationis christi. Vnde per hæc verba non prefertur fides centurionis nisi israelitis qui chfo prædicante &c̄.crediderāt in eum.⁋ Potest quoq; intelligi absolute,referēdo ad fidē etiam ioānis baptistę: in eo.n.primum inuenit fidem ex quo venit ad executionem officii sui.Sed tunc est sensus.nō inueni tantam proportionaliter fidem in israel. Quāuis.n.fides ioannis baptistę fuerit maior quantitatem quantitati comparando,fides tamen centurionis fuit maior proportionaliter: quia maior fuit illa fides in viro gentili,militari,ex auditu famę iesu,fere in principio prędicationis christi, q̄ fuerit in ioanne baptista ipsius maxima fides:quia fuerat sanctificatus in vtero,filius sacerdotis,educatus in vita eremitica,conuersatus cum spiritusancto &c̄. Sicut viduę oblatio fuit maior cæteris proportionaliter,q̄uis minimę fuerit quantitatis:scilicet duorum minutorum. **Dico autē vobis ꝙ multi**

ab oriente ⁊ occidente venient:⁊ recumbent cum abraham et isaac ⁊ iacob. Occasione sumpta ex tanta viri gentilis fide,prędicit futuram salutem gentiū. **in regno celorū.** Ideo inducit simul regnum cœlorum cum patriarchis abraham,isaac & iacob:vt declaret ex hac coniunctione regnum promissum patriarchis abraham,isaac & iacob in messia, esse regnum cœlorum & non regnum de hoc mundo.cuius oppositum intelligunt iudei,existimantes regnum messię esse regnum terrenum. **Filii autem regni eicientur.** Iudæi appellantur filii regni,quia ex genere eius promissum est regnū nascuntur fm carnem. Verum nō dicit omnes sed indefinite:quia quēadmodum non oēs sed multi gentiles recumbent cum abraham,ita non omnes sed multi filii eicientur. **in tenebras exteriores.** Interię tenebrę sunt tenebrę animi: exteriores autem sunt tenebrę sensibilis lucis priuatiue. tenebrosum.n.credimus esse locum damnatorum. **Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.** Per has tres sensibiles pœnas (scilicet tenebras,fletum & stridorem dentium) describit ad literam vniuersas pœnas sensus quæ erunt in inferno. Q̄.n. de inferno sit sermo, ex eo patet ꝙ e regione ponitur regni cœlorum(in quo recumbunt abraham,isaac & iacob)locus iste. Q̄ vero pœna sensus significetur,ipsa nomina testantur.& congruit vt quēadmodum regnum cœlorum significatum est fm statum perfectionis,dicendo recumbent cum abraham isaac &c̄. (hoc enim ad statum resurrectionis spectat, qū & non ante ad perfectionem veniet regnū cœlorū) ita damnatorū quoq; perfecta afflictio,in anima scilicet & corpore,per has sensibiles pœnas significetur. Trinarius aūt numerus quia perfectionis est, ad universitatem pœnarum significandam inductus est. plures enim & maiores erunt pœnę sensibiles damnatorum q̄ hę tres explicent.Et quoniam nō creditur fore ibi fletum lachrymarum,ideo species pro genere intellige: hoc est per has species intellige pœnas sensibiles non minores istis: sunt enim illę immanifestę nobis . & propterea per has manifestas nobis describuntur. **Et dixit iesus centurioni.** Non in propria persona sed in eius amicis. **vade: ⁊ sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer.** Deest. **eius,ex illa hora.** pro. **in illa hora.**

Et quum venisset iesus in domum petri,vidit socrum eius iacentem ⁊ febricitantem: ⁊ tetigit manum eius,⁊ dimisit eam febris.⁊ surrexit ⁊ ministrabat eis. Miraculum hoc circa socrum petri,non in capharnaū sed in bethsaida vī factum:quoniā domus petri in eius creditur fuisse ciuitate.⁋ **Vespere autem facto,obtulerunt ei multos demonia habentes:⁊ eiciebat spiritus verbo:⁊ omnes male habentes curauit.** ⁋ **Vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem,ipse infirmitates nostras accepit:⁊ egrotationes nostras portauit.** Aduerte hic textum esaiæ ca.53. quantum ad illa verba ipse infirmitates nostras accepit & egrotationes nostras portauit,exponi a matthæo euangelista de cura corporalium egritudinum quam exercuit christus. ¶ Et ne putes (vt porphirius dixit) matthæum fuisse ignorantem, discute diligenter textum illum esaię:& perspicies sensum istum esse sensum literalem. Intendit enim propheta de messia in passione constituto dicere,ꝙ ipse non ficte,non vulgari fama sed vere miracula sanitatum effecit alios sanando:& tū nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum adeo &c̄. Vnde principes iudęorum illudētes christo crucifixo dixerunt. alios saluos fecit,seipsum non potest saluum facere &c̄.⁋ Nec modus loquendi quo vtitur propheta obstat. Non quidem pronomen nostras:quoniam clare patet prophetam dicere hæc verba in persona populi, & tam beneficia collata populo iudęorum q̄ peccata eiusdem contra christum,vt cōmunia etiam sibi proferre.sicut enim ait infirmitates nostras,egrotationes nostras,ita subiungit & nos reputauimus eū quasi leprosum &c̄. Nec verbum tulit aut portauit:quoniam hoc loquendi modo significauit facilitatem curationum exhibendarum a christo absq; medicinis,absq; alteratione aliqua.ita ꝙ tam facile ipse tollit a populo nostro egritudines corporis,ac si tolleret vnam rem portabilem & veheret in alium locū. Est itaq; literalis sensus prophetiæ ꝙ messias vere tulit,hoc est abstulit,infirmitates nostras,quæ scilicet ex defectu accidunt,& egrotationes nostras,quæ super excessu proueniunt.vt omne genus egritudinis cōprehendatur in istis.De animæ autem languoribus quæ peccata sunt, subdit postea esaias ibidem. deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum:& ipse peccata multorum tulit.

Videns autem iesus turbas multas circum se. Multitudo turbarum quæ non poterant simul doceri,occasionem dat domino prędicanti transfretandi cum discipulis suis. **iussit discipulos.** Superfluit discipulos. **ire trans fretum.** pro. **ire in vlteriorem ripam.** **Et accedens vnus scriba,ait illi magister sequar te quocunq; ieris.** Scriba iste offert se non discipulū sed comitē itineris,quocunq; iesus iret.non enim dignabatur quum esset scriba,hoc est peritus in lege, subire discipuli nomen. **Et dicit ei iesus. vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos.** Responsio hæc accusat animum scribę.ex eo enim ꝙ responsio non congruit oblationi scribę, intelligimus ꝙ congruit aio eius. Spem lucri tollit hæc responsio.& propterea animus scribæ ad quæstum insinuatur:meritoq; repellit a societate itineris. **filius autem hois nō habet vbi caput suum reclinet.** Appellat seipsum iesus filium hominis.tum humilitate:quia alii vocabant ipsum filium dei.tum veritate,cōtra hæreticos futuros:alios negaturos ꝙ esset filius hominis,alios negaturos ꝙ esset filius virginis. tum ap-

propriatione:quia ipse solus est deditus hominiſest totus hominis.ad hoc enim venit vt hominem saluaret/vt seipsum daret redemptionē pro homine,quod est nomen naturæ humanæ. Sicut hebreo modo loquendi/filii nuptiarum dicuntur dediti nuptiis: filii sponsi/dediti iis quæ sunt sponsi: & filii mortis obnoxii morti:& sic de similibus.propter hoc enim iesus appropriauit sibipsi hoc nomen filius hominis. **Alius autem de discipulis eius ait illi.** Scriba non inuitatus obtulit se & reiectus est:iste autem discipulus inuitatus(vt alius refert euangelista)non recusauit sequi christum:sed dilationem petit.respondendo.n.iesu dicēti sequere me,ait illi permitte me &c̄. **Domine permitte me primū ire & sepelire patrem meū.** Non dicit patrem meum mortuum, sed patrem meum:quia nō petit exiguum tempus paternę sepulturę,sed petit totum tempus vitæ paternę. Ac si aperte dixisset: dimitte me ire donec viuit pater meus.significauit enim durationem vitę paternę ab officio sepulcri.quēadmodum cuticia mater beatę lucię dixit filię/tege primum oculos meos & de facultatibus fac quod volueris:significando mortem suam ab officio regendi oculos. **Jesus autem ait illi.seque re me.** Alius euangelista adiungit annuncia regnum dei : vt intelligamus relinquendum esse etiam patrem propter officium annunciandi regnum dei. **& dimitte mortuos sepelire mortuos suos.** Non oportet mortuos deo esse quibus dimittitur cura sepeliendi mortuos suos:quū officia hæc humanitatis cōmunia sint bonis & malis.& propterea mortuos appellat illos quorum studium est circa mortalia:quod cōmune est malis & bonis/imperfectis tamen. Ac si aperte dixisset. dimitte curam rerum mortalium iis quorum studium est circa mortalia:tuum autem studium sit circa ęterna. Vsus est autem hoc modo loquendi/dimitte mortuos sepelire mortuos suos:ad significandum proportionem immo similitudinem inter curatores & curandos. ⁋ **Et ascendente eo in nauiculā** pro. **nauem secuti sunt eū discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula.** pro. **nauis/operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat.** coram aliis/in testimonium verę naturę humanę in ipso:& ne motus fluctuum in mari ipso spectāte fierer.si enim ipso spectante factus esset, aut non timuissent discipuli/aut putassent ꝙ ipso inuito fieret:sed vbi dormiēte iesu senserunt fluctus, terrentur discipuli/& confugiunt ad suscitandū eum. ⁋ **Et accesserunt ad eū discipuli eius: & suscitauerunt eū dicentes Domine salua nos perimus. Et dicit eis iesus. quid timidi estis modicę fidei?** Hoc monstrat discipulos non adhuc perfectam habuisse fidem.si enim credidissent eū verum deum,non suscitassent a somno : nec putassent plus posse vigilantem q̄ dormientem. **Tunc surgens.** proculdubio a sessione seu cubitu. **imperauit ventis & mari.** pro. **increpauit ventos & mare.** Sensibili imperio vsus est vt cognoscerent presentes ꝙ solo imperio mutat creaturas.& sic cognoscerent ipsum esse verum deum: cui proprium est solo imperio res efficere. Nec propterea venti & mare senserunt aut percęperunt increpationem , sed mutati sunt. non enim ad hoc increpabat vt elementa sentirent:sed vt homines presentes viderent ꝙ sola increpatione mutantur venti & mare. **& facta est tranquillitas magna.** Euidentia miraculi ex subita tranquillitate non modica sed magna/comprobatur.naturaliter enim paulatim fit tranquillitas post tempestatem. **Porro homines mirati sunt dicentes.qualis est hic/quia venti & mare obediūt ei?** Proculdubio discipuli modicę fidei/homines appellantur,non solum natura sed defectu diuinę fidei.eorum enim fuit hæc admiratio & nō tantum nautarū: vt patet luc.8. ⁋ **Et quū venisset iesus trans fretū.** pro. **in vlteriorem ripam/gerasenorū.** pro. **gergesenorū. occurrerūt ei duo habentes dęmonia/de monumentis exeūtes seui nimis:ita vt nemo posset transire per viam illā. Et ecce clamauerūt dicentes. quid nobis & tibi iesu fili dei?** Non obliuiscitur diabolus officii sui.tentationem enim quā in deserto inchoauerat post christi ieiunium ad explorandum si filius dei es/modo prosequitur : ex industria & arte exploratoria appellans iesum filium dei.non ꝙ iam sciret ipsum esse filium dei:quia si cognouissent nunq̄ dominū glorię crucifixissent.1.ad cor.2. **veniſti huc ante tempus torquere nos?** Vox ista tristitię est sentientium spiritualem torturam/in hoc ꝙ cogebantur pręcepto christi exire inuiti ab hominibus possessis:vt patet ex verbis lucę.9.ca.ipsa.n.coactio ad relinquendum possessa tortura est spirituali creaturę. Appellatur autem ante tempus, vel opinatum:eo modo loquendi quo dicimus euenire senium vel infortunium ante tempus,quia ante opinatum tempus occurrit. Vel torturę.nam tempus quo torquebimur erit post iudicium:interim autem est tempus quo nos torquemus alios.& propterea ante tempus nostrę torturę dicunt ipsum venisse ad torquendum eos. **Erat autem non longe.** superfluit non. **ab illis grex porcorum multorū pascens. Dęmones autē rogabant eum/dicentes. si eiicis nos hinc.** superfluit hinc. **mitte nos.** pro. **permitte nobis/ abire in gregem porcorum.** Eadem iniqua voluntas qua homines vexant/petitur exercenda saltē in porcis:vt vel sic vexent homines in rebus eorum. Similis est hæc petitio petitioni sathanæ contra res quas possidebat iob. Vnde intelligimus naturalem potestatem dæmonum super res corporeas/ inhibitam alligatamq̄ a deo esse.ex eo enim ꝙ licentia egent ad submergendos porcos/qm non erāt res alicuius viri sancti(quum porcus sit animal prohibitum apud iudęos) insinuatur ꝙ nec in res quantūcunq̄ prophanas possunt potestatem suam exercere/licentia non obtēta a deo. **Et ait illis.**

ite. pro. **abitē.** Non vt dæmonibus rem gratam concederet:sed vt vterē opera dæmonum ad manifestandam suam potentiam. **At illi exeuntes abierunt in porcos. & ecce magno impetu abiit totus grex per pręceps in mare:& mortui sunt in aquis.** Vbi aduerte ꝙ ideo in porcos dæmones vexantes hominem misit ad submergendum statim porcos,vt pertinacia negantium dæmones vexare hominem(attribuendo vexationem ęgritudini corporali)manifeste confutaretur & conuincerētur ex hoc facto.fingi siquidem non potest ꝙ statim in vniuersum grægem porcorum ęgritudo vexati migrauerit/vt pręceps se submergeret.At si hoc factum/hoc signum/hoc testimonium nō sufficit istis pertinacibus,dicant quæso quo signo euidentiori monstrari potest inuisibilis spiritus opus: vt confutatos se agnoscant. ⁋ **Pastores autem fugerunt:& venientes in ciuitatem/nunciauerunt hęc omnia.& de iis qui dęmonia habuerāt. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam iesu:& viso eo rogabant eum vt transiret a finibus eorum.** Vox timoris magni est:vt patet luc.8. Salutē nanq̄ hominum liberatorum a dæmoniis & perditionem porcorum videntes ex aduentu iesu , magis timuerunt augmentum damni rerum temporalium q̄ concupierint augmentum salutis spiritualis.salus hominum admirationem ciuitati generauit:damnum porcorum timorem maioris damni in ea excitauit.& sic timore acti rogauerūt vt discederet ab eis.Et forte porci illi alicuius gentilis erāt a quo sibi ciuitas timebat si sequaces fuissent iesu autoris talis damni.& propterea rogauerunt iesum vt discederet ab eis.

CAPVT .IX.

Et ascendens iesus in nauiculam. pro. **nauem/transfretauit.** redeundo in galileam. **& venit in ciuitatem suam.** Potest intelligi dupliciter. Vel in nasareth.sed quid ibi fecerit tacetur. Vel in capharnaum.quæ potest dici ciuitas eius:quia iam ex toto migrauerat ex nasareth/& transtulerat domicilium suum in capharnaū.Dicitur enim matth.4.ꝙ relicta ciuitate nasareth/venit & habitauit in ciuitate capharnaum. Ideo autem intelligimus per ciuitatem suam capharnaum : quia factum sequentis miraculi/in capharnaum patratum dicitur mat.3. ⁋ **Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.** ⁋ **Videns autem iesus fidem illorum.** per tectum nudatum submittentium paralyticum. Vbi nota alienam fidem etiam mihi subuenire apud clementissimū iesum. **dixit paralytico.confide fili/remittuntur tibi peccata tua.** Quęrebat paralyticus sanitatem corporis: iesus autem incipit a sanitate animę. tum significando p hoc ꝙ paralysin habebat propter peccata sua.ad hoc enim spectat ꝙ monet ipsum confide fili/ꝙ curabens ab infirmitate corporis,quia remittunt tibi peccata tua/hoc est quia cessat causa ęgritudinis tuę. Tum vt per hoc daretur occasio faciendi non simplex curationis miraculum,sed miraculū multiplici testatarum deitatis eius.nam tripliciter in hoc facto manifestauit se esse deum : scilicet monstrando se videre cogitationes eorum/& imperatiue subitam sanitatem largiendo/& hocipsum efficiendo in testimonium ꝙ habet potestatem dimittendi peccata. **Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se.** Non idiotę sed in lege periti/legerant proprium esse deo dimittere peccata.ego deus q deleo iniquitates tuas. esa.43. **hic blasphemat.** arrogando sibi homini quod est proprium deo. ⁋ **Et quum vidisset iesus cogitatiōes eorum/dixit.** ⁋ **vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?** scilicet me esse blasphemum. Quū etiam non dixerim remitto tibi peccata, sed remittūtur tibi peccata.quod posset vere dici a sciente remitti tibi peccata,etiam si ipse dicens hoc/non haberet potestatem remittendi peccata. **Quid est facilius dicere.dimittuntur tibi peccata tua: an dicere/ surge & ambula?** Cogitationes omnes scribarū confutat. Cogitabant enim facile esse dicere remittuntur tibi peccata:quia hoc quilibet dicere potest/existēte occulta veritate dicti.nullus.n.homo pōt esse testis an hoc dictum remittuntur tibi peccata/sit verum. Apparet enim quosdā scribas interpretatos illa verba(remittunt tibi peccata)dicta esse a iesu autoritatiue:ac si dixisset remitto tibi peccata.& propterea dixisse in corde hic blasphemat. Quosdam autem scribas cogitasse ꝙ artificiose iesus dixisset remittūtur tibi peccata/& non dixisset surge & ambula:quia facile est dicere remittuntur tibi peccata/difficile autē dicere surge & ambula.illius enim veritas occulta est:istius autē veritas oportet ꝙ sit manifestissima.Et propterea dominus iesus vtraq̄ mala cogitata in cordibus scribarum confutat:producendo in publicum cogitamina eorum de comparatione horū duorum: scilicet dicere remittunt tibi peccata/an dicere surge & ambula. **Vt autem sciatis.** Verba hæc sunt chri ad scribas. & continuata fuerunt cum verbis quæ vertendo sermonem ad paralyticum subiunxit surge &c̄. sed euangelista interposuit illa verba tunc ait paralytico:ad demonstrandum ꝙ postq̄ priorem sermonis partem direxit ad scribas/vertit se ad paralyticum dirigens ad ipsum sermonem. **quia filius hois habet potestatem in terra dimittendi peccata.** Moderatur iesus confutationem clarificando mysterium.non negat proprium esse deo dimittere peccata/non dicit aperte ego sum deus habens potestatem dimittendi peccata:sed hinc scitote ꝙ filius hominis/non solū homo sed filius hominis existens vobiscum in terra,habet potestatem dimittendi peccata:ac per hoc non est tantum homo/non est tantum filius hominis,sed est etiam ille qui habet potestatem dimittendi peccata.quod est esse deū

vt vosmet dicitis/confitēres ꝙ nullus potest dimittere peccata nisi solus deus. **tunc ait paralytico: surge tolle lectum tuum/ꝛ vade in domum tuā.ꝛ surrexit ꝛ abiit in domum suam.** Miraculi euidentia longe maior q̄ expectata fuerit apparuit. sufficiebat miraculo ꝙ paralyticus iacens/sanus surgeret: sed adiunctum est tolle lectum tuum, vt non tantum sanitas sed & robur portandi lectum (in quo vectus a quattuor fuerat) appareat. Et amplius adiicitur vade in domum tuam: vt nō solum prę/sentes sed quicunq; obuiantes euidentiā miraculi probent. **Uidētes autem turbę timuerunt. pro. admiratę sunt/ꝛ glorificauerunt deum: qui dedit potestatem talem hominibus.** Significantius explicat turbas: ad differentiam scribarum cogitantium mala.

Et quum transiret inde iesus. hoc est quū inde ex domo eundo versus mare (vt marcus testatur) transiret iuxta locū vectigalii. **vidit hoiem sedentē in teloneo.** pro. **ad telonīū.** hoc est in loco vbi soluebant publica vectigalia. **matthęū noie.** Seipsum euangelista proprio noie officiū infame exercentē nō erubescit describere. ⁋ **Et ait illi. sequere me.** ⁋ **Et surgens secutus est eum.** Nō leuitatis aut stultitię (vt iulianus augustus & porphirius arguunt) accusandus est matthæus/statim sequens iesum vocantē: nō solū qa tot præcesserant miracula, sed ēt ea potissimū rōne qa interna inspiratiōe iesus traxit illum ad se/iuxta illud. nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. **Et factum est discumbente eo in domo.** ipsius matthæi qui conuiuium iesu parauit. **ecce multi publicani.** similes matthæo, qui publicis vectigalibus seu censibus romanorum vacabant. propterea. n. infames erāt apud iudæos, tanq̄ ministri gentilium in damnum populi fidelis: sicut modo ministri secularīū principum ad exigendum a clericis/infames habentur. Quāuis etiam exactioni vectigalium & hmōi cōmuniter viri cupidi se immisceant: & rara etiam sint vectigalia omni ex parte licita. **ꝛ peccatores venientes/discumbebant cum iesu ꝛ discipulis eius.** Admiranda humilitas. nō dedignat iesus omni sanctitate maior ad propriam admittere mensam peccatores & infames: & hoc publice. **Et videntes pharisęi dicebant discipulis eius. quare cum publicanis ꝛ peccatoribus manducat magister vester? At iesus audiens ait.** Deest. **illis.** siue discipulis referentibus: siue per seipsum audierit pharisæos impingentes eis crimen/tanq̄ indignum magistrum sequantur, qui cum publicanis & peccatoribus manducat. Intendebant enim pharisæi non solum reprehendere christum, sed etiā auertere discipulos ab eo. **non est opus medico valentibus: sed male habentibus.** Triplici ratione confutat pharisęos. prima est ex officio medici. quæ clara est. **Euntes autem/discite quid est misericordiam volo ꝛ non sacrificium.** Secunda ratio ex diuina voluntate præferente misericordię opera sacrificiis. affert siquidem testimonium ex ca. 6. oseę prophetę: vt intelligant pharisæi opus hoc misericordię quod exerceo alliciendo peccatores ad deum/esse maius sacrificio. hoc. n. ad literam significatur per illa verba prophetę. Intendit siquidem præferre misericordiam sacrificio, & non refutare sacrificium: vt patet ex eo ꝙ subdit/& scientiam dei plus q̄ holocaustum. Quāuis etiam verificetur quantum ad hoc ꝙ misericordia est fm se volita a deo, sacrificium autem non: quia misericordia est virtus spūalis, ac per hoc fm se grata deo. sacrificium autem est res corporea: nō fm se grata deo sed ratione spiritualitatis annexę. Vnde quandoq; deus abominatur illa: vt patet esa. 1. **Non enim veni vocare iustos sed peccatores.** Tertia ratio ex proprio officio. Vbi nota ꝙ non solum quatenus officium medici sed etiam quatenus officium annunciantis verbum dei exercet/rationem reddit. In qua insinuat nullos iustos sed oēs peccatores eē. ex eo enim ꝙ ipse venit vocare oēs/& non venit vocare iustos, consequens est ꝙ nullus sit iustus. Et vere sic est: quoniam vt ad ro. probat apostolus/omnes tam iudæi q̄ gentiles peccauerūt & egēt gratia dei &c̄. Et q̄uis ad literam dici possit matthęum tacuisse quod lucas supplenit/scilicet ad pœnitentiam (quod etiam in græcis matthæi codicibus inuenitur) eadem tamen sententia redit: quū venit vocare omnes ad pœnitentiam. Vnde incœpit prędicare. pœnitentiā agite, appropinquauit. n. regnum cœlorum. Ita ꝙ ex hac domini sentētia confutant pharisæi: vt sciant oēs eē petōres/& nō inueniri in hoibus dr̄iam inter petōres & non petōres: sed qa alię fuit magis & alię minus petōres, i cōparatiōe ad magis petōres/dici aliquos iustos. **Tunc accesserunt.** pro. **accedunt/ad eum discipuli ioannis dicentes.** Pharisęi confusi in eo ꝙ reprehenderant manducationem christi cum peccatoribus, iuncti sunt discipulis ioannis vt simul arguerent iesum. Vnde ioannis discipuli audaciores aggrediunt ipsum iesum. **quare nos et pharisęi ieiunamus frequenter, discipuli aūt tui nō ieiunant!** Arguunt iesum ꝙ exorbiter doctrina eius a patribus exemplaribus quales erant pharisęi/& a ioanne baptista omni excæptione maiore. exorbitet inquam quo ad indulgentiam ieiunii: quod constat esse opus laudabile. Nos enim discipuli ioannis & pharisęi ieiunamus frequenter, tui autem discipuli nequaq̄. Vbi nota ꝙ non dixerūt tu autem non ieiunas, sed tui discipuli non ieiunant. sciebant iesum ieiunare, discipulos autem eius non ieiunare. **Et ait illis iesus. nunquid possunt filii sponsi.** pro. **thalami nuptialis/lugere q̄diu cum illis est sponsus!** Duplici ratione satisfacit questioni. Altera se tenet ex parte temporis presentis: quia scilicet tempus hoc non congruit ieiunio discipulorū. & hoc declarat ex similitudine ad tempus gaudii vacantium lętitię nuptiali. Intendit enim per filios sponsi seu thalami/nō genitos

a sponso

a sponso (quoniā sponsus seu thalamus nuptialis vt sic nō habet sed habiturus est filios) sed hebręę linguę cōsuetudine vacātes sponsalicius gaudius. sicut. n. tps nuptialis lętitię ineptū est ad ea q̄ sunt luctus (de quoꝝ numero est ieiunīū) ita tps hoc ineptū est ad hoc vt discipuli mei ieiunent. Et intendit p hanc silitudinē nō solū explicare ineptitudinē tpis, sed similē rōnē: ga. s. pūtia eius corporalis se hēt ad discipulos suos tanq̄ pūtia sponsi/tāq̄ dies nuptialis. Q̄d erat verū nō solū fm rē mysterii quo chs velut sponsus venerat copulaturus sibi ecclesiā (iuxta verbū qđ dixerat ioānes baptista propriis discipulis de chso/q habet sponsam sponsus est) sed ēt fm dispōnem discipuloꝝ chi. nam hilares sequebanē chm redemptorū israel/tanq̄ si irent ad nuptias. **venient aūt dies quum auferetur ab eis sponsus: ꝛ tūc ieiunabunt.** Prolequēdo similitudinē sponsi inchoatā ab eoꝝ magistro (scilicet ioāne baptista) docet futurū tps ieiunii qñ sponsus ipse chs auferet ab eis fm pūtiam corporalem. tūc. n. (vt rei probauit euentus) ea quæ sunt luctus sensibilis tū/sponte subierūt chi discipuli. ⁋ **Nemo aūt immittit cōmissurā panni rudis.** pro. **impoliti/in vestimentū vetus. tollit. n. plenitudinē.** pro. **supplementum/eius a vestimento: ꝛ peior scissura fit.** Et est supplementū noiatiui casus. significat. n. ꝙ pticula quę supplementū est/tollit integritatē eius a quo abscinditur. ⁋ **Neq; mittunt vinū nouum in vtres veteres. alioqn rumpūtur vtres: ꝛ vinum effunditur/ꝛ vtres pereūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittunt: ꝛ ambo conseruantur.** Altera rō tenet se ex pte doctris. & est hæc rō extensiua satisfactio ad oēm qōnem quare chs nouę suę doctrinę executionē in opibus pfectionis/non exegit a discipulis q̄diu fuit cum ipsis/sed postea. Monstrat hoc aūt duabus similitudinibus. Prima similitudo a matthęo minus/a luca aūt plene explicata est: ꝙ sapiens artifex non tollit a vestimēto nouo pticulam panni/apponēdo illam ad reficiendū vestimētū vetus. Sequunt. n. duo incōuenientia. alterū est ꝙ tollit integritas a vestimēto nouo, alterū est ꝙ fit maior scissura in vestimento veteri: ga particula noua trahendo veterem scindit eā. ⁋ Altera similitudo est ꝙ vinū nouū nō est ponēdum in vtre veteri. Sequunt. n. duo inconuenientia. s. ꝙ rūpunt vtres/ac per hoc pereūt, & vinū effundit. sed vino nouo in vtres nouos immisso ambo conseruant. Et intendit p has parabolas ꝙ doctrina sua noua nō est pręcipienda viris retinētibus veterē vitā: sed oportet prius expoliare se veterem hoiem/& sic induere nouū. ita ꝙ nō pōt fieri vt pars sit noua & pars vetus/vt doctrina sit noua & vita vetus. Discipuli siquidem eius erant tante impfectionis vt adhuc nō essent capaces vitę noui testamēti: vt patet ex eo ꝙ dominus eis dixit post resurrectionē luc. vlt. manere in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. Et ppea sapientissime abstinuit iesus a pręcepto ieiunii & aliorum spectantiū ad vitam noui testamēti. hæc. n. non tunc seruāda pręcepit, sed futura prędixit. ¶ Si has parabolas adamussim vis applicare, vestimentū nouū est doctrina ac vita noui testamēti: vestimētū vetus est aius retinens ea quæ impfectionis sūt. Inconuenientia sunt ꝙ scindit integritas noui testamenti: pcipiendo ptem trū (puta pfectionē ieiunii) & id parū boni quod apud aium impfectū est/periculo maioris impfectiōis exponit. & silr si vinū nouę pfectionis ferētis charitate noui testamēti exigit a dictis aīs, & pfectio nō retinet/& impfecti ai pdunt id parū boni qđ hēbant. Propterea apostus tanq̄ parulis in christo lac dedit non escam.

Hęc illo loquente ad eos. ecce princeps unus. pro. **quidam.** scilicet synagogę. erat. n. archisynagogus. **accessit ꝛ adorabat eū/dicens. Domine filia mea nō defuncta est: sed veni, impone manū tuā sup eam/ꝛ viuet.** Matthęus breuitati studens/ex duabus orōnibus cōficit vnā. nam fm rei gestę ordinē (vt patet apd mar. 5. & lucā. 8.) archisynagogus prio rogās dixit ꝙ filia sua i extremis laborabat: deide eūdo cū iesu accepit nūcios ꝙ iā mortua eēt filia. & tūc dixit iesu qđ solus matthęus explicat/filia mea mō defuncta ē: & cōfortatus a iesu (noli timere/tm̄ crede) pseuerauit i fide cū q̄ venerat & petierat/veni ipone manū tuā sup eā & viuet. Et ppea matthęus verba explicāria fidē prius dicta/iūgit verbis sēdo dictis. Apparet aūt in eo fuisse fidē ꝙ iesus resuscitaret eā/ex eo ꝙ reliqs nō credēribus ipse se credere manifestauit eūdo cū iesu pmittēte resuscitationē puellę. **Et surgēs iesus sequebatur eū ꝛ discipuli eius. Et ecce mulier quę sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis, accessit retro/ꝛ tetigit fimbriā vestimēti eius.** Dicebat. n. intra se. si tetigero tantū vestimētū eius/salua ero. **At iesus cōuersus ꝛ videns eā/dixit. confide filia: fides tua saluā te fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.** Dū iesus cū archisynagogo pergit/mulier hęc curat. **Et quū venisset iesus in domū principis/ꝛ vidisset tibicines.** Vel ad carmē lugubre/vel ad cōprobationē mortis. nomen siqdē defuncti mulei flebāt soni añq̄ sepulturę traderent: si forte nō vera mors sed sopor pre se ferens mortē accidisset. **ꝛ turbā tumultuantē/dicebat.** pro. **dicit/illis. Recedite. nō est. n. mortua puella/sed dormit.** mihiq; tā facile possū eā suscitare a morte sicut hō pōt excitare dormiētē a somno. ⁋ **Et deridebant eū.** ⁋ **Et quū eiecta eēt turba.** a cōsortio miraculi: vr. s. nō eēt pūs in loco vbi puella iacebat mortua & suscitanda erat. **intrauit/ꝛ tenuit manum eius: ꝛ surrexit puella. ꝛ exiit fama hęc in vniuersam terram illā. Et transeunte inde iesu, secuti sunt eum duo cęci clamantes ꝛ dicentes. miserere nostri.** Illuminatio duoꝝ cęcoꝝ describitur: qui in via clamantes sequendo iesum quū non essent exauditi

Universidad de Navarra
Biblioteca

venerunt vsq; ad domum,& in ea illuminati sunt. **fili dauid**· Messiam hac appellatione profitentur. **Quum autem venisset domum,accesserũt ad eum cęci: ꝛ dixit eis iesus. creditis quia hoc possum facere vobis?** Interrogat iesus non vt discat incognitũ:sed vt interrogando an credant augeat fidem eorum,simulq; discant necessariam esse sibi fidem ad consecutionem illuminationis. ¶ **Dicunt ei.vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eoꝝ,dicens.ſm fidem vestrã fiat vobis· Et aperti sunt oculi eorum.** ¶ **Et cõminatus est illis iesus,dicens.videte nequis sciat.** Nõ pręcepti sed humilitatis humanę sunt hęc verba:ad instruendum sanctos vt quantum ex se est studeant declinare humanam gloriam. **Illi autem exeuntes, diffamauerunt.** pro. **diuulgauerunt / eum in tota terra illa. Egressis autem illis,ecce obtulerunt ei hoiem mutum,dęmonium habentem.** Ad uerte primo ꝙ iste mutus non est ille cuius meminit lucas.xi.ca. dicendo erat eiciens dęmonium & illud erat mutum:qm̃ de illo muto tractabit matthęus inferius in ca.12. ¶ Aduerte scdo dupliciter construi posse textum:vel ꝙ adiectiuum mutum determinet substantiuum hoiem:vel ꝙ mutum sit neutri generis & determinet substantiuum dæmoniũ. Prima enim constructione significatur homo mutus & hñs dęmonium.scda aũt significatur ꝙ homo erat mutus ex dęmonio.ppea.n.dẽ dęmoniũ mutum,qa faciebat hoiem non loqui. ¶ **Et eiecto dęmonio,locutus est mutus.** ¶ **Et mirate sunt turbę dicentes nunq̃ apparuit sic in israel.** Verum dicũt turbę visa tãta multitudine miraculorum quę faciebat iesus. ¶ **Pharisęi autem dicebant.** Quũ non possent negare euidentia miracula/pleni maligno spũ quęrunt auertere turbas a fide christi:interpretãtes eiectionem dęmonũ in malã partem. **in principe dęmoniorum eicit dęmones.** Hac vna blasphemia/vniuersa christi opa euertere niruntur.Dicendo.n.ꝙ in principe dęmoniorum eicit dęmones,infamant christũ esse maximũ magũ hñtem consortium cum principe dęmoniorum. Hęc aũt verba videnť dicta in absentia iesu. & ppea nulla subditur rñsio dñi ad confutationem tantę calumnię,sicut alia vice dñs confutauit eandẽ calumniã: vt patet inferius ca.12. ¶ **Et circũibat iesus oẽs ciuitates ꝛ castella.** Describit euangelista exercitium christi circumeundo oẽs nulla omissa ciuitates & castella/parua oppida. ita ꝙ non dedignabat in paruis oppidis prædicare. **docens in synagogis eorum.** locis deputatis ad doctrinã & prædicationem. **ꝛ prędicans euangelium regni.** cœlestis. Hoc.n.ꝑprium est euangelii: ad differentiã veteris testamenti/ꝑmittentis tpalia bona in terra ꝓmissionis. **ꝛ curans oẽm languorem ꝛ oẽm infirmitatem.** Deest **in populo.** Vide quantam multitudinem miraculorum inculcat/summarie describendo.

CAPVT. X.

Videns aũt turbas misertus est eis. Rõnem mittendi apostolos ad prędicandũ euãgelista assignat fuisse misericordiam iesu erga turbas. **quia erant vexati ꝛ iacentes.** pro. **dispersi/sicut oues nõ habẽtes pastorem.** Assimilant turbę ouibus,quia pronę erant ad fidem. Sed defectus adiungit pastorum:quia doctores eam non fungebãtur pastoris officio. **Tunc dixit discipulis suis.messis qdem multa:operarii autem pauci.** Non dicit sacerdotes aut scribę pauci,sed operarii pauci:quia &si magna est multitudo sacerdotum/doctorum/prædicatorum,pauci tñ sunt operarii:quia pauci sunt qui vita & doctrina student saluti animarũ. Non dixit operarii ãt nulli,sed pauci.sciebat.n.paucos esse tales. **Rogate ergo dominum messis.** Vult deus rogari a nobis vt mittat pastores vita & doctrina. **vt mittat.** multiplicãdo. **operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim discipulis suis.** Non expectat rogari:sed paucos operarios ex se mittit,tãq̃ multiplicaturus postmodũ eos quũ rogatus fuerit. **dedit illis ptãtẽ spũum immũdorum.** pro. **aduersus spũs immũdos:vt eicerent eos,ꝛ curarẽt oẽm languorem ꝛ oẽm infirmitatem.** **Duodecim aũt apostolorum noia sunt hęc.** Hic nõ referť electio & institutio.12.apostolorum,sed missio ad ꝓdicandum:cui ꝓmiscet euangelista catalogum eorum. **Primus simon qui dicitur petrus.** Solus petrus ordine insignitur & describitur primus:ad insinuandum valde spectare ad christianã notitiam scire primatũ petri,nullius q; momenti eẽ nosse ordinem apostolorum inter se. Aeſi aperte dixisset. Scitote petrũ primũ qcqd sit de aliis. Propter qd nullũ descripsit secũdũ aut tertium:ex hoc ipso significãs ꝙ primatũ petri sup alios ſtẽdebat euãgelista insinuare. **ꝛ andreas frater eius: philippus ꝛ bartholomeus:iacobus zebedęi ꝛ ioãnes frater eius:thomas ꝛ matthęus publicanus:iacobus alphęi ꝛ thaddęus.** Legendum est.ꝛ lebbęus qui cognominatus est thaddęus **simon cananęus.** pro. **cananites.** Aiunt denoſatum cananitę a cana galileę/vbi aqua versa est in vinũ.ꝛ **iudas scariotis.** pro. **iscariotes.** Et est noſatiuus. Denoſatio creditť a loco vnde oriundus fuit. **qui ꝛ tradidit eũ.** ¶ **Hos duodecim misit iesus ꝓcipiens eis ꝛ dicens. in viã gentiũ ne abieritis/ꝛ in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quę perierũt domus israel.** Descripto nũero prædicatorum/ describuntur præcepta quinq; illis data. Primum de loco quo mittuntur. Inhibentur enim ire ad gentes & ad ciuitates samaritanorum:quia tempus prædicandi gentibus & samaritanis non erat ante christi consummatum mysteriũ. oportebat.n. primũ chm̃ pati/& ĩtrare in gloriã suã/& mittere spũmsanctũ,anteq̃ ꝓdicareť gentibus/q̃ erant oĩno infideles,& samaritanis/qui erant fideles ſm quid.circuncidebantur.n.& recipiebant libros moysi sos.Et ideo fit spãlis mentio de eis tanq̃ mediis inter iudęos & gentiles. ¶ Constat hoc pceptum ad tempus illud tm̃ spectare.nam post resurrectionem dixit/euntes in mũdum vniuersum.& eritis mihi testes in hierusalem/samaria & vsq; ad vltimũ terrę. **Euntes autem prędicate dicentes quia appropinquabit.** pro. **appropinquauit/regnum cęlorum.** Secũdum præceptum est de materia prędicanda.eandem nanq; materiam quã ioannes baptista & quã ipse iesus ꝓdicabat/tradidit apostolis ꝓdicãdam.ſ.appropinquauit regnum cœlorum. hic est.n.omnis ꝓdicationis fructus/vt hoies intelligant/credant/sperent & ament ea quæ sunt regni cœlorum. Qd̃ ante christi aduẽtum valde distabat, non solum ab ais humanis sed ẽt ab executione.vnde nec sancti patres ad illud pueniebant in morte. In ꝓdicatione aũt regni cœlorum clauditur prędicatio cõemptus regni terrarum/prędicatio vitiorum & quorumcunq; impedientium hoies ad regnum cœlorum. **Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mũdate/dęmones eicite.** Tertium pceptum de beneficiis miraculosis cõferendis est: vt qui noua ꝓdicarent(.i.propinquitatem regni cœlorum ad hoies)nouis & mirabilibus operibus ꝓdicationem cõfirmarent. **Gratis accepistis/gratis date.** Quartum pceptum de gratuita est collatione vtriusq;.ſ.miraculorum & verbi diuini. ¶ **Nolite possidere aurum neq; argentum neq; pecuniam.** pro. **ęs/in zonis vestris.nõ peram in via/neq; duas tunicas/neq; calciamẽta/neq; virgam.** Quintum præceptum de modo est eundi. In quo prohibet quiq. primo precium pro viatico: siue in auro/siue in argento/siue in ęre. Dico aũt pro viatico: quia non dicit absolute nolite possidere aurum &c̃.sed dicit in zonis vestris.qd̃ clare sonat aurum siue argentum siue ęreã pecuniam quę portatur in sæculo seu crumenis. Non.n.hoc in loco priuat apostolos precio rerum & alimentis, sed tm̃ ordinat ac disponit de itinere eorum ad prædicandum: vt clare textus sonat. Scdo perã panis & quorumcunq; pertinentium ad nutrimentum. Tertio duas tunicas.ſ.mutatorias. non prohibet.n. vestiri pluribus indumentis:sed prohibet deferre vestimenta mutatoria.nam ipsum iesum constat pluribus vsum indumentis,ex eo ꝙ milites diuiserunt sibi vestimenta eius in quattuor partes. Quarto calciamenta.intellige mutatoria:ita ꝙ numerus binarius non solum determinat tunicas sed calciamẽta. manifeste enim apud marcum missi sunt cum calciamentis sandaliorum. Quinto virgam ad defensionem.nam virga pro baculo sustentationis/patet mar.6.concessa apostolis. ¶ Hęc omnia ad literam vt sonant christum ordinasse apostolis seruanda/restatur ipse christus luc.22.dicens/quando misi vos sine sacculo & pera nunquid aliquid defuit vobis? idẽ siquidem ẽ iudicium de sæculo & pera qd̃ est de duabus tunicis & reliquis. Et intendit ad literam iesus per hæc comprehendere omnia:hoc est per specificata/omnia quæ hoies pro occurrentibus necessitatibus itinerantium parare consueuerũt excludere.sicut enim peram alimentorum ita lenticulam vinariam cuius non meminit/exclusisse intelligitur:quum eadem sit rõ.& sic de similibus. Et sicut indumenta/calceos baculumq; sustentationis cõcessit/ita pileum concessisse intelligitur:quia eadem est ratio.admittit enim quęcũq; sunt pro futura sume/sitti/defensione ac mutatione,concedit autem in præsentia opportuna. ¶ Nec intendit iesus pręcipere hunc apostolis modum eundi ad prædicandum:sed duo intendit.ſ.declarare & experientia comprobare. Declarare quidem apostolis modũ congruum & expeditum/quo pñt licite vti eundo ad ꝓdicandum inter fideles.,ppterea nanq; subdit/dignus est.n.operarius cibo suo.hęc.n.verba mõstrant ꝙ non præcipiendo sed manifestando modum licitum/disposuit talem eundi modum.sciebat.n. meliorem & supererogationis modum esse vt ex proprio ęre vineret prædicator/ne aliquẽ grauaret: vt apostolus paulus fecit: & exposuit verba dñi esse non ꝑceptum sed licentiam. Experientia aũt comproba/re mittendo tunc de facto apostolos tali modo,vt facto experirentur nihil sibi deesse sic euntibus/& q̃ vtile ad ꝓdicatiõis officium atq; fructum sit seruare hunc modũ. **Dignus est.n.operarius cibo suo.** Poterant apli petere a christo/vñ victũ hẽbimus si nõ portamus nobiscũ alimẽta neq; ꝑcũ ad emendũ illa. Et ppea ꝓueniens dñs hanc qõnẽ/manifestat eis ꝙ eo ipso ꝙ pgunt operarii ferunt secũ vñ vi/uant:qa dignus est operarius cibo suo. ¶ Vbi nota non esse sensum intentũ p hanc metaphoricã locutionẽ(.ſ.dignus est operarius cibo suo)ꝙ aplis tanq̃ operarius debeať cibus quasi merces opis.nã hic sensus aduersať ante dato ꝑcepto/gratis accepistis gratis date:ꝑter hoc ꝙ valde infelix esset aplorum opus expectãs cibũ ꝑ mercede. Sed sensus intẽtus p hanc metaphorã est ꝙ pgentes operarii ferris vobiscũ vñ vobis debeť cibus/multo magis q̃ sit dignus operarius cibo suo. Ita ꝙ est locus a minori.multo.n. eminentius vobis debeť cibus q̃ operarius sit dignus cibo suo vt mercede. Et intẽdit p hoc ad lram docere aplos.si operarii cõducti ab hoibus sunt securi de cibo & mercede sua / qa digni sunt illa,multo magis vos operarii dei ite securi nõ solliciti de alimẽtis:sed oẽm vñ curã iactate in illũ cuius estis operarii. ¶ **In quancũq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis.** Adiungit ordinato modo eundi ad ꝓdicandũ/duo simul.ſ.modum victus & hospitii. vtrumq;.n. necessariũ erat declarare. **interrogate. Cũ ptãte miracula faciẽdi non dedit aplis notitiam eligendi hospitii:sed vult eos recognoscere se eẽ hoies,& humana nescia interrogare hoies de fama eligẽdi hospitis. quis in ea dignus sit.** Nõ qs in ea diues sit/nõ qs hñs bonũ hospitiũ,sed qs dignus sit regno cœlorum. tũ qa dignus cœlorum regno rõnabile ẽ ꝙ recipiat vos hospitio.tũ ne ex ꝓmiscuo hospite ꝓdicationis offm̃ turpe reddať.tum vt in vso

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoſpitio incipiat predicationis fructus. ⁊ ibi manete. Vbi clare patet ꝙ apoſtolos ſine alimentis ex precio non ordinauit viuere ex mendicando aut expectando oblationes aut promiſcue apud oēs: ſed apud dignos regno cœlorū,& humana interrogatione diſcernendū eſſe qs habeē dignus. ℣ At ſi obiecerīs,forte nullus inueniēē dignus:& ſic fame pibūt/& ſic oportebit apl'os fame pire. Audi chm/ qñ miſi vos ſine ſacculo & pera nunqd aliqd defuit vobis? & ceſſabit obiectio/intellecta diuinę curę infallibilitate. donec exeatis.ex illa ciuitate/ituri ad p̄dicandū alio. Non vult cœleſtis magiſter di/ gnum hoſpitē inuentū mutari pp meliorē aut opulentiorē: ſeu pp anguſtiā hoſpitii/vel tenuitatem victus. ℣ Intrantes aūt in domum ſalutate eam.Non expectetis ſalutari ab hoſpite: ſed vos p̄ue nite ſalutatiōis offō. dicentes. pax huic domui. Cuncta ſimul bona aī fert ſecū pax. Et ſi quidem fuerit domus illa digna. Hinc apparet ꝙ nō de vulgari ſalutatiōe loquitur: non.n.intēdit ꝙ tanq̄ humanos ſe exhibentes ſalutent:ſed ꝙ ſalutatio ſit inuitatio ad pacem cœleſtē.talem.n. pacē ſignifi/ cat ſubiungēdo. veniet.pro. veniat/pax veſtra.hoc eſt pax cœleſtis/pax ſpūs,nō pax mundi.ſup eā. Oſtendit non fore vanā hmōi ſalutationē: ſed fructuoſam domui illi ſi digna fuerit in veritate regno cœlorum. aut ſaltem fructuoſam vobis:dicēdo. ſi autem non fuerit digna,pax veſtra.quo ad fru/ ctum reuertetur. pro. reuertatur/ad vos. vobis nihilominus erit meritoria ſalutatio exhibita. Et quicunq; non receperit vos neq; audierit ſermones veſtros,exeuntes foras. ſuperſunt fo/ ras. de domo vel ciuitate/excutite puluerē de pedibus veſtris.ad duo.Primū ad teſtificandū illis ſigno excuſſionis ꝙ ex ſua culpa relinquunt a vobis.ſic.n.paulus act.18.fecit excutiēdo veſtimēta in iudęos apud corinthū. Secūdo ad teſtificandū tali ſigno ꝙ nihil relinquī vobis cōe cū eis: vt vel ſic exterreant audientes ſe excluſos a cōſortio regni cœlorū. Amen dico vobis:tolerabilius erit ter rę ſodomoꝝ ⁊ gomorrheoꝝ i die iudicii q̄ illi ciuitati. Ne mirabile tibi videaē tolerabilius fore in die iudicii ſodomę & gomorrhę q̄ ciuitati refutāti apoſtolicā p̄dicationē, diſtingue duplicē grauı/ tatē peccati. Alterā ex parte cōuerſionis.& hinc grauiora nō dubites fuiſſe crimina ſodomę & gomor/ rhę. Alterā ex parte auerſiōis.& hinc grauius eſt crimen refutantiū euangelū chī:tanq̄ dicentiū do/ mino deo,recede a nobis/ſciam viarū tuarū nolumus.Rurſus crimina ſodomoꝝ conſidera ēē contra humanum bonū:crimen aūt refutantiū euangelū ēē contra bonū diuini ordinis.ſ. fidei/ſpei ac cha/ ritatis in chm. Ecce ego. Non pręter meā intentionē/nō contra meā voluntatē/nō ſupra meā potē/ tiam patiemini tot mala:ſed ego q vos elegi/q dedi vobis ptātē ēt reſuſcitandi mortuos. mitto vos. non pmitto ſed ex electione mitto vos mihi charos. ſicut oues. Non ſicut leones ſed inermes oīno tam ad offendendū q̄ ad defendendū ſicut oues. in medio lupoꝝ. Non ad lupos ſed ad recuperandas oues p̄ditas,non hinc aut inde ſed exiſtentes in medio lupoꝝ/inimicoꝝ veſtroꝝ. Eſtote ergo pru/ dentes ſicut ſerpentes/⁊ ſimplices ſicut columbę. Tres ſunt hois partes.ſ. corpus/affectus & in/ tellectus. Quantū ad corpus mittit paſſuros ſicut oues:quantū ad intellectum pręcipit prudētes eſſe ſicut ſerpentes:q̄tum aūt ad affectū pręcipit ſimplices eſſe ſicut columbas.vt pręparent ſe ad tria.ſ.pa tientiam/prudentiā & ſimplicitatē. Et patientiā q̄dem oūilem/hoc eſt oīno inermem.prudētiam vero ſerpentinā:hoc eſt ad ſeruandū caput/ad ſeruandum id quod pręcipuum eſt, fidē/ſpem charitatem ꝙ chī.ſerpentis.n.prudentia eſt totū corpus inuoluere ad protegendū caput.ſimplicitatē aūt colūbinā (hoc eſt ſine admixtione felleę amaritudinis)diffinuit. Ita ꝙ mittit apoſtolos patētes/ad iniurias oēs ſuſtinēdas.prudentes/nō ſtolidos/nō inſenſatos:ſpūs.n. ſanctus eſt ſpūs ſapientię/ſcię/intellectus & conſilii.& ſimplices/abſq; oī duplicitate/verſutia/ſimulatione & amaritudine/rectam proſequentes intentionē. Cauete autem ab hoibus. Quorſum dixerit eſtote prudentes/declarat ſubiungendo actū cautelę non a lupis ſed ab hoibus. In medio lupoꝝ vos expono dilaniādos, ab hoibus autem cauete/vtamini prudentia ad cauendū ab humanis perſuaſionibus, hoīes.n.appellat eos q humani/ tatis officiis pretextu conſanguinitatis/amicitię/patrię/& aliorū humanorū vinculorum conſulūt vt non patiamur/vt nō perdamus hanc vitā pp fidem chī. Tradent enim vos in conciliis. Ratio cauendi ſubiungit.& non ſubmingūtur ea a qbus debent cauere:nō.n.cauere debent a flagellis/ſyna/ gogis/regibus &c̄.ſed rō cauendi a pſuaſionibus humanis eſt pręmiſio malorū ſubſequentiū eoꝝ con/ ſtantiam/cauendo ab humanis pſuaſionibus.Ac ſi apertius diceret. cauere ab humanis ſuaſionibus, pręſciendo ꝙ vos cautos tradent in conciliis &c̄. Et deſcribitur progreſſus iudęorum futurus perſe/ quendo apoſtolos gradibus multis.Primo enim ſingulares perſonę tradēt vos in conciliis publicis examinandos & iudicandos:vt patet in ſtephano.⁊ in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. tanquā malefactores:vt patet in apoſtolis flagellatis,& paulo quinquies flagellato a iudæis. ⁊ ad pręſides. vt patet de paulo.Et dicit hęc,quia iudæi non habebant illo tempore poteſtatem exercendi iuriſdi/ ctionem ad mortem:prout ipſi teſtantur ioā.18.nobis non licet interficere quēq̄.& propterea non cō tenti flagellis volentes vos occidere,ducent vos ad pręſides & reges habentes poteſtatem occidendi. ⁊ ad reges.vt patet de iacobo:quē occidit herodes rex.Ducemini propter me.quia in me creditis/ quia me p̄dicatis. Magna accumulatio malorum in hac legatione:qñ pp mittentem mala omnia imminere denunciat.in teſtimonium illis ⁊ gentibus.Oī ex pte vtilia fore mala p̄nunciat.nā non

ſolum ipſis apoſtolis & aegrendis ouibus vtilē fore apl'orum paſſionē ſed ēt conferre ſignificat: ad te ſtificandū inimicis tā iudęis q̄ gentilibus ꝙ ipſi negligunt ſalutē ꝓpriā/ꝙ ipſi excuſationē nō hēbūt ignorantiæ aduentus mei.examinantes.n.& audientes vos/debent cogitare & puidere ſibi ipſis de p pria ſalute. Cum aūt tradent vos,nolite cogitare.pro. ne ſolicite ſitis/quo aūt qd loquamini.da bitur.n.vobis i illa hora qd loquamini. Nō.n. vos eſtis qui loquimini:ſed ſpūs patris veſtri qui loquitur in vobis. Mirabilis eſt diuina diſpenſatio.quędā donat.ſ.pātem miracula faciendi.in qbuſdam vult eos interrogare/in qbuſdam vri prudentia.q̄dam ꝓmittit tunc quum ꝑs fuerit affutu ra/dabit vobis in illa hora qd loquamini. Et ne hoc reputent impoſſibile,ſubiungit,ꝙ vos non loq/ mini ſed ſpūs ſanctus i vobis. Tradet aūt frater fratrē in mortē ⁊ pater filiū:⁊ iſurgēt filii in pa rentes .Dixerat cauete ab hoibus'quia vos cautos tradent,declarat modo hoies illos eſſe fratres/pa/ tres filioſq;vt nullum genus hoium exemptum intelligamus.⁊ morte eos afficiēt .non ſolū tradēt ſed interficient.et eritis odio. Deeſt.habiti ab hoibus hoibus pp nomen meū. Tolerabile erat tra/ diflagellari/occidi ēt a conſanguineis ſi ſaltem amor hominum erga eos affuiſſet:ſed non ſolū defu turus amor ſed ēt affuturum odium oīum hoium erga eos deſcribitur.Et vere ab oībus hoībus/ hoc ē ſapientibus quę hois non quæ dei ſunt,odio hūr chriſti imitatores. Qui aūt pſeuerauerit .pro. ſu ſtinuerit/vſq; in finē,hic ſaluus erit. Ad ſalutem nō ſufficit p̄dicare paſſagellari/& odio haberi ab oī bus/niſi adſit perſeuerantia vſq; in finem. Cum aūt pſequentur vos in ciuitate iſta fugite in aliā. Licentia eſt non pręceptum.Et appoſuit hoc ne illiciū exiſtimaretur fugere. Amen dico vobis,non conſūmabitis ciuitates iſrael donec veniat filius hois. Sicut illud in viā gentiū ne abieritis/aut ctaē ad cīs illius legationis,ita hoc.Intēdit.n.ꝙ anteq̄ diſcurrēt p̄dicādo ſeu fugiēdo oēs ciuitates ppli iſrael,veniet ipſe ieſus imortalis/reſurgēdo a mortuis datutus nouā legationē. Et dixit hęc p̄occupā/ do rñſionē apl'oꝝ.ſi expulſi fuerimus ab oībus ciuitatibus iſrael ita ꝙ nulla ſupſit,ad quam fugiemus! Nō eſt diſcipulus ſupra magiſtrū:nec ſeruus ſupra dominū ſuū. Sufficit diſcipulo vt ſit ſi/ cut magiſter eius:⁊ ſeruo ſicut dominus eius. Datis pęceptis/& p̄dictis malis annexis legationi, adiungit exhortationē cōfortādo eos ad excludēdū ab eis timorē ſpāliter duoꝝ malorū: ſcilicet tollē/ tiū honorē & tollentiū vitā.maxime.n.amamus hęc duo/honorē ſcilicet & vitā.Exercuit ergo timorē ab exēplo ſui/triplici cōparatiōe adiecta inter ſe & apl'os.pria eſt qa ipſe magiſter/illi diſcipuli.ſecūda ē qa ipſe dominus/illi ſerui.tertia eſt qa ipſe pfamiliās/illi domeſtici. Quas tñ modeſte profert,nō di cendo ſe dominum & illos ſeruos &c̄. ſed in tertia perſona non eſt diſcipulus &c̄. Vt quum vide/ rint ipſum dominū & magiſtrum flagellatū/crucifixū & occiſum, nō timeāt diſcipuli & ſerui. Si pa tremfamilias beelzebub vocauerūt, quāto magis domeſticos eius! Ne ergo timueritis eos. Tacitis iis quæ tūc futura erāt circa proprii corporis paſſionem, cōmemorat ea quæ paſſus eſt circa honorē.ſi me pfemfamilias dehoneſtauerūt/ponendo ꝙ ſim vir diabolicus/ꝙ ſim magus vtēs beelzebub principe demoniorū,quanto magis infamabūt vos! Et vere prędicit dominus quod rei probauit euentus.nā diabolici ſeu magicę artis viri habiti ſunt ab infidelibus chī ſequaces:vt teſtā/ tur geſta martyrū. Nihil n.optum qd nō reueletur. pro. reuelabitur: ⁊ occultū quod non ſcia/ tur.pro. ſcietur. Non ſufficit chō confortare eos ad tolerādas infamias ab exēplo ſui:ſed rurſus con/ forrat eos a finali euentu:qa tandem clara apparebit veritas vrę innocentię & virtutis/ac calūnię & iniqtatis p̄ſecutoꝝ vroꝝ. In die ſiquidē iudicii oē in hoc mūdo cooptum detegēt,& oē in hoc mun/ do occultum ſcietur:ac ꝙ hoc redibit honor ac gloria vra cum confuſione p̄ſecutoꝝ vroꝝ. Quod vo bis dico in tenebris/dicite in lumine:⁊ quod in aure auditis/prędicate ſuper tecta. Cōfortat tertio ad tolerādas infamias a publica doctrina. Occaſionē hrent forte infamādi vos ſi occulta ſi ſe/ creta docerem vos/ quæ vellē alios latere:mō aūt nō eſt ſic.nam pręceptū meū eſt qđ dico vobis in te/ nebris/in myſteriis/in parabolis,dicatis in lumine/in manifeſto:& ſilt qđ auditis ad ptem,prędicetis publice nō ſolū ſuper cathedras ſed ſup tecta/vnde ab oībus audiri poſſitis. ¶ Si quæris quo ſtat ſen/ tentia hoꝝ verboꝝ cū illa/ego palam locutus ſum mūdo & in occulto locutus ſum nihil. ſcito nullā eſſe inter ſententias has contrarietatē:eo ꝙ nihil dixit chs ſeorſum/ſecreto/in aure/in tenebris, quod voluerit ſeruari occultū,ſed oīa voluit publicari poſt reſurrectionē ſuā. Docuit itaq; quædā ſeorſum: ſed nihil qđ voluerit ſeruari occultū/qđ voluerit nō eſſe publicū. Vnde hęc eſt gloria chriſtianę fidei: ob hoc ridemus de infidelibus imponētibus chī imitatoribus: vtpote ſcientes nihil apud nos eſſe occultū,ſed oīa chriſtianę fidei myſteria tā pura/tam nitida/tamq; aliena ab oī contagione eſſe vt nō vereamur publice cūcta prędicare. ¶ Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Poſt excluſum timorē infamię/excludit timorē occiſionis.Primo qa duplici exiſtente vita hois(ſcilicet corporis & aīę)dīa inter hoīem & deū hęc eſt. ꝙ hoīes poſſunt tollere tm̄ vitam corporis/q̄ longe minor eſt q̄ vita aīę:deus aūt pōt & aīam & corpus perdere in gehennam ęternę damnationis. & propterea non homo ſed deus timēdus eſt.aiam autem nō poſſunt occidere. Verū eſt hoc tū quo ad vitā naturę: qa aīa eſt imortalis,& ſolus deus poteſt occidere illam annihilando.tum quo ad vitam virtutis. nul/ lus.n.hō pōt tollere ab aīa virtutem moralē ſeu gr̄ę. tum quo ad vitā beatitudinis; qa ſolius dei eſt

beatę aut dānare aīam. **Sed potius timete eum.** Timor solius mali est:nemo.n. timet bonū.vertū tamē ptās inferēdi malū q̄tūcunq; in se sit bona,timēda est rōne mali cuius ē illatiua.Et hoc mō deus in se optimus/timēdus dicit. **qui pōt ꝛ aīam ꝛ corpus perdere in gehennam.** Non dicit occidere(vt dicendū cōsequēter fuerat)sed illud qđ peius est occisiōe:scilicet pdere corpus & aīam in gehennā eternę dānationis. ℣ **Nōne duo passeres.** pro. **passerculi/asse veneūt: ꝛ vnus ex illis nō cadet sup terrā sine patre vestro:** Cōfortat secūdo ad tolerādam mortē ex cura diuina circa redintegrationē oīum ēt singulorū capillorū:vt sciant se nō solū redintegrādos quo ad vitā corporis & aię ex pcedenti rōne,sed ēt quo ad minima quęq; sui quę pdere possunt. Suadet aūt hoc ex diuina prouidētia circa passeres:asserēdo q; tanta est diuina prouidētia q; q̄tūcunq; viles sint passeres (ita q; duo veneunt asse vno) nihilominus nullus eorū morīē sine nutu dei patris vr̄i.quanto ergo magis vr̄i curā hēt deus! ¶ Si cōtra hāc diuinā curā passerū obiicitur illud apostoli.1.ad cor.9.nunqd deo cura est de bobus!Distingue aliud ee cutaē de irrōnalibus legē scriptā dando/& aliud esse curare de iusdē puidentia.Asserīt.n.hic puidentiæ diuinæ curā cōprehendere ēt passeres:negaī aūt ab apostolo deū hāc irrōnalū curā sic ut solicitus sit supaddere legē circa salutē eorū.hic.n.modus diuinæ curæ reseruaē rōnali creaturæ:quā qa deus ordinauit ad eternā felicitatē,erudit atq; monet supaddita lege spectantiū ad fidē/spem & charitatē. **vestri aūt ꝛ capilli capitis oēs numerati sunt.** Nō est hyperbolica locutio (quū in veritate capillorū numerus notus est deo)sed ē significatiua diuinę curę circa quęcūq; quātūuis minima ēt sigillati electorū suorū. ℣ **Nolite ergo timere:multis passeribus.** pro. **passerculis: meliores estis p.prestatis/vos.** hoc ē multitudię vniuersa passerū. **Vis ego qui cōfitebitur me coram hoibus,cōfitebor ꝛ ego eū coram patre meo q̄ in celis est:q aūt negauerit me coram hoibus, negabo ꝛ ego eū coram patre meo q̄ in celis est.** Exhortationi exclusiuę timoris tā infamiæ q̄ mortis,adiungit necessitatē fidei/amoris & cōfessionis suę.Ac si apertius dicat.nō puretis me horrari vos ad id qđ est superogationis,sed ad id qđ est necessitatis.Vñ hāc necessitatē manifestat a pœna & prę mio ex tria.s.cōfusionis & gloriæ/hūdi & nō hūdi christū/pdendi & inuenendi aīam ppriam. ℣ **De necessitate itaq; cōfitendi christū ex futura pœna cōfusionis & p̄mio gloriæ ait,q; cōfitentē me confitebor eū coram patre meo/& negantē negabo.** Nō sufficit christo interna fides aut internus amor, nisi quū opus fuerit adsit exterior cōfessio fidei & factorū. **Nolite arbitrari.** Necessitatē cōfitendi & amandi christū manifestat ex culpa.Petrū.n.significat dicendo.q amat patrē aut matrē plus me non est me dignus.nullus.n.indignus reddit christo nisi ob culpā propriam. ℣ **Vbi & duo alia nota.Alterū est q; iesus institificat pœnā antedictā futurę cōfusionis,aperiens illius cām esse ppriū crimen negantiū ipm.** ne putaremus mundos illos esse a pctō qui negāt ipm.Alterū est q; simul & semel declarat & rōne ctis eē qa postponit amor ipsius christi amori aliorū,& vsq; adeo exigi ad salutē amorē & cōfessionē christi vt nec amor pris p̄m carnē aut mris/fratris aut vxoris &c.excūset. **quia venerim.** Manifestat ex proprii aduētus officio culpā minus amātiū ipm.Acsi apte diceret.nō sunt hęc mandata hoium/nō sunt positiui iuris,sed sunt fructus aduētus mei in mundū:ad hęc.n.efficienda veni ego dei filius in mundū. **pacē.** oēm. **mittere in terrā.nō veni pacē mittere.** Dixerat supius vt deferrent pacē:ne intellige rēt pacē oēm/declarat mō q; nō venit mittere in terrā pacē oēm. **sed gladiū.** Metaphorica ē locutio, describens bellū a supmo actu eius:quo.s.venit ad vsum gladii. **Veni.n.separare.** pro. **dissidere facere/ hoiem aduersus patrē suū/ꝛ filiā aduersus matrē suā/ꝛ nurū aduersus socrū suam.** Ecce gladius/ecce cōtrariū pacis. **Et inimici hois domestici eius.** Cōfirmat hoc bellū ex autoritate veteris testi mich.7.vbi scribunt hęc verba. **Qui amat patrē aut matrē plus q̄s** pro. **sup ꝛa/me.** Declarat quā pacē nō venit mittere in terrā.s.cōtrariā ordini charitatis.simul declarās ad quā separationē faciendā venit.s.necessariā ad ordinē charitatis seruandū.Nō sufficit iesu christo amari: sed exigit vt ameē plus q̄ ppius pr̄/mr̄/aut filius &c. **nō est me dignus.ꝛ q amat filiū aut filiā sup me.** pro. **su p ꝛa me/nō est me dignus.** Pena dāni significat qua hō privaī ipso deo.Et apte idignus deo diffinit, q pluris fecit prem/mr̄m aut filiū &c.q̄ deū. **Et q nō accipit crucē suā.** Nō pr̄i aut filio trū sed ēt timet pponēdus est christus.Nec dicit q nō se crucifigit,sed q nō accipit/q refutat ipositā sibi crucē: hoc est illatā mortē ee dirā/turpē & vilē.hęc.n.in cruce claudunē. **ꝛ sequitur me.** Apponit hoc trū cōfortādo ab exēplo sui crucifigēdi.trū mōstrādo rōnē subeūdę crucis.s.pp christū. **nō est me dignus.** Identitas demeriti in nō accipiente crucē & in plus amāte prem/mōstrat q; de illo nō accipiēte crucē loqtur q; iō refutat crucē qa plus amat seipm q̄ christū.& nō de illo cui licitū est fugere in aliā ciuitatē. Verba.n.hęc licet sint negatiua,sm trū sensum sunt affirmatiua vīculi ad sufferēdā crucē pp christū.qđ cōstat intelligi qñ & vbi oportet. **Qui inuenit.** pro **inuenerit/aiam suā.** Si diceret q amat aut seruat,clara essent verba:sed dicēdo inuenit/& subiūgēdo inueniet,expōnē exposcit.Dria itaq; inter pīnē vīta & eterna est:q; eterna nō inuenīt hic sed speraī,pīs āt vita hic hī.Rursus ppositis humano studio/hinc christo & inde vita propria,si homo studuerit posthabito christo ad seruandam vitam propriā inuenit aīam suā hoc est vitā suā:qa assecutus ē qđ intēdebat. Ita q; sensus ē.q inuenit/q iam inuentā hēt me posthabito,aīam suā/vitā suā. **perdet eam.** vitam suam in futuro seculo. **Et qui perdi,**

patrē meum
mortē ēt diram exemplo sui
vitam

derit aiam suā. Et p oppositū q nō inuenit sed sperās p̄diderit vitā suā. **pp me.** Explicare pp me insinuat cōtrariū eius(scilicet posthabito me)subintelligēdū esse quū dicit q inuenit aīam suā:vt cōtrariorū eadē sit disciplina. **inueniet eā.** in futuro seculo. Vbi nota ēt ad lr̄am verificari hæc dicta de aīa q̄tū ad offm aīandi corpus:qa habēs vitā corporalē pro inuēta,pdit corporalē vitā in eternū.post resurrectionē.n.vita erit eis peius q̄ mors.nā quęrēt mortē,& mors fugiet ab eis. Et sīt volūtarie ponentes vitam suā corporalē pp christum,sueniēt post resurrectionē eandē corporalē vitā eternam. Et dixit tertio loco hæc, vt necessitatē seruandi & confitēdi fidem chr̄i monstraret ex periculo dāni vel lucri proprię vitę:vt si nō moueremur ex timore pœnę damni/saltē moueremur ex timore pœnę sensus.& rursus vt non solū traheremur amore essendi cū christo,sed ēt amore corporalis vitę proprię perpetuę. **Qui recipit vos/me recipit: ꝛ qui me recipit/recipit eum q me misit. Qui recipit prophetā in noie prophetę,mercedē prophetę accipiet: ꝛ qui recipit iustū in noie iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicunq; potū dederit vni ex minimis.** pro. **pusillis/istis calicē aquę frigidę tantum/in noie discipuli:amen dico vobis/nō pdet mercedē suam.** Expeditis præceptis & periculis legationis:qa inter alia ordinauerat vt viuerent apud hospites suos/& p̄dixerat simul pœnā negantium hospitū,cōsequens fuit vt premiū hospitū declararet. Manifestat itaq; premiū hospitū. tum a dignitate psonę receptę:qa recipiēdo vos recipient me:ac p hoc eū q me misit/scilicet deū.recipientes ergo vos recipiēt deū:quod est maximū donū. Tū a mercede:qa recipiens prophetā nō alia rōne nisi qa propheta est/efficit princeps meriti prophetę:vtpote fouens prophetā in officio suo.& ppea mercedem quoq; prophetę debitā accipiet.Non dicit tantā mercedē:qa maius est meritū maiorq; merces prophetæ q̄ recipientis ipsum.sed sicut princeps fit meriti fouendo prophetā,ita princeps est mercedis. similem ergo mercedē mercedi prophetę accipiet,q̄is nō tantā.Et eadē rōne recipiens discipulū/nō quia amicus aut gratus &c.sed habita tm̄ rōne quia est discipulus meus, mercedem similem mercedi discipuli accipiet. ℣ Et breuiter scitote q; nullus beneficium quātuncunq; paruum alicui ex pusillis istis prestabit sine premio.nam qui potum non vini sed aquę frigidę(vt nullum laborem aut sumptum fecerit calefaciendo)dederit,non perdet mercedem suam.

CAPVT .XI.

ET factum est quum cōsummasset iesus p̄cipiens duodecim discipulis suis,trāsiit inde alio tendens ipse & alio mittens discipulos. **vt doceret ꝛ predicaret.** Non ideo misit discipulos ad predicandū vt ipse desereret predicationis officium: sed ita misit illos vt etiam per seipsum predicaret. **in ciuitatibus eorū.** Seruat quod seruandum preceperit. **Joannes autem.** Inchoauit matthęus predicationē iesu a carcere ioānis ca.4.cōmemorato:nunc narrat subsecutos fructus adhuc viuēte ioāne in carcere. **quū audisset.** a discipulis suis:vt alius testaē euāgelista. **in vinculis.** pro. **in carcere/opa christi, mittēs duos de discipulis suis/ait illi. tu es q venturus es.** pro. **ille vēturus.** seu. **veniens/an aliū expectamus!** Dictio greca interpretata venturus es/anceps est ad vtrūq; tps.sed pui refert: qa vtroq; sensu significat messias. Et si qdem legiē in p̄ti,ordo lr̄ę est.tu es veniens ille tā expectatus a iudeis/tā acclamatus a prophetis! Si aūt legiē in futuro/ordo est.tu es ille venturus sm dicta prophetarū & expectationē iudęorū ad salutē mūdi/ad regnandū in eternū tā expectatus/tā acclamatus! Et hæc lectura ē amplectēda:quia prima habet nescio qd durusculę cōstructiōis. ℣ Proponit aūt ioānes hāc interrogationē nō dubitās iesum fore redemptorē mūdū & regē israel,sed vt cōsulat discipulis:vt vel sic instruant & credāt iesum eē verū messiam. Constat.n.discipulos ioānis minus bene sensisse de iesu. tū ex eo q; anteq̄ ioānes mitteret in carcerē/ liuore tacti dixerūt ioāni de chr̄o, rabbi qui erat tecū trās iordanē &c.ioā.3. tū qa(vt supius.9.ca. patuit)reprehenderūt iesum/ q̄re nos & pharisei ieiunamus &c. ℣ **Et respōdens iesus ait illis. cūtes renūciate ioāni quę auditis ꝛ vidistis.** pro. **auditis ꝛ videtis.** Rūdet iesus nō testimonio verborū sed factorū:vt referēdo ioāni miracula cōuincant a ioāne ex ipsis miraculis, & non dubitēr ipsum esse verū messiā. Auditus refert ad miracula prius facta:visus aūt ad miracula q̄ tūc fecit, alio euangelista testāte. ⸢ **Cęci vidēt/claudi ambulāt/leprosi mundātur/surdi audiūt / mortui resurgūt.** Antiqdem hoc tps resuscitauerat filiū viduę & filiā archisynagogi. **pauperes euangelizātur.** Inter miracula testificātia messiā cōnumeraī q; paupes euangelizant:hoc ē accipiūt bonū nūciū. Greci dicūt euāgelizo te:hoc ē affero bonū nūciū tibi.& silr tu euāgelizaris/tibi afferē bonū nūciū,tibi bonū annūciaī/tu accipis bonū nunciū. Et significat p hoc dria inter mūdanū & cœleste regnū/inter mūdana & cœlestia bona/iter cōia bona nūcia mūdana & cœlestia q̄tū ad ordinē: qa mūdana bona cōia/annūcianē magnatibus & diuitibus mūdi,& p illos deriuanē ad reliquos ac paupes: cœlestia aūt bona cōia toti generi humano,annunciane paupibus/piscatoribus & aliis hmōi sequacibus iesu,& p illos deriuanē ad alios ēt mundi principes:vt experientia testata est. ℣ Inter alia ergo iesu chr̄i admiranda opa cōnumeratur contrarius ordo ad ordinē mūdanum circa annūciationem regni cœlorū. Et cum hoc significat ēt q; soli pauperes spū/hoc est nō affecti dimitiis, sunt illi qui vere accipiūt bonum illius nunciū ex aduentu meo/ꝛ **beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.** Subiunxit hoc vt præ/

Universidad de Deusto
Biblioteca

beret occasionē ioāni erudiendi & prēmuniendi discipulos suos ne scandalizenť in chři abiectione & passione.sciebat enim passionem mortemq; suam fore offendiculum etiam credētibus q ipse esset redempturus israel. Vnde etiam christi discipuli euntes in emaus,scandalizati morte christi,dixerunt nos sperabamus q ipse esset redempturus israel.

Illis autem abeuntibus. Ne coram discipulis ioannis laudās ioannē,videretur humano respectu laudare. **cepit iesus dicere ad turbas de ioanne.** Hactenus qa nō oportuit tacuit laudes ioannis: modo aūt quia periclitabat in opinione turbarū tum constantia tum testimonium redditū a ioāne de iesu,inchoat laudes ioānis. Nesciebant.n.turbę qua rōne ioānes mississet discipulos ad interrogandum tu es messias an alium expectamus:& ppea dubitare poterant de ioānis cōstantia & testimonio. hmōi ambiguitatem tollit iesus laudans ioānem multipliciter. **Quid existis in desertum videre!** Inchoat laudes ioānis apud turbas ex ipsarū turbarum concursu,tali ac tanto vt relictis ciuitatibus iuerint vsq; in desertum ad ioannē. Ac si aperte dicat.talis ac tantus vf concursus ad ioannē,restatur de ipso. **arundinem vento agitatam!** Prima ioannis cōmendatio,animi est constantia. **Sed quid existis videre, hominem mollibus.** Deest. vestibus,vestitum: **Ecce qui mollibus vestiuntur.** pro. **qui mollia gestant,in domibus regum sunt.** Secunda commendatio est corporalis vitę austeritas,a vestibus significata. **Sed quid existis videre, prophetam! Etiam dico vobis,& plus q3 prophetam.** pro. excellentiorem propheta. Hic est.n.de quo scriptum est. **ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam,qui preparabit viam tuam ante te.** Tertia cōmendatio donum est gratię plus q̄ propheticę. Quod declarat ex autoritate malachię prophetę ca.3. Et cōsistit declaratio in hoc q ideo ioānes est excellentior propheta qa prophetę prędixerunt messiam futurum:ioānes aūt fuit prepparator vię messię presenti. Hoc.n.significat dicendo.q prepparabit viam tuā,nō a remotis,sed ante faciē tuā. Dicunt.n.hæc verba in psona dei ad messiā. **Amen dico vobis,non surrexit inter natos mulierum maior ioanne baptista.** Quarta ioānis cōmendatio relatiua est nō ad oēs hoies,sed ad oēs prophetas.nā alio euangelista testāte cōstat chřm dixisse nō surrexit maior propheta:quā ptículam matthęus tacuit. Immo ifalis sensus est q inter prophetas nullus fuit maior ioāne. ℣ Et bene nota q non affirmat ioānes maior oibus prophetis:sed negat propheta maior ipso cum quo stat q habuerit equales. Vnde ex hoc q ioānes fuit p̄cursor chři(monstrando,baptizando p̄parando &c̄.)habuit non solū gratiam plus q̄ propheticā:sed q nullus prophetaꝝ(moyses scilicet, dauid,hieremias,esaias &c̄.)fuit maior ipso. **Qui autem minor est in regno celorum,maior est illo.** Ioānes relatus ad pres veteris testamēti,nō habet maiorē:relatus aūt ad regnum cœlorꝝ(hoc est ad nouū tps testamēti,hoc est ad tps psens inchoans regnū cœlorꝝ)habet maiorē:scilicet messiam. Et parcēs iesus laudi proprię,non dicit ego aūt maior sum illo:sed describit ipsum messiā a minoritate in regno cœlorꝝ. Nec dicit q minor est eo:sed simpliciter q minor est in regno cœlorꝝ. Et quum extra propositū sit log de regno cœlorꝝ,hoc est cœlesti beatitudine in qua tūc soli angelici spūs erant,cōsequens est q de regno cœlorꝝ in terra inchoato tunc,est sermo. Nec in dubiū vertit qs sit iste minor in regno cœlorꝝ:qa cōstat q est ipse messias. Qui q̄uis natura,gra & dignitate sit maximus,est tū officius minor:iuxta illud.qs maior est,q recūbit an q ministrat,nōne q recumbit! ego aūt in medio vr̄i sum sicut q ministrat. Et rursus.filius hois nō venit ministrari sed ministrare,& aiam suā dare redēptionem pro multis. Est itaq; ifalis sensus q ille q in regno cœlorꝝ iam inchoato a diebus ioānis baptistę est minor officiis,exercet officia minoris,exercet officia humilitatis,est maior ioāne carente maiore inter priores. ℣ Pōt quoq; nō absurde aliter ifa exponi. Primus.n.p̄dicator regni cœlorꝝ fuit ioānes baptista,sicut ēt fuit pf primus baptismi:iesus aūt fuit secūdus in vtroq;.& ppea dicit minor in regno cœlorū.secūdus.n.minoritatē a primo sonat. Ac si apte dicat.q̄uis ioānes nullū prioꝝ habeat maiorē se, q tū posterior est illo in inchoatiōe regni cœlorꝝ,est maior ipso. **A diebus autem ioannis baptistę vsq; nunc regnum cęlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud.** Quinta cōmēdatio est nouę p̄dicationis nouus fructus. Tpibus priscoꝝ prophetarū promittebat regnū terrenū in terra promissionis,& regna terraꝝ amorreoꝝ & chananeoꝝ &c̄.passa sunt vim,& violētia accepērūt filii israel illa: a diebus aūt ioānis baptistę incepit p̄dicari & promitti regnū cœlorꝝ,cœperūtq; hoies ex directa intentione tendere ad regnū cœlorꝝ fide & pœnitētia & opibus bonis. Ita q cōmendat ioānes ex hoc q fuit primus p̄dicator inducēs hoies ad tendēdū directe in regnū cœlorꝝ. Precedentibus nanq; tpibus erāt multi iusti & sancti hoies:sed nō opabant ex explicita intentiōe ad regnum cœlorꝝ(qđ adhuc eis nō fuerat reuelatū nisi a remotis)sed opabantur ex intentiōe obediēdi deo in spe mercedis mediante messia venturo. manifestāte aūt ioāne regnū cœlorꝝ,cœperūt populi explicite tendere ad regnū cœlorum quod audierant iam appropinquasse. Hoc aūt explicite tendere ad regnū cœlorꝝ,appellat iesus metaphorico sermone violentiā vtrinq;:hoc est tam ex pte regni (dicendo q regnum cœlorꝝ patitur vim)q̄ ex pte tendentiū,dicēdo & violenti rapiūt illud. ℣ Et significat p pati vim conditionem regni cœlestis,carere habilitate ad hoc q sit hominum.nam illud dicit proprie vim pati quod illud patitur ad qđ nullā habet habilitatē. Et vere regnum cœlorꝝ vim patit; quia tanta est excellentia vt nullam

habeat habilitatem ad hoc q acquiri possit ab hoibus:sicut corpus cœleste nō est habile q possit acquiri ab hoie.vnde quia de facto acquiritur regnum cœlorum ab hoie,ideo dicitur q vim patit. ℣ Et ne quæras a quibus patit vim,subiungit.& violēti,proculdubio fide & operibus, rapiunt illud,non ex merito naturæ aut actionum sed ex vi spūs habētis ptātem sup regnum cœlorꝝ potius rapiunt q̄ iure acquirāt. **vsq; nunc.** Apposuit hoc ad significandum perseuerantiam violentię in regnum cœlorꝝ p̄dicāte ipso christo. Intendit.n.q violentia quę inchoauit a diebus ioānis baptistæ,nō inchoauit vt terminet me presente & illumināte mūdum,sed vt perseueret.hoc enim denotat illud vsq; nusq; vsq; in tēpus meum,quod est vltimum. **Oēs enim prophetę & lex vsq; ad ioānem prophetauerūt.** Sexta cōmendatio est q ioānes est terminus ppheticę legis & ppheratum:hoc est officium ioannis est demōstratiuum eius qđ ppheratūt lex & prophetę oēs:qa demonstrat messiam. ℣ Aduerte hic q lex & ppheticę quantum ad actum ,pphetandi terminant ad messiam.nō q tacear futura post aduētum messię:sed quia quęcunq; dicūt futura post messiā,dicūt vt accidētia connexa,cōsequētia & pendentia &c̄.ad messiam. Et quum ita sit q intentus terminus legis & ppheratum sit messias,placuit domino iesu describere terminum legis & ppheratum ioānem,hoc est ioānis officium:ad significandū officium ioānis esse monstrare messiam presentem. Ita q ioānis officium terminare legē & ppheras est ioānē mōstrare messiam p̄sentem. redūdat siqdem ioānis laus in approbationem testimonii quod perhibuit de messia. **Omnes.** ptiores. fuerunt enim postea alii ppherantes. **Et si vultis recipere.** Se ptima cōmendatio q ioānes est helias. Circa quam tria dicit. Primo ponit in auditoꝝ libertate acceptationē huius cōmendationis:dicendo & si vultis recipere. Et hoc ideo qa non fm literalem sensum ioānes est helias. Docuit siqdē nos optimus magister iesus vt nō cogamus auditores ad sensus mysticos sacræ scripturæ:sed ad ędificationem eoꝝ qui libēter audiunt & proficiunt ex sensibus mysticis. **ipse.** ioānes. **est helias qui venturus est.** Malachię vlti. pmittit deus.ecce ego mittā vobis heliā ppheram anteq̄ veniat dies magnus domini & horribilis. Expectabat ppterea a iudęis helias p̄cedēs messiam.nescientes enim distinguere inter primum & secundum messię aduentum,putabāt heliam prę cessurum primū aduētū messię:quod tamē deus nō pmisit nisi respectu secundi aduentus:vt patet in litera malachiæ,loquēte de die domini horribili,qui est dies vniuersalis iudicii. Hāc iudęorum ignorantiā p̄occupans iesus,ne ex hac occasione impedirentur credere ipm esse verum messiā,dixit ioānem esse heliā.nō idētitate aię aut hypostasis,sed pportionali idētitate officii. ioānes enim circa primū domini aduentū illudmet officium exercuit quod helias exercitaturus est circa secūdum domini aduētum. **Qui habet aures audiendi audiat.** Mysteriū heliæ & ioānis excedebat capacitatem turbaꝝ tunc tēporis.& ppterea iesus sūmarie illud pertrāsit:adhibita tamē monitione secreti mysterii. Secretum nanq; mysterium latere in identitate & diuersitate ioannis & heliæ,significat monēdo q habet aures audiēdi audiat. Et vere latet ibi mysteriū duoꝝ chři aduētuum.qđ tā occultum fuit vt ēt dęmones lateret:q si cognouissent dñm glorię nunq̄ crucifixissent.qđ vsq; hodie latet iudęos.

¶ **Cui autem similē estimabo generationē istam:Similis est pueris.** pro. **pueritis,sedentibus in foro:qui clamantes coequalibus,dicunt.cecinimus vobis & nō saltastis:lamentauimus.** Deest. **vobis,& nō planxistis. Venit enim ioannes neq; manducans neq; bibens, & dicunt,dęmonium habet. Venit filius hois manducās & bibēs:& dicūt.ecce homo vorax. pro. edax,& potator vini, publicanorum & peccatorū amicus.** Ex tot laudibus ioānis occasione oblata reprehendendi generationem hoium illā,increpat eam assumendo parabolam ex ioco pueroꝝ. Similitudo est satis clara in litera. ¶ Aduerte tamē applicādo illā duo. Primū est q generatio illa assimilat non parti puerulorum iocantiū,sed toti iocantiū cętui. Ita q sicut inter iocātes pueros aliqui sunt prouocantes alios faciendo diuersis viis quod in se est,& aliqui neutra via p̄uocati,ita in generatione illa iudęoꝝ(quę scilicet tūc tēporis viuebat)erant aliqui diuersis viis p̄uocātes ad regnum cœlorꝝ vt ioānes & iesus,& aliqui nec a ioāne nec a iesu p̄uocati ad regnū cœlorꝝ. ℣ Immo(quod sęcūdo notandum est)longe deterius euenit ioāni & chřo q̄ pueris p̄uocantibus:quia pueri frustra p̄uocarunt:ioānes aūt & iesus retulerunt iniuriam ex beneficiis.nam de illo dicunt,dęmonium habet: de hoc q est votax,potator vini &c̄. Vbi cerne q similitudo generationis illius ad iocum puerorum, inducta est nō ad significandum q frustra ioānes & iesus p̄uocarunt iudęos illius temporis,sicut frustra pueri cecinerūt & lamentati sunt:sed ad significandū q nulla p̄termissa est via p̄uocandi iudęos illius tēporis ad regnum cœlorum,& p̄uocatores ioānes & iesus a multis eorum retulerunt iniurias. Quod includit apud illos frustra laborasse,& aliquid deterius. **Non manducās.** cibos quibus cōmuniter vescunt hoies,& similiter nō bibens vinum aut siceră,cōmunē hoium potum. Et per oppositum intellige filiū hois manducare cibos cōmunes & bibere cōem potum. **Et iustificata est sapiētia a filiis suis.** Cōclusio parabolę est q diuina sapiētia disponēs tam suauiter p vtranq; viā trahere vos ad regnum cœlorum iustificata est,facta est apud vos iusta,a filiis suis:hoc est ex collatione ad iocū puerorꝝ vestrorum. Pueriles illos appellat filios sapientiæ,quia sunt naturalis sapientiæ indices. ℣ Vbi aduerte q rude vulgus instruēdo iesus vtitur hac infima parabola ex ioco sumpta:quia ex his

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbę magis monent, & huiusmodi parabolas sibi notas magis retinent. ¶ **Tunc cępit exprobrare ciuitatibus in qbus sunt factę plurimę virtutes eius, qz nō egissent pœnitentiam.** Reprehensa generatione illa iudęorum in genere/ increpat modo in specie quasdam ciuitates. **Vę tibi chorozaim, vę tibi bethsaida: qa si in tyro z sidone factę essent virtutes q̄ factę sunt in vobis, olim in cilicio z cinere pœnitētiā egissent.** Tyrus & sidon ciuitates gētilium erant/ quibus nō prędicabatur. **Verumtamē dico vobis/ tyro z sidoni remissius.** pro. **tolerabiliūs/ erit in die iudicii qz vobis.** Quia grauior est culpa infidelitatis vestrę q̄ tyri & sidonis: dū visis tot miraculis apud vos factis increduli maneris. **Et tu capharnaum/ nunqd vsqz in cęlum exaltaberis.** pro. **quę vsqz in cęlum exaltata es, vsqz in infernū descędes.** Quia si in sodomis factę fuissent virtutes q̄ factę sunt in te, forte. pro. **vtiqz mānissent vsqz in hanc diem. Verūtamen dico vobis qa terrę sodomoz remissius.** pro. **tolerabilius/ erit in die iudicii qz tibi.**

¶ **In illo tempore.** Exprobrationi incredulorum apte adiungitur ratio cōuersionis electoz. **respōdens iesus.** hoc est respondēdo discipulis reuersis cum gaudio a p̄dicatione: vt alius euāgelista insinuat. **dixit. Confiteor tibi pater/ domine cęli z terrę.** Exultāte spiritu suo cōuersus est ad patrem: dicendo confiteor/ professione veritatis/ & etiā gratias agendo. **qa abscondisti hęc.** mei aduētus mysteria, absc̄disti aūt non appositione operculi, sed negatione luminis. **a sapientibus z prudentibus.** Sapiētia est circa diuina: prudētia circa humana. **z reuelasti ea.** illustrando lumine fidei inter no. **paruulis.** pro. **infantibus.** Nō dicit insipiētibus & imprudētibus: vt ex hoc ipso q̄ cōtra sapiētes & prudēres e regione distinguit infantes, discernamus & penetremus nō displicere deo sapientes & prudētes qualescūq; sed nō paruulos: hoc est quos sapiētia & prudētia nō sinit esse paruulos in oculis ppriis/ nō sinit redigere intellectū in captiuitatē in obsequium fidei chri tui. Et quia communiter (q̄uis nō vniuersaliter) sapientes & prudentes discutiūt res fidei sm sapiētiam & prudētiam suam, & innitentes pprię sapientiæ & prudentiæ inflanē ac recusant vete captiuare intellectum & mores in obsequiū christi, ideo iesus tangēdo id quod vt in pluribus euenit/ dicit abscondisti hæc a sapiētibus & prudētibus. Quod paulus apostolus explicans corinthiis dicit. videte vocationem vestram qa nō multi sapientes sm carnem/ nō multi potentes &c̄. Ad literam/ primi chri discipuli non fuerūt de numero sapientū & prudentum mūdi huius: sed hoies simplices/ piscatores/ & similes paruulis infantibus sm humanum statū, & p̄cipue in oculis propriis. Tales enim semper placuerunt deo: iuxta verbū samuelis ad saulē. nōne quum esses paruulus in oculis tuis/ caput in tribubus israel factus es. 1. reg. 15. Meminit aūt infantum potius q̄ paruulorū. tū vt maxime paruulos humilitate significaret. tum vt nō ab ętate sed a nescientia imo ab impotentia loquēdi discipulos suos describeret: vtpote qui vere infantes erant ad ea quæ sunt sciētiarum & prudētiæ/ regiminis & huiusmodi, anteq̄ diuina reuelatione instructi essent. **Ita pater quoniam sic placitū.** pro **beneplacitū fuit ante te.** Rationem reddit absconsionis a prudētibus & reuelationis paruulis primā & in resolutione vltimam/ diuinam voluntatem. Noli ergo disputare de cā electionis & reprobationis: cur scilicet deus istos elegerit & non illos. hinc enim habes primā/ supremam & vltimā causam esse qđ sic placitum est deo. **Omia mihi tradita sunt a patre meo.** Explicat quæ sunt illa abscondita a sapiētibus & reuelata paruulis. quod est explicare demōstrata per pronomē hæc quum dixit abscōdisti hęc. Et inchoat a mysterio trinitatis/ a coęqualitate diuinarum personarum. Perspiciendū siquidem est in his verbis contineri mysteriū trinitatis. tū quo ad originem originisq; spēm: dicēdo a patre meo. vbi enim pater/ ibi generatio. Tum quo ad ęqualitatē substātialē: dicendo oia mihi tradita sunt. nihil enim excępit sed oia comprehendit tradita per generationem: scilicet esse/ viuere/ posse/ & reliqua quę dei sunt. filius enim dei nascendo accepit oia a patre. **Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrē quis nouit.** Inter deū & patrem tantū interest q̄ deū naturaliter nouimus per ea q̄ facta sunt: vt dicit ad roma. 1. & multo magis nouerūt naturaliter angeli deum. patrem autem neq; angeli neq; hoies naturaliter nouerūt: quoniā mysteriū trinitatis ad quod spectāt pater & filius/ supra naturalem notitiam oium creaturarum est. Et pterea significantius dicitur patrem & nō dicit deum. intēdit enim q̄ notitia trinitatis reseruata est soli deo, q̄uis notitia dei sit naturaliter cōmunicata. **nisi filius.** Dum excipit filius aut pater/ intelligitur quoq; excipi spūssanctus: quia par est rō de spūssancto & de patre & filio in eēntialibus. Et theologica regula est q̄ dictio exclusiua seu excęptiua addita termino personali/ in essentialibus nō excludit ab altera psona diuina. **z cui voluerit.** Notitia patris & filii ita est ppria diuinis psonis q̄ nulli cōmunicat naturaliter, sed trī per reuelationē. **filius reuelare.** Appropriat filio reuelare mysterium trinitatis: quia filius in carne veniens manifestauit hoibus mysteriū trinitatis in speciali: dicēte ipso ioan. 17. pater manifestaui nomē tuū hoibus. Appropriat inquam. hoc enim nō est ei ppriū: qa idiomata sunt trinitatis opa ad extra: de quoz numero est reuelare. vñ nūc nūc p̄misit/ & reuelasti tu pater ea paruulis. Cōe est ergo pri & filio reuelare: sed appropriat filio sicut multa alia appropriātur filio: vt sapiētia/ ars & similia. Hæc sūt prima mysteria abscōdita a sapiētibus & prudētibus & reuelata paruulis.

¶ **Venite ad me.** Subsequentia subdit mysteria inuitando & exercēdo officium sibi appropriatū.

venite ingt fide ad me/ cui tradita sunt oia/ in cuius voluntate est reuelare secreta trinitatis, ad me veg deum & verū hoiem. **omnes.** nullū excipio. **qui laboratis z onerati estis.** Duas generi humano cōes necessitates cōmemorat. alteram laboris/ alterā oneris. alterā actionis/ alterā passionis. Qui laboratis agendo: & ex actione relinquit in vobismet onus quo onerati estis. Ita q̄. qui ab oī labore exprtus est/ qui nullo grauat onere, solus restat nō iuitatus a chro. Et certe quū quilibet homo afflictione aliqua aut cuta laboret/ multorūq; malorū sarcina oneret, cōsequens est vt oēs non solum inuitent sed et ex sibi ipsis molestis cōditionibus trahant. **z ego.** nō ministri mei: hoc est per meipm/ non p meos ministros sacerdotes aut pontifices. **reficiam.** pro. **refocillabo/ vos.** Nō dicit tollam laborem seu onus vestrū, sed refocillabo vos. Nō promittit chs tollere labores & malorū onera in hac vita: sed refi cere interiori pabulo mētes animosq; hoium venientiū ad eum. **Tollite iugum meum.** euangelicā legem meā voluntarie/ suscipite. **super vos.** nō subtus vos nec iuxta vos sed sup vos suscipite euangeliū/ nō despiciendo nō estimādo ranā legem humanam, sed vt rem diuinam superiorem omnibus vobis. **Et discite a me.** exemplo mei. Tertia actio ad quā inuitat est discere. primum enim iuitauit ad veniendū: deinde ad suscipiendū iugum: & demum ad discendum ab ipso. **qz mitis sum.** plus q̄ māsuetus sum intus & extra exterioribus moribus. **z humilis.** absq; fictione in **corde.** Quum vniuersas iesus habuerit virtutes, duarum tm̄ virtutū se proponit exemplum: scilicet humilitatis/ tollentis superbiam cui deus resistit, & retinētis aium ne p̄sumat/ ne ambiat/ ne arroget sibi/ ne despiciat: & mititatis/ tollētis nō solum iram ac etiā iracūdiam: cuius est nō solum moderari ne iniuriam alicui irrogemus, sed etiā reddere nos patiētes ac placidos in oibus actionibus & verbis. qa his duobus studiis vniuersa vitę christianę perfectio acquirit & augeē continue: per humilitatē siquidem paremus diuinę gratię, per mititatē patemus hoibus. ¶ Et bene nota prudēs lector q̄ iesus vniuersum mundū alloquit/ inuitādo oēs. & pterea non dicit. discite a me qa ieiuno/ qa oro/ quia pedes discurro/ quia prædico/ & similia (a qbus posset se aliquis excusare/ allegando impotētiā/ dicendo se inhabilē) sed discite a me qa mitis & humilis sum corde. nullus enim potest se excusare a dominio pprię voluntatis/ a disciplina domādi iternas passiones: & in his internis cōsistit disciplina christiana cōmunis omnibus. **z inuenietis requiem aiabus vestris.** Animabus dixit non corporibus, nā multa mala corporis prædixit futura suis sequacibus. ¶ Fructus primæ actionis explicatus est refectio: reliquarū vero duarū fructus explicat requies animi. Magnus & incredibilis fructus est quies animi. hāc animi quietem nemo nouit nisi humilis & mitis/ expertus suaue iugū domini. ¶ Nec obstat si obiiciatur illud augustini. fecisti nos domine ad te, & inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. Scito requiē hic a christo promissam nō esse nisi in deo. **Jugū enim meū suaue est.** Ne laborātes & onusti quos inuitat/ putēt se grauādos & ad labores & onera ampliora vocari a iesu, declarat naturam euāgelici iugi/ appellando illud suaue. Et vere suaue est: qa nō tollit/ nō corrumpit/ nō violentat naturā rōnalem, sed pficit eam. oia nanq; naturalia & rōnalia pręcepta/ euangelica lex seruat: & quę apponit pręcepta fidei/ suauia reddit internū gratię donū: pręter hoc q̄ cōnaturale est homini vitam actionesq; suas dirigere nō sciētia sed fide. Fide siqdē tenemus p̄es ac matres/ filios ac vxores: fide cōuersamur/ cō mercia negociationesq; exercemus: fide respublicæ regnaq; administrant &c̄. Hæc enim testant suaue esse humano aio duci fide/ regiq; pceptis fidei, ab hoie iesu chro simulq; vero deo/ actore naturę/ traditis. **z onus meū leue.** Nō dicit nullum sed leue: qa vere onus christi leue est. tum sm seipm: quia supnaturalis rationis onus nihil addit nisi credere in ipm/ sperare æternam vitam/ diligere deū super oia & proximum ppter ipm/ ac baptizari in remissionem peccatoz. Tum nobis: qa onus christi fert secum donum charitatis/ alleuiantis oia nisi tu obicem posueris. ¶ Significāter dixit meum: qa onera grauia & importabilia quę aliqui ministri ecclesiæ imponūt in humeros hoium, non sunt christi, cuius onus est leue. ¶ Collige ordinem. Primum inuitat oēs laborantes & onustos ad refocillationem. deinde vt loco laboris & oneris suscipiant euangelicum iugum, suaue contra laborem/ & leue contra onus. & demum vt discant mores ab exemplo sui/ humiliratem & mansuetudinem: quia sic inuenient in hac vita requiem animarum/ summe ab omnibus desideratam.

CAPVT .XII.

In illo tēpore abiit iesus per sata sabbato. pro. **sabbatis.** Et significat non q̄ pluribus sabbatis per sata iuerit (qm̄ de vno tm̄ die ē sermo) sed tēpus festiuitatis cōstantis ex pluribus sabbatis. erāt enim sm legē duę solennitates constātes ex pluribus sabbatis: scilicet pascalis & tabernaculorum: vt patet leui. 23. Et hęc festiuitas pascalis erat in cuius secundo die offertur manipulus spicarum: vt patet ibidem. nam non est tempus spicarum mense septimo/ quādo festum fit tabernaculorum. **discipuli aūt eius esurientes.** Necessitas cibi significat. **cęperunt vellere spicas z manducare. Pharisęi autem videntes/ dixerunt ei: ecce discipuli tui faciunt quod nō licet eis.** Supfluit eis. **facere sabbatis.** pro. **sabbato.** Pharisęi cēsebant illicitū cōfricare spicas sabbato: qm̄ est spēs p̄parationis cibi. p̄parare. n. cibos veritum erat in sabbato. **At ille dixit eis. nō legistis quid fecerit dauid quādo esurit z qui cū eo erant: quō intrauit**

in domū dei ⁊ panes ꝓpositionis comedit: quos non licebat ei edere neq; iis qui cum eo erāt nisi solis sacerdotibus. Confutat iesus phariseos increpantes discipulos ꝙ violent sabbatū duobus exemplis. alterq; se tenet ex parte necessitatis: alterq; ex parte seruitii diuini. Primū exēplū affertur ex facto dauidis satis clare. ¶ In quo duo nota. Alterum est ꝙ exemplum affertur ex facto non solum dauidis sed etiā eorum qui cū ipso erant ad excludēdam singularitatem dauidis: ne scilicet pharisei dicerēt licuisse dauidi comedere panem sanctum qa erat propheta. hoc enim nō pōt dicere de illis qui cū ipso erant. Intendit nanq; iesus declarare ꝙ ex necessitatis articulo licuit tam dauidi q̄ suis vesci pane sancto/alias solis sacerdotibus licito leui. 24. ¶ Alterū est ꝙ exemplū sumptum est a facto maiori. nā longe maius est laicos vesci panibus ꝓpositiōis q̄ operari in sabbato: vt patet ex eo ꝙ operari in sabbato/ex multis pōt causis excusari, & sepe accidit. laicos vesci panibus sanctis/etiā semel accidit, & sola necessitate famis excusari videt. & tūc etiā sacerdos exquisiuit mundiciā esurientiū: vt patet. 1. reg. 21. **Aut nō legistis in lege q: sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, ⁊ sine crimine sunt?** Alterum exemplū ex facto sacerdotum legis auctoritate/affertur: scilicet ꝙ sacerdotes in sabbatis occidūt animalia/detrahunt pelles, & breuiter multa opa seruilia ad officia templi exercēt. Legis autoritas in multis habet locis, p̄cipiens sabbatis offerri huiusmodi sacrificia. Hoc factum appellatur violare sabbatū: qa reuera opus seruile est ex ꝓprio genere: ac p hoc ex ꝓprio genere violās sabbatum. Verūtamen sine crimine sacrilegii erat hęc materialis violatio: qa formaliter erat officiū templi. sacrificia enim officia tēpli sunt. ¶ **Dico aūt vobis qa templo maior est hic.** Nō est pronomen sed aduerbium loci hic. Et nōnulli graeci codices habēt non maior sed maius. rectior tamen lectio est legere maior. ¶ Declarat quorsum attulerit exemplum a facto sacerdotum. Et intendit ꝙ discipuli sui exercebant in officiis nō minoribus officiis templi, sequēdo ipm qui est maior templo. Ita ꝙ vbi prius excusauit discipulos ex necessitate famis eoꝝ exemplo dauidis & suoꝝ, modo excusat eosdē ex sanctitate officii exemplo sacerdotū: qa scilicet exercent diuiniora officia q̄ sacerdotes, dum obsequunt mihi qui sum maior templo. **Si aūt sciretis quid est misericordiā volo ⁊ nō sacrificiū, nunq̄ pro. neq; damnassetis innocentes.** Reddit̄io est rōnis primi exempli. Poterat quispiam respōdere iesu excusanti discipulos ex exēplo dauidis & suorum/ꝙ illud fuit factum dispēsatiue & nō est trahendum in exemplum. & ꝓpterea iesus reddit rōnem cōmunē facto dauidis & discipulorū suorum & simul̄ necessitatū/ex comparatione misericordię ad sacrificiū respectu diuine voluntatis. deus enim misericordiā vult & nō sacrificium ose. 6. Quod superius expositum est ꝙ deus p̄fert misericordiam sacrificio: qa misericordiam vult ꝑ se ipsam: vtpote virtutem animi. sacrificium aūt non vult ꝑ se: vtpote opus corporeū quod pōt bene & male fieri. Et intendit per hoc ꝙ subuenire esurientibus/est gratius deo q̄ obseruatio sabbati/q̄ seruare panes ꝓpositionis intactos: qa paseere esurientes est misericordia, huiusmodi aūt obseruationes ad genus spectant sacrificii. ¶ Merito ita ꝙ dominus ait phariseis. Si sciretis/si penetraretis, dictū dei apud prophetā/scilicet misericordiā volui & non sacrificium, nō condemnassetis innocentes/discipulos meos: quoniā intelligeretis opus misericordiae præferēdum esse p̄ceptis cerimonialibus sacrificioꝝ & sabbatoꝝ &c̄. **Dominus enim est filius hominis ēt sabbati.** Reddita rōne exempli ex facto dauidis/reddit modo rōnem alterius exempli ex facto sacerdotū. Poterat quispiam respondere iesu factū sacerdotum non esse trahēdum in exemplum, quia auctoritate legis exercebat. huic obiectioni occurrere intendit iesus: dicēdo dominus est enī etiā sabbati filius hois. Aci aperte diceret. Sacerdotes violant sabbatū & sine crimine sunt/quia auctoritate legis fulti sunt: discipuli mei auctoritate mea qui dominus sum vniuersoꝝ & i spē sabbati excusantur. **Et quū inde trāsisset venit.** altero sabbato apud lucam. **in synagogā eoꝝ. Et ecce homo.** Deest. **erat manum habēs aridam. Et interrogabāt eū dicētes si licet sabbatis curare: vt accusarent eum.** docentem violare sabbatum. **Ipse autē dixit illis qūis erit ex vobis hō qui habeat ouē vnā: ⁊ si ceciderit hęc sabbatis in foueā nōne tenebit ⁊ leuabit eā? Quanto magis melior ē hō oue!** Supplet magis. Omittit matthęus prudēter christi ītrogationē, qua iterrogationē pharisęoꝝ alia iterrogatione retudit/petēdo ab eis si licet sabbato bene an male facere. Post hanc siquidem interrogationem adiunxit quę matthęus subiūgit de oue sabbato extrahēda de foueā: vt ex cōmuni eoꝝ facto conuinceret phariseos. **Itaq; licet sabbatis benefacere.** Cōclusio ista respicit interrogationem p̄missam si licet sabbato benefacere an male facere. concludit enim ex benefacere extrahendo sabbato ouem/ꝙ licet sabbatis benefacere. ⌜ **Tunc ait homini extende manum tuam. Et extendit: ⁊ restituta est sanitati sicut altera.** ⌟

¶ **Exeuntes aūt pharisei concilium faciebant aduersus eum/qūo perderēt eum.** ⌟ **Jesus autem sciens/recessit inde.** cedendo insidiis & odio phariseorum. Exemplumq; dedit discipulis cedendi furori. & simul docuit ꝓprio facto inculpabilem esse quādoq; fugam: nec dedecere virum summæ perfectionis. **⁊ secuti sunt.** pro. **⁊ secutę sunt eum turbę multę.** Hinc apparet recessum christi fuisse opus maioris pfectionis q̄ manere: quia recedere fuit vtilius saluti animarū. quæ apparet in hoc ꝙ secuti sunt eum multi. **Et curauit eos oēs: ⁊ pcepit eis ne manifestum se facerent.** Non

solum cessit odio phariseorū, sed vult seipsum nō manifestari/ad tollendum augmentum odii: ne scilicet pharisei audientes christum multiplicare miracula arderent magis odio & inuidia. **Vt adimplere tur qđ dictus est per esaiā prophetā/dicentē.** Autoritas esa. ca. 42. affert ad testificandam christi mānsuetudinē in exercitatione officii p̄dicandi. quā monstrauit recedendo & p̄cipiendo se nō manifestari quū potuisset eos punire & ꝓpellere &c̄. **Ecce puer meus.** Nomen subiectionis est puer. **quem elegi.** p̄ oibus rōnalibus creaturis, vtrunq; n. de christo hoīe dicitur. **dilectus meus.** Hoc fm diuinā & humanā naturam verificatur: iuxta illud. hic est filius meus dilectus. **in quo bene complacuit.** absq; vlla admixtione displicentię. nihil enim christi displicuit deo: imo nihil in eo fuit quod non optime placeret deo. **anime meę.** Metaphorice in deo dicit̄ aīa sicut ira, ad significandum affectum diuinū in omnibus & per oīa complacuisse sibi in christo. **Ponā spiritum meum sup eum.** Iuxta illud esa. xi. requiescet super eum spiritus domini &c̄. **⁊ iudicium gētibus nunciabit.** non per seipsum sed per euangelium suum. **Non contendet.** cum maledicis. **neq; clamabit.** clamore irę & indignationis. **neq; audiet aliquis. in plateis.** in publico/in plebe. **vocem eius.** querulam seu tumultuariā. **Arundinem quassatam non cōfringet.** Quassata arundo populus est iudeoꝝ/iam velut arundo quassata adhuc tamen non fracta. Tunc enim tēporis/tēporalis status iudeorum erat velut arundo deiecta sub ptāte a romanis: adhuc tū aliquid retinebat vitæ in hoc ꝙ habebant templū & sacerdotiū in hierusalem. **⁊ linum fumigans nō extinguet.** Idē hebręus populus rōne sue deiectionis significatus per arundinē quassatam, iterum significat per linum fumigans ratione tenebrosi noxiiq; studii cōtra christum. ad exterminādū enim nomen christi constat iudeos studuisse ēt post christum crucifixum. Et apte eoꝝ studium comparat lino fumiganti, & ꝓpter tenebras & ꝓpter intentionem nocendi cum parvo nocumenti effectu. **donec eiiciat ad victoriam iudicium.** Prophetat ꝙ christs nō confringet/nō destruet tēporalem statum iudeoꝝ: & similiter non extinguet iniquū eoꝝ studiū contra nomē christi continue fumans, donec eiiciat ad victoriam iudiciū: hoc est donec iudicium quo iudicatus est a iudeis & pilato deducat ad victoriā/resurgendo a mortuis/mittendo spiritū sanctum/publicādo euangeliū/conuertendo electos ex iudeis ad fidem: & breuiter manifestādo miracu lis per discipulos suos se vicisse mūdum & mundi principem diabolum. hoc enim facto cōfregit arūdinem, quassatam & extinxit linum fumigans per romanos: tunc nāq; destruxit hierusalem &c̄. **Et in noie eius gētes sperabūt.** Cōuictis iudeis ex p̄dicatione & miraculis aplorū ꝙ christs victor regnaret, cōsecutū est vt gētes idolatrę crederēt in christm & sperarēt in noie eius: vt experientia testat.

¶ **Tunc oblatus est ei dęmonium habens cęcus ⁊ mutus.** Triplici malo subiectus erat. dęmoniū hēbat/cęcus & mutus erat. **⁊ curauit eū, ita vt loqueretur ⁊ videret.** pro. **ita vt cęcus ⁊ mutus ⁊ loqueretur ⁊ videret. Et stupebāt oēs turbę ⁊ dicebāt. nunqd hic est filius dauid?** hoc est messias. ⌜ **Pharisei autem audientes dixerunt. hic non eicit dęmones nisi in beelzebub principe dęmoniorū.** ⌟ **Jesus autem sciēs cogitationes eoꝝ.** Hinc apparet ꝙ pharisei nō corā iesu sed seorsum dicebant de iesu ꝙ in beelzebub eicit dęmonia. Rursusq; apparet nō ex relatione aliquorum sciuisse iesum quod dicebant pharisei: sed ea notitia qua sciebat cogitationes hoīum. **dixit eis. Omne regnum in se diuisum desolabitur: ⁊ omnis ciuitas vel domus diuisa contra se nō stabit. Et si satanas' satanā eicit/aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius?** Prima rō ad manifestādū ꝙ nō eicit dęmōes i beelzebub/se tenet ex pte dęmonis, ducēdo ad incōueniens: scilicet ꝙ dęmones agerent ad desolationē ꝓpri regni. hoc siquidem incōueniēs infert dicendo/qūo ergo stabit regnum eius? constat. n. nullum quātūcunq; tyrannum studere ad desolationem ꝓpri regni: quia studet ad cōseruationem proprii boni. **Et si ego in beelzebub eicio dęmones.** Secunda ratio se tenet ex parte filiorum. **filii vestri.** Siue exorcistę siue illi de quibus dicitur luc. 9. p̄ceptor vidimus quendam in noie tuo eicientem dęmonia & phibuimus eum quia non sequitur nobiscum. siue apostoli & discipuli sequētes me: qui vobiscum cōuersantur/ quorum facta nostis, quos non dicitis esse dęmoniacos qualem me dicitis. **in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.** Si de apostolis est sermo/constat eos futuros iudices. Si de aliis/prædicuntur iudices comparatione: dū illi a deo recognoscunt quod vos dęmoni tribuitis. **Si aūt ego in spiritu dei eicio dęmones.** Tertia ratio ex parte ipsius christi se tenet. Et est vna cōditionalis: cuius antecedens est/ego in digito dei eicio dęmonia. Et itēdit per digitum specialē ptārem diuinā: simili modo loquēdi quo exo. 8. magi dixerunt ad pharaonem/digitus dei est hic. Consequēs autem est. **igitur peruenit.** pro. **puenit in vos regnum dei.** quod ioānes baptista p̄dicauit/quod ego cōtinue p̄dico. in vos/iudeos, postea ad gentes. Et dicit p̄uenire: qa vere p̄uenit anteq̄ ipsi illud quererent. qa ex diuina preuenire gratia iā appropinquauerat regnum dei apud iudeos: vt tam ioannes baptista q̄ iesus prædicaverat. **Aut quomodo pōt quisq̄ intrare in domum fortis ⁊ vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem: ⁊ tunc domum illius diripiet.** Probatio est antecedentis: scilicet ego in digito dei eicio dęmonia. Et est probatio sumpta ab effectu seu fructu, introducta tamen ex metaphora belicę direptionis. In negocio bellico ordo est ꝙ dum fortis armatus custodit domū suā/salua sunt oia q̄

possidet. superueniēte aūt fortiore/non prius diripit spolia: sed primū in captiuitatem redigit fortē, & eo alligato diripit bona illius. ¶ Et intendit per hanc parabolā q̄ ex hoc ipso q̄ constat ipsum iesum diripere vasa dęmonis (hoc est aias/peccatoꝝ plenas ac per hoc vasa dęmonum) ad pœnitentiam reducēdo, clare liquet q̄ prius superauit dęmonē & alligauit eum: ac per hoc non habet amicitiā cū eo, sed in virtute diuina eicit dęmones. Et hinc ēt patet q̄ regnū dei puenit in vos. ad regnum eni dei spectat, superare dęmonē. **Qui nō est mecum/cōtra mē est: ⁊ qui nō cōgregat mecum/spargit.** Probatio est cōsequētiæ: scilicet puenit in vos regnū dei. Si me eiciēte dęmonia in digito dei/ ac p hoc extrudente regnū diaboli/nō puenisset regnū dei, hac sola rōne euenire potuisset quia darē me diū inter regnū dei & regnū diaboli. sed quū nullū inueniat mediū (quia qui nō est mecum cōtra me est/& qui nō colligit mecum spargit) cōsequens necessario est vt me eiciente dęmonium in digito dei/puenerit regnū dei in vos. ¶ **Ideo dico vobis.** Quarta ratio tenet se ex parte spūs sancti in ipo iesu. Et tendit hæc rō directe contra priorem iniuriam qua dicebāt q̄ iesus habet spiritum immundū: vt mar. 3. supplet. ¶ Vbi aduerte duo. Alterum q̄ hæc ratio significat cū illatione ex pcedētibus/dicē do ideo dico vobis. ex pcedētibus enim declaratum est diuino spiritu iesum eicere dęmones. Alterū est q̄ spūs sanctus in iesu inducit in hac ratione vt offensus verbis phariseorum. spiritum habet imū/dum & in eo eucit dęmones. Et ꝓpterea inchoat a grauitate tanti criminis ex duplici capite. tum ex ratione actus peccandi. tum ex ratione eius in quem peccat. **omne peccatū.** Nomen est generis. ⁊ **blasphemia.** Nomen est spēi. **remittetur.** quandoq̄. **hoibus.** Non dicit oibus. sufficit. n. aliqbus fieri remissionem. **spūs autem blasphemię** pro. **blasphemia.** Ita q̄ blasphemia est nominatiuus & spūs est genitiuus. cuius totum oppositum apparet in textu latino. ¶ Excipitur a genere peccati & a specie blasphemię spūs blasphemia: hoc est blasphemia nō ex ignorantia (qualis fuit blasphemia pauli/dicentis de seipso qui fui blasphemus) nec ex passione (vt blasphemant iracundi) sed ex spiritu/ex inclinatione/ex vitali impulsu supremę partis animæ. Ita q̄ spiritus blasphemia importat vltra blasphemiam pro causa promptitudinem mentis ad blasphemandum: ita q̄ spiritus humanus significatur causa blasphemiæ. Quod ideo dixerim, quia subiungitur clare grauitas ex parte blasphemati spūs sancti. **nō remittetur.** Deest. **hoibus.** Non dicit irremissibilis est, sed euentum p̄dicit: scilicet q̄ nō remittetur. Quod intellige regulariter. nā nec diuina potentia nec diuina misericordia alligata est ad non remittendū spūs blasphemiam: sed ſm regularem cursum euenit non remissio: quia comitē semper habebit obstinationem. **Et quicunq; dixerit verbum cōtra filium hois/remittetur ei: qui autem dixerit verbum cōtra spiritum sanctum.** Declarata grauitate criminis ex rōne actus peccandi/declarat mō grauitatem ex rōne eius contra quem peccat: distinguēdo offensam contra filiū hois ab offensa contra spiritumsanctum. Quid autem significetur per filiū hominis/manifestum est. nā constat significari ipsum iesum vt est homo. verbum enim contra filiū hominis est, ecce homo vorax/potator vini/amicus publicanoꝝ. Sed quid significet per spiritumsanctū non est clarum. materia tamen subiecta insinuat appellatione spūs sancti significari deum ſm q̄ exercet officium spiritussancti: hoc est ſm q̄ spirituales ac sanctos efficit aios hoium/illorumq; fructus seu opera. Ita q̄ dicere verbum contra spiritumsanctū est verbis impugnare deum sanctificātē hoies/negādo q̄ sanctificet. & per istos patet diuinā sanctificationem & ea quę patet esse spūs sancti, attributi spiritui imundo. Hoc est enim directe & ex intentione dicere cōtra spiritumsanctū vt spiritussanctus est nomen dei essentiale, nō curando quātum ad hunc spectat textum de hoc noie vt est ꝓprium tertię in trinitate personæ. ideo enī contra filiū hois e regione distinctus est spiritussanctus vt contra hominem intelligatur distinctus deus: non ſm quācunq; rōnem sed ſm officium sancti spiritus. quod cōmune est toti trinitati. **Nō remittetur ei.** Intellige vt supra. Cum quo simul memento q̄ miseri/cordia dei est supra oēs regulares cursus, & ꝓpterea nulli esse desperandum. **neq; in hoc seculo neq; in futuro.** Cōfutat hic error attributus origeni: scilicet q̄ oēs in futuro sęculo cōsequētur quandoq̄ remissionē oium peccatoꝝ. Habet & hinc aliquod peccatum in futuro seculo remitti. nam si nullum peccatū in futuro seculo remitteret, supfluo sermone vsus fuisset iesus/apponēdo neq; in futuro: sicut si nullum peccatum remitteret in hoc seculo/non dixisset neq; in hoc seculo. Vtriusq; ergo seculi distinctę/scorsum & pari contextu mentionem faciēs, significauit aliqua peccata remitti in hoc seculo & aliqua in futuro. Ex quo habētur duo: scilicet purgatorium in futuro seculo/& remissio peccati qđ in hoc seculo non fuit remissum. De peccato enim asserit q̄ non remittetur: vt intelligamus comprehendi non solum remissionem pœnę sed culpę. peccatum enim nomen est culpæ. ¶ **Aut facite arborem bonā ⁊ fructum eius bonum: aut facite arborem malā.** pro. **putrē ⁊ fructum eius malum.** pro. **putrem. ex fructu enim arbor cognoscitur.** Considera ordinem ꝓgressus. Vbi ꝓposuit in genere grauitatē criminalis verbi a phariseis dicti cōtra iesum/q̄ dęmonium habet & in beelzebub eiicit dęmonia, descendit ad singularia/applicando ad ipsorum phariseoꝝ verba. tum continēdo eos q̄ contra spiritumsctm dicūtitū q̄ ex spiritu blasphemię peccant. Hæc enim duo proposuerat in genere. ¶ Et quidem q̄ contra spiritū sanctū dicāt/cōuincit eos ex similitudine arboris: dicēdo.


aut facite arborem bonam & fructus eius bonos/aut putrē & fructus eius putres. Non est oblitus doctor optimus doctrinę suę. Docuit supius/miracula facere & dęmones eicere/posse cōuenire etiā iniquis hoibus: sed ꝓ infallibili regula discernēdi hoies bonos a malis/tradidit. a fructibus eoꝝ cognoscetis eos: ga nō pōt arbor bona fructus malos facere/neq; pōt arbor mala fructus bonos facere. Et propterea nūc ex eadē doctrina cōuicit phariseos/suipsius animū & fructus ꝓprios discutiēdos discernē dosq; ꝓponēs iuxta cōnexionē necessariā inter qualitatem arboris & qualitatem fructuū eius. Si facitis arborem malā/facite ēt fructus eius malos, & si bonā bonos: hoc est si vestro iudicio facitis animū meū malum (vtpote dęmoniacum) indicate & mōstrate cōsequēter fructus meos malos. Quod nō potestis monstrare. nam fructus oēs meos constat esse opera & actus virtutum religionis/pietatis/misericordiæ/gratię/veritatis/humilitatis/patiētiæ &c. quæ oīa iesus subintellecta tacuit tanq̄ notoria. aut ergo facite opa mea mala simul cum aio (quod nō potestis) aut animum simul & opera bona: & nō scindentes dicatis intus me esse arborem malā & fructus proferre bonos. **Progenies viperarū quō potestis bona loqui.** Cōuincit eos q̄ ex spiritu blasphemiā/non ex ignorantia nō ex passione loquunt: monstrādo q̄ ex interna malitia loquunt, nec solum ex itema sed velut cōgenita. Progenies viperarum/quantum ad malitiam animi geniti a malis pceptoribus. **quum sitis mali!** Non dicit quū habeatis magistros seu patres malos, sed quum sitis vosipsi mali. Sciebat enim iesus quid intus in phariseorum illorum animis erat. & ꝓpterea asserit quū sitis mali. **Ex abundātia n. cordis os loquitur.** Probat dupliciter q̄ nō possunt mali bona loqui. Primo ga ex abundantia cordis os loquitur. Et hæc est probatio ex propriis/& experientia cōprobatur. **Bonus hō de bono thesauro ꝓfert bona: ⁊ malus hō de malo thesauro ꝓfert mala.** Secundo probat ex similitudine. Vbi nota q̄ nō tm thesaurum sed etiam hominem describit malum seu bonum: ga de thesauro malo posset homo bonus non proferre mala, sed homo malus de malo thesauro ꝓfert mala. Et similiter de bono thesauro homo malus non profert bona (quia abutitur etiam bonis ad malum) sed homo bonus de bono thesauro nō ꝓfert nisi bona. Et intēdit p hæc q̄ pharisei illi habebāt internum thesaurum cordis malum/hoc est malis habitibus plenum: & erant mali/hoc est malę voluntatis. & ꝓpterea proferebant mala. **Dico aūt vobis: quoniā oē verbū ociosum qđ locuti fuerint hoies/reddent rōnem de eo in die iudicii.** Ne putaret q̄ exaggerādo & cōminando ad terrorem iesus dixisset verba pharisęoꝝ nunq̄ esse remittenda/pro eo q̄ peccata linguę non sunt multum gratia, subiūgit iesus q̄ de omni verbo ocioso reddenda est ratio in die iudicii: vt hīc intelligamus nō ad terrorem sed in veritate dictū esse peccata verborum in spiritumsanctum nunq̄ remitti. Si enim verbum ociosum feruatur discutiendū in die iudicii, multo magis verbum blasphemię in spiritumsanctum punietur tunc in veritate. **Ex verbis enim tuis iustificaberis: ⁊ ex verbis tuis cōdēnaberis.** Apponitur vniuersalis doctrina de merito verborum: declarando q̄ in die iudicii examinabunt verba sicut & facta. Ita q̄ sicut vnicuiq; reddet ſm opera sua bona vel mala, ita ex verbis tuis si fuerint bona iustificaberis/& si fuerint mala cōdēnaberis. Et dixit hęc ne parui pēdamus merita seu demerita verborū.

¶ **Tunc respōderunt ei quidā de scribis ⁊ phariseis.** non pœnitentes sed tentantes/socii illorum qui dixerant in beelzebub principe dęmoniorū eiicit dęmonia: vt ex luca sumitur. **Dicētes. magister volumus a te.** vide temeritatem. **signū videre.** de cœlo: vt lucas ait. puta in māna/vt apud moysen: vel in sole/vt apud iosue & esaiam: aut in grandine & similibus/vt apud samuelē: aut in igne/vt apud heliam. **Qui respōdēs ait illis. Generatio mala ⁊ adultera signum quęrit.** Vere generatio illa erat tum in se mala ſm voluntatem, & adultera hoc est falsa ſm intellectum: verum messiam nō cognoscens/vero sponso non adhęrens, sed scribarum/ phariseorum & pōtificum traditionibus. Tum ſm originem mala & adultera: quia imitabat malos & adulteros patres: qui occiderunt ꝓphetas/qui fornicati sunt cum idolis. **⁊ signum nō dabitur ei nisi signum ionę ꝓphetę.** Neuter euāgelistarum integre refert signum ionę: sed lucas quo ad officium, matthęus quo ad mortem & resurrectionē. Intendit itaq; iesus aperire iudęis q̄ nō vult satisfacere tentationi eoꝝ: sed dare eis signū & vere signum futuræ eorum ruinę ꝓpter eorum obstinationem. Et affert figuram ionę p̄dicantis ninivitis/& in ventre cęti triduo manētis. Sic ego plus q̄ ionas prędico vobis salutem & pœnitētiā &c. & ero triduo mortuus ac resurgam: & inde vestra subsequet ruina, & obstinationis in animo, & detestationis ac dispersionis in corporibus per romanos. **Sicut n fuit ionas in vētre cęti tribus diebus ⁊ tribus noctibus, sic erit filius hois in corde terrę tribus diebus ⁊ tribus noctibus.** De tempore quo ionas fuit in ventre cęti nulla est quæstio: sed de tempore quo iesus fuit in corde terrę hoc est in intimo terrę mortuus (descēdit enim ſm animam ad cor terræ/hoc est inferos) ambiguitas occurrit qūo verificet duratio trium dierum & triū noctium. ¶ Solutio est duplex. Altera q̄ per tres dies & tres noctes artificiales euangelista circunloquitur tres dies naturales. cōstat autem iesum fuisse mortuum tribus diebus naturalibus, nō tamen integris. Nec integritatem illorum exigit veritas sermonis. nam aliud est dicere feci hoc tribus diebus/aliud feci hoc tribus diebus integris. ad veritatem primi sermonis sufficit tres interuenisse dies/siue ſm totū siue ſm partes: veritas autē secundi

exigit integros occupatos fuisse dies. Fuit siquidē iesus apud inferos feria sexta/sabbato & domi/
nica. ℣ Altera ꝙ licet iesus fuerit in corde terræ actu ab hora mortis tantum, fuit tamen in eo/
dem fm actionem inferentem ipsi mortem ab hora illa qua captus est: dicente ipso tunc. hæc est
hora vestra & potestas tenebrarum. Ex tunc enim pro mortuo haberi potest: quia ad hoc emptus/
captus ac vinctus est vt occideretur, & indesinenter ad hoc opera data est efficax. Ab illa autem hora
computando/constat inueniri artificiales tres tā noctes q̄ dies. nam ireruenit nox parasceues/nox sab
bati & nox dominicæ, & interuenit dies parasceues/dies sabbati & dies dominicus: qa vt dicit mar.
vlti. iesus surrexit mane: ac ꝓ hoc interuenit prima pars diei dominicæ. **viri niniuitę surgent in iu/
dicio cum generatione ista.** Prædicit eis aliter euenturum illis q̄ niniuitis: vt vel sic aliqui eorum
trahant ad pœnitentiam. ⁊ cōdēnabunt eā. non potestate' sed comparatione. **qz pœnitētiā ege/
runt in ꝓdicatione ionę. ⁊ ecce plus q̄z ionas hic.** ℣ **Regina austri.** quia australe respectu hieruſa/
lem erat regnum eius. **surget in iudicio cū generatione ista, ⁊ cōdēnabit eā: qa venit a finibus
terrę audire sapiētiā solomonis. Et ecce plus q̄z solomō hic.** ¶ **Cuū īmundus ſpūs exierit
ab hoīe, ambulat per loca arida/q̄rens requiē ⁊ nō iuenit. Tunc dicit reuertar in domum
meā vnde exiui. Et veniēs iuenit eā vacātē/scopis mundatā ⁊ ornatā. Tūc vadit ⁊ assumit
septē alios spiritus secum nequiores.** pro. **peiores/se. Et intrantes habitāt ibi. Et fiunt no/
uissima hois illius peiora prioribus.** Pœnas generationis illius postq̄ descripsit in futura vita/
describit modo etiā in præsenti vita. Prędixit enim eis ꝙ in iudicio/resurrectionis tempore condem/
nabuntur: & modo prędicit ꝙ etiam in præsenti vita peiora patiētur q̄ patres sui passi fuerint. Et ad
hoc affert parabolam de recidiuo statu vnius hois habitati a dęmone. ℣ Vbi scito ꝙ loca arida sunt
loca inepta ad hoc vt habitentur: domus vero vacans/scopis mundata & ornata, est domus non so/
lum pręparata ad hoc vt habitetur/sed prouocatiua ad hoc. nam ex hoc ꝙ est mundata & ornata/est
prępparata: ex hoc vero ꝙ vacat habitatore/inuitat ad habitandū. Describitur itaq; dęmon more hu/
mano expulsus & vagus p loca arida/& non inueniēs inter arida habitaculum in quo quiescat: & pro
pterea rediens ad propriam domum/inueniens eam prępparatam ad hoc vt habitetur & sine habitā/
te, canens ne iterū inde expellat/assumit socios peiores se ad cohabitandum ibi: & fiunt nouissima ho
minis illius peiora prioribus. Hæc est parabola: vt ipse iesus testatur subiungens. **Sic erit ⁊ genera/
tioni huic pessimę.** pro. **malę.** Vsus est autem in hac parabola conditionibus domus scopis mun
datę/ornatę & vacuę: quia generatio illa vere inuenienda erat a dęmone non solum apta vt habita/
retur a dęmonibus, sed velut scopis mundata ab īmūdiciis legalibus & ornata cerimonialibus. Fuit
nanq; gens iudęa ętate illa munda ab idolatria, & custodiens exteriora legis: vacua autem deo per in
ternam gratiam habitante. **Sic erit ⁊ generationi.** Lōge peiora euenerunt generationi illi q̄ omni
bus prioribus generationibus. nam gens illa habitata alias fuit a demone/& vexata multis malis, cu
ratag; est mediante moyse & ꝓphetis: sed post resurrectionem christi &c̄. habitat vsq; in hodiernum
diem ab vniuersis dæmonibus/ effecta est obstinata/ & in sua perfidia contra messiam perseuerans.
quod est peius omnibus prioribus.

¶ **Adhuc eo loquēte ad turbas, ecce mater eius ⁊ fratres.** More scripturę vocātur fratres cō/
sanguinei. **stabāt foris.** Prædicabat enim in domo synagogę/quantum ex superioribus & inferiori/
bus sumitur. Dictum est enim ꝙ intrauit synagogā. & subditur ꝙ exiit de domo. **quērētes loqui ei.
Dixit autē ei quidā. ecce mater tua ⁊ fratres tui/foris stāt q̄rentes te.** Deest. **alloqui. At ipse
respōdēs dicēti sibi/ait. q̄ est mater mea: ⁊ qui sunt fratres mei! Et extēdēs manum in disci
pulos suos/dixit. ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicunq; n. fecerit volūtatē patris mei qui
in cęlis est, ipe meus frater/soror ⁊ mater est.** Non sunt hæc verba parui pēdentis matrem & cō/
sanguineos, sed docentis seruandum ordinem: vt diuina opera præponātur humanis/vt diuina ꝓdi
catio vt religio nō omittat nō iterūpat ꝓpter pietatis officia. Dicit enim euāgelista ꝙ adhuc iesu lo
quēre ad turbas/proculdubio euangelizādo regnū dei, importunus quidam dixit ecce mater tua &c̄.

CAPVT. XIII.



In illo die exiēs iesus de domo. Egressus de domo synagogę eodem die cunctis cernē
tibus venit ad mare, quo copiosius conuenire possent auditores. **sedebat secus mare.**
ipsa quiete prouocans populos ad concurrendum ad certum & capacem locum. **Et cō/
gregatę sunt ad eum turbę multę: ita vt in nauiculam.** pro. **nauim/ascendēs.** Mul/
titudo turbatum necessitatem intulit ascēdendi nauim: ex qua omnes auditores coram se prospice/
ret/& nulli post tergum essent: in qua ab omnibus videret/tanq̄ in eminēriori loco. **sederet.** Nō so/
lum discipulos in monte docet sedēdo sed etiam turbas: vt vtrosq; situs (sedendi scilicet & standi) con
ueniens prędicatoribus percipiatur. ℣ **⁊ omnis turba stabat in littore.** ℣ **Et locutus est eis multa
in parabolis/dicēs.** Non dicit omnia. parabolę enim, solę minus prosunt: sed mixtę propriета/
ti verborum/multum prosunt.

¶ **Ecce exiit.** demōstrat tēpus regni cœlorum: in quo ipe iesus exiuit a patre & venit in mundum.

qui seminat.

qui seminat. pro. **seminabat/seminare semen suū.** Hinc apparet ꝙ seipsum demonstrat. pphetæ. n.
apostoli & cæteri seminant semen non suum sed dei: iesus autē vtpote verus deus, seminat semen suū.
Et dum seminat quędaz ceciderunt secus viam: ⁊ venerunt volucres cęli ⁊ comederunt ea.
Non ex intentione iacit semen secus viam & in petrosa: sed hoc cōtingit ex cōcomitantia actus
seminandi per vniuersum agrum. ℣ Secus viam terra est minus cultatin qua seminis grana non ope/
riuntur terra, sed patula iacent ambus cœli. **Alia autez ceciderunt in petrosa/vbi non habebant
terram multam: ⁊ cōtinuo exorta sunt. quia non habebant altitudinē terrę. Sole autez orto
estuauerunt: ⁊ qz non habebant radicem/aruerunt.** Loca saxea cooperta modica terra/cito vege
rant semen in herbā ex multitudine caloris: quia calor ibi non imbibitur in ꝓfundo vt in reliqua ter/
ra, sed reflectitur a saxo. sed multiplicato calore in modica terra/ac per hoc in paruo humido, sequitur
arefactio tam intus q̄ extra. ℣ **Alia autē ceciderūt in spinas: ⁊ creuerunt.** pro. **ascenderunt/spinę,
⁊ suffocauerunt ea.** ℣ **Alia autē ceciderunt in terram bonā: ⁊ dabant fructum.** Nota semen di/
uini verbi quadripartitū, & in tribus partibus perditū/in sola quarta fructuosum. & tū non ꝓpterea
cessandum est a seminatione diuini verbi. **aliud centesimum.** pro. **centum: aliud sexagesimū.** pro.
sexaginta: aliud tricesimuz. pro. **triginta.** Vnuersitas electoꝝ trinario fructu significat. numerus. n.
ternarius perfectionis est significatiuus. Et similiter omnis diuersitas graduū profectus spiritualis/desi
gnatur per hos tres numeros: trigesimum/sexagesimum & centesimū. ℣ Vbi & nota minimū fructum
esse trigesimum: quia tantæ feracitatis est quælibet bona cordis terra vt ad minus reddat triginta pro
vno, vbi semē verbi diuini susceperit & in patientia coaluerit. **Qui habet aures audiendi audiat.**
Non corporis sed mentis aures excitat, non ad aliud q̄ proprīū officium. s. audiendi. Sunt. n. qui aures
mentis non applicant ad audiendū/ad discendum & percipiendum verbum dei: sed velut ex vna (vt
aiunt) aure intrat verbum dei & ex altera exit.

Et accedentes discipuli. seorsum: vt man. 4. habetur. **dixerūt ei. quare in parabolis.** Hinc appa/
ret ꝙ non tunc quādo sedebat iesus docens ex naricula/sed post cōpletas parabolas omnes quas tūc
dixit ad turbas, discipuli accesserunt ad iesum. **loqueris eis!** Boni discipuli curam habent turbarū: & de
discere cupiunt non solū sensum parabolarū sed causam quare non explicauerit iesus parabolarū sen/
sus turbis. **Qui respondens ait illis. Quia vobis datum est nosse mysteria regni cęlorū: illis
autem non est datum.** Responsio/discretionis inter ipsos & alios rōnem cōtinet ex gratia, dicendo
datum & non datū: quia ex gratia diuina datum est vobis donū hoc. s. nosse mysterium regni dei: illis
autem non est hoc a diuina donatū gratia. Ac si apertius diceret. qa vos non illi estis electi ad cogno/
scendum mysteriū regni dei. Per hoc tamē non intelligе omnes qui de turba erant excludi a notitia se/
cretorum regni dei: rationabile siquidē est ꝙ multi in turbis illis erant viri boni & electi. sed quoniā in
turba erant multi non electi ad notitiā fidei, ideo omnes de turba in genere cōputantur excluſi/& soli
discipuli explicantur electi. Significat enim ad literā ratio ista/ex diuinæ electionis dono ꝓuenire ꝙ'ali
qui ad notitiā veniant mysterioꝝ fidei: & non cōtingere hoc promiscue/sicut ꝓmiscue prædicatio fit
ad omnes. Vnde ꝓnomen vobis/monstrat electos ad notitiam secretoꝝ cœlestium. & pronomen illis/
demonstrat homines ꝓmiscue auditores verbi dei. **Qui enim habet dabitur ei ⁊ abundabit: qui
autem nō habet, ⁊ qđ habet auferetur ab eo.** Congruam dispositionē ex parte hominū in cōmu/
ni/adiungit diuinæ gratiæ dono: vt sic intelligamus donū gratiæ vt nō tribuamus aliqd libero nostro
arbitrio. Habere laudabiliter & nō habere vituperabiliter/nō sunt naturæ sed liberratis. Quo fit vt ille
dicatur habere, qui recta exercitatione vtit habitis: ingenio/appetitu/fide/ac reliquis bonis siue natu/
ralibus siue gratuitis. & per oppositū ille dicit non habere, qui non vtitur vt debet donis naturalibus
seu gratuitis. nam recto vsu seruatur imago dei in homine/seruatur ,donū legis diuinæ ac fidei: & non
solum per abusum sed etiā per non rectū vsum ruunt omnia. Valde igitur consentaneū est rationi vt
illi qui habet per rectum vsum diuinā imaginem/diuinā legem/& quęcūq; gratuita acceꝑit dona, det
amplius diuinoꝝ donoꝝ. & propterea dabitur, & abundabit/ad effundendū aliis: ab illo aūt qui abusu
vel ocio non seruauit habita/auferet quod habet. ¶ Si quæstionē ingeris/cōtradictoria implicari, di/
cendo qui nō habet/& subdendo auferetur qđ habet. Solutio est ꝙ non habet integra quæ acceꝑerat/
& residuū quod habet auferetur ab eo. Vbi plus cōcluditur q̄ oportuerit. nam sufficiebat inferre/& illi
qui non habet nō dabitur: hoc. n. faciebat satis ꝓposito. Sed maiorē intulit pœnam ille qui prætuidit
reprobos non solū priuari hic nouis donis sed etiā acceꝑtis: dum ꝓmittuntur etiā in naturalibus ex/
cęcari & indurari: iuxta illud apostoli. tradidit illos deus in reprobum sensum vt faciant quæ nō cōue/
niunt &c̄. Nōne hoc est tolli ab eis residuū quod habēt! ℣ **Ideo in parabolis loquor eis.** Prędecēti
congruitate declaratur in genere quare quibusdā datur nosse mysteria regni dei & quibusdā non: qa. s.
quidam habent acceꝑta dona recte vtendo illis/quidā non. modo declarat in spē quare inter iudæos
sit differentia. Et fuit opus descendere ad gentem iudæorū: quia filii israel omnes sunt de genere electo,
& credebatur ꝙ omnes in aduentu messiæ essent saluandi & ꝓferendi cæteris. Hanc erroneam opinio/
nem confutat: descendendo ad speciē quare turbis indeoꝝ occultat mysteria & solis discipulis aperit.

quia Rationem reddit ex parte ipsorum iudæorum. **videntes**. miracula quę ego facio & opera mea. **non vident** diuinam in me virtutẽ/suamq; salutem. ⁊ **audientes**. doctrinã meam/ verba mea. **non audiunt**. corde. **neq; intelligunt**. Non intelligere refertur tam ad visa q̃ ad audita. Ac si apertius diceret. neq; ex visis miraculis & operibus neq; ex auditis verbis doctrinæ meæ & testimonio ioãnis &c̃. intelligere volunt regnum cœlorũ in me & per me adesse. **Ut adimpleatur**. pro. ⁊ **impletur**: **prophetia esaię**. ca. 6. **dicentis**. **Auditu audietis ⁊ non intelligetis**: ⁊ **videntes videbitis ⁊ non videbitis**. pro. ⁊ **non perspicietis**. ¶ **Incrassatum est enim cor populi huius**. Metaphora est sumpta a crassitudine corporea impediente motũ & operationes. Et significat oppressionẽ voluntatis ab abũdanti malicia/velut a crassitudine occupante cor. ⁊ **auribus grauiter audierunt**. Ex indispositione auditus corporalis/similitudinarie significatur mala/dispositio iudæorũ ad discendum a christo. auditus enim sensus est disciplinæ. ⁊ **oculos suos clauserunt**. Mentis oculos nõ amiserunt sed clauserũt voluntarie. **nequãdo videant oculis/⁊ auribus audiant/⁊ corde intelligant: ⁊ cõuertantur ⁊ sanem eos**. Non significatur ratio prædictorũ, sed tempus sed pertinacia omnũ prædictorũ. Significatur enim q̃ clauserunt iudæi oculos &c̃. non ad horã/non ad mensem. aut annũ: sed ne aliquãdo videant/audiant & corde intelligant/& cõuertantur ad veritatẽ messiæ, & sic cõsequenter sanarentur a me deo. Vere impletam videmus prophetiã hanc. vsq; hodie nãq; nolunt intelligere & discere quæ messiæ perseuerabũ: sed qa longissimo tẽpore (donec. s. introeat plenitudo gentiũ/& omnis israel saluus fiat) non cõuertẽtur. **vestri autẽ beati oculi/q; vident: ⁊ aures vestrę/q; audiunt**. Perficit differẽtiam inter discipulos & alios. Vbi aduerte/quod prius nominauit donũ cognoscendi mysteria cœlestia mõ appellari beatitudinẽ: vt intelligamus beatitudinẽ præsentis vię cõsistere in affectione mysteriorum cœlestium. Hoc dono vestri beantur oculi: qa vident/quia vtimini vestræ mentis oculis ad videndũ. & similiter aures beantur: qa audiunt/quia vtimini auditu mentis ad discendũ. Hic enim sensus quadrat contextui/e regione distinguenti discipulos cõtra alios: & rõnem reddenti ex parte aliorũ quia nõ vident/qma non audiunt. oportet enim cõtraponere qa vos videtis/quia vos auditis: & cõstat omnia hæc ad vsum videndi & audiendi referri/vt expositũ est. **Amen quippe dico vobis**. **q; multi ꝓphete ⁊ iusti cupierunt videre quę videtis**. Explicat quare appellauerit beatos: ex eo. s. q; vobis concessum est quod a tot iustis & prophetis desideratũ est & non adeptum. ⁊ **non viderunt: ⁊ audire que auditis/⁊ non audierunt**. oculo ad oculum/præsentia & executione sensibili, vt vos videtis. Quod dico propter abrahã, qui vidit diem christi & gauisus est. vidit enim spiritualiter sed non vt discipuli christi facie ad faciem christũ/& miracula in executione. & similiter audiebant verba eius ex ore ꝓprio/ interrogabant aperiri mysteria/discebant mysteria toto præterito cuo velata.

Vos ergo audite parabolam seminantis. ¶ **Omnis qui audit verbum regni**. Hinc patet q̃ appellauit semen verbum regni cœlorũ. ⁊ **non intelligit**. non penetrat verbum regni cœlestis ita vt credat. In hoc enim primo nulla est omnino germinatio: vtpote deficiente intellectu/qui est principium fidei. **venit malus**. Diabolus antonomatice vocatur malus, non natura sed voluntate immutabili a malo in bonum. ⁊ **rapit quod seminatus est in corde eius**. ¶ **Hic est qui secus viam seminatus est**. Dicimus seminatũ tum semen tum agrum. Et vtroq; loquendi modo matthæus hic vsus est. nam prius dixit de semine/quod seminatũ est in corde: modo dicit de homine/qui seminatus est velut locus secus viam. **Qui autẽ super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit, ⁊ continuo cum gaudio accipit illud**. ¶ **Non habet autem in se radicem: sed est tẽporalis**. ¶ **Facta autem tribulatione ⁊ persecutione propter verbum, continuo scandalizatur**. Euangelicũ verbum cum gaudio a multis suscipitur (dum non solis verbis sed interno affectu credunt/sperant/diligunt incipiũtq; operari) ad similitudinẽ seminis iacti in terrã modicã super fundum saxeum: sed in prosecutione deficit/ ex eo q̃ non habet radicem obstante fundo petræ. Quãta differentia est inter tranquillitatẽ & perturbationem/inter pacẽq; & bellum, tanta est differentia inter semen radicatũ & absq; radice: teste domino, explicante q̃ facta tribulatione & psecutione propter euangelicũ verbum/continuo non post multas toleratas persecutiones scandalizatur. Qui igitur euangelicã vitam a prompto animo inchoant/ sed nõ vsq; ad vltima spei/timoris/tristitiæ/delectationis amorisq; verbum euangelicũ eos penetrauit, in saxeo corde modicã terram habent: hoc est qui verbis/cogitationibus ac affectibus bonis in tranquillitate animi/corporis/famæ ac rerum vigent, sed quũ ad facta infamiæ/ignominiæ/damni rerum aut cruciatus venitur/relinquunt euangelica facta, profitentur non fuisse radicatũ euangelicũ verbum in timore respectu factoꝝ iminentium/in tristitia respectu præsentiũ factorum: & sic de aliis. Cor nãq; eorum relatum ad dãna, velut fundus terre saxeus durum semper fuit: & ꝓpterea aruit inchoata herba. propterea temporales dicuntur: vtpote solo tempore tranquillo durante.

Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum dei audit, ⁊ solicitudo seculi istius ⁊ fallacia diuitiarum suffocat verbum: ⁊ sine fructu efficitur. **Qui vero in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum ⁊ intelligit ⁊ fructum affert: ⁊ facit aliud quidem centesimum. pro. centum: aliud autẽ sexagesimũ. pro. sexaginta: aliud vero tricesimũ. pro. triginta.**

¶ **Aliam parabolã proposuit illis dicens**. Prima parabola/euãgelici verbi fructificationem & non fructificationem ex parte diuersorum auditorum tractauit: ista vero mixtionẽ electorum & reproborum vsq; ad cõsummationem mundi tractat. **Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo**. Regnum cœlorum pro præsenti ecclesia hic ponit/restatur dominus subdens declarando hanc parabolam. colligent de regno eius omnia scandala. **Cum autem dormirent homines venit inimicus eius**. Non dicit custodes. Si enim dixisset custodes/intelligeremus negligentiã custodum accusari. sed dicit homines: vt inculpabiles intelligamus naturali somno occupatos. Describuntur siquidem dormiẽtes homines quo ad parabolam/vt insciis hominibus describantur fata zizania. si vidissent enim prohibuissent. Quo ad sensum vero parabolæ: vt inculpabiles significentur prælati/cursum humanæ vitæ peragentes, modo vigilando modo dormiendo/humano more temporum actiones dispensando. nam & apostolorum tempore immo ipso iesu presente fata sunt zizania iudæ proditoris & simonis magi &c̃. ⁊ **superseminauit zizania**. Bonum est naturaliter prius malo: nec malum aliter inueniri potest q̃ superueniens bono. nam si malum fingatur integrum/destruit seipsum. **in medio tritici**. Non sufficit diabolo superapponere malum bono: sed satagit vt optimis quibusq; misceat illud. ⁊ **abiit**. Non satio zizaniorũ describitur latens dormientes: sed fator occultans seipsum recedendo/ne cognoscatur autor mali. Studium diabolicum significatur quo occultare nititur q̃ ab ipso qui (hostis noster est) proueniunt vtilia ac delectabilia contra diuina præcepta. ¶ **Cum autem creuisset herba/⁊ fructum fecisset, tunc apparuerunt ⁊ zizania**. ¶ **Accedentes autẽ serui patrisfamilias/dixerunt ei. domine nõne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?** Homines deum timentes ministri iustitiæ/consulentes diuinam voluntatem introducuntur: ad explicãdum tum pium eorum affectum/piam bonorum velleitatem ad extirpationem iniquorum, tum pium desiderium ad sciendum vnde in mũdo homines mali inter bonos. **Et ait illis. inimicus homo hoc fecit**. ¶ **Serui autem dixerunt ei. vis imus ⁊ colligimus** pro. **vis igitur abeamus ⁊ colligamus/ea. Et ait. non!** Diffinitio est diuinæ prouidentiæ/non esse colligenda zizania. **ne forte**. pro. **nequando/colligentes zizania/eradicetis simul cum eis ⁊ triticum**. Non dubitantis est, sed prædicentis euentum præter intentionẽ ipsorum. Nouit enim ipse paterfamilias deus q̃ si homines colligerent zizania, simul cum zizaniis præter colligentium intentionem eradicarent & triticum. **Simite vtraq; crescere vsq; ad messem**. Præcipit permitti vt zizania crescant cum tritico vsq; ad consummationẽ seculi. Aduerte hic q̃ quia iesus declarando hanc parabolam/expresse dicit per zizania significari filios nequã & per bonum semẽ filios regni, ideo fm literalem sensum ad nullam iniquitatis seu maliciæ speciem arctandus est textus iste. Textus non præcipit maleficos aut homicidas aut hereticos aut quoscũq; alios in specie malos tolerandos: sed præcipit in genere q̃ ex hoc q̃ homines sunt mali non euellantur de hac vita. nam esse filios nequã seu malos/nullã speciem iniquitatis sibi vendicat. Et hoc diuinum præceptum est sanctissimũ: & necessario adimplendum esse constat. Cum hoc autem constat stare q̃ relinquitur curæ ministrorũ iustitiæ/euellere de hac vita in tali & tali specie criminis inuoluros: puta maleficos/homicidas/& alios huiusmodi. Ex hoc. n. q̃ prohibetur studium ad genus malorum extirpandum/non sequitur prohiberi studium ad extirpandum parricidas seu maleficos. alia siquidem est ratio extirpandi malos omnes: & alia ratio extirpandi quasdam certas species malorum. Primum prohibendo/nulli fit iniuria. secũdum si prohiberetur/diuinum violaretur ius: quo scriptum est/maleficos non patieris viuere super terrã. & breuiter omnia iura humana confunderentur. ⁊ **in tempore messis dicam messoribus. colligite primũ zizania**. Non dicit/comburite prius zizania & deinde congregate triticum. prior enĩ retributio bonorum q̃ punitio malorum est: dicente prius rege venite benedicti patris mei/q̃ ite maledicti in ignem æternum. Sed dicit colligite primum/hoc est separate primum, malos a bonis. ⁊ **alligate ea in fasciculos ad comburendum**. Secundum diuersitatem iniquitatum diuersi fient fasciculi similium in crimine. **Triticum autem congregate in horreum meum**.

Aliam parabolam proposuit eis/dicens. Tertia hæc parabola de semine/vim magnam euangelii tractat. In prima parabola semen est verbum regni. in secunda semen sunt filii regni. in hac tertia semen est rursus verbum regni. **Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminauit in agro suo**. Regnum cœlorũ pro præsentis temporis ecclesia sumitur hic. **Quod minimum quidem est omnibus seminibus**. pro. **omnium seminum: quum autem creuerit/ maius est omnibus holeribus**. pro. **maximus est holerum. ⁊ fit arbor: ita vt volucres cęli veniant ⁊ habitent in ramis eius**. Principiorũ conditio est, parua esse fm quãtitatem/magna autem fm virtutem. Et ideo granum sinapis fm vtrunq; laudatur: quia fm quãtitatem minimum/fm virtutem maximum monstratur. ¶ Verum quum dicitur semen sinapis minimum omnium seminum, putat albertus magnus intelligendum non quãtitate (quoniam minus illo apparet ad sensum tam semen papaueris q̃ semen rutæ) sed proportione. Semen enim sinapis q̃is in sua quantitate sit maius

semine mitæ/est tamen minus illo fm proportionem: hoc est relatum ad producendum. Ita ꝙ referendo vtrunq; semen ad ea quæ producuntur/inuenitur minus semen sinapis: qa inuenitur arbor ex tam paruo semine/excedens proportionaliter rutæ fruticē. & sic de similibus dicito. ¶ Dubito ego ex diuersa conditione regionum contingere ꝙ semen sinapis alicubi sit maius alicubi minus: sed simpliciter & absolute esse minimum omnium seminum etiam quātitate. Comparaui siquidem semina hæc in italia: nec apparet vniformitas. ℭ Sensus parabolæ est. Granum sinapis euangelium est/annuncians minima: scilicet iesum crucifixum. Nihil minus/nihil abiectius hoc dogmate est: sed idē maxime virtutis in vegetatione ecclesiæ velut arboris inter holera apparet. ita ꝙ anes cœli/homines cœlestis desiderij/ecclestis vitæ/cœlestis mentis, in iis quæ ecclesiæ sunt habitant. Homo seminans iesus est: qui accepit a patre euangelicam doctrinam & seminauit in agro non alieno sed suo, mundus siquidem eius est. nam in propria venit.

Aliam parabolam locutus est eis. Congruo ordine tribus parabolis de semine/adiungitur parabola fermenti: quod seminis naturæ propinquissimum est. **Simile est regnum celorum.** Quod præsens ecclesia in suis initiis est. **fermento.** Pusillus grex christi est virtutem habens fermentandi totum mundum. vt enim fermentum/spiritus natura penetrans maturam sapidāq; reddit appositam farinā, sic christi discipuli prima regni cœlorū membra/spiritu penetrarunt corda hominum: crudaq; ac acerba ad maturitatem ac saporem cœlestis vitæ promouerūt. **Quod acceptus mulier.** Infirmus sexus impotentiam secularem notat ecclesiæ primitiuæ. **abscondit.** Vilitas/paupertas abiectusq; status discipulorum christi abscondebat cœleste in illis regnum. **in farinę.** Materia fermētabilis pro electis ponitur. **satis.** Mensuræ nomen satum est/cōmensurationem fermenti ad fermentandam farinam monstrans. **tribus.** Hoc est vniuersis. perfectionis enim numerus trinarius est. Sicut superius omnes electos cōprehendit tribus fructibus: trigesimo/sexagesimo & centesimo. Et vere electi omnes aut sunt in statu incipientium aut proficientium aut perfectorum. **donec fermentatum est totum.** Ecce quādiu durat absconsio fermenti. nam fermentato toto/apparet clare virtus fermenti in toto. & conuerso mundo ad fidem christi apparet clare virtus discipulorum christi in salute mundi. ¶ **Hęc omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas. & sine parabolis non loquebatur eis.** Non dicit tantum in parabolis, sed sine parabolis: significās comitari parabolas doctrinam. **Ut impleretur quod dictū est per prophetam/dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi.** Transumptiue matthęus traxit verbum prophetici ex psalmo. 78. nam ad literam textus ille loquitur de similitudinibus gestorum: sed euangelista mystico vtens sensu/applicat ad similitudines metaphoricas. vtręq; n. cōueniunt in cōi ratione parabolæ seu fīlitudinarii sermonis.

Tunc dimissis turbis venit in domum. & accesserunt ad eum discipuli eius/dicentes. edissere nobis parabolam zizaniorum agri. ¶ **Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen/ii sunt filii regni. Zizania autem filii sunt nequā. pro. mali. & est genitiuus. Inimicus autem qui seminauit ea/est diabolus. Messis vero consummatio seculi est. messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet ergo filius hominis angelos suos. & colligent de regno eius omnia scandala/& eos qui faciūt iniquitatez: & mittent eos in caminuz ignis. ibi erit fletus & stridor dentium.** ¶ **Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.** Hinc apparet per bonum semen solos electos/& per zizania solos reprobos significari: quoniā hi describuntur damnati, illi autem fulgentes sicut sol. Reliqua superius sunt expositа.

Iterum simile est regnum celorum. Quattuor parabolas dixerat turbis: & quattuor alias parabolas dicit domi discipulis. **thesauro abscondito in agro.** In quattuor antedictis parabolis regnum cœlorum quo ad sua initia descriptum est in semine & fermento/& coram omnibus: in sequentibus vero quattuor regnum cœlorum describitur in statu prouecto coram discipulis. & propterea describuntur studiosi ad ea quæ perfectionis sunt/in omnibus quattuor. Rursus in prioribus parabolis regnum cœlorum tractatum est ex ea parte qua vim habet effectiuam/tanq; semen seu fermentū: modo in his duabus tractatur ex ea parte qua vim habet finis/qua est desiderabile. & propterea assimilatur thesauro ac margaritæ. Vnde in prioribus electi significati sunt per fructus cōsequētes: in istis autem per rationalem conatum/inquisitionē &c. ¶ Appellatione itaq; regni cœlorum/euangelica vita intelligitur: iuxta illud apostoli ad ro. 14. regnum dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Euangelica itaq; seu cœlestis vita vel perfectio/similis est thesauro absconditо in agro: hoc est possibili haberi ac possideri ab inuentore/magno tamen interueniente precio. huiusmodi enim possibilitatem circūloquitur per esse absconditum in alieno agro. **quem qui inuenit homo abscōdit. & pꝛę gaudio illius vadit/& vendit vniuersa quę habet.** Quātitatem thesauri longe immo incomparabiliter maiorem vniuersis quæ habet inuentor/describit: ponendo gaudium thesauri esse causam vendendi vniuersa quæ habet. **& emit agrum illum.** vt agro existente suo/thesaurus in proprio agro existens sit suus. in alieno enim inuentus diuidebatur inter inuentorem & dominum agri. Vendere vniuersa habita ad emendum euangelicā vitam/est proprias abiicere voluntates ac passiones propter integritatem vitæ assequendam: sed vendere vniuersa habita ad emendum euangelicam perfectionem/est relinquere non solum passiones sed impedimēta quæq; perfectionis. Et hoc secundū literali sensui quadrat: considerando ꝙ ad discipulos parabolas has dirigit/quos ad perfectiorem vitam vocauit: & ꝙ tantam perfectionem exigit vt non solum vendant sed ex gaudio thesauri cœlestis vendant vniuersa temporalia. Ager in quo absconditа est euangelica perfectio/ecclesiasticum est studium: continens in intimis/ cœlestis vitæ perfectionē/conuersationē in cœlis. ℭ **Iterum simile est regnum cęlorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas.** Non sufficit optimo magistro prouocare discipulos ad perfectionis studium ex thesauro quasi casu inuento (hoc est diuinitus monstrato) sed vigiles docet eos esse ac solicitos ad quærendum vt inueniant. Ita ꝙ præcedente parabola preciositatē perfectionis & studium assequendi oblatam perfectionem descripsit: in hac vero addit studium quærendi margaritam. Et sicut per thesaurū perfectio euangelica ita per margaritā (quæ pars solet esse thesauri) vna aliqua perfectionis species significatur: puta exercere se in vita actiua vel contemplatiua. & rursus curam gerere egrorū/vel alii operi misericordiæ vacare. rursus prædicationis vel lectionis officio incūbendo prodesse. & sic de aliis. Hæ enim sunt margaritæ bonæ quas quærunt negociatores cœlestes. **Inuenta autem vna preciosa margarita/abiit: & vēdidit omnia quę habuit/& emit eaz.** Nemo enim omnibus potest vacare preciosis studiis: sed vnum studium preciosum congruit vni & aliud alii. Pro quacunq; tamen perfectionis spē adipiscenda sibi cōmensurata (ad quā emendam sufficiunt opes propriæ) vendit cœlestis negociator omnia sua & emit eam: tanto chariorem illam habens/quanto nihil sibi reliquit propter illam habendam.

Iterum simile est regnum cęlorum. Postq; duabus parabolis dupliciter inueniri in regno cœlorum studium perfectionis descripsit (.i. vel tanq; oblatum prosequēdo/vel more negociatoris inquirendo) quia in vtraq; ad ꝓprium bonum singularis hoīs tenditur, supererat vt ad aliorū bonum officia perfectoꝝ describerentur. & hoc fit his reliquis duabus parabolis. **sagenę missę in mare & ex oi genere piscium congreganti.** Superfluit piscium. Duo in hac parabola significantur. Alterum est officium ecclesiæ in suis prædicatoribus. quod assimilatur sagenæ quātum ad congregationē tam bonorum q̄ malorum. Alterum est officium discernendi bonos a malis. quod est officium christi per eius angelos exercendum. Et hoc est ad quod terminatur sagenæ cōgregatio. **Quā quum impleta esset educentes & secus littus sedentes.** Legēdum est. **educentes in littus & sedentes, elegerunt bonos in vasa.** pro. **collegerunt bona in vasa. malos.** pro. **mala/autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli/& separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.** Aduerte hic diuersos ecclesiæ status a domino iesu describi. In prioribus enim parabolis regnum cœlorū semini assimilatum (hoc est ecclesia in suis principijs constituta) malos habuit cum bonis: tum ex indispositione auditorū: tum ex superseminatis a diabolo zizaniis. in hac autem parabola quando ecclesia iam prouecta est/malos habet mixtos bonis, tanq; captos simul cum bonis: hoc est inuolūtarios & coactos se profiteri christianos. Innumerabilis est multitudo hominū qui baptismo in infantia aut timore suscepto/tanq; captos se retinent christianos: qui si essent omnino liberi etiam quo ad famam/honorem &c. non expectarent exituros angelos ad separandum eos a iustis, sed a sagena exirent. Verum dominus sagenā prænidit congregaturam captos bonos & malos. ¶ Si miraris aut putas non decere ecclesiam exercere sagenæ officium/quia voluntarii soli in ecclesia esse deberent. considera captos esse non solos malos sed etiam bonos: melius est autem quosdam electos sic saluare cum admixtione malorum q̄ nullum capere: quum omnia quæ in mundo sunt fiant propter electos, quibus omnia cooperantur in bonum. Multitudo igitur electorum qui tanq; capti ad ecclesiam congregati inueniuntur, laudabilem reddit sagenam ecclesiasticam capientem bonos & malos. **Intellexistis.** Legendum est. **Dicit illis iesus. intellexistis hęc omnia?** **Dicunt ei. etiam. Dest. domine.** ℭ **Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno** pro. **ad regnum cęlorum, similis est homini patrifamilias.** Quarta ad discipulos parabola/definitiua est scientiæ ac sufficientiæ requisitæ ad doctores ecclesiasticos. Paterfamilias plene prudens describitur qui seruauit vetera non solum vsq; ad noua/sed etiam in tanta copia vt simul cum nouis habeat vetera. Scriba autem doctus ad hoc cœlorum regnum/similis tali patrifamilias definitur: non solum ad significandum ꝙ debet plene thesaurizasse opportuna ad pascendum christi familiam, sed ad definiendum in specie ꝙ debet scire nouum & vetus testamentum. ideo enim attulit parabolam explicantē in patrisfamilias thesauro recondita noua simul & vetera. **qui profert de thesauro suo noua & vetera.** Non dicit qui habet/aut qui potest proferre, sed qui profert: quia si nō profert perinde est ac si non esset doctor apud cœlorum regnum: in quo non habitibus sed actibus meremur.

Et factum est quum consummasset iesus parabolas istas/transiit inde. Et veniens in patriam suā. hoc est in nazareth. docebat eos in synagogis. pro. **synagoga/coꝛ:ita vt mirarentur.**

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro. stuperent ⁊ dicerent. Unde huic sapientia hęc ⁊ virtutes? nõne hic est fabri filius? nõne mater eius dicitur maria: ⁊ fratres eius iacobus ⁊ ioseph. pro. ⁊ ioses, simon ⁊ iudas? ⁊ sorores eius nõne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Admiratio cõcinnum testificatio est ꝙ iesus non vacauerit literis, non studuerit scientiis acquirendis. mirantur enim nõ solum de virtutibus miraculoꝝ sed de sapientia. ⁋ Faber genericů nomen est, nullam determinans artem in specie. nam faber ærarius, lignarius, ferrarius, & mur dicit. vnde incertum restat qua fabri specie faber fuerit ioseph. ⁋ Fratres ſm scripturę morem consanguinei appellantur. Et scandalizabantur in eo. Vere donum dei est credere, nec datum omnibus. Conciues vident cum aliis in iesu sapientiã & miracula, & testantur non humanitus acquisita: cõferuntq; cum vilitate artis, fratrum ac sororum. & vnde incitari deberent ad diuinam credendũ virtutem inde scandalizantur, offendiculũ sit illis qđ occasio deberet esse salutis. Jesus autem dixit eis. non est propheta sine honore nisi in patria sua ⁊ in domo sua. Mansueta responsio non refert iniuriam iniuriæ: sed cõmunem conditionẽ prophetarum cum patriis suis ad memoriã reuocat. vt vel sic resipiscant. ⁋ Ratio quare non honoratur propheta in sua patria est: quia morale est animis subiectis passionibus minus libenter pferre sibiipsis pares vel iseriores: conciuilitas autẽ repręsentat conciues velut pares aut viliores. & cõmuniter homines (paucis virtute prædictis exceptis) aguntur passionibus: & pptera renuunt honore præferre sibi prophetam conciuem aut domesticum. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. Indignitas exprimitur cõcinnum ad suscipienda miracula. Lege euangeliũ: & inuenies fidem indigentium miraculorũ ope concurrere ad miracula. Et propterea incredulitas, contraria dispositio assignat ad susceptionem miraculoꝝ multorum. paucorũ enim fides pauca meruit miracula: cõmuniq; incredulitas indignos reddidit multitudine miraculorum.

CAPVT .XIIII.

In illo tempore. post multa a christo patrata miracula, post cõcursus turbarum ad christi doctrinam. Tempus nãq; hoc auditæ famæ fuit post decollationẽ ioãnis: vt herodis verba clare testantur. cõstat autem ioãnem decollatum fuisse prope festum paschale quo saciauit dominus quinq; milia hominũ ex quinq; panibus. inter quod & baptisma christi a ioãne pluſq; biennium fluxit: vt adiuncto ioãnis euangelio patet, supputando numerũ solẽnitatum paschalium quarum ioãnes memmit. quæ super ioãnem clarius aperiuntur. audiuit herodes tetrarcha. ad differentiã herodis regis patris istius, cuius superius meminerat describendo tẽpus natiuitatis christi. Ille fuit rex ac pater archelai & herodis istius: qui tetrarcha & non rex dicitur & erat: quia sine regio titulo princeps erat partis regni patris sui. Et iste est qui postea illusum iesum veste splendida remisit ad pilatum. ⁋ famaꝫ iesu ⁊ ait pueris suis. Nomen est non ętatis sed cõditionis: hoc est seruis suis. Hic est ioãnes baptista: ipse surrexit a mortuis. Putauit herodes aĩam ioãnis baptistæ introisse in iesum. hunc enim ingressum appellat resurgere a mortuis: non corporis eiusdẽ resumptione, sed ꝙ denuo spiritus ioãnis ad hanc vitam venerit in alio corpore. Et propterea dicit hic est ioãnes: non ſm corpus sed ſm spiritũ: a principali parte. s. spiritu, denominans totum. s. ioãnem. ⁊ ideo virtutes operantur in eo. Ioãnes baptista anteq̃ decollaretur, nullum miraculũ fecerat: vt dicitur ioã. xi. post decollationem autẽ existimatus ꝙ redierit ad vitam, creditur maioris esse virtutis: tanq̃ attulerit ex alia vita & ex prioribus meritis virtutem faciendi miracula quã prius non habuerit.

Herodes enim. Incidenter euangelista inserit mortẽ ioãnis. tenuit ioãnem ⁊ alligauit eum ⁊ posuit in carcerem propter herodiadẽ vxorem. Deest. philippi fratris sui. Dicebat enim illi ioãnes. non licet tibi habere eam. Vera causa sed non sola. testatur enim iosephus ꝙ propter mu'tũ populi concursum ad ioãnem, herodes addixit ioãnem carceri. ⁋ Dubium est apud nos huius herodiadis genus. tradente iosepho ꝙ fuit filia aristoboli fratris archelai, herodis & philippi: testante autem hieronymo ſm veterem historiam fuisse filiam regis aretę. Iosephus certus est autor, vetus historia incerta: præter hoc ꝙ repudiata ab herode, filia fuit regis aretę. Rursus iosephus dicit hanc herodiadem vxorẽ fuisse non philippi, sed alterius herodis, fratris quoq; herodis tetrarchæ sed ex alia matre. Vnde binomius videtur fuisse ille alter herodes: vi' vocabatur cõposito nomine herodes philippus, vel philippus herodes. Et volens illum occidere timuit populuz: qz sicut prophetam eum habebant. Hinc apparet voluntas herodis ad necem ioãnis, absq; impulsu herodiadis subsecuto. Die autem natalis pro. quum autem agerentur natalitia, herodis, saltauit filia herodiadis in medio. Ad differentiam alterius vxoris aut concubinæ herodis, explicatur ꝙ erat filia ipsius herodiadis. ⁋ Et placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunq; postulasset ab eo. ⁋ At illa pręmonita a matre sua da mihi inquit hic in disco caput ioãnis baptistę. Audita tãta taliq; regis ꝓmissiõe, cucurrit puella ad matrẽ cõsulendo qd peteret: & sic prẽmonita a matre sua dixit regi, da etc. Et contristatus est rex. Regem vocat quãtum ad potestatẽ, non quãtum ad titulum. Optime pinxit cõtristatum non herodem (qui affectabat occidere ioãnem) sed regem: quia exteriori signo officiũ contristati regis egit. propter iusiurãdum autem ⁊ propter eos qui pariter recũbebant, iussit

dari. Cõsidera verba domini iesu de herode (ꝙ scilicet appellauit eum vulpem) & intelligẽs hæc omnia fuisse simulationes. Monstrat herodes se inuitum coactum a religionis vinculo & a reuerentia cõmuniorum, tanq̃ etiam ipsis testibus fieret iniuria si nõ seruaret promissa: vt sic populus audiens ꝙ inuitus occidisset ioãnem, minus ægre ferat ioãnis necem, & fere excusatum habeat herodem. ⁊ Diuisq; ⁊ decollauit ioãnem in carcere. Et allatum est caput eius in disco: ⁊ datum est puellę: ⁊ illa attulit matri suę. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius ⁊ sepelierũt illud. ⁊ ⁊ venientes nunciauerunt iesu. Ecce ioannis discipuli, iuncti significantur iesu; dum veniunt ad iesum nunciantes gesta circa ioannem.

Quod quum audisset iesus. Non erat opus vt auditu disceret mortem ioãnis, qui omnia nouerat: sed hominẽ verum seipsum exercens, non monetur anteq̃ audiat gesta. secessit inde in nauicula. pro nauiin locum desertum seorsum. Secedendo docet non esse imperfectionis cedere furori principum, subtrahere seipsos materiam seuiendi. Et simul attestatur ꝙ non solum propter herodiadẽ sed propter concursum populi occiderat ioãnem herodes. nam si cõmunis causa iesu & ioãni non fuisset, non secessisset iesus audita ioãnis morte. Causa autem herodiadis propria erat ioãnis: sed causa concursus populi, cõmunis erat iesu & ioãni. Et tanto magis incitabat herodem contra iesum, quanto multitudo miraculorũ maiorem prouocabat concursum. Et quum audissent turbe, secutę sunt eum pedestres de ciuitatibus. ⁊ Et exiens. de solitudine deserti. vidit turbam multam: ⁊ misertus est eis, ⁊ curauit languidos eorum. ⁋ Uespere autem facto accesserunt ad eũ discipuli eius, dicentes. desertus est locus ⁊ hora iaz prętertit: dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Jesus autem dixit eis. non habent necesse ire: date illis vos manducare. Respõderunt ei. non habemus hic nisi quinq; panes ⁊ duos pisces. Qui ait eis. afferte mihi illos huc. Omittit matthæus locum montanum & intertogationem philippi &c̃. quæ ioãnes explicat. Et quum iussisset turbam. pro. turbas, discumbere super fenum, acceptis quinq; panibus ⁊ duobus piscibus aspiciens in cęlum. Vt exterioribus actibus testaretur se omnia a deo habere & recognoscere: & simul intuentium animos ad deum prouocaret. ⁋ benedixit ⁊ fregit ⁊ dedit discipulis panes: discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes ⁊ saturati sunt ⁊ tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentoꝝ plenos. Ne putes phantasma fuisse, testes sunt reliquiæ. ⁊ Manducantium autem fuit numerus quinq; milia. Deest fere. Legendum est. fere quinq; milia virorum: exceptis mulieribus ⁊ paruulis.

Et statim compulit iesus discipulos ascendere in nauiculam. Inuiti enim a iesu recedebant. ⁊ pręcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montẽ solus orare. Uespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem. Deest. iam, in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit. pro abiit ad eos ambulans super mare. ⁊ Et videntes eum. Deest. discipuli super mare ambulantẽ. Non solum viderunt iesum super mare sed ambulantem super mare, quis fluctuosum. turbati sunt, dicentes quia phantasma est. ⁊ pę timore clamauerunt. Laborant remigando contra ventum discipuli & non timent; sed vbi phantasma hominis ambulare super mare prope se nocturno tẽpore vident, timuerunt ita vt clamore vocis confuso magnitudinem timoris exprimerẽt. Statimq; iesus locutus est eis. Vt quem visu non cognoscebant, auditu solitæ vocis discernerent. dicens. habete fiduciam. ⁊ ego sum. hoc est ego magister vester quem solita hæc vox præ se fert sum, & non sum phantasma. nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Vniuersam non timendi sed confidendi rationem assignauerat iesus quia ego sum. & propterea petrus nihil dubitans de potentia iesu, sed adhuc non plene certus an ille loquens cum eis esset iesus, certificari quærit de hoc. Et ideo respondendo verbis iesu, petit certificari dicendo. domine si tu es. Nisi crederet illum esse iesum non diceret domine: & nisi certificari quæreret an ille sit iesus, nõ diceret si tu es. Credulitas itaq; in petro erat sed non territudo ꝙ ille ambulans super aquas esset iesus. Quęrebat autem certificari tactu corporeo, aut propinquitate tanta vt clare videre posset faciem, manus, vestes & reliquum corpus solito more quo quotidie cum eo conuersabatur. sic enim tota iter excluſa fuisset omnis suspitio ꝙ esset phantasma. Verum quum ista approximatio dupliciter fieri potuisset (vel ipso iesu veniente ad petrum qui erat in naui, vel petro eunte ad iesum) non aussus fuit petrus petere, domine si tu es veni ad me. tum ob solitam reuerentiam. tum forte quia viderat iesum nolentem venire ad ipsos, vt marcus refert. Sed rogauit vt ipse petrus iret ad iesum. ⁋ Nec petendo hoc nouum miraculum tentat petrus deum: quoniam licita erat illa tunc in petro incertitudo illius indimdui (quum sathanas quandoq; transformet se in angelum lucis) & nullo reuerentiori modo excludenda occurrit q̃ humiliter petere vt accumulatione miraculi certitudinem efficeret ꝙ ipse esset. iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. veni. Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam. pro. aquas, vt veniret ad iesum. In nullo dubitat petrus de potentia iesu: dum confitetur ꝙ si ipse est, solo iussu potest ipsum facere ambulare super aquas. ℂ Sed considerandus superest sensus huius petitionis. Non enim intren-

dit petere ſola iuſſionis verba:quia per hoc nihil peteret diſcretionem inter phantaſma & ieſum:iuſſionis nanq; verba proferre poterat etiam phantaſma.ſed intendit petere efficaciam veniendi ſup aquas ſolo iuſſu. Sed quo opere/quo effectu mediante efficacia iſta habenda & cognoſcenda erat a petro/habitaq; & cognita fuit a petro, ſcrutandum eſt. Petrus enim certificari quærens de perſona ieſu/nec petebat(vt dictum eſt)ſola verba iubentis veni:nec temere audito veni deſcendit de naui ad aquas/ſed certificatus de eo ꝙ ambulaturus eſſet ſuper aquas. Quærimus ergo quid vltra verba iuſſionis veni/effectum eſt certificans petrum ꝙ ambulaturus eſſet ſuper aquas. Oportuit autem concurrere ad hoc opus tria.Primum ex parte ieſu iuſſionē diuinam/qua dixit & facta ſunt omnia. Et hæc clare in euangelii textu habetur:tum petro petente iube:tum ieſu iubente veni. Secundum ex parte animi petri:ſcilicet ſecuritas veniendi. Et hæc etiam in euangelio inuenitur:dum timens petrus cœpit mergi,& attiuit modicę fidei quare dubitaſti?Hinc enim apparet ꝙ iubente ieſu petro veni/effecta eſt in animo petri tanta fides vt non dubitaret ſe tutum iturum ad ieſum ſuper aquas.Tertium ex parte corporum: quod dupliciter potuiſſet fieri.vel ex parte maris ſolidādo ipſum mare vt tanq̄ terra ſolida fieret:ſicut in mari rubro tranſeuntibus filiis iſrael aquæ erant pro muro a dextris & a ſiniſtris. Sed mare nō fuiſſe redditum ſolidum in hac ambulatione euāgelium teſtatur:deſcribens mare fluctuoſum ex vento qui ambulante petro erat validus/& non ceſſaſſe quouſq; ieſus ingreſſus eſt nauiculam. Vel ſuſpendendo graue corpus petri a grauitando ſuper aquas.Et effectum hunc fuiſſe/ex re geſta inferrur.Ex eo enim ꝙ conſtat petrum ambulaſſe ſuper aquas/& aquas non fuiſſe ſolidatas,teſtat ꝙ corpus petri non grauitabat ſuper aquas.Si nanq; naturalis ſuæ grauitatis actum exercuiſſet/fuiſſet merſum.℣ Et bene intelligę ꝙ non dicimus corpus petri non fuiſſe graue:ſed dicimus illud graue non grauitaſſe tunc ex diuinæ iuſſione virtutis/ſuſpendentis graue a grauitatione:ſicut ſuſpendit ignem ab actione ſua ne lædere tres pueros in fornace. Vnde petrus audito iuſſu ieſu/veni,non ſenſit corpus ſuum mutatū de grauitate in leue:ſed tanta eſt in animo eius diffuſa fides atq; ſecuritas vt tutiſſimum ſe ſciret ambulaturum ſuper aquas. Ita ꝙ ſolum ſecuritatis donum in animo petri/medium fuit ad excludendam temeritatē a petro vt auderet egredi nauem ad ambulādum ſuper aquas:quia in euangelio hæc ſecuritas hæc fides ſola deſcribitur conſeruans ambulationem petri ſuper aquas. Tandiu ſiquidē ſcribitur ambulaſſe ſuper aquas quouſq; non perdidit ſecuritatem timendo/& fidem dubitādo ſtatim enim vt dubitauit & timuit/cœpit mergi. **Videns vero ventuꝫ validum.** cōmouentem vndam procelloſam. **timuit.** O petre ſecurus ambulas in præſenti ſuper aquas fluctuantes/& futuram times a vento validiore procellam!Diuina diſpenſatione temperauit ieſus miraculum:vt experiretur petrus ſine diuinæ gratiæ aſſiſtentia proprium defectum in vtendo diuinis donis. Non enim ſubtraxit ieſus tunc a petro donum fidei infuſæ(quia ſine pœnitentia ſunt dona dei/vt dicitur ad ro.xi.)ſed ſubtraxit gratuitam aſſiſtentiam a petri animo quo ad hoc ꝙ reliquit petrum ſibiipſi quantum ad actum vtendi fide conceſſa:& petrus conſiderans imminentem ex valido vento procellam,actualiter dubitare cœpit & timere ſubmerſionem. **Et quum cepiſſet mergi.** Sicut prius petrus confiſus eſt in ieſu & poſtea ambulauit ſuper aquas,ita prius perdidit in animo ſecuritatis actum timendo/& poſtea cœpit mergi:vt intelligamus ſm animæ merita aſſiſtere diuinam opem corpori. **clamauit dicens.** **Domine ſaluum me fac.** **Et continuo ieſus extendens manum,** apprehendit eum:& ait illi **modicę fidei quare dubitaſti!** **Et quum aſcendiſſet.** pro. **aſcendiſſent.** ſcilicet ieſus & petrus. Certificat ieſus non ſolum petrum ſed omnes ꝙ non phantaſma ſed ipſe eorum magiſter eſt. **in nauiculaꝫ ceſſauit ventus.** **Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum/dicentes. vere filius dei es.** Profitentur ꝙ non ſm opinionem ſed ſm veritatem eſt meſias. Circūloquuntur enim meſiam nuncupatione filii dei:ſicut & nathanael in principio quo venit ad ieſum/dixit tu es filius dei ioā.i.neſciens tunc trinitatis myſterium/quod ieſus poſtea manifeſtauit.

Et quum tranſfretaſſent venerunt geneſar. pro. **gēneſareth.** Alii ſunt geraſeni/qui etiam gergeſeni:de quibus ſuperius ca.8.alii geneſareni:de quibus hic. **Et quum cognouiſſent eum viri loci illius/miſerunt in vniuerſam regionem illam:& obtulerunt ei omnes male habentes.** Conſentaneum rationi eſt ꝙ multi eorum interfuerint alibi prædicationi chriſti/vltra notitiam ex fama. & propterea dicitur ꝙ cognouerunt enm eſſe illum ieſum/prædicantem regnum dei & miracula faciētem. **& rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent.** Non intelligo legalem fimbriam in quattuor angulis pallii præceptam a lege nu.15.(ne in fimbria legali fiduciam petentium miraculoſam opem interpretemur)ſed extremitatem quācunq; veſtimentorum chriſti.confidebant enim non in legali fimbria cōmuni omnibus iudæis,ſed in ipſo ieſu chriſto:& indignos ſe iudicantes tactu manus ieſu/rogant vt ad infimam partem veſtis eius tangendam admittantur.℣ Et hunc ſenſum euangeliſta præ ſe fert/apponendo vel:dum dicit vel fimbriam.Deſcribit enim petentes ꝙ ſaltem extremitatem veſtis tangerent:& non ꝙ illam particulam veſtis in qua erat fimbria legalis tāgerent. Si enim hoc periſſent,non dixiſſent vel fimbriam.tanq̄ minimam rem deſcribens. **Et quicunq; pro quotcunq; tetigerunt, ſalui facti ſunt.** Poterat ſine tactu veſtis ſanare:ſed vt ſm fidem rogantium petentium tactum veſtis & ipſe ſanaret & illi cognoſcerent ſe ſanari,oēs & ſoli tangentes curati ſunt.

CAPVT .XV.

Tunc acceſſerunt ad eum pro. **accedunt ad ieſum/ab hieroſolymis.** Deeſt qui. Legēdum eſt. **qui ab hieroſolymis** eminentiores aliis. **ſcribę & phariſęi dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum!** Non inquirendo ſed arguendo non ſolos diſcipulos/ſed retorquendo in ieſum tranſgreſſionem inuehuntur. **Non enim lauant manus ſuas quum panem manducant.** Vt marcus ſupplet/non eſt quæſtio de lotione manuum ex decentia hominibus ſolita/qua ſolent homines ante prandium & cœnam manus lauare:ſed de lotione manuum ex ſtatuto ſeniorum.quæ erat crebra:puta ꝙ ter aut quater in eodem prandio lauabant manus. Quam etiam matthæus tacite inſinuauit:dum arguentes non allegant turpitudinem immundiciæ,ſed quia tranſgrediuntur traditiones ſeniorum. **Ipſe autem reſpondens ait illis.quare & vos.** Clauum clauo retundit.Si ſcribæ interrogaſſent cauſam/reſpondiſſet ad cauſam:ſed vbi non quærunt ſcire quare/ſed criminantur/ſed inuehuntur in magiſtrum innocentem,prætermiſſa cauſa quare diſcipuli non ſeruant illam traditionem/reſpondet directe ad criminationem:monſtrando illis magnum ipſoꝝ crimen in tanto ſtudio circa traditiones ſeniorum.Monſtrat autem hoc/arguendo illos eodem modo ſed non eodem animo quo illi ipſum arguerunt. **tranſgredimini mandatum dei ꝓpter traditionem veſtram.** Magnitudo ſtudii veſtri circa traditiones veſtras(tanta ſcilicet ꝙ redundat in tranſgreſſionem præceptorum dei)quare eſt/qua ratione excuſari poteſt!Ac ſi aperte diceret. non ex zelo iuſtitiæ inſurgitis ad arguendum/ſed ex amore proprię autoritatis:quum mandata veſtra præponatis mandatis dei.ſi vos amor iuſtitiæ plenioris moueret/ſtuderetis primum circa obſeruationem diuinorum & poſtea humanorum præceptorum:ſed vbi excandeſcitis circa friuola humana/poſt habentes diuina mandata,apparet ꝙ proprię amor autoritatis vos mouet. **Nam deus dixit.** pro. **pręcepit. Honora patrem & matrem.** exo.20. **& qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.** leui.20. **Vos autem dicitis.quicunq; dixerit patri vel matri, munus quod cunq; eſt ex me tibi proderit.** Senſus eſt.quicquid ego offero deo,quis tibi patri egenti non tribuā/proderit tibi. ¶ Ad euidentiam huius particulæ aduerte ꝙ aliud eſt loqui de religione & pietate/& aliud eſt loqui de vſu materiæ illius quæ non poteſt ſimul eſſe materia religionis & pietatis in caſu neceſſariæ pietatis.nam ſi religio pietati comparetur, conſtat religionem eſſe anteponendam pietati: quanto honor diuinus preferendus eſt cuicunq; debito humano. Et in hoc fundamento non errabāt phariſæi.immo hoc frequenter ieſus docuit:dum patrem & matrem relinquendos propter deum prædicauit. Si vero ad vſum materiæ in articulo neceſſariæ pietatis ſpectetur/inuenitur oppoſitum:ſcilicet ꝙ materia neceſſaria pietati/non ſolum pietati potius q̄ religioni applicari debet,ſed etiam ſi voto dicata ſit deo/debet in materiam pietatis tranſferri. Et hoc conſurgit ex parte materiæ/quæ in tali caſu eſt effecta materia debita pietati.℣ Declaro exemplariter ſingula. Filius tenetur ſubuenire patri indigenti:ac per hoc bona filii conſtituuntur debita neceſſariæ pietati.& propterea ſi filius eſt impotens ad vtrunq; ſimul (ſcilicet ad munus deo offerendum & ad ſubueniendum patri) omittenda eſt oblatio,& ſubueniendum eſt patri:quia non eſt facienda oblatio deo de debitis/de neceſſariis ad pietatem. Et ſimiliter ſi filius vouiſſet illa bona deo,debet ſuperueniente neceſſitate paterna/ſubuenire patri & omittere executionem voti:quia materia illa ex eo ꝙ deuenit ad ſtatum quo eſt neceſſaria patri, mutata eſt/& effecta eſt debita paternæ pietati:ac per hoc ſicut modo non poſſet voto obligari ita ex hoc definit eſſe materia voti. Sicut abſtinentia a concubitu habentis votum'caſtitatis & poſtea effecti coniugis/definit eſſe materia voti ex hoc ꝙ mutata eſt:& concubitus effectus eſt materia iuſtitiæ qua tenetur reddere debitum coniugi. Phariſæi itaq; errabant/neſcientes aut nolentes diſcernere id quod religionis eſt ab eo quod ex parte materiæ relatæ ad humanas neceſſitates conſurgit. Et propterea docebant vt filii dicerent parentibus.munus quodcunq; ego obtulero deo omiſſo te/proderit tibi: quia datur deo patri cōmuni/quia deus acceptat munus etiam pro te.℣ Si non quieſcit mens tua lector,recole ꝙ ex hac eadem radice dominus ieſus dixit panes propoſitionis(non voto promiſſos,ſed iam oblatos deo/& facto oblationis ſanctificatos)licite tranſiſſe in vſus dauidis & ſuorum : quia panes illi relati ad neceſſitatem dauidis & ſuorum/effecti ſunt habiles ad laicorum vſum. Horum autem & ſimilium ratio eſt vna:ſcilicet ꝙ diuinæ ordo gratiæ ſuperadiunctus eſt a deo non ad deſtruendum ſed perficiendum naturæ ordinem:ac per hoc neceſſitas ſeruandi diuinam ſanctificationē appoſitam rebus/locis ac tēporibus,non tollit neceſſarium naturæ vinculum quo res & loca & tēpora neceſſaria ſunt vitæ humanæ.hinc.n.fit vt euenientе articulo neceſſitatis abſq; ꝓphanationis crimine vtamur diuinis rebus/locis & tēporibus.& **non honorificabit patrē ſuum aut matrē ſuam.** & **irritum feciſtis mandatū dei ꝓpter traditioneꝫ veſtrā.** ¶ Hinc clare apparet ꝙ in pręcepto de parentū honore non ſola reuerentia ſed officia ac ſubſidia pręcipiunt. Quod quātum ad ſubuentionē intellige tēpore indigentiæ:quoniā naturaliter patet filiis theſaurizat,& nō ecōuerſo. **Hypocritę.** Hinc apparet ꝙ non ex ignorantia errabāt:ſed ꝙ ſub ſpē religionis docebant quæ in ſacerdotū redundabant vtilitatē

q̃uis impia essent ſm rem. **bene prophetauit de vobis esaias/dicens.** cap. 29. **Populus hic labiis me honorat.** pro. **appropinquat mihi populus hic ore suo ⁊ labiis me honorat.** docendo illa quæ religionis speciem habent. **cor autem eorum longe est a me.** pro. **abest a me.** Sine causa pro. **frustra/autem.** quantum ad assecutionem veri finis respondentis diuino cultui. **colunt me/docentes doctrinas ⁊ mandata hominum.** Superfluit &. Quia lutherani ex hoc textu exautorant ecclesiam/& super hunc textum fundant nullitatem mandatorum ecclesiæ (vtpote reprobatorum ab vtroq; testameto: veteri scilicet apud esaiam/& nouo hic a domino iesu) ideo diligentius textũ hunc discutere oportet: vt illius veritas non cõmentum eluceſcat. Neuter textus damnat mandata hominum: sed vterq; reprobat cultum seu timorem dei sustentari mãdatis doctrinisq; hominum. Et textus quidem esaiæ/clare hoc sonat dicendo in persona dei. timuerũt me mandato hominum & doctrinis. Vbi clare vides deum damnare q̃ iudæi timuerunt ipsum/non in mandatis dei sed in mandatis hominum/non in doctrina dei sed in doctrinis hominum. Si enim timuissent ipsum seruando mandata dei & hominum/doctrinam dei & hominum, non reprehenderẽtur (quum seruare non solum dei sed etiam hominum mandata sit amplioris iustitiæ) sed ex hoc ipso q̃ damnat timorem sui in mandatis doctrinaq; hominum, monstrat q̃ illi timorem dei constituerunt in mandatis hominum/& similiter in doctrina hominum. Quod intellige non q̃ explicite contemnerent doctrinam & mandata dei: sed quia tanto studio circa obseruationem mandatorum humanorum soliciti erant/tanq̃ timor dei consisteret in obseruatione humanorum præceptorũ. redundabat siquidem studium hoc in postergationem diuinorum mandatorũ. ℣ Textus quoq; euangelicus eandem continet sententiam, dicendo **colunt me docentes mandata hominum.** Non dicit/sine causa colunt me & docent mãdata hominum/ diuidendo orationes: sed vnam continuam constituit orationem/adiungendo participium **docentes mandata.** Significat. n. per hoc q̃ cultum dei constituerunt in doctrina mandatorum humanorũ &c. Et est illa met sententia quæ in textu esaiæ habetur. ℂ Vide quæso prudens lector quanta differentia est inter damnare mandata hominum/& damnare sustentationem timoris seu cultus dei in mandatis hominum: & percipe quantus error est ex textibus istis damnare mandata hominum. Non sunt a dño damnata mãdata hominum quæ malum non mandant: sed damnatũ est q̃ ipsa in loco illo qui mandatis dei est ꝓprius habeant/q̃ circa ipsa tantũ studium sit ac si in ipsis timor cultusq; dei sustentaret/ q̃ studium debitũ seruandis mandatis dei adhibeatur humanis: qđ ſm veritatẽ facti est humana mandata diuinis ꝓferre. hoc est. n. colere deũ docendo mandata hominũ. Venerare igitur lutherane ecclesiæ mãdata, non vt diuina sed secũdo loco. s. post diuina: qm̃ sic oportet nos implere oẽm iustitiam.

Et conuocatis ad se turbis. pro. **conuocata ad se turba/dixit eis. Audite ⁊ intelligite. non qõ intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore/hoc coinquinat hominem.** Sensus dictorum ex ratione dicendi hauriendus est. Ratio dicendi in proposito est crebra manuum ablutio pro cibo præcepta a senioribus, præ se fert autem tanta circa huiusmodi mundiciam solicitudo/q̃ nisi sic munde sumatur cibus inquinat hominem: alioquin vana esset tanta solicitudo mundiciæ ad sumptionem cibi. Contra hoc directe tendunt verba iesu: dicendo q̃ cibus intrans per os/non est inquinatiuus moralitet hominis. Non dicit appetitus eius quod intrat per os, sed quod intrat per os: quia appetitus culpabilis potest esse. Et breuiter nihil morale adiunctum cibo explicat/sed nudum cibum nudũq; naturæ officium, dicendo in genere nõ quod intrat per os. Per hoc enim excluditur obiectio de cibis veteris a lege moysi. nam & de illis quoq; verum est q̃ ſm substãtiam qua intrant per os/ non coinquinant morali macula hominẽ: sed ratione inobedientiæ adiunctæ inquinabant hominẽ.

Tunc accedentes discipuli eius/dixerunt ei. scis quia pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt? Tanq̃ impingentes in offendiculum pedis fuerunt audito hoc tuo verbo. cõmoti enim & turbati sunt in verbo tuo sicut impingentes in lapillum suppedaneum causantem casum: ita q̃ verbum tuum habuerũt pro offendiculo. **At ille respondens ait. omnis plantatio quam non plantauit pater meus cęlestis/eradicabitur.** Discipuli curam habebant ne pharisæi qui cespitauerant ruerent: iesus autem sciens illos non ex ignorantia sed ex reprobo sensu scandalizari, respõdet directe illorum nequitiæ q̃ non solum scandalizari sed eradicari merentur/quia non sunt plantæ cœlestis patris. Plantatio non plantata a patre cœlesti est quæ spiritualis mũdiciæ (quæ cœlestibus iungit) fructum non profert, sed carnalis/sed apparentis exterius: quales erant pharisæi isti. Vnde eradicanda describitur: vtpote nullatenus remansura/quæ in sola apparentia consistebat. Nec alieni a cœlesti plantatione censendi sunt illi de quibus dicit/ego plãtaui apollo rigauit: quoniã eosdem paulus externi ministerii officio & cœlestis pater potestate ad intima penetrante plantat. **Sinite illos.** Non sit vobis curæ scãdalum illorũ: quod ipsi acceperunt/non ego dedi. **cęci sunt ⁊.** Superfluit &. priuati lumine veræ fidei/ excecante illos malicia eorũ. **duces cęcorũ. Cęcus aũt si cęco ducatum præstet/ambo in foueam cadunt.** Scribæ & pharisęi erant alijs exẽplo fidei/vitę, & doctrina: iuxta illud. nunqd aliquis ex principibus credit illi? & rursus. nũquid vere cognouerũt principes nri q̃ hic est christus? Et ꝓpterea appellant duces cęcorũ. vere. n. fuerunt duces cęcorũ populorũ qui in iudaica pmãserunt pfidia. Vñ & secutũ

est (quod videmus) ambos in foueam cecidisse, & ꝓsentis seruitutis & æternæ damnationis.

Respõdens autem petrus dixit ei. edissere nobis parabolam istam. Putauit petrus verba iesu quæ dixerat/non quod intrat in os &c. fuisse dicta parabolice non proprie. & propterea petit sub parabolæ nomine declarari sibi sensum parabolæ. **At ille dixit. adhuc ⁊ vos sine intellectu estis?** Tanto tẽpore versati estis sub lumine doctrinæ meæ: & adhuc non peruenistis ad acumen intelligendi nõ esse parabolam sed doctrinam ſm proprietatẽ verborũ/quod dixi. **Non.** Deest. **dum/intelligitis quia omne qõ in os intrat, in ventrem vadit ⁊ in secessum emittitur?** Tam parum alimenti conuertitur in substantiam hominis vt dicat hippocrates quãtitatẽ fecum debere esse æqualem quãtitati alimenti in corpore sano. Quum igitur modicum pro nihilo reputet, absq; veritatis lęsione dici potest q̃ totus cibus in ventrẽ vadit & in secessum emittitur. Et tamẽ iesus non dicit totum sed omne: distribuens pro partibus subiectiuis, & non pro partibus integralibus vt distribuit totum. Cõstat enim q̃ quilibet cibus & potus in secessum emittitur, q̃uis non ſm totum tamẽ ſm aliquid. ℣ Et dixit hoc/ad declarandum q̃ intrans per os non inquinat hominem. Declarat enim per hæc quo tendit cibus. s. in ventrem & secessum. & non in animũ hominis/vt possit inquinare illum. ℂ Sciebat iesus aliquid cibi conuerti in corpus hominis: & poterat dicere q̃ intrans per os/ſm aliquid purissimum pergit ad corpus/& ſm reliqua emittitur in secessum. Sed consulto tacita cõuersione purissimæ particulæ in corpus hominis dixit emissionem in secessum. tum quia illud minimũ est, hoc autem est fere totum. tum quia hoc est manifestum/illud occultũ: & præcipue turbis & ineruditis in physicis/quibus loquebat. Tum quia hoc directe seruiebat proposito de cibo sumpto illotis manibus: dum hinc explicatur q̃ quicqd impurum est in cibo/totum in secessum emittitur. Tum demũ quia ex hac parte clarius manifestatur q̃ non inquinat hominẽ. q̃uis enim ſm veritatem alimentũ ex neutra parte inquiner hominẽ, manifestatur tamen magis hoc ex ea parte qua emittitur in secessum (vtpote non remanente in homine) q̃ ex illa qua cõuertitur in corpus hominis. fuisset forte rudibus occasio cogitandi q̃ conuersum in substantiam hominis conferret ad inquinationem hominis. **Quę autem procedunt de ore/de corde exeunt: ⁊ ea coinquinant hominem.** Declarat quo sensu dixerit quod procedit ex ore. s. pro quãto procedit a corde/hoc est voluntate. Non enim intendebat loqui de sputo aut vomitu qui procedit ex ore: sed de illo procedente ab ore quod exit a corde. hoc enim inquinat animum hominis. **De corde enim exeunt cogitationes malę.** Meminit cogitationũ/vel intelligendo per cogitationes machinationes malas prodeuntes in opus: & propterea numerantur inter procedentia ex ore. vel rationẽ inquinandi ex corde intendens assignare/omnia inquinantia inducit procedere ex corde: vt hinc intelligamus etiam non procedentia per os a corde/inquinare hominẽ. **Homicidia/adulteria/fornicationes/furta/falsa testimonia/blasphemię.** Tam furta q̃ homicidia/adulteria & fornicationes nõ sunt peccata oris sed operis: numerantur tamẽ inter procedẽtia ex ore, quoniã naturali suo progressu prius dicuntur q̃ fiant/& mediante sermone fiunt. ℣ **Hęc sunt quę coinquinant hoiem. Non lotis aũt manibus manducare/non coinquinat hominẽ.** Concludendo redit ad propositã qõnem applicando. Quia nõ ablutis manibus mãducare redundat forte in impuritatẽ eius qđ intrat in os/& non qđ intrat in os inqnat hoiem, cõsequens est vt nõ lotis manibus mãducare nõ coinquinat hoiem.

Et egressus inde iesus/secessit in partes tyri ⁊ sidonis. ciuitatũ gentilium. **Et ecce mulier chananea/a finibus illis egressa, clamauit/dicens ei. Miserere mei domine fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum.** Cõfundit matthæus loca. Primũ nãq; apud matcum mulier hæc ingressa est domũ in qua erat iesus: & non habito ibi responso a iesu secuta est iesum egressum de domo/clamans post eum. & nec sic meruit respõsum. **Et accedentes discipuli eius, rogabant eum/dicentes. dimitte eam q̃ clamat post nos.** ℣ **Ipse autem respõdens ait. non sum missus.** corporali præsentia. **nisi ad oues quę perierunt domus israel. At illa venit ⁊ adorauit eum.** Genuflectendo/seu alias iuxta morem illorũ reuerentiale signũ monstrauit. ℣ **Dicens. domine adiuua me. Qui respõdens ait. non est bonũ sumere panem filiorũ ⁊ mittere canibus. At illa dixit. etiã domine. Nam ⁊ catelli edunt de micis q̃ cadunt de mensa dominorũ suorũ.** ℣ **Tunc respondens iesus ait illi. o mulier magna est fides tua.** Putasses debuisse dici. magna est cõstantia tua/perseuerans nõ solum pluries habita indigna responsione/postq; repulsos intercessores apostolos, sed etiã nuncupata canis. Sed iesus qui intuetur cor/fidem cõmendat magnã: quia fides in ipsum iesum/sua magnitudine superauit negatas responsiones/repulsas & ignominias. **Fiat tibi sicut vis. ⁊ sanata est filia eius ex illa hora.**

Et quum transisset inde iesus, venit secus mare galileę: ⁊ ascendens in montem/sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbę multę: habentes secũ mutos/cęcos/claudos/debiles. pro. **mutos/⁊ alios multos: ⁊ proiecerunt eos ad pedes eius. Et curauit eos. ita vt turbę mirarentur: videntes mutos loquẽtes. Deest. mutilos incolumes/claudos ambulantes/cęcos vidẽtes. ⁊ magnificabant.** pro. **glorificabant/deum israel.**

Iesus autem conuocatis discipulis suis/dixit. Misereor turbę. Misericordia proprie est passio

animi:& est tristitię species:condolentia.s.alienę miserię velut proprię.Sicut autem in iesu fuit timor & tristitia/ita fuit misericordia:ad verificādum verum animum humanum in ipso.**quia iam triduo perseuerant mecum.** Multa deuotio illius turbæ erga prædicationē & miracula christi monstratur in triduana mora in deserto cum iesu.**ꝛ non habent quod manducent:ꝛ dimittere eos ieiunos nolo,ne deficiant in via.Et dicūt ei discipuli.vnde ergo nobis in deserto panes tantos.**pro. **tot/vt saturemus turbam tantā!Et ait illis iesus.quot panes habetis!At illi dixerunt.septē ꝛ paucos pisciculos.Et præcepit turbę.**pro.**turbis/vt discūberent super terram.ꝛ accipiens septem panes ꝛ pisces:ꝛ gratias agens/fregit/ꝛ dedit discipulis suis:ꝛ discipuli dederunt populo.**pro.**turbę.ꝛ comederunt omnes,ꝛ saturati sunt.Et qđ superfuit de fragmētis/tulerunt septem sportas plenas.Erant autē qui manducauerunt quattuor milia hominū.**pro. **viroꝝ:extra.**pro.**præter/paruulos ꝛ mulieres.Et dimissa turba.**pro.**dimissis turbis.** Semp iesus refecta miraculose turba/licentiat illam.nam & similiter fecit saciatis quinq; milibus ca.præcedente.exēplum præbens fugiendi publicas laudes ex cōmuni beneficio sequentes:& simul subtrahens herodi ac iuuidis/occasionem suspicandi in ipso quācunq; ambitionem.**ascendit in nauiculam:ꝛ venit in fines magedan.**pro.**magdala.**Nomen est regionis.

CAPVT .XVI.

Et accesserunt ad eum pharisęi ꝛ sadducęi tentantes. Sadducęi est nomē sectæ aliæ a secta phariseoꝝ. Qui licet inter se diuisi sint & cōtrarii, vniuntur tamen cōtra iesum.**ꝛ rogauerunt eum vt signū de celo ostenderet eis.** Quātum ex ioānis euangelio colligit/isti non petunt signum de cœlo absolute,sed in testimonium q̄ ipse iesus est messias:volentes sic explorare an sit messias.vel potius quid respōdeat/quid faciat post hoc quæsitum.**At ille respōdens ait illis.Facto vespere dicitis.serenum erit:rubicūdum est enim cęlum.ꝛ mane/hodie tempestas:rutilat.**pro.**rubet/enim triste cęlum.** Intellige signa hæc tam vespertini q̄ matutini ruboris iuxta regulam naturalium signorū:quæ non semper sed sæpe verificantur.**Faciem ergo.** Deest hypocritę. Legendū est.**hypocritę faciem quidem cęli diiudicare nostis:signa autem temporū non potestis scire.** Huc tendit antedictus sermo,redargutionē eorum inferēdicendo q̄ ex præcedentibus signis didicistis iudicare futuram pluuiam vel serenitatē,& signa præsentia temporū messiæ non solum nescitis sed non potestis scire ob vestram maliciā. Et dixit hoc q̄ signa temporū messiæ certiora & clariora erant q̄ signa plūuiæ & serenitatis/ad significandū eorū inexcusabilitatē.**Generatio mala ꝛ adultera signum quęrit:ꝛ signum non dabitur ei nisi signum ionę prophetę.** Hæc supernus expositа sunt in ca.12.Duo tamē nota.Alterum q̄ non dedignatur dominus eadem diuersis tēporibus pluries docere.ecce hic repetit signum ionæ. Alterū q̄ dando istis signum ionæ(quod est dare signū suæ mortis/sepulturæ & resurrectionis)monstrat q̄ signum de cœlo quærebāt in testimonium messiæ. ad hoc enim directe tendit signum ionæ.mors nāq; ac resurrectio iesu,testimonium locupletissimum fuit & est q̄ ipse est messias.**Et relictis illis abiit.**

Et cum venissent discipuli eius trans fretum.pro.**in vlteriorē ripam/obliti sunt panes accipere.Qui dixit illis.Intuemini.**pro.**videte/ꝛ cauete.**pro.**ꝛ attendite/a fermento pharisęoꝝ.ꝛ sadducęoꝝ.** Fermentum metaphorice modo ad malū modo ad bonum transfertur. Superius regnū cœlorum fermento absconditо assimilatur/propter spiritalem penetrationē ad bene reddendū totam farinam: hic pestifera doctrina phariseoꝝ & sadducęoꝝ assimilatur fermento/propter hoc q̄ occulta eleuat ad similitudinem fermenti absconditi sub farina conspersa eleuantis totam massam.erat enim doctrina inflatiua cordis:vt ipsorū vana gloria testatur.**At illi cogitabant inter se/dicentes q: panes nō accepimus.Sciens autē iesus/dixit.quid cogitatis inter vos modicę fidei/q: panes non habetis.**pro.**non accepistis! Nondum intelligitis,neq; recordamini qūnq; panum in quinq; milia hominū/ꝛ quot cophinos sumpsistis!neq; septē panum in quattuor milia hominū,ꝛ quot sportas sumpsistis!Quare.**pro.**qūo/non intelligitis q: non de pane dixi vobis cauete.**pro.**attendite/a fermento pharisęoꝝ.ꝛ sadducęoꝝ.Tunc intellexerunt q: non dixerit cauendum a fermento panum.**pro.**panis:sed a doctrina pharisęoꝝ.ꝛ sadducęoꝝ.**

Venit autem iesus in partes cęsareę philippi.ad differentiam cęsareę herodis patris. Et hic quidem in honorem augusti quæ olim dicebatur turris stratonis cæsaream,ille in honorē tiberii vrbem paneam nuncupauit cæsaream quæ cognominatur philippi.**ꝛ interrogabat discipulos suos/dicens.quem dicunt.** Deest me. Legendum est.**quem me dicunt homines esse,filium hominis!** Exemplum dedit iesus prælatis vt non negligant scire quid de ipsis dicitur.**At illi dixerunt.Alii ioānem baptistam.** Herodiani hoc putabant,putantes spiritum ioannis occisi ingressum in iesum.**alii autem heliam.** Venturū enim expectabant heliam/iuxta verbum malachiæ pphetæ.**alii vero hieremiam,aut vnum ex prophetis.**Egressum animarū in corpora omnes isti presupponebant:ex cepta opinione heliæ.**¶ Dicit illis iesus.vos autē quem me esse dicitis!** Quātum profecerint sequendo ipsum/audiendo doctrinā/videndo miracula/experiendo vitam & mores ipsius,examinat.

Respondens autē simon petrus dixit. Iesus omnes interrogauit,non tamen omnes respondent/nec petrus consultat cum alijs responsionē:sed(vt postea dominus testatē)tactus interna reuelatione/statim respōdet.**Tu es christus.** Profitetur ipsum esse messiam verum hominē/regem vnctum a deo.**filius dei viui.**pro.**viuentis.** Non sat fuit phiten ipsum esse messiam:sed profitef explicite ipsum esse deum/phitendo filium naturalē dei. Ideo nāq; non dixit filium dei oīpotentis aut benedicti(ne filiatio adoptiua ex oīpotentia aut bñdictione dei facta significaret)sed dixit filiū dei viui/ad explicādum q̄ est naturalis filius dei:vtpote ex deo quatenus viuente,pcedens.naturalissimū siquidem est opus viuis omnibus inquātum viua sunt/generare alia qualia ipsa sunt:vt phi tradūt.Non dixit petrus tu es christus/tu es filius dei(quēadmodum dixit nathanael nesciens mysteriū trinitatis/accumulando excellentias messiæ)sed naturalem generationē filii cōtinua oratione/explicata ratione gignendi in noe viui/profitetur. **Respondens autem iesus dixit ei.Beatus es.** Vere beatus quum vniuersa naturæ facultate calcata ad notitiam diuinæ generationis elenatus est.**simon bar iona.** Non est vna dictio bar iona,sed duæ sunt dictiones,s.bar & iona. Bar enim idē est quod filius:& iona nomen est patris naturalis ipsius petri. Nuncupauit eum nomine ꝓprio simon/& cognominauit filium ionæ.tum vt intelligeremus q̄ nō ad apostolū/non ad omnes discipulos,sed ad ipsum singulare hominem vocatum simonem genitum a iona/sermonē dirigit præsentem.hæ enim circūstantiæ discretiuę sunt ipsius ab aliis:ideo sunt nominatæ.Tum vt intelligeremus professionē petri(.s.filius dei viui)esse de filiatione non adoptiua/non excellentię sed naturali intelligendā.Ac si aperte diceret.ita ego sum filius dei sicut tu es filius ionæ.ad hoc enim introducit simonē bar iona, vt sensum reuelatæ diuinæ filiationis etiam ipse petrus in exēplo propriæ filiationis clarius intelligat.**Quia caro ꝛ sanguis non reuelauit.** Si ioānes aut alius cōsanguineus iesu dixisset aut docuisset hanc professionē/attributa fuisset carni & sanguini:sed vbi petrus nulla necessitudine carnis & sanguinis coniunctus iesu/nulla cum cōsanguineis iesu collatione habita prorupit in professionē hanc,merito audit q̄ non a carne & sanguine hanc habet.**tibi.** Non dicit vobis.soli enim petro significatur reuelatio hæc facta.**sed pater meus qui in cęlis est.** Non dicit sed ego docui te.non enim adhuc mysteriū trinitatis eos docuerat:sed interna reuelatione petrum didicisse hoc significat/describendo reuelationē patris.pater enim spiritus est: & apte spirituali operatione in mente hominis operari describitur.**Et ego.** Præuentus tu a patre meo reuelatione dixisti mihi/tu es &c̄.& ego prosequendo cœpta a patre/& ego vicissitudinē tibi reddendo.**dico tibi** non vobis.**quia tu.**non vos.**es.**non solum vocaris.**petrus.**saxum.**ꝛ super hanc petram.** Ecce ad quid es petrus/ad quid es saxum:ad officium.s.fundamenti. Pronomen siquidē hanc demonstrat saxum de quo est sermo:de nullo autē saxo prēmissus est aut sequitur sermo nisi de petro:ipse igitur petrus fm planum contextū literæ demonstratur per pronomē hāc. Ac si apertius diceret. tu es saxum & super hoc saxum,**ędificabo ecclesiam meam.** Te qui iam es saxum/efficiam fundamentū ędificando ecclesiam meam super te. Principatū ecclesiæ petro promittit/qualē fundamentū obtinet in ędificio. fundamentum ecclesiæ petrum facturū se iesus promittit:quia sustentādam prædestinauit ecclesiam super firmitatē sedis petri. Vide huius lectionis mysteria per nos latius diffusa in opusculo de institutione pontificatus a iesu christo:ne eadem repetamus.**ꝛ portę inferi non pręualebunt.** Vt intelligamus ędificium ecclesiæ nullis cōtrarijs concutiendū/ac per hoc non humana sed diuina virtute consistere,declarat vanum conatū omnium contrariorū ad destructionē illius.Non dicit & hereses/& tyranni/& perditi mōbus,sed portæ inferi:vt significet non solū humanas vires fm seipsas sed etiam quatenus sunt portæ inferi:hoc est quatenus diaboli vtuntur humanis studijs ac viribus velut portis inferni:per quas.s.aditus sit ad inferos/per quas pateat infernus omnibus. Ira q̄ per hoc excluduntur vires non solū humanæ sed diabolicæ.omnes siquidē succūbent ecclesiæ:quantūcunq; enim conentur euellere ecclesiam nunq̄ prætualebunt.**aduersus eam.** Non dicit aduersus delicias/diuitias/tempora/lesq; potentatus eius,sed aduersus eam:quę constat ex cōgregatione fidelium in vna fide/spe & charitate. Immo quāto contra ecclesiæ tēporalia magis prætualuerunt/tanto magis ecclesia aucta est numero vel merito:vt patet in actibus apostolorū/gestis martyrum/& cōparatione ecclesiæ diuitis ad olim paupere. Discurre per singulos status ecclesiæ.**Et tibi.** nō vobis.**dabo.** Modo promittit:postq̄ resurrexit dedit ioā.vlt.pasce oues meas.**claues.** Multis metaphoris describit iesus principatū petri.prius enim descripsit ex similitudine petræ fundamētalis in ędificio:modo describit a similitudine clauium. Consuetudo testatur q̄ principibus primū venientibus ad regnum seu acquirentibus regnum/offeruntur claues,in signū supremi dominij super illo regno/ciuitate seu arce. Huius moris instar claues petro daturum se promittit:significando q̄ supremam potestatē in ecclesia sua illi daturus est.¶ Pluraliter aūt dicit claues:quia suprema potestas cōstat ex duabus rebus. Altera est autoritas discernendi/iudicandi ac diffiniendi ea quæ sunt regni cœlorum,sine pro siue contra.Et hęc est clauis appellata clauis scientiæ.Altera est autoritas faciendi seu exequendi diffinita.& hæc appellatur clauis potentiæ.**regni cęlorum.** Non dicit regni terrarum. Sicut enim ipse iesus abstinuit & abstinet a sensibili regimine regni terrarum(quia adhuc nō accępit possessionem/q̄uis accęperit potestatem regni terrarū:sed sedet

a dextris dei donec veniat tẽpus iudicii vniuersalis quo accipiet possessionem regni terrarum)ita nec petro promisit claues regni terrarum/sed regni cœlorũ. Tota petri potestas refertur ad regnum cœlorum/ad gubernandum mundum in ordine ad regnum cœlorum/in ordine ad salutem animarum/in ordine ad ea quibus regnum cœlorum in hominibus seruatur ac augetur.quæ constat esse bona spiritualia. Quo fit vt temporalia non cõprehendantur sub potestate petri nisi relata ad spiritualia. **Et quodcunqʒ.** Si clauium officia propria explicare intenderet/aperueris & clauseris dixisset:sed vbi ad ligandum & soluendum transit,taciris officiis clauium adiungit officia potestatis promissæ in collatione clauium. Ita ꝙ soluere est non solum a vinculis peccatorũ/pœnarum/præceptorum/iuramẽtorum votorũꝙ liberare,sed a nodis emergentium difficultatum circa ea quę sunt fidei declarando absoluere.& similiter ligare non solum est præceptis astringere ad ea quæ sunt regni cœlorum,sed etiam diffiniendo errores ac hereses arcere ne dãnata credant. **quodcunqʒ.** non aliquid sic & aliquid non. **ligaueris.** Non dicit putabis aut pronũciabis ligare,sed ligaueris ſm rei veritatem. **super terraʒ.** Limitatur hinc potestas petri ad ea quæ super terram liganda aut soluenda sunt/ad differentiam eorum quæ sunt sub terra:qualia sunt quæ sunt apud inferos seu purgatorium. Illa enim sicut exempta sunt a cognitione petri(nõ enim potest petrus cognoscere causas eorum)ita exempta sunt a iurisdictione petri.transierunt siquidem a foro militantis ecclesiæ ad forum iesu christi regnantis in cœlo. **erit ligatum ⁊.** superfluit &. **in celis:⁊ quodcunqʒ solueris super terram/erit solutum ⁊.** superfluit &. **in celis.** Admiranda efficacia vt ligatio a petro facta super terram penetret cœlos:sed tam stupenda efficacia quẽadmodum terribilis est ligato a petro/ita librãda traditur ab ipso petro/Colligere siquidem hinc potest & debet ꝙ non ad libitum ligat super terram,sed tunc tantũ quãdo vinculum ratificatur in cœlis:& similiter non ad libitum soluit,sed tunc tantũ quãdo solutio rata est in cœlis.alioquin voluntarias imo etiam malas petri ligationes & solutiones/cœlestis cogeretur curia approbare:quod est non solum stultum sed blasphemũ. Et explicauit iesus per huiusmodi/efficaciam eius quod prius dixerat.s.claues regni cœlorum.nam per hoc aperuit petri actiones ligando & soluẽdo pertingere ad cœlos/**Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset iesus christus.** Non erant capaces homines ante christi glorificationẽ tanti mysterii.ſꝙ ille homo esset messias filius dei viui.& propterea prohibet dominus apostolis(qui tunc hoc dictum a petro/audierant a iesu non solum approbatum sed testificatum ꝙ ex diuina reuelatione prodierit)ne publicẽt mysterium hoc. Ac si aperte dicat.Sufficit pro nunc vt prædicetis ꝙ appropinquauit regnũ dei/vt vobis præcepi:reseruate mysterium hoc prædicandũ futuro post meam glorificationẽ tempori.Præcepit etiam hoc silentio interim supprimendum,ne ambitioni regii tituli aut honoris studere videretur:christus.n.regium est nomen. sciebat.n.ꝙ hac cã crucifigendus erat:sed nolebat date occasionẽ/nolebat ꝑuenire tempus ꝑdiffinitũ. **Exinde cepit iesus ostendere discipulis suis.** Non prius promulgat discipulis mysteriũ passionis & resurrectionis suæ q̃ promulgauerit eisdem se esse messiam verum hominẽ & verum deum:vt ex monstrata prius vtraq; natura ipsius/capaciores reddantur passionis & resurrectionis. **ꝙ oporteret eum ire hierosolymã:⁊ multa pati a senioribus ⁊ scribis ⁊ principibus sacerdotuʒ ⁊ occidi ⁊ tertia die resurgere.** Oporteret inq̃ ad salutẽ humani generis/ad intrandũ in ꝓpriam ipsius christi gloriam,ex diuina ꝑdestinatione ipsum pati/occidi & resurgere. Et dixit hæc/instruendo discipulos de modo & tẽpore quo ipse propriam messię gloriam habiturus esset,qui modo tam abiectus conuersabatur.expectabatur enim messias rex glorioſus redẽpturus israel. **Et assumens.** seorsum ducens/ne coram aliis videretur arguere magistrum. **eum petrus/cepit increpare illum,dicens.** Imperfecta increpatio significatur.amoris enim nõ solum affectu sed signis petrus quãdam increpationis speciem prę se ferebat. **Absit a te.** pro. **propicius tibi sis/domine.** Horrentis est passionẽ & occisionem dñi. **non erit tibi hoc.** Multus amor præsagire facit falsum. **Qui conuersus dixit petro.** Corporeã faciem versus petrum vertit: quum collateralis audisset ipsum. **vade.** pro. **abi post me.** Eadem increpatione emittit petrum qua emiserat diabolũ tentantem:sed non eodem affectu.Diabolum enim eiecerat totaliter & absolute:petrum vero totaliter eiicit ſm officiũ aduersarii.propter quod subiungit rationes.scandalũ mihi es/& non sapis ea quæ dei sunt.Per hæc enim significat differentiã inter vtriuſq; eiectionem:dum diabolus eiectus est sine adiũctis rationibus/tanq̃ eiectus absolute:petrus vero cum adiũctis rationibus/tanq̃ eiectus ſm quid. Vide expositionẽ horum verborum superius ca.4 **satana.** Non est diaboli nomen proprium satanas:sed in genere significat aduersarii.Omnis enim qui aduersatur/satanas est.Et quia petrus aduersabatur diuinæ dispositioni quã audierat ex ore iesu christi(qua oportebat ipsum ĩ hierusalẽ pati & occidi)ideo merito appellatur satanas:hoc est aduersarius. **Scandalũ es mihi.** quãtum est ex parte tua.offendiculũ.n.te mihi exhibes/sub spẽ boni suadens impedimẽtum salutis mũdi:quis ego alienus sim a patiendo scandalũ/ab offendendo in quodcũq;. Et hæc rõ summe ab exteriori locutione scãdalosa. **qz non sapis ea quę dei sunt,sed ea quę hoium.** Rõ erroneæ suasionis in petro aperit qa adhuc nõ sapiebat q̃ dei sunt.adhuc nõ gustauerat qđ postea gustauit:quũ iuit gaudens a cõspectu concilii flagellatus qa dignus fuit pro nole iesu cõtumeliã pati. Sed humano

vigente adhuc affectu/sapiebat quæ hominũ sunt:vitare passiones fugere mortem/& similia.Hæc est altera ratio sumpta ab interiori mala seu minus bona dispositione petri. Confer petrum satanã/scandalum & non sapientẽ diuina sed humana,cũ petro beato/cui pater reuelauit ꝙ iesus est christus filius dei viui:& discernes petrũ ſm seipsum a petro diuina fulto gratia:& intelliges nõ suffragari percepta diuinæ gratiæ dona,si postea non perseuerat assistentia eiusdem diuinæ gratiæ.

Tunc. occasione accepta ex petri affectu ad hęc humana. **iesus dixit discipulis suis. Siquis vult post me venire.** Dixerat petro vade post me:declarat modo quid est ire post eum. **abneget semetipsum.** Alibi dixit/nisi quis renũciauerit omnibus quæ possidet:hic dicit vt abneget non sua/non suos, sed semetipsum/hoc est ꝓprium velle. Hoc enim est præcipuũ in homine:quo homo de seipso disponit/quo seipsum fouet. Quod põt abnegari/submittendo illud diuino velle diuinoq; consilio. **⁊ tollat crucem suam.** Non sufficit volenti ire post iesum optima animæ dispositio abnegando sui velle:sed oportet vt etiã ſm corpus sit optime dispositus/volũtarie portando cruciatus suos. **⁊ sequatur me.** Nihil prodest negare ꝓpriam voluntatẽ/nihil prodest tollere libenti animo crucem propriam,nisi sequatur me/nisi imitando me hæc fiant.quacunq; siquidẽ alia ratione hæc fiant/vana sunt. **Qui enim.** Dixerat si quis vult venire/monstrans voluntariũ esse ire post christũ:ne putares sic volũtarium vt nõ sit etiã necessarium ad salutẽ animæ,adiungit necessitatẽ non coactionis sed finis.ſꝙ sequẽdo ipsum peruenitur ad vitam,& non sequẽdo perdit vita. **voluerit.** propriam voluntatẽ adimplendo. **animaʒ suam.** vitam suam. **saluam facere.** non abnegando seipsum/non tollendo crucẽ suam/non sequendo me. **perdet eam.** quia amittet ipsam trãseundo de hac vita ad mortẽ ęternam. **Qui autẽ perdiderit propter me.** In quo cõprehenduntur illa tria.ſ.abnegare seipsum/tollere crucẽ suam/& sequi me. **animam suam.** vitam suam. **inueniet eam** trãseundo de hac vita in vitam æternã. **Quid enim ꝓdest pro.** ꝓdeſt/**homini si vniuersum mundum lucretur.** Ne parui faceres dãnum aut luctum vitæ post mortem/monstrat incõparabilitatem vitæ ad totius mundi lucrũ. **animę vero sue.** hoc est vitæ suæ quæ simpliciter est vita,non vitæ tẽporalis quæ partim est mors. **detrimentum patiatur?** priuatione illius. **Aut quã dabit homo cõmutationem.** Non sufficit saluatori declarare dãnum vitę nõ posse cõferri cum lucro totius mundi:sed declarauit etiã ꝙ non potest redimi tale dãnum quacũq; humana cõpensatione. **pro anima sua?** pro vita sua quę simpliciter est vita.quasi dicat nihil.Ex quibus habes necessariũ esse abnegare seipsum &cẽ.si inuenienda est vita post hanc vitam:alioquin perdetur. **Filius enim.** Dixerat sequaces suos inuenturos moriendo vitam/saluantes autẽ vitam suam perdituros illam:declarat modo qũo/quãdo/quibus meritis & a quo erit vita & perditio post mortem. **filius hominis.** Ecce autor. **venturus est.** Ecce quando. **in gloria patris sui cuʒ angelis suis.** Ecce qũo ex parte autoris. **⁊ tunc reddet.** Ecce qũo ex parte actionis.modus siquidẽ iustitiæ significatur per reddere. **vnicuiq; ſm opera eius.** Ecce merita. **¶ Amẽ dico vobis.** Dixerat indeterminate tẽpus.& ne longum putes,determinat tam proximũ esse vt illa ætate futurũ sit. **sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortẽ donec videant filiuʒ hominis venientẽ in regno suo.** Proculdubio omnes qui viderunt iesum post ipsius resurrectionẽ/viderunt ipsum in regno suo:ipso dño attestante, qui in cęna dixit.non bibam vobiscũ donec bibam vobiscũ in regno patris mei. Resurgens.n.venire cœpit in regno suo:data sibi omni prãte in cœlo & in terra/adepta immortalitate & corporis gloria,nõ transitorie(vt in trãsfiguratione)sed immobili ꝑmanentia. ¶ Non oẽs aũt sed quosdã dixit astantiũ viſuros/propter iudã iscariotis.Et forte alii intererant discipuli qui non ꝑseuerauerunt cum ipso.

CAPVT .XVII.

Et post dies sex. Lucas dicens fere dies octo/non cõtrariatur huic textui:qa solos interme dios dies cõputauit matthæus,lucas aũt etiam extremos dies:hinc verboꝝ/inde transfigurationis.constat enim ꝙ octo existentibus diebus cõputando extremos,tantũ sex sunt intermedii. ¶ Et curã ordinis rei gestæ habuit euangelista specialẽ:quia prælibatio quædã regni christi fuit hæc trãsfiguratio.& in hac cœpit adimpleri ꝓmissio/sunt quidã de hic stantibus:pro quanto similitudo quædã ipsius iesu glorioſi monstrata est. **assumpsit.** pro. **assumit/iesus petruʒ ac iacobum ⁊ ioãnem fratrem eius: ⁊ duxit.** pro. **subducit/illos in montem excelsum seorsum.** Nullus euangelista explicat quis mons fuerit:sed ꝙ ad orandum ascenderit,& orando transformatus est. **⁊ transfiguratus est ante eos.** non mutatione lineamentorũ,sed qualitate gloriæ.erat enim & apparebat etiã tunc iesus eiusdẽ non mutatę figuræ,sed muratæ qualitatis. **Et resplenduit.** pro. **splẽduit/facies eius sicut sol.** Declarat transfigurationẽ. Si consideremus ꝙ transfiguratio hæc facta est in testimoniũ glorioſi aduẽtus christi,consentaneũ apparebit ꝙ splendor hic ex gloria interna/animę christi coęua ab initio creationis suæ/diuina dispẽsatione emanauit:& nõ ab extra aduenit,vt splẽdor faciei moysi.nam sic eadẽ videt gloria corporis quę post resurrectionẽ erit,q̃is nõ eodẽ modo:qa tũc erit tanq̃ cõnaturalis corpori,in transfiguratione aũtẽ tanq̃ passio transitoria. **vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix.** pro. **lux.** seu lumen. Vt splendorẽ non spiritualẽ sed corporeũ intelligamus, candor vestimentoꝝ ex splẽdore corporis cõsurgens testat. **Et ecce apparuerunt.** pro. **visi sunt/illis**

Universidad de Navarra
Biblioteca

moyses ⁊ helias. vt in ipsis testimonia legis & prophetarum de iesu/apostoli cernerent. cum eo loquentes. vocali nō intellectuali aut imaginario sermone. Loquebātur aūt (vt lucas refert) de passione & morte iesu christi. ℟ Ridens aūt petrus/dixit ad iesum. ℣ Die bonū est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum/moysi vnū/⁊ helię vnū. Rādet petrus nō loquenti secū, sed discessui moysi & heliæ. Quum.n. moyses & helias discedere vellent (vt ex luca patet) petrus obuiare volens discessui/& sistere illos cupiens ibi cum iesu/dixit bonū est &c̄. Nec mirū: quia nesciens quid diceret loqbat. ℣ Adhuc eo loquēte, ecce nubes lucida obūbrauit eos. ℟ Et ecce vox de nube/dicens. ℣ Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. In baptismo paterna vox non dixit ipsum audite: sed modo hoc addidit ppter mysterū. tunc.n. regeneratio/modo doctrina significatur. Et propterea tunc satis fuit testificari ꝙ est filius: modo oportuit testificari etiam ꝙ est doctor audiendus a mundo/presertim de futuris in alia vita: quę iesus prædicabat/propter quæ transfiguratio ista patrata est. Et audientes discipuli/ceciderunt in faciem suam, ⁊ timuerunt valde. Et accessit iesus/⁊ tetigit eos: dixitq; eis. surgite ⁊ nolite timere. Leuantes aūt oculos suos/neminē viderunt nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte/præcepit iesus dicens. nemini dixeritis visionē donec filius hominis a mortuis resurgat.

Et interrogauerunt eū discipuli/dicentes. Petrus/iacobus & ioānes viso helia cū iesu/mouent in descensu montis qōnē de aduentu heliæ. Quid ergo scribę dicunt. Piscatores erant nescientes legē & prophetas nisi ex auditu a doctoribus legis, qui scribæ vocantur. ꝙ heliam oportet primū venire! Ante messiæ aduentū ex malachiæ vlt. ca. audierant isti cōtraria. nam a scribis intellexerant ꝙ helias præcederet aduentū messiæ: ab ipso vero helia & moyse audierant iesu messię passionē & mortem imminere. Ideo viderant heliam recessisse. vnde perceperant ꝙ non esset helias tunc venturus. Et pterea quærūt quomodo hæc verificantur. At ille respondens ait illis. Solutio quæstionis subdit: distinguens de helia in propria persona/& de helia in spiritu & virtute. & ꝙ ille venturus est: iste iam venit incognitus & occisus. Helias quidē. in propria persona, de quo loquuntur scribe. venturus est. Deest. prius. vt malachias pphetauit/ante aduentū meum ad iudiciū mundi. ⁊ restituet omnia. israel/in prædam abducta ab antichristo: qa tunc omnis israel saluabit. Redder omnes fidei veri messiæ: restituet omnia israel/in regnum cœlorū reducendo omnes illos. ℣ Dico aūt vobis. tanq̄ spiritualis sensus capacibus. quia helias. in spiritu & virtute: vt angelus gabriel dixerat. iaz venit. & testimoniū perhibuit de me. ⁊ non cognouerunt eum. Ne discipuli intelligerent dominū dicere ꝙ helias venisset tunc quū apparuit in transfiguratione, subiungit. Et non cognouerūt/iudęi, eum: vt patet tum ex eo ꝙ dixerūt demonium habet. tum ex eo ꝙ dixerunt se nescire vnde fuerit baptismus eius/e cœlo an ex hoibus. sed fecerunt in eo. pro. ei/quecunq; voluerunt. Non dicit & dixerunt (quod ex euangelio cōstaret) sed fecerunt: quod ex euangelii historia nō habetur. nisi quia primates galileę conuue in natali herodis/consuę describuntur decollationis ioānis: dum scribitur ꝙ etiā propter simul discūbentes iussit herodes caput ioānis afferri. Quum enim dns significet iudæos dicendo non cognouerūt sed fecerunt/& herodes ac herodias non fuerint iudæi sed pselyti, oportet aut ppter dictam cōcausalitatē aut ppter aliam non scriptam intelligere iudęos cōcurrisse ad necem ioānis. ℣ Sic ⁊ filius hominis passurus est. Ratio quare iesus misceat quæstioni de helia ioānem insinuatur: vt. s. discipuli intelligerent ꝙ nō mystice sed in veritate ipse esset passurus mortē sicut ioānes passus est mortē. tam alieni siquidē erant discipuli a passione christi, vt oportuerit iesum toties repetere & exēplo ioānis baptistæ instruere: vt intelligerent ꝙ vere esset passurus & occidendus. ab eis. a quibus passus est ioānes. Sed pnomen eis non exercet demonstrationē personalem sed simplicē: hoc est non demonstrat easdē personas a quibus passus est ioānes, sed eadem genera personarū. passurus enim erat a iudæis/a gentilibus & proselytis. Quānis etiam ab eodem herode iesus passurus erat ignominiā illusionis. Tunc intellexerunt discipuli ꝙ de ioāne baptista dixisset eis. Ecce capacitas spiritualis sensus in discipulis.

Et quum venisset. pro. venissent. de monte. ad turbam, accessit ad eū homo genibus prouolutus ante eum. pro. genua flectens ei, dicens. ℣ Domine miserere filio meo: qr lunaticus est. Ægritudinis naturalis nomen est: sed adiunctū habebat hic dæmoniū/surdum & mutū illum reddentem apud alium euangelistā. ⁊ male patitur. nam sępe cadit in ignē: ⁊ crebro in aquā. Et obtuli eum discipulis tuis: ⁊ non potuerunt curare eum. ℟ Respondens autem, iesus ait. O generatio. Non indignati sed arguentis sunt verba: non contra homines sed contra vitia incredulitatis & peruersitatis perseuerantia inter tot miracula tanto tępore quo apud eos prædicabat. incredula. Ecce vitium in intellectus assensu. Et in hoc tangit ratio quare puer ille non est curatus a discipulis. s. ppter modicā fidem discipulorū & patris pueri. In genere tñ increpatio fit, quia cōmune erat vitium. ⁊ peruersa. pro. distorta. in affectu. quousq; Perseuerātiam illorū in his malis significat a longo tempore præsentiæ suæ. ero vobiscum. conferens vobis beneficiū præsentiæ meæ: prædicando/exēpla præbendo/& miracula faciendo tanq̄ in vanum. vsq; quo patiar vos. Eandē perseuerantiam in vitiis exaggerat ex eo ꝙ inferunt iesu passionē vitia illorū tandiu perseuerātia. Ac si aperte diceret. quādo finietur

tempus

tempus tolerandi vos in istis vitiis! quasi dicat/tempus iam esse deberet mutationis vestræ. Afferte huc illum ad me. Ne putaretur increpatione diuertere curam difficilem/non obstante incredulitate & peruersitate impartitur beneficiū sanitatis. Et increpauit iesus illum. dęmonē/arguentis officiū exercens. ⁊ exiit ab eo dęmonium: ⁊ curatus est puer ex illa hora.

Tunc non ibi sed postq̄ venit domū. accesserunt discipuli ad iesum secreto. pro. seorsum/⁊ dixerunt quare nos non potuimus eicere illum. pro. illud! ℣ Dicit illis iesus. propter incredulitatē vestram. non ppter defectū potestatis a me vobis traditæ super dęmonia. potestas illa nō deficit, sed fides vestra deficit: quæ necessaria est ad vsum potestatis sup dęmonia. ℣ Amen quippe dico vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis. hoc est fidem magnā in virtute. multa enim efficaciam ad sensum habet sinapis granū. dicetis monti huic transi hinc. Deest. illuc/⁊ transibit: ⁊ nihil impossibile erit vobis. ℣ Hoc aūt genus. Instruxit apostolos ꝙ ad vsum potestatis faciendi miracula/necessaria est perfecta fiducia facturi miraculū: modo instruit oportere quādoq; cōcurrere orationem & ieiunium/quia opus ipsum hæc exigit. Non dicit hoc genus ægritudinis: sed dicendo non eicitur pro. egreditur. seu in nullo pōt exire (vt marcus habet) significat ꝙ demonstrat genus dęmonii/redentis hominē surdum & mutum/agentisq; illum ab infantia & modo in ignē modo in aquā. Nouit ipse iesus solus quare hoc genus dęmonii exigit orationē & ieiunium ad hoc vt egrediatur. sed cuius orationem ac ieiunium exigat non explicatur. Suadet tamē ratio ꝙ vexati curandi requirit oratio ac ieiunium illo medio tępore quo quieuit & nō vexatur: quoniā ex parte operis significat hæc exactio, dicendo hoc genus non eicitur/seu in nullo pōt exire. Ita ꝙ ex parte ministrorū exigitur perfecta fides: ex parte vero curandi exigitur oratio cum ieiunio. Et intellige hoc regulariter: quoniā potentia diuina non est alligata his regulis. vnde ipse dns absq; concursu orationis & ieiunii curauit illū. nisi per orationē. qua animus offertur deo. ⁊ ieiunium. quo corpus ieiunātis offertur deo. Perpende hinc quanti fiat a deo ieiunium: ex hoc ꝙ ad opera ardua ieiunii cōcursum requiri explicauit. ℟ Conuersantibus autē eis in galilęa/dixit illis iesus. filius hois tradendus est in manus hominū: ⁊ occident eum/⁊ tertia die resurget. Repetit iesus sermonem de passione/morte ac resurrectione sua: vt crebro audita imprimātur duris ad hæc discipulorū animis. Et contristati sunt vehementer. Discipuli nō penetrantes verba iesu/contristabantur dum crebro hæc audirent tam tristia: & non intelligentes sic futurum in veritate/timebant interrogare explanationem. ita ꝙ inde crebrior sermo de passione/hinc non intelligentia cum timore, tristitiam causabant magnam.

Et quum venissent capharnaū, accesserunt qui didrachmā. pro. didrachma. Drachma ponderis nomen est. s. octaua pars vnciæ. vnde ꝙ didrachmū/ duplex drachma significat. accipiebant. publicani. ad petrum. Reuerebanē iesum prædicatorē tanti nois: & nihilominus volebant censum a iesu. & ideo cōsulto adeunt petrum/familiarē iesu/priorēq; aliis discipulis. ⁊ dixerunt ei. magister vester non soluit. præsentis tęporis. didrachmā. pro. didrachma! Ait. etiam. Affirmantis est illius qđ publicani dixerant. s. ꝙ iesus nō soluit didrachma. Et quū intrasset in domū, pręuenit eum iesus/dicens. Hinc apparet petrū conclusisse cum publicanis ꝙ suggereret domi iesu de censu soluendo. nam nisi petrus fuisset allocuturus domi iesum de censu, non diceret euangelista ꝙ veniens domū præuenit petrum. ℣ Quid tibi videtur simon? reges terrę a quibus accipiunt tributum. pro. tributa. quod subiectæ tertæ quæ tributariæ sunt effectæ soluunt. Quod pompeius dicit primus instituisse in iudęa. vel censum. quod quilibet pro suo capite soluit. Quod augustus primo dicit imposuisse eisdē. vtrunq; soluere/subiectionis nō negociationis aut rerum erat. a filiis suis an ab alienis! Et ille dixit ab alienis. ℣ Dixit illi iesus. ergo liberi sunt filii. regis in quoliber regno. Ex eo ꝙ reges non sunt soliti a propriis filiis accipere tributū aut censum sed ab aliis/infert iesus in genere ergo liberi sunt filii. ita ꝙ ex differentia dicta a petro/infert iesus libertatē filiorū: ad subintelligendū vlteriorem conclusionem/ergo liber sum ego. Appellatione siquidē regis non solus proximus rex (puta herodes) sed supremus potius (puta cęsar) intelligit. Ita ꝙ ex eo ꝙ liberi sunt filii regis, absq; vlla cōtradictione habetur ꝙ filii supremi regis sunt liberi: ac per hoc ego qui sum naturalis filius æterni regis qui vniuersum regit/sum liber. Noluit aūt infere ergo liber sum ego/sed in genere ergo liberi sunt: filii: qa satis erat rōnē libertatis suæ monstrasse cōsistere in filiatione regis. Ut autē non scandalizemus eos. Non dixit vt aūt non scādalizem/sed scādalizemus: qa petrus erat mediator. & si per petrū negasset censum, nō solus sed cū petro scādalizasset eos. ℟ Rursus nō dicit vt aūt non scādalizent/sed dicit vt aūt non scandalizemus eos: ad significandū ꝙ de scādalo actiuo vitando loquit. Vbi perpende dctam. Supius phariſæos scādalizatos/dimittēdos censuit: qa non datū sed acceptū fuerat scandalū. hic curat ne scādalizemus: quia scandalū actiuū imminebat negando censum. Iesus.n. nō adhuc cognoscebat filius dei/adhuc non habebat liber, cuius esset. & ppterea si negatio census fuisset/actum scandali rōnem habuisset. Hæc nāq; cōditionalis est vera, cuius impossibile fuerit ꝙ iesus scandalizasset aliquē. vade ad mare ⁊ mitte hamum: ⁊ eū piscē qui primus ascēderit tolle. ⁊ aperto ore eius/inuenies staterem. Crediderim ego staterē a pondere gdem denoiatū quattuor drachmaꝝ (hoc est semiunciæ) sed spēm fuisse numi

matis. Quod ex eo conijcio q̄ iesus præcipit illum dandū publicanis. Si.n.pondus argenti nō monetati fuisset, non dixisset da illum/sed vende aut pmuta illū. **illum sumens/da eis pro me ⁊ te.** Hinc præter beneficentiā singularem exhibitā petro nō perenti, notandum est q̄ iesus quis loculos cōes habuerit penes iudam/noluit cōibus vti ad ꝓprium personaleq; debitum persoluendū: exemplum præbens prælatis vt cōmunibus ecclesiæ bonis non vtantur ad propria sed ad cōmunia.

CAPVT .XVIII.

In illa hora. Occasionem emulationis cuiusdā acceperant discipuli de primatu: videndo tres tantū discipulos ductos a iesu in montē/audiendo tot promissiones factas a iesu petro tibi dabo claues &c̄.& demum videndo q̄ iesus pro se & petro tantū soluit censum. **accesserunt discipuli ad iesum/dicentes.** Tacet matthæus disputationē discipulorū de primatu/tacet q̄ interrogati a iesu qua de re disputassent tacuerunt præ verecūdia: & transit ad vltimo gesta. **Quisputas.** pro. **quisnā/maior.** pro. **maximus/est in regno cęlorū?** Discipuli hinc erubescentes loqui de primatu inter se/inde stimulante passione, mutant seu honestant quæstionem: & non quærunt quis est maximus inter nos, sed in regno cœlorū & in statu viæ & in statu patriæ. ℣ **Et aduocans iesus paruulū/statuit in medio eorū.** Rudibus discipulis respōdet non solis verbis sed exēplo sensibili ante oculos eorū propositō. ⁊ **dixit. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis.** Respondet dūs cordibus eorū. peccatiens enim eos his verbis/significat illis se intelligere vnde puenit hæc quæstio: scilicet ex passione animi circa primatū. eo attestante ipsos non esse perfecte cōuersos ad regnū dei, sed adhuc aliquid auersionis ab illo habere. Quātum enim homo habet tumoris/quātum habet superbię, tantū habet auersionis a regno cœlorū. Necessitas itaq; indicit dicēdo/nisi &c̄. **⁊ efficiamini sicut paruuli.** non sensu sed malicia: hoc est sine malicia/sine superbia. **non intrabitis in regnū cęlorū.** Ecce ad qd necessarium est effici similes paruulis. Manifeste excluditur a regno cœlorū quisquis non efficitur sicut paruulus/alienus a malicia & superbia &c̄. Superbis enim deus resistit. **Quicunq; ergo.** Prius docuit discipulos humilitatē necessariam ad regnum cœlorū: modo mōdendo ad quæsitum docet humilitatē meritoriam maioritatis. **humiliauerit se.** Non verba/non gestus/non honores/non laudes/non signa sua, sed se. proprū enim humilitatis superbiæq; obiectū est ipsemet. Superbus magnificat seu exaltat se: humilis paruificat seu humiliat se. **sicut paruulus iste.** Exemplum est vt intelligant internā animi humilitatem ex quātitate paruuli & ex qualitate animi in ætate nō ambiente/non cōtrana regno cœlorum. vt hinc intelligamus humilitatem cōmendari & præferri ex parte cōtrarū: hoc est ad remouendam superbiam/cōtrariam & ingressui & profectui in regno cœlorū. **hic maior.** pro. **maximus/est in regno cęlorū.** Secūdum correspondentia debetur humilitati maioritas: sicut luctui cōsolatio & paupertati regnū. **Et qui susceperit vnum paruulū talem in noie meo/me suscipit.** Tertiam viri humilis dignitatē aperit/q; personā ipsius iesu christi agit apud suscipientes ipsum virū humilem in nomine christi. **Qui aūt scandalizauerit.** Quarta humilium dignitas ex pœna scandalizantis eos/pensanda describitur. Non dicit fecerit scandalizari sed scandalizauerit: quia q̄uis ille nō scandalizetur/nō ruat, tu tamē qui scandalū das/scandalizas/& crimen scandalizantis non euadis. **vnum.** Non exigitur ad hanc pœnā vt scandalizes populū aut multos: sed si vnum tantū scandalizaueris/locus est pœnæ. **de pusillis istis qui in me credūt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius/⁊ demergatur in profundū maris.** Piscatoribus & iuxta mare cōuersatis discipulis pœnā a submersione violenta describit: vt intelligant peius morte violenta & ineuasibili malum patarū scandalizanti vnum paruulū christi. **Ve mundo a scandalis.** Magnū mundi malū inueniri ex scandalis adiungit: vt ex magnitudine mali perpendamus iustā esse pœnam prædictā. ex magnitudine siquidē nocumēti pensantur peccata cōtra proximū: quale est scandalū. ¶ **Necesse est enim.** Inter loquēdum de scandalo occasione humiliū/inserit vtilis doctor doctrinā de scandalo quo ad tria. Et primo declarat necessitatem scandalorū. Necesse est, non necessitate coactiua aut causarū necessitatis sed necessitate moralis cursus. **vt veniant scādala.** sicut necesse est necessitate naturalis cursus vt sint ægritudines & claudi & cęci &c̄. proni sunt enim sensus hoium ad malum morale. **verūtamen ve homini illi per quē scandalum venit.** Inexcusabilitas scandalizantiū secūdo subditur: aperiendo non quia necesse est in genere fieri scandala/ideo excusant singuli scandalizantes: quia nō est necesse vt tu scandalizes, sed sua voluntate scandalizat quicūq; scandalizat. & ꝓpterea ve homini illi per quem scandalū venit. ℣ Hanc iesu christi doctrinā habeto ante mentis oculos tu qui fundas excusationē tuam super hoc q̄ omnino malum opus illud fit & oporter fieri: ga ve tibi qui facis illud. **Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abcide eum ⁊ proīce abs te. bonum est tibi ad vitam ingredi debilē.** pro. **mancū vel claudū, q̄ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignem ęternū. Et si oculus tuus scandalizat te, eruе eum ⁊ proīce abs te. Bonus est tibi cum vno oculo in vitam intrare q̄ duos oculos habentem mitti in gehēnam ignis.** Tertio cautela eorum quibus inferuntur scandala/subinfertur: consistens in hoc q̄ si aliquid est tibi occasio peccandi, q̄uis illud sit tibi sicut altera manus/alter oculus aut alter pes/separa illud a te. ¶ Vbi aduerte q̄ non proprius sed metaphoricus

est sermo iste dominicus. nam non docet naturalia membra abscindere: sed ea quæ sunt nobis necessaria seu vtilia vt membra naturalia. ℣ Ideo autem mēbra gemina (manus/pedes & oculos) in metaphoram attulit/& nō caput nec ambas manus amboſq; pedes seu oculos euellendos censuit: vt significaret q̄ possibiles ac tolerabiles abdicationes præcipit. Si enim quod scandalizat te non potes a te separare (vel quia caput tuum est: vel quia non mēbrum tuum est/vt in potestate tua sit separatio: vel quia vtraq; manu carere oporteret) non indicitur tibi a dño abscisio. Sed nec perplexus relinqueris: sed supereſt remedium. attende tibi & caue ne scandalizans te/habeat effectum in te: caue ne tu cōsentias ruinę tuę altero stimulante. ¶ **Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.** Non solū prohibet scandalizare paruulos suos sed despicere. Vtrunq; enim crimen facile in humiles exercet humanum genus. nam & offendicula ponere ad ruinam humilium seu abiectorū hominum/pro nihilo habetur: & despicere humiles seu abiectos morale est. Et propterea sapientissimus magister/volens suos discipulos esse pauperes & humiles, præcipit vniuersis. videte ne cōtemnatis etiam vnū ex istis. **Dico enim vobis q̄ angeli eorū in cęlis semper vident faciem patris mei qui in cęlis est.** Quinta dignitas humilium apponitur ex angelico ministerio prompto pro ipsis. Quia angeli eorū/iuxta proprietatem vocabuli dicitur quia nuncii eorū. angeli enim græce nuncii latine dicuntur. Et significat q̄ humilium nuncii promouentes causas illorū apud deum/sunt semper præsentialiter videntes faciē dei. ita q̄ nec egent vt eant ad deum aut ingressum ad colloquēdum deo petant/nec distrahuntur auiditate redeundi ad videndū deum: sed talis tantaq; felicitatis sunt vt semper videant faciē dei/& simul sint angeli eorū: hoc est humilium nuncii apud deum ad promouendas illorū causas/ q̄ cōtēnuntur/ opprimuntur &c̄. ℣ Cum hac tamē proprietate verboꝝ potest etiam exponi q̄ angeli eorum custodes: quia iidem angeli sunt eorū custodes & sunt eorum angeli. Qui & sunt dei angeli: sed dei sunt angeli famulando: humilium autē sunt angeli ex charitate patrocinando. ¶ Et bene nota q̄ non dicit angeli singuli eorum, sed dicit angeli eorū. Ex hoc enim textu non habetur singulos homines aut etiā singulos pusillos credentes in christum (de quibus loquitur textus ad literā) habere singulos angelos: sed solum eos habere angelos beatos. ad cuius verificationē non exigitur singulos singulorū esse angelos: sed sufficit multos esse angelos eorū/hoc est multitudinis eorum. **Venit enim filius hominis saluare qō perierat.** Sexta dignitas humilium ex aduentu christi propter eorū salutem apponitur: vt magnificiamus humiles nō solum ex angelico patrocinio, sed ex ipsius iesu christi studio circa eos salutem. ℣ **Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centū oues/⁊ errauerit vna ex eis, nōne relinquit nonagintanouē in deserto/⁊ vadit quērere eam quę errauit?** Apponit ad hoc parabolam claram. **Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis q̄ gaudebit super ea magis:** actuali letitia/non habituali. Certum est enim q̄ plus gaudii in habitu habet de nonagintanouē q̄ de vna. Sed plus actualis letitiæ habet de illa vna: quia specialis ratio actualiter gaudendi de illa occurrit (scilicet inuentio perditę) quę non occurrit de nonagintanouem. **q̄s super nonagintanouē quę non errauerunt.** ℣ **Sic.** Ecce ad quid est inducta parabola. **non est voluntas ante patrē vestrū qui in cęlis est.** Prius dixerat venit filius hominis: modo dicit/voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est. vt officium iesu christi hominis/& voluntatē diuinam erga salutē humilium intelligamus: **vt pereat.** Prius dixerat saluare quod perierat: modo dicit/non est voluntas vt pereat. quia prius loquitur de interitu peccati: modo de interitu æternæ mortis seu dānationis. prius descripsit q̄ perierat quātum est ex suo peccato: modo ne pereat simpliciter relictus suo errori. **vnus de pusillis istis.** Cōcluditur sermo in salute singulorum pusillorū/hoc est humilium: quia ipsi omnes & soli sunt electi: ad quos saluandos efficaciter venit christus/quos deus vult non perire.

Si autem. Hactenus humiles cōmendauit multipliciter: modo extendit doctrinam respectu fratrum peccantium: vt qualiter ad cōfratres errantes/nos gerere debeamus sciamus. Postq̄ enim docuit te nō peccare in fratrem tuum/superbiendo/scandalizando/despiciendo: modo docet qualiter te geras si frater peccauerit in te. **peccauerit in te.** ad differentiā peccati in alium. nam peccatū contra te/tuum est condonare/tuum est accusare. **frater tuus.** ad differentiam ethnicorū/quorum correctio nō speratur. Et rursus ad differentiā patris tui/contra quē non est fas ad vlteriora quæ sequuntur procedere. **vade.** non expectes vt veniat ad petendū veniam a te/aut vt prius ipse veniat ad te/aut vt obuiet tibi, sed tu vade. **⁊ corripe eum.** Non sufficit vt parcas ei, vt benigno oculo/placata lingua ac bonis factis/tractes eum: sed iniungitur tibi vt cures salutem illius qui te offendit/correctionis fraternæ verba adhibendo. ℣ Aduerte q̄ mandatum hoc est affirmatiuū/obligans pro loco & tempore. Et propterea tunc intelligitur exequendū quando creditur opus esse ad salutem fratris. **inter te ⁊ ipsum solum.** vt vtilis sit correctio/vt ex modo monendi percipiat qui offendit charitatē monentis. Si enim coram aliis incipis monere, existimabit qui corrigitur q̄ tuo studeas honori aut illius confusioni/aut q̄ vindictā sic exerceas: sed vbi inter te & ipsum solum verba salutis eius sola funduntur, soli charitati rationabiliter attribuitur monitio. **Si te audierit.** pœnitendo. Non oportet ad hoc vt vadas monitum/ certum te esse q̄ fructuosa erit monitio. dubius enim significatis dicendo si te audierit. **lucratus eris**

pro. **es fratrem tuum.** Ecce fructus speratus finisq; intentus per hoc præceptum. Nec dicit saluus erit frater tuus, sed lucratus es fratrem tuum: vt fratris salutem tuum lucrum estimes, ac non secus q̄ tuum lucrum inquiras & de illo gaudeas. **Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos.** Hinc apparet q̄ non arctatur sermo iste dominicus (si peccauerit in te frater &c.) ad peccata secreta: quoniam secretis peccatis non correctis non possunt adhiberi testes correctionis. Et rursus in secretis non est ad vlteriora procedendū contra impœnitentem. Nam non dicitur, si reciduauerit adhibe tecum, sed si te nō audierit adhibe tecū: vt intelligamus q̄ absq; reciduo cōtra impœnitentem monitum prius secreto, procedendū mandat ad vlteriora. **vt in ore duoꝝ vel trium testium stet.** pro. **cōsistat omne verbū.** Hinc apparet q̄ ad bonum publicū transit. Ex quo non potuisti solus prodesse fratri, adhibe tecum testes ad hoc vt prosis cōmuni bono. si nō vales curare fratrē, serua ne lædatur publica salus. Testes enim q̄uis directe sint ꝓpter iudicium publicū, dominus tamē ordinat vt vtatis testibus ad vtrūq; bonum. s. & ad tentandū si forte prosint ad salutē fratris: & si non ꝓfuerint, ad procedendum coram ecclesiæ iudicio, pro cōmuni, pro fratris & aliorꝝ bono. **Q̄ si nō audierit eos.** Hinc clare constat testes ad correctionis actū induci. **dic ecclesię.** Nec ratio nec vsus suadet cōgregandam esse ecclesiam ad corrigendū fratrem impœnitētem solius peccati in me cōmissi: sed tam ratio q̄ vetustissimus mos habet vt dicaē capiti ecclesiæ. Ac per hoc appellatione ecclesiæ hoc in loco non solum ecclesia (non acephala) sed etiā prælatus ecclesiæ, qui ordinarius iudex est fratris impœnitentis intelligitur. **dic.** iudicialiter denūciando, seu accusando & ꝓcedendo. **Si aūt ecclesiam nō audierit.** Vtriq; fratris. s. & cōmuni bono fit satis, si ecclesiam audierit resipiscendo ac pœnitendo: si aūt nec ecclesiam audierit ad pœnitentiā, quia iam trina correctio facta est (prima a te solo, secūda a testibus testium, tertia ab ecclesia) & nulla profuit, nulla restat tibi via ꝓcurandi salutē fratris obstinati. Et propterea **sit tibi sicut.** Non habebis eū amplius vt fratrē: sed de reliquo sit tibi sicut. **ethnicus.** hoc est gentilis: qui inter credētes in deum non cōputantur. **& publicanus.** infame hominū genus apud fideles. ℣ Recole hunc ordinē procedendi in ecclesia dei sub affirmatiua lege statutum: & ꝓpterea non ligare nisi quum oportet ad salutē fratris & cōmune bonum. ℣ Libenter videtē. servari hanc definitam a iesu christo pœnam non audientium ecclesiam: q̄ scilicet sufficeret eos haberi vt ethnicos. hoc est vt ipsi quidem ex vi excōmunicationis haberentur vt ethnici & publicani: & non innoluerentur innocentes alii loquentes cum eis, qui nullum peccatum incurrunt loquentes & comedentes cum ethnicis.

Amen dico vobis: quęcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata &. superfluit &. **in cęlo: & quęcūq; solueritis super terrā, erunt soluta &.** superfluit &. **in cęlo.** Quā potestatem soluendi ac ligandi ꝓmiserat petro, hanc eandē omnibus discipulis cōmunicat. Et ꝓpterea expone vt supra in. c. 16. vt non solum timeatur sententia petri, sed quilibet sui prælati suæq; ecclesiæ sententiam timeat. **Iterum dico vobis.** Promiserat petro, declarauerat ecclesiæ cuiusq; potestatē iudiciariam: declarat modo accumulando dona ecclesiæ, potestatē impetrandi a deo omnia. Ac si aperte diceret. dixi vobis potestatē vestram circā iudicia: iterū dico non eandē sed aliam vestram cōmunem potestatē. **quia si duo ex vobis.** proculdubio discipulis meis, fidelibus meis. Non dixit si omnes: ne de vniuersali ecclesia tantū intelligeretur. non dixit si multi: ne ad magnatū ecclesiarum gratiam sermo restrictus videatur. Sed dixit si duo: vt etiā minimi numeri fidelium quāta sit vis explicetur. **consenserint super terrā.** Non frustra apposuit super terram: sed quēadmodum declarando potestatē iudicialem apposuit super terram, ad declarandum materiā ligandam aut soluēdam esse illa quæ sunt super terrā, ita declarando potestatē impetrādi apponit super terram, ad declarandū materiam cōsensus esse illa quæ sunt super terrā. Differentia tamē est in modo: quia superius tenetur restrictiue, hic accumulatiue. nam sensus est. Si cōsenserint etiam super terrā: hoc est si eundē sensum habuerint non solum circa ea quæ sunt in cœlis & in inferno, & breuiter circa credenda, sed etiam in iis quæ sunt super terrā: hoc est circa agenda, sustinenda, patienda, & huiusmodi occurrentia in terra. Ita q̄ plenitudo cōcordiæ significatur per plurium cōsensum super terram. **de omni re.** nulla excipitur. **quācunq; petierint.** Hic apparet q̄ de virtute petitoriæ precationis est sermo. **fiet.** Non dicit facient: quia nō de potestate factiua miraculorꝝ sed impetratiua tractat. **illis.** non cōtra aut præter illos, vt intelligas non ꝓmitti exauditionē nisi sm voluntatem petētium quā haberent si cuncta nossent quæ deus nouit. Bonus enim est dns, negans quod volumus & petimus vt tribuat quod mallemus si oia videremus quæ deus videt. **a patre meo qui in cęlis est.** Ecce a quo petunt. Et dixit hæc vt vim ꝓpriam cōis orationis doceret cōsistere in plena cōcordia orantium: & hinc discerent q̄ grata sit deo cōcordia fideliū: atq; scirent duoꝝ petentium vnanimitati cōcessum ēt quicqd exēptum est ab ecclesiæ iudicio. **Vbi n. sunt duo vel tres ꝯgregati in noie meo.** Rō tantæ efficaciæ in vnanimitate orantiū, redditur ꝓsentia ipsius iesu in medio talium. Ac si aperte diceret. qa ego sum ꝓbens tantam efficaciā petitioni talium ita q̄ ipsi iam nō ipsi petūt, sed ego in ipsis peto. Et nō dicit vbi sunt duo vel tres cōgregati seu vnanimes, sed apponit in noie meo: ad dnam cōcordiæ mundanæ seu ēt humanæ amicitiæ. quę licet sit laudabilis, non tn gaudet hoc priuilegio diuinæ ꝓsentiæ. Nō sunt. n. in iesu chri noie vnanimes, qbus aliud viuere est q̄ christus. **ibi sum in medio eoꝝ.** Nō

dicit ero, quia nescit futurum deus, qui eternitate sua semper adest omnibus. Sum autem non cōmuni modo per essentiam, ꝓsentiā & potētiam: sed specialis assistentiæ gratia, operans intus in eis & extra pro eis. Neq; enim minus efficit præsens in medio congregatoꝝ in noie suo q̄ effecerit præsens in carne cum discipulis: de quibus dicit ioā. 17. quū essem cum eis seruabā eos in nomine tuo, quos dedisti mihi ego custodiui. ℣ **Tunc accedens petrus ad eum dixit. domine quotiens peccabit in me frater meus & dimittam ei, vsq; septies?** Occasione sumpta ex verbis dñi si peccauerit in te frater tuus, mouetur petrus ad interrogandū. **Dicit illi iesus. non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagiessepties.** Numerus finitus ponitur pro infinito.

Ideo assimilatum est. Ne putaretur q̄ ꝓfectionis non necessitatis est remittere fratri peccanti in te, subiungit iesus parabolā ad declarandū necessarium ad salutē esse remittere offensam fratri qui peccauit in te. **regnum cęlorꝝ.** quod in ꝓsenti inchoatur vita fideliū, & in futuro cōsummatur seculo. **homini regi.** Non intelligo cœlorꝝ regnum assimilari homini regi soli, sed homini regi exigenti rōnes a seruis suis &c. hoc est negocio seu officio in quo homo rex voluit rōnem ponere, & reliqua. huic enim negocio seu officio assimilat regnum cœlorꝝ in similibus actionibus. Meminit aūt regis, ad significandū q̄ in parabolam affert non patrēfamilias aut iudicem aut quēliber dīm, sed regem, supremā inter homines habentē potestatem. **qui voluit rationē ponere.** pro. **conferre, cum seruis suis. Et cū cępisset rōnem ponere.** pro. **cōferre oblatus est ei vnus qui debebat ei decē milia talenta.** Tota parabola clara est. **Cum aūt non haberet vnde redderet, iussit eum venūdari & vxorē eius & filios, & oia quę habebat: & reddi.** Si iniuriis præceptū regium vt crudele, recole q̄ antiquo tēpore rigor iustitiæ admittebat venditiones hominū fieri pro soluendis debitis: vt patet. 4. reg. 4. ℣ **Procidens aūt seruus ille rogabat.** pro. **adorabat eū, dicens. patientiā. Deest dñe.** Legendū est. **domine patientiā habe in me, & oia reddam tibi. Misertus aūt dominus serui illius dimisit eū: & debitum.** pro. **mutuū dimisit ei. Egressus aūt seruus ille, inuenit vnum de cōseruis suis qui debebat ei centū denarios: & tenens suffocabat eū, dicens. redde q̄ debes. Et procidens conseruus eius rogabat.** pro. **obsecrabat eū, dicens. patientiā habe in me, & oia reddam tibi. Ille aūt noluit: sed abiit, & misit eum in carcerē donec redderet debitū. Videntes autē conserui eius quę fiebant cōtristati sunt valde: & venerūt & narrauerūt domino suo omnia quę facta fuerant.** ℣ **Tunc vocauit eū dominus suus: & ait illi. Serue nequā.** pro. **male, omne debitum dimisi tibi quoniaꝫ rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri cōserui tui sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eū tortoribus quoadusq; redderet vniuersum debitū.** Desunt duæ dictiones. **illud sibi.** Quæstio occurrit de hac sententia: quia non videtur lata ab homine rege sm humanā iustitiam. Nam in materia debitarū pecuniarū (in qua constat parabolam proponi) non tenetur ex debito legali sed ex debito honestatis ille cui donatur quod debet fisco seu regi, donare suis debitoribus pecunias sibi ab aliis debitas: vt patet. Qua ergo humana iustitia rex iste iudicat q̄ oportuit istum facere sicut factū fuit ei: nec solum iudicat sed dānat & repetit vniuersum debitum? ℂ Solutio est q̄ duo rex effecerit. primū misertus est serui illius dimisitq; eum. alterū & omne debitum remisit ei. Non iudicauit autē oportuisse seruū illum donasse debitum cōseruo, sed misereri. nam non dicit, oportuit te donare cōseruo tuo debitum sicut & ego donaui tibi: sed dicit, oportuit te misereri cōserui tui sicut & ego tui misertus sum. Ac si aperte diceret. etsi nolebas imitari me in liberalitate, oportuit tamē me imitari in misericordia, saltem expectando supplicantē pro dilatione tēporis. Tenebatur autē ad misericordiā seruus ille, q̄uis non ex debito legali tamē ex debito morali, duplici ratione. primo ex ipsa impotentia debitoris ad soluēdum tunc. secūdo ex beneficio simili (imo longe maiori) in simili materia & supplicatione sibi, tunc tunc præstito a cōmuni dño. Ita q̄ non de consilio & honestate sed de debito (morali tamē) tenebatur ad misericordiā. nam sicut honestas moralis non admittit hominē impotentem soluere debitum pecuniariū, vexari in persona & libertate, ita non admittit vexari in eisdem impotentē pro tunc, suppliciter rogantem dilationē cum ꝓmissione soluendi oia: iste autem & vexabat in persona, suffocando tenens, & in libertate, mittendo in carcerē. Rursus in nō nullam iniuriam cōmunis domini redundat tractare sic conseruū statim post acceptū tantum beneficium: tanq̄ pro nihilo ęstimetur exēplum dñi: & etiam pro nihilo æstimetur conserui seruitus respectu eiusdem cōis dñi. **Q̄** autē statim describatur casus iste, significatur ex illo verbo, egressus aūt seruus ille inuenit vnum de cōseruis suis &c. Hoc. n. significat q̄ egresso a facie regis occurrit debitor: vel q̄ egressus quæsiuit & sic inuenit debitorē. Quod peius fuisset: tanq̄ egressus fuerit ad quærendū debitorē &c. ℣ Quāuis autē inferiores iudices quoꝝ est legalia debita iudicare, non dānent talem inhumanitatē & ingratitudinē, rex tamē (in quo plenitudo residet potestatis nō alligatę legibus) pōt huiusmodi inhumanitatis ingratitudinis ac cōtemptus crimen cognoscere ac punire. propter quod parabola inducta est de hoie rege & non de inferiore aliquo dño. Et qm̄ arbitraria erat pœna, arbitratus est rex vt vniuersum debitū pristinum soluat & insuper torqueatur interim. Hæc est parabola. ℂ **Sic & pater meus cęlestis faciet vobis.** Sensus per parabolā intentus aperitur, nō per singulas partes, sed quo ad tria. C.

modum faciendi/dicendo sic:& quo ad personã regis/pater meus cœlestis:& quo ad personas serui & conserui/si non remiseritis vnusquisq; fratri suo. ¶ Vide singula.non aliquis sed vnusquisq; discipulus est seruus debitor decẽ milium talentorũ deo.& similiter quilibet frater est cõseruus cui remittere oportet centum denarios. Ita q̃ tanta est differentia inter debita nostra deo/& debita nostra hoĩbus, quãta est distantia inter decem milia talentorũ & centum denarios. Quilibet igitur describit debitor deo tantorum vt non possit satisfacere/& possit cogi ad vendendũ omnia sua & seipsum:hoc est nihil est eius exceptum ab hoc debito si iustitię rigor exerceat.& tamen cõsequens sola humili supplicatione & intẽtione satisfaciendi amplissimã plusq; petierit veniam a deo.at si fratri petenti a nobis veniã non remittimus offensam in nos,efficimur serui nequã & tradimur in morte.tũc enim cœlestis pater iudicium exercet,tradens demonibus tortoribus ad persoluendũ vniuersum debitum qđ debebamus deo. **si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.** Deest. **delicta eoꝝ.** Non vult simulatam remissionẽ sed ex intimo corde/qui cordiũ scrutator & iudex est deus. ¶ Quæstio occurrit hic quõ sine pœnitẽtia sunt dona dei/vt apostolus dicit ad ro.xi.& debita semel donata a deo/postea repetunt. ¶ Solutio est q̃ repetuntur nõ vt fuerant prius debita,sed vt modo effecta sunt materia ingratitudinis tam inhumanę.ingrata siquidẽ hęc inhumanitas tanto magis pensanda est/quãto maius fuit beneficium donationis tantorũ debitorũ. ¶ Altera occurrit quæstio quõ verificatur q̃ sic faciet pater cœlestis torquendo quoadusq; reddat:quũ torqueat post mortem in æternũ sine termino aliquo. ¶ Solutio est q̃ torquendus quousq; reddat,si nunq̃ reddit nunq̃ euadit tormenta. Tales sunt damnati in inferno.qui ideo nunq̃ desinunt torqueri quia nunq̃ reddunt/nunq̃ pœnitet eos offensæ diuinæ/nunq̃ satisfaciũt. perseuerant enim in voluntate impœnitente obstinata in malo.

CAPVT .XIX.

Et factu est quum cõsummasset iesus sermones istos, migrauit a galilea/& venit in fines iudee trans iordanem. Hæc migratio videtur illa cuius memmit ioanes ca.10. describendo specialiter locũ trans iordanẽ vbi ioanes baptizauerat. ¶ **Et secutę sunt eũ turbę multę:& curauit eos ibi.** ¶ **Et accesserũt ad eum pharisęi tentantes eũ/& dicentes.** Non discendi sed accusandi cã interrogant:si forte cõtra legem aut populi libertatẽ in diuortiis aliquid dixerit. **si licet homini dimittere vxorẽ suam quacũq; ex causa?** hoc est q̃ quælibet cã sit sufficiens ad hoc vt licite possit quis dimittere vxorẽ.Erat tunc sicut vsq; hodie est inter theologos quæstio tractata in quarto sen.de cã libelli repudii:an quælibet cã reddens vxorũ exosam viro sufficeret ad licite dimittendũ vxorem.Moyses enim deutero.24.vtitur verbis generalibus:dicendo si nõ inuenit gratiã in oculis viri.Et ꝓpterea pharisæi in qõne hac tentant iesum. **Qui respondens ait eis. Non legistis.** Reuocat pharisæos ad sacram scripturã,vt intelligant diuinã sniam in lege scriptam qui qõnem de lege mouent:nec audiant ipsum iesum rõdentem,sed legẽ ipsam. **quia qui fecit hominem.** Superfluit hoĩem. **ab initio/masculũ & feminam fecit eos.** Lege in principio geneseos creationẽ rerum.& quũ non inueneris in ꝓductione pilcium/auium & iumentorũ mentionẽ fieri de masculo & fœmina/sed in sola ꝓductione hominis dici masculũ & fœminã fecit eos,percipies mysteriũ qđ iesus hic declarauit.s.q̃ ideo scriptũ est in solo homine masculum & fœminã creauit eos:quia per hoc significatur deum instituisse cõiugium/quod in solo homine locũ habet. Inchoat itaq; iesus ,respõsionẽ ab hoc scripto in lege.s.q̃ deus instituit cõiugium.ad hoc enim significandũ explicauit moyses q̃ masculum & fœminã fecit eos. **Et dixit.** In genesi legimus q̃ adã dixit sequentia verba:sed iesus sciens diuino motu adam illa dixisse/attribuit illa deo.verba enim quæ diuinitus adam protulit/absq; vlla ambiguitate cõstat verba dei esse. **propter hoc.** s.coniugũ. **dimittet homo patrẽ & matrem.** Non solum instituit deus cõiugium,sed instituit personas habiles ad cõiugium/eximendo a cõiugio patrẽ & matrem.Contra ius diuinũ atq; naturæ est/vt homo iungatur cõiugio cum patre aut matre.& propterea dicit q̃ dimittet homo/a cõiugio,patrem filia & matrẽ filius. **& adhęrebit** non mulieri sed. **vxori** non cuiuscũq; sed. **suę.** per hoc significans oẽs alias psonas esse habiles vt sint coniuges.Ex eo enim q̃ solos patrem & matrẽ excluſit,reliquos(.s.fratres & sorores/nepotes & neptes &c.)liberos significauit vt sint viri & vxores. **& erunt duo in carne vna.** pro. **in carnẽ vnam.** Institutioni cõiugii & idoneæ personarum/adiungit ipsum cõiugium. Consistit.n.idoneatũ personarũ coniugium in hoc q̃ duo sunt in carne vna.ante siqdem q̃ sint vna caro non est pfectum cõiugium.Non loqmur nũc de sacro ecclesiæ:sed de cõiugio absolute/de quo loquit textus. ¶ Et põdera q̃ hæc verba sunt verba dei,cõcludentis cõiugii naturã ex ipsius dei institutione/nõ ex humana adinuẽtione.ꝓterea.n.verba hæc iesus attribuit deo.Est itaq; cõclusio diuina/& erunt duo in carne vna. ¶ Nec est opus vagando quærere sensum horũ verborũ:quũ in promptu est clarus.s.q̃ duo erunt in carne vna vnitate cõitatis. Sicut.n.ponentes res suas in cõmuni/sunt duo seu multi in re vna cõi illis,ita maris & fœminæ(exclusis patre & matre)cõiugium in hoc cõstitit q̃ ponũt carnes suas in cõi inter se.ita q̃ sunt duo in carne vna cõmuni vtriq; vt patet. ¶ Et si aduerteris q̃ non dicit erunt ad horã neq; ad tempus/sed simpliciter & absolute erunt in carne vna,percipies non conuenire cõmixtionẽ meretricię adulterinæ aut concubinarię esse duos

in carne vna:quia inter eos non est cõmunitas carnis simpliciter & absolute,sed fm quid.s.ad horam/ad tempus.Propter cõmunitatem.n.fm quid & de facto/dixit apostolus.1.ad cor.6.qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur cum ea.est enim de facto fm quid verũ illos esse duos in carne vna:& non simpliciter & absolute/vt pater. **Itaq;** Hactenus retulit iesus verba legis in principio geneseos scripta:modo exponit verba dei vltimo inducta. **iam.** ex quo iuxta diuinam institutionẽ iunguntur in carne vna. **non sunt duo.** fm carnem.Ita q̃ qui prius erant duo/qui prius erant distincti fm ꝓprias carnes, iam desinunt esse duo/iam desinunt esse diuisi fm carnem. **sed vna caro.** Non dixit sed vnus/nõ dixit sed vnus spiritus aut vnus animus,sed vna caro:vt intelligamus cõiugium non tollere diuersitatem personarum/non consistere in cõmunitate animæ aut spiritus(sed cuilibet cõiugum proprius restat spiritus propriusq; animus)sed in cõmunitate carnis. Neutrius enim caro remanet ꝓpria sed cõmunis vtriq; reddita est.& propterea non duo fm carnẽ sed vna caro sunt. ¶ Significantius aũt dixit sunt ad differentiam cõmunicantiũ in rebus.Qui enim suas res cõmunes habent,non sunt fm aliquid sui indiuisi:sed exteriorẽ rem habent indiuisam.Qui vero carnes proprias habent cõmunes non hic aut nunc sed absolute,quia caro pars altera essentialis est hominis cõpositi ex anima & carne/ideo per verbum substantiuũ significantur indiuisi:dicendo non sunt duo sed vna caro. Ex hoc enim q̃ adiũgitur sed vna caro/significat q̃ nõ sunt duo fm carnẽ,quæ est altera pars substantialis eoꝝ. ¶ Nec prætereas q̃ nisi dñs iesus declarasset verba geneseos intelligi de carne cõiugum,intellexissemus de carne ꝓlis scriptum ad literã.& erunt duo in carne vna/generãda. **Quod ergo deus coniunxit/homo non separet.** Declaratis verbis dei in lege scriptis(vnde habet deum duos.s.cõiuges fecisse carnẽ vnam)infert conclusionem responsiuã ad quæstionẽ pharisæorũ/dicendo quod ergo. Non dicit quos/sed quod.s.cõiugium,deus/non homo,cõiunxit/instituendo cõmunitatem corporũ in duabus personis idoneis,hõ non separet.Ac per hoc directe respõdetur quæstioni si licet homini dimittere vxorẽ.consistit enim responsio in negatiua:quia ex eo q̃ deus cõiunxit cõiugium,homo non tantæ temeritatis esse debet vt separet coniunctum a deo. ¶ Aduerte hic q̃ dñs iesus inseparabilitatẽ coniugii probat ex institutione diuina ab initio mundi/seclusa ratione sacramẽti ecclesiastici.Oportebit enim hæc recolere in expositione epistolæ pauli ad cor.si infidelis discedit discedat &cẽ. **Dicunt illi.** Noua ac inopinata & fm legem respõsione audita/pharisæi ad legem se cõuertunt. **Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudii & dimittere?** Legem legi obiiciunt.Si deus instituit coniugiũ inseparabile ab homine, quo pacto moyses statuit legem de libello repudii?deutero.24. **Et ait illis quoniã moyses.** Legislator. **ad duriciam cordis vestri.** non sponte,sed corde vestro nõ cedente/sed existente duro ad diuinã legem recipiendã. Duritia hæc ex hoc ipso q̃ nõ nisi duritia appellatur,intelligitur iudæorũ firmatus animus in hoc q̃ volebant sicut aliarũ nationum mariti habere facultatẽ dimittendi vxores:nam cõstat etiã romanos maritos hac facultate vsos. **permisit vobis.** non mãdauit. **dimittere vxores vestras.** Moyses dimissionẽ vxoris permisit:sed libellũ repudii dari mandauit si dimitterent vxores. **Ab initio autẽ non fuit sic.** Ratio redditur declaratiua q̃ moyses pmisit:quia ab initio instituti cõiugii non fuit sic/non fuit libellus repudii/non fuit dimissio vxoris/non fuit sic ꝺseparabile cõiugium sed inseparabile ab homine:vt declaratũ est ex verbis dei ab initio institutionis cõiugii.Ex eo enim q̃ ab initio instituti cõiugii a deo/fuit institutũ non sic seꝺparabile sed inseparabile,cõsequens est vt ista nouitas declinatio quædã a lege primęua sit:ac per hoc permissio. ¶ Inter theologos occasione horũ verborum/quæstio indecisa ꝓpter opinionum diuersitatẽ est/an in lege veteri diuortiũ cum libello repudii fuerit licitũ.Crediderim ergo nec oĩno licitum nec mortaliter illicitũ fuisse. Q̃.n.non fuerit totaliter licitum ex parte virorũ,& textus iste significat(dicens esse permissionẽ factam vobis/hoc est maritis/ob duritiam cordis.pmissio enim malorũ est)& pœna definita maritis dimittentibus vxores deutero.24.s.non posse easdẽ viduas aut repudiatas iterũ ducere in vxores/insinuat. Q̃ vero non fuerit mortale peccatum,colligitur tum ex modo legis.sic enim data est lex ista dimittendi vxorẽ & libellum dandi sicut aliæ leges: vt patet ibi. Tum ex eo q̃ malach.2.dicit.quum odio habueris/dimitte,dicit dñs deus israel.nefas enim apparet attribuere deo dicere dimitte vxorem/si crimen esset. Tum ex eo q̃ licitũ erat vxori dimissæ nubere alteri: vt patet ibidẽ in deutero. ¶ Sed maior qõ insurgit.Si quoꝺ [illegible] cõiunxit homo non põt separare,qũo diuortium illud legale soluebat cõiugium? Solutio est q̃ lex ista diuortii q̃uis permissiua/non humana sed diuina erat facta autoritate:vt verba malachiæ ꝓphetæ & cõtextus deuteronomii testantur.Ostendit ergo dñs cõiugium ex diuina institutione cõiunctum/non nisi cum obliquitate aliqua separatũ esse in diuina lege veteri. **Dico autẽ vobis.** Promulgat iteꝝ nouam legẽ quã cotã discipulis ꝓmulgauerat in monte. **q̃ quicũq; dimiserit.** totaliter. De tali.n.dimissione erat sermo.nam vxorẽ dimittere absq; additione aliqua/significat nõ dimittere fm qd.(puta quo ad thoꝝ) sed simplr & absolute:qđ est dimittere totaliter.cõstatq; de dimissione absolute motã esse qõnẽ a pharisæis/& loq moysen. **vxorem suã nisi ob fornicationẽ/& aliam duxerit.** in vxorem. **mechatur.** Textus iste clare cõstituit mœchũ facientem hæc duo.s.dimittere vxorem nõ fornicariã/& aliam ducere. Et in ꝓmptu ratio mœchiæ est:quia durat cõiugium cum prima dimissa. Quid autem sit de dimit-

tente vxorem fornicariam & aliam ducente/textus iste nihil dicit. ¶ At si vrgens obieceris verba iesu non esse superflua/& propter exceptionem fornicationis aliquid significare diuersum ab aliis causis, fateor sic esse. Et si instes/illud diuersum nihil aliud esse nisi ꝙ ppter fornicationē dimittens vxorem & aliam ducens non mœchatur. respondeo sic sonare textum ſm planū literæ sensum: sed quoniam non audeo opponere me contra torrentē doctorū & iudiciorū ecclesiasticorū, ideo dixi textū nihil disponere de dimittente fornicariā. Intelligo igitur ex hac dñi iesu christi lege/licitum esse christiano dimittere vxorem ob fornicationē carnalem ipsius vxoris & posse ducere aliam vxorē: salua semper ecclesiæ diffinitione. Quæ hactenus non apparet. nā decretales pontificię de hac materia/non sunt diffinitiuę fidei sed iudiciales facti. Profitentur autē ipsimet pōtifices (vt patet in. c. quāto. de diuor. & in. c. licet. de spō. duorū) romanos pontifices aliquādo in his iudiciis matrimoniorū errasse. ℣ Nec ex his intelligas vxorem quoq; posse dimittere virum fornicantē: quoniā iesus qui est verus deus/non hoc concessit. nec est par ratio: vt patet. Nec etiā in veteri lege vxor poterat repudiare virū. ℣ Nec ego sum primus qui intelexi euāgelii textum: quoniā ante annos mille beatus ambrosius sic intelligens/idem docuit primæ ad cor. 7. ℣ Aduerte ꝙ hinc innocentius tertius extra de diuor. ca. gaudemus. accipit ꝙ non licet habere plures vxores. nam si liceret habere plures vxores, qui dimissa non fornicaria acciperet aliam nō mœcharetur/sed coniugio cum secūda vteretur: in textu aūt dicitur ꝙ mœchatur. Et nisi marcus apposuisset in eam, scrupulo careret argumentū innocentii. **Et qui dimissam.** non fornicariā. nulla enim alia dimissa notata est. **duxerit.** in vxorē. **mœchatur.** qa durat dimissę coniugiū cum illo qui dimisit eam.

¶ Dicunt ei discipuli eius. si ita est causa hominis cum vxore, nō expedit nubere. pro. **nuptias inire.** Discipuli audientes nouam de matrimonio doctrinā timent nuptias. **Qui dixit illis. non oēs capiunt verbum istud.** In came præter carnē viuere non est cōmune. **sed quibus datum est.** Non dicit sed qui voluerint: quoniā non est volentis neq; currentis sed miserentis dei: a quo datur donum virginitatis seruandę. virginitatis. n. custodia intelligit in abstinentia a nuptiis. **Sūt. n. eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus.** Tria eunuchorū genera clare describitur/vt declaret sentēriam dictam. nam eunuchi a natura imo a naturæ defectu nati priuati officio genitalium/& similitet eunuchi a violentia extrinseca, non sunt de quibus loquit iesus/ sed tertii. **& sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt.** non membrorū abcisione/sed abdicatione officii generandi: seu potius voto virginitatis. castratio. n. significat non solū abdicationē vsus sed etiam potestatis. & ppterea inūnuat votū, quo homo se priuat potestate vtendi seipso ad officium genetādi. **propter regnum cęlorū.** In hoc consistit vis & ratio pfectionis. non. n. placet deo negatio naturalis officii nuptiarū/nisi quum ordinatur ad regnum cœlorū expeditius assequēdum. Innupti. n. cogitant quæ dñi sunt: & soliciti integro studio sunt qūo placeant deo. quod nō possunt alligati cōiugiis: quia oportet eos cogitare qūo placeant cōiugi/& soliciti sunt de mūdanis &c. **Qui potest capere capiat.** Non præcipio hanc tantam perfectionē, sed vnumquēq; in sua libertate relinquo. Non dicit qui vult sed qui pōt: quia etsi velles & non sentis te tantæ cōstantiæ vt possis capere tantæ pfectionis munus, non es de numero eorū qui possunt capere. ℣ **Tunc oblati sunt ei paruuli. vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autē increpabant eos. Jesus vero ait eis. sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire.** ¶ **Talium est enim regnum celorū.** Non dicit istorū sed talium: ad significandum regnum cœlorū esse qualitatis existentis in paruulis. i. innocentiæ (nihil enim inquinatum intrabit in regnum cœlorū) vel qualitatis significatæ per paruulos: hoc est humilitatis: iuxta superius dicta/nisi efficiamini sicut paruuli. Ac si apertę diceret. quia regnum cœlorum est talium: hoc est innocentum quales sunt paruuli. & rursus talium: hoc est humiliū animo/sicut isti sunt parui corpore. **Et quum imposuisset eis manus/abiit inde.**

Et ecce vnus. adolescens: vt infra patet. **accedens ait illi. magister bone quid boni faciam vt habeam vitā ęternā? Qui dixit ei quid me interrogas de bono.** pro. **quid me dicis bonū? vnus est bonus deus.** pro. **nullus bonus nisi vnus/deus.** Intellige oīquaq; omnis. n. creata res admixtionē habet mali/naturæ vel moris. Et dixit hoc ad docendum exēplo suo ꝙ quū laudamur aut docto res altorū recognoscimur, retorquere debemus pprias laudes in diuinā laudem: & reuocare ad memoriā nostrum & laudantium cōem defectū. Sic. n. & nobis ac laudantibus pſumus humilitate/& deū honoramus: in quo & a quo est omne bonum. **Si aūt vis ad vitam ingredi/serua mandata. Dicit illi quę? Jesus aūt dixit. Non homicidiū facies: non adulterabis: non facies furtum: non falsus testimoniū dices: honora patrem tuum & matrē: & diliges proximū tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens. omnia hęc custodiui a iuuētute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi iesus. Si vis perfectus esse.** Nota differentiā volentis ad vitam ingredi & volentis perfectionē. volenti vitam dictum est/serua mādata ad quæ lex diuina te obligauit. volenti perfectionē dicitur/vende omnia &c. hoc est serua consilia/paupertatis/misericordiæ & sequelæ meæ. ¶ Vide singula. Non dicit si perfectus es, sed si vis esse perfectus/si intēdis perfectionē vitæ assequi. **vade & vende oīa.** superfluit omnia. **quę habes, & da pauperibus.** Non dicit renūcia omnibus quæ possides, sed vende & da pauperibus: vt

simul vtranq; virtutem ingerat. s. pauperratis voluntarię/abdicando a se omnia, & misericordię/dando illa pauperibus. & **habebis.** Interiecta est hæc particula. nam locus eius est vltimus: sed ideo euangelista interposuit eam/vt præmium proprium effusarum rerum pauperibus significaret. & **habebis thesaurū in cęlo.** ex venditione & erogatione rerum tuarū pauperibus. Vltra hoc ꝙ inchoas pfectionis iter/scito te reponere thesaurū in cœlis loco thesauri terrestris. & **veni.** expeditus atq; solutus a curis seculi huius. **sequere me.** euangelizantē regnum dei. sequere vita/moribus & officiis: in hac. n. sequela perfectionē assequeris. Ac si apertius dixisset. in vendendo omnia & dando ea pauperibus/repones tibi thesaurum in cœlo: in imitatione vero mei implebitur desideriū quo vis perfectus esse. ¶ Attēde prudens lector ꝙ nullū indicitur a iesu votum volenti perfectionē vitæ assequi: quia non in vinculis votorum sed in operibus cōsistit perfectionis affectio. Laudabilia sunt vota religionis, sed non illorum professione sed operibus quibus imitamur iesum christū acquiritur perfectio. Infinitus est hodie numerus eorū qui acquirunt perfectionis statum/profitendo religionis vota: sed rari sunt qui volunt esse perfecti imitando iesum factis humilitatis/patientiæ/mansuetudinis/charitatis &c. **Quum audisset autem adolescens verbū/abiit tristis. erat enim habens multas possessiones.** ℣ **Jesus autē dixit discipulis suis. amen dico vobis q; dives difficile intrabit in regnum cęlorū.** Non quia diuitiæ ſm se impedimenta sint ad regnum cœlorū (quum dentur a deo ad hoc ꝙ sint adminicula ad regnum cœlorū) sed affectus hoīs minus ordinatus ad diuitias habitas/qui valde frequens est, difficilem reddit aditum diuitis ad regnum cœlorū. Propterea. n. scriptū est. diuitiæ si affluant/nolite cor apponere. **Et iterum dico vobis.** Stupentibus discipulis (vt marcus suppler) de difficili salute diuitū/ addidit iesus sententiā maioris difficultatis. **facilius est camelū per foramen acus transire/q̄ diuitem intrare in regnum cęlorū.** pro. **in regnum dei.** Si foramē acus ſm proprietatē nominum intelligitur, non maior difficultas sed impossibilitas significaret. quia. n. impossibile est camelum trāsire per foramen acus, sensus esset, facilius est fieri impossibile q̄ diuitem intrare in regnum cœlorū. Si autē verum est/hoc in loco foramen acus esse nomen pprium portæ (ita ꝙ quædā porta angusta nōata foramen acus significetur) explicatur magnitudo difficultatis. valde. n. difficilis debebat esse trāsitus cameli per illam portā. Et si iste est sensus, dixit hoc quia valde difficile est hominē diuitem non cōfidere in diuitiis/nō superbire: iuxta illud. beatus dines qui post aurū non abiit. & subditur/quis est hic & laudabimus eum? ecclesiastici. 3. ℣ Apparet autē ex duobus hunc esse sensum literalē. Primo ex eo ꝙ iesus non dicit possibilius sed facilius. facilitas. n. modum executionis significat, & præsupponit posse fieri: ac per hoc non nisi vsurpatiue dicit de impossibili. Secūdo ex eo ꝙ inepte accōmodatur transitus cameli foramini acus, quę est instrumentū sutorium. debuisset enim dici/facilius est funem transire per foramen acus. Vnde ex eo ꝙ trāsitum cameli per foramen acus affert pro difficiliore, signum est ꝙ porta vel angustus locus vulgari nomine appellatus foramē acus significet. non enim est fas sentire ꝙ iesus inepras struxerit similitudines. **Auditis aūt his/discipuli mirabantur valde: dicētes. quis ergo poterit saluus esse?** Intulerunt hoc discipuli/cōputantes sub periculo diuitū non solum qui sunt diuites sed etiā qui quærunt & qui appetunt esse diuites: quoniā eadem est eorū damnatio. illi enim sunt diuites in re, isti sunt diuites in studio & in animo. Et ppterea omnes sub diuitū appellatione comprehendi intelligentes discipuli, admirātes inferunt quis ergo poterit saluus fieri? Quasi dicant/rarus aut nullus. Sciebant enim oēs fere homines cōprehendi nomine diuitum/in re vel in spe seu affectu. **Aspiciens aūt iesus/dixit illis. Apud hoīes hoc impossibile est.** Hoc (.s. salus multitudinis hoīum) ab affectu inordinato diuitiarū est impossibile apud hoīes/ cōsideratis solis humanis viribus. **apud deum autē.** Relata autē humanæ multitudinis salus ad diuinā gratiam. **omnia possibilia sunt.** nō solum saluare diuites in studio & in affectu sed etiā diuites in re/& confidentes in diuitiis, possibile est: quoniam diuina gratia tollit ab illis omnem inordinatum affectum & vsum.

Tunc respondens petrus/dixit ei. Dixerat iesus adolescenti duo. Primū relinquenda omnia non qūoliber sed dando pauperibus. & apposuit præmiū. habebis thesaurū in cœlo. Secūdum sequere me/ non appositio præmio. Occasione hinc accepta petrus respōdet his dñi verbis: respondet autē interrogatorie. **Ecce nos reliquimus oīa.** Non vendidimus dedimusq; pauperibus, sed reliquimus oīa vt sequeremur te. & **secuti sumus te.** Ac si aperte dicat. ecce ꝙ nos non fecimus totū quod exigis ab adolescente si vult esse perfectus (quia nō vendidimus nostra ad dandū pauperibus) sed fecimus duo. s. reliquimus oīa ppter te/& secuti sumus te. **quid ergo erit nobis?** Adolescenti dixisti habebis thesaurū in cœlo/& ꝙ perfectionē assequeretur: nobis aūt quid erit præmii. **Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis/ꝙ vos.** Directe respōdet querentibus/quid erit nobis. **qui secuti estis me.** Nō dicit qui reliquistis oīa: monstrans per hoc non exigi relinquete oīa nisi ppter sequelam ipsius. Ac si aperte diceret. non cōsistit affectio perfectionis in relinquēdo omnia/siue dando illa pauperibus siue nō dando pauperibus, sed in hoc ꝙ sequimini me. ℣ Et est sermo de sequela quo ad fidem/vitam ac mores. Et per hoc excluditur iudas: de quo ipse dñs testatur/vnus ex vobis diabolus est. non sequebatur. n. iesum aio sed corpore. **in regeneratione.** non per baptismū sed per resurrectionē. Illa enim erit vere regeneratio

hominum eorūdem ſm ſuamet corpora quæ ante mortem habuerant:ita q̄ ſicut modo generant̄ homines in eſſe naturali,ita tunc regenerabunt̄ in eſſe naturali.baptiſmus autē eſt ſpiritualis tantum regeneratio animæ.**quum ſederit filius hois in ſede maieſtatis ſuę.** Glorioſum regiūq; ſtatum ſuū futurum deſcribit.**ſedebitis ꝛ vos.** Ecce præmium dignitatis & honoris/glorioſa ſeſſio.eritis partices meæ gloriæ,intantū q̄ me ſedente in maieſtate/vos non ſtabitis ſed vos quoq; ſedebitis.**ſuper ſedes duodecim.** Explicatio eſt dignitatis.non ſedebitis cōfuſe/aut in cōmuni multis ſedili,ſed ſinguli ſuper ſingulas ſedes. Duodenarius enim numerus ad diſtinctionē ſingularum ſimul & cōprehenſionē vniuerſatū inductus eſt/propter numerum apoſtolorū & tribuum iſrael:nō q̄ præciſe duodecim tantum ſint futuri aſſeſſores. **iudicantes.** Dignitati adiungit officiū:vt & in dignitate ſedendi & in officio iudicis aſſimilentur chriſto. Ita q̄ non ſolum cōparatiue iudicabitis(vt niniuitę & regina auſtri) ſed etiam tanq̄ aſſeſſores regis.**duodecim tribus iſrael.** Ad cumulū honoris ſpectat eſſe iudicem populi proprii/preſertim totius.& ꝓpterea non vnius ſed oīum tribuum iſrael apoſtoli iſraelitę promittuntur futuri iudices:vt ex hoc intelligamus q̄ multo magis erunt iudices oīum aliarum nationum.**Et oīs qui reliquerit domū/vel fratres aut ſorores/aut patrē aut matrem/aut vxorē aut filios/aut agros.** Petrus petierat quid erit nobis ex duplici capite.ſ.quia reliquimus oīa/ & quia ſecuti ſumus te. Ieſus primum reſpōdit ratione præcipui capitis.ſ.ſequelæ ſuæ:modo reſpōdet rōne alterius capitis.ſ.dimiſſionis oīum propter ipſum.**propter nomen meum.** Ratio meritoriæ dimiſſionis cōſiſtit in hoc q̄ ꝓpter nomē dei fiat dimiſſio:hoc eſt q̄ neceſſaria aut expediens ad honorē dei fiat dimiſſio,non ſtulta/non irrationabilis/non cōtra aut præter charitatē dei aut proximi.**centuplū.** pro.**centupla/accipiet.** Etiam in hac vita verificādum ſupplet marcus.& ꝓpterea bonum ſpirituale centuplū ad bonum tēporale dimiſſum/promittit in hac vita. Centuplum autē ex parte rerum: qa minimū ſpirituale pluſq̄ centuplum(vtpote incōparabiliter excedens)eſt ad maximū bonum tēporale.Et non dixit ſpirituale bonum accipiet ſed centupla/ad explicādum maximum exceſſum ſpiritualis boni ſupra temporale:ne patrifaceremus bona ſpiritus ꝓmiſſa in præmium hic,ſed eſtimaremus illa vt centupla reſpectu tēporalium bonorū quorūcunq; ꝛ vitam ęternā poſſidebit. **Multi aūt erunt primi nouiſſimi,ꝛ nouiſſimi primi.** Dixerat centupla accipiet:ac ꝓ hoc ſonuerat q̄ plus relinquens plus eſſet acceꝓturus:& ſic melior eſſet cōditio diuitum/& vniuerſaliter relinquētium plura q̄ relinquētium pauca vel fere nulla/quia pauca vel nulla habent:de quoꝝ numero erat petrus cum multis aliis apoſtolis. Ideo ad obuiādum huic intelligentiæ ſubiungit q̄ multi nouiſſimi in hac vita quo ad res/honores & reliqua tpalia,erunt primi in alia vita:& ecōuerſo multi primi hic in honoribus/rebus & reliqs tpalibus,erunt nouiſſimi in alia vita:qa nō cenſum ſed affectū/nō quātum ſed ex quāto offert penſat deus.

CAPVT .XX.

Simile enim eſt regnum cęlorū. Concluſerat ieſus ꝛſſionem petro datā in ſententia illa/ erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi. Cuius duæ ſunt rōnes altera ex parte noſtri:quā nos exponendo explicauimus.altera ex parte diuinę gratię:& hanc ieſus intēdit per hanc parabolam explicare.ℱ Appellatione regni cœlorū intellige ipſum in vtroq; ſtatu:vię.ſ.& termini.nam operari ſpectat ad regnum cœlorū in hac via:merces vero ad idem in termino. **homini patriſamilias.** Intellige aſſimilari cœlorū regnum nō ſoli patrifamilias,ſed negocio parabolæ huius qua paterfamilias exiit primo mane/& reliqua. Paterfamilias perſonā dei tenet.qui licet dñs ſit oīum reſpectu tamen electorū patrēfamilias ſe exhibet:qm̄ ſunt domeſtici dei. **qui exiit.** Exire deum/eſt opari ad extra.**primo mane.** a principio cōgrui temporis ad operādum. **conducere.** Ecce operatio ſpecificatur,quā in genere ſignificauit exite. Conducere autē dei eſt ſub ſpe ꝓmii inducere hoies. **operarios.** paratos ad operādum. **in vineam ſuam.** hoc eſt eccleſiā ſuam/aſſimilatā pluries in ſacra ſcriptura vineæ. **Conuentione aūt facta cum operarijs.** Non ſolum ſpem ꝓmii/ſed certum ꝓmium ꝓmiſſum a deo & acceꝓtatū ab operarijs/ſignificat cōuentio hæc.**ex denario diurno.** pro.**in diem/miſit eos in vineā ſuam.** Quātum ad parabolam denarius diurnus dicit denarius vnus valens decem numos dandus pro opera totius diei. Quātum ad ſenſum vero intentū/eſt certus beatitudinis gradus qui ſm iuſtitiæ diuinæ rōnem debetur labori totius diei. **Et egreſſus circa horā tertiam.** Iſti quinq; exitus patriſamilias ad mittendū operarios,ſolicitudinem diuinā diuerſis tpibus congruis ad cōuertendum homines ſignificat. ¶ Potuiſſet cōponi parabola deſcribendo patrēfamilias cōtinue manentē in foro ad conducēdum operarios:ſed non deſcribit continuus ſed certis horis,oībus tamen quibus ſolicito cuiq; homini patrifamilias congruere pōt.ſ.primo mane/hora tertia/ſexta/nona,& ad cumulū ſolicitudinis etiā vndecima/quum nō ſupeſſet niſi vna operādi hora. Significat enim per hoc q̄ non cōtinue ſed frequentiſſime(tñ ſm ſapientiæ ſuæ diſpōnem)deus cōuertit efficaci nouaq; cōuerſione ad opandum in veritate charitatis/cōmuniter.eſt enim deus agens nō naturale ſed a ꝓpoſito.ℱ Nec ſnia hæc aduerſatur illi,in quacunq; hora ingemuerit peccator &c.qm̄ cum hoc q̄ deus omni hora cōuertit ſingulos peccatores ad gemendum,ſtat q̄ certis tpibus tm̄/tanq̄ publicus conductor & excitator hoīum cōmuniter prouideat & conuertat homines:puta ꝓuidendo de bonis paſtoribus vna ætate/alia ætate

de ſanctis exemplaribus/alia de nouis religionibus ad vtilitatem populorū:& ſic de aliis einſmodi mediis.**vidit alios ſtantes in foro ociosos.** Quātum ad parabolam/tam locus congruus q̄ diſpoſitio congrua explicatur.nam in loco negociorū publicorū/& non occupati ſed vacantes deſcribuntur.ſi.n. iam eſſent occupati/non cōducerentur ad operandū in vinea. Quātum ad ſenſum vero intentū,ſignificatur q̄ deus cōuertit quos videt non reſiſtere/non ponere obicē conuerſioni.**ꝛ dixit illis ite ꝛ vos in vineā meam:ꝛ qō iuſtuꝫ fuerit dabo vobis. Illi aūt abierunt. Iterum aūt exiit circa ſextā ꝛ nonaꝫ horā:ꝛ fecit ſimiliter. Circa vndecimā vero exiit:ꝛ inuenit alios ſtantes.** Deeſt.ociosos:ꝛ dicit illis.**quid hic ſtatis tota die ociosi?** Deſcribitur interrogatio cauſæ tanti ocii:vt ex reſponſione operariorū ſciatur cauſam ocii eſſe caruiſſe cōductore. Vnde intelligimus hos quoq; eſſe de numero eorū qui non ponunt obicem diuinæ gratiæ cōuertenti. **Dicunt ei.q: nemo nos cōduxit. Dixit illis ite ꝛ vos in vineā meam.** Deeſt.**ꝛ quicqd fuerit iuſtum accipietis.**

¶ Quum ſero aūt factum eſſet. In fine diei/mercedis tēpus deſcribitur:vt nō maneat opus mercenarii apud patrēfamilias vſq; mane. Et ſignificatur tēpus mercedis reddendæ:quod ſingulis eſt in morte/vniuerſis autē in fine mūdi.**dicit dominus vineę ꝑcuratori ſuo.voca operarios,ꝛ redde illis mercedē.** Ieſus chriſtus eſt hic ꝑcurator redditurus vniuerſis mercedē in fine mundi.**incipiens a nouiſſimis/vſq; ad primos.** De induſtria hunc ordinē diſponit paterfamilias apud parabolā:vt hinc oriatur occaſio diſputandi de iuſtitia & gratia. Et ſignificatur per hunc ordinē præponi gratiā iuſtitię in cōſpectu dei.nam gratia in nouiſſimis/iuſtitia in primis exercebatur. **Quum veniſſent ergo qui circa vndecimaꝫ horam venerant,acceperūt ſingulos denarios.** pro.**ſinguli denarij.** Hoc eſt tantū præmii quātum debetur tori labori vnius diei. Vbi manifeſte liquet gratia patriſſamilias dans nouiſſimis ſupra condignū:ſignificans deum ſic facientē ex ſua gratia. Si exēplum quęris facti,habes latronem nouiſſima hora vocatū.& cū hoc dicit illi/hodie mecū eris in paradiſo.Quod.n.alii ſancti tot laboribus acquirunt,ipſe ſtatim ex ampliſſima gratia cōſecutus eſt. **Venientes aūt ꝛ primi.** Nō explicantur qui tertia/ſexta & nona cōducti fuerant,ſed nouiſſimi & primi:quia duæ tantū rationes retribuendi ſunt.ſ.gratia & iuſtitia.quarū altera.ſ.gratia/in nouiſſimis(& cōſequenter in reliquis qui nō toto die laborarunt)relucet:iuſtitia aūt in primis.**arbitrati ſunt q̄ plus eſſent acceꝓturi.** Quātum ad parabolam ſimpliciter & abſolute exiſtimauerūt q̄ plus eſſent acceꝓturi. Sed quātum ad ſignificatū nō ſimpliciter & abſolute hoc arbitrati ſunt:qa nulli electi fallunt̄ tunc(.i.tēpore mercedis)in eſtimatione ſuę mercedis.Sed ſm qd:hoc eſt ſm rōnem inferiorē,qua de gratia dei iudicat̄ ſm labores noſtros.cōferendo.n.diuinā gratiam labori/recte arbitrati ſunt q̄ plus eſſent acceꝓturi. Sed ſm rōnem ſuperiorē/quæ ſupremam cām gratiæ(diuinum.ſ.beneplacitū)conſiderat/aliter eſt arbitrandū:quia licet ei facere qđ vult/& cui vult &c̄. Et **hoc tantū** eſt iudicare ſimpliciter & abſolute. **acceperunt aūt ꝛ ipſi ſingulos denarios.** pro.**ſinguli denarij.** Eandem ꝓmii menſurā quā alii acceꝓant acceꝓerūt primi. Sed illi ex gſa/iſti ex iuſtitia:qa laborauerant tota die/& cōuentum fuerat de denario. Ita q̄ ſoli primi deſcribunt̄ exempti a gratia/& ſm puram iuſtitiā mercedem acceꝓiſſe. ¶ Sed tunc inſurgit qō quo pacto ſignificantur iſti in numero electorū ac ſanctorū:quum vita æterna nō iuſtitia ſed gratia dei habeat:iuxta illud/gratia dei vita æterna. Soluit hoc apoſtolus dicens. Gratia dei ſum id quod ſum.& bonū certamen certaui/curſum cōſummaui/fidem ſeruaui:in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię,quā reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex. Intellige itaq; ex diuina gratia vocatos & miſſos eriā primos ad operandū in vinea;ex iuſtitia autē redditam eſſe mercedem ꝓmiſſam. ¶ Sed adhuc reſtat dubiū quo pacto verificatur q̄ deus prēmiat omnes ſupra condignū/ſi iſtos primos prēmiat ſm puram iuſtitiam. Solutio eſt q̄ id quod ꝓmittit deus velut iuſtam mercedē/eſt ſupra condignū noſtri operis.non enim ſunt cōdignæ paſſiones huius tēporis ad ſuperuenturā gloriam. Ita q̄ ſignificatū per denarium eſt ſupra cōdignum totius operæ diurnæ:qa tamē promiſſum eſt vt merces totius diurni laboris/ſignificat vt iuſta merces reddita primis,& ex gratia data aliis.ℱ **Et accipientes murmurabant aduerſus patrēfamilias.** Sicut ſaluatoris oratio pater tranſeat a me calix iſte/explicat naturalē appetitum fugientem mortem,ita murmur ſanctorū iſtorū explicat velleitatē ampliori gloriæ ſm rōnem inferiorē inſurgentem.**dicentes. Hi nouiſſimi vnā horā fecerūt,ꝛ pares illos nobis feciſti:qui portauimus pōdus diei ꝛ eſtus.** pro.**eſtum.** Non ſunt inuidiæ verba,ſed rationis inferioris/deteſtantis parem mercedem longe imparibus laboribus:ſicut deteſtatur mortē iuſtorū. Ita q̄ electi iſti non abſolute murmurant/non abſolute deteſtātur pares ſibi factos in præmio impares in labore:ſed ſm rōnem inferiorem loquuntur/& velleitatē ſm illam explicant,quo ad ſenſum ſignificatū.ſm parabolam.n.abſolute murmurant & inuident̄ paribus.ℱ **At ille reſpōdens vni eorū dixit.amice non facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōueniſti mecū:tolle qō tuū eſt ꝛ vade. Volo aūt huic nouiſſimo dare ſicut ꝛ tibi.** ℱ **Aut.** pro.**an/non ls mihi qō volo facere.** Deeſt.**in rebus meis?** Verū dicit in materia de qua eſt ſermo:hoc eſt in gratuitis.ſecus eſt in debitis. **an oculus tuus neq̄.** pro.**malus/eſt q: ego bonus ſum.** Non aſſerit oculū iſtius eſſe malū:ſed cauſas vndiq; excludendo murmuris & querelæ, quū prius ex parte cōuentionis/deinde ex parte propriæ libertatis in gratuitis/tertio ex relatione ſuæ gratiæ

qua vſus eſt ad nouiſſimos ad oculos eius, conuincit eum. an (quod abſit) oculus mentis tuæ efficitur male videns ex obiecto bono/ qa ego bonus ſum nouiſſimis largiendo. Et dixit hæc paterfamilias: qa ſi murmur ex cõuentione nõ ſeruata/ aut ex illicito facto occaſionẽ habuiſſet, rationabile eſſet: ſed ſi ex iniqua viſione boni/ dãnabile eſſet. Significatur autẽ per hęc deum ita ſeruare iuſtitiã retribuendo multis, vt multis aliis gratioſe retribuat ſine prioꝝ offenſa. quã ex his capitibus excludi deſcribit. **Sic.** hoc modo. ſ. aliquibus exhibendo gratiã & aliquibus ſeruando iuſtitiam. **erunt.** in futura vita. **nouiſſimi.** in labore/ & vniuerſaliter in exhibitione temporaliũ. **primi.** in præmio. ⁊ eccõuerſo. **primi nouiſſimi.** Optime quadrat concluſio rñſioni datæ petro: q non beatior erit qui plura reliquit, ſed quẽ gratia dei priorem cõſtituet. Compoſita ſiquidẽ eſt hæc parabola ad aperiendũ q gratia dei/ abſq; iuſtitiæ præiudicio non datur ſm opera/ labores/ tẽporalia bona & ſimilia, ſed ſm diuinã voluntatẽ. vt nec apoſtolos qui minima reliquerũt: nec illos qui modicũ habent ſpatium aut modũ operãdi/ poſſe habeamus: nec illos qui multũ laborant/ qui multa largiuntur, præponamus in gratia dei. **Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi.** Non miremini ſic diſponi differentiã electoꝝ, quia ſic quoq; diſponitur differentia inter vocatos & electos. Subaudiẽ repetendũ aduerbium ſic. Et eſt ſenſus. qa ſic multi ſunt vocati/ pauci vero electi: hoc eſt qa ſic (.ſ. gratia & iuſtitia intetuemẽtibus) ſit vt multi ſint vocati & pauci electi/ ad vitam æternã. ℣ Cogor ad repetendũ aduerbium ſic/ ex cõiunctione cauſali enim. textus ſiquidem ſubiungit/ multi. n. ſunt &c̃. Nec video quo pacto hæc ſententia reddit rationẽ prioris ſententiæ (vt cauſalis cõiunctio denotat) niſi repetendo aduerbium ſic vt expoſuimus: quoniã omnes operarii electi deſcribuntur ex acceꝑto denario ab oĩbus/ & ex paritate mercedis omniũ. & propterea inter illos locum non habet differentia vocatoꝝ & electoꝝ. Conſtat aũt ſic gratuite & iuſte fieri vt multi ſint vocati & pauci electi. nam in electis gratia/ in vocatis iuſtitia ſeruatur & ſeruabitur.

Et aſcendens ieſus hieroſolymã aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto. pro. **ſeoꝝ ſuꝝ.** ab aliis. Et deeſt. **in via.** Seorſum explicat apoſtolis ſpeciẽ paſſionis & mortis: quia alii ſufferre nõ poſſent tantam ignominiã audire ſine ſcandalo. ⁊ **ait illis. Ecce.** in præſenti tẽpore. **aſcendimus.** Situs viæ ſignificatur. aſcenditur enim a galilęa in hieruſalẽ. **hieroſolymã.** Locum futuræ paſſionis & mortis ſignificat. ⁊ **filius hois tradetur principibus ſacerdotũ ⁊ ſcribis.** Repetit ieſus ea quæ ſunt futuræ paſſionis & mortis ſuæ/ non ſolũ vt crebra repetitione firmet animos diſcipuloꝝ ne ſcandalizentur: ſed vt ſciant q volũtarie vadit ad paſſionẽ & mortem, explicat illis q modo vado ad mortem/ dicendo ecce aſcendimus. & ſimiliter vt cognoſcant q volũtarie non ſolum paſſionẽ ſed ſpeciẽ paſſionis ſubit/ prædicit ſpecies, vbi prius in genere tm̃ dixerat. Et quidẽ ſuperius in ca. 17. dixerat traditionẽ in genere/ dicendo filius hominis tradendus eſt in manus hominũ: modo explicat q ttadetur principibus ſacerdotũ & ſcribis, tacendo a quo ttadetur. Reſeruauit vſq; ad vltimã cœnam reuelationẽ diſcipuli a quo tradendus erat principibus: quia nec adhuc iudas qui hæc audiebat/ ꝓpoſuerat ipſum tradere. **Et cõdemnabunt eum morte.** Hoc ſuperius non dixerat. & impletũ eſt quando caiphas & oẽs cum eo dixerunt/ reus eſt mortis. ⁊ **tradent eũ gentibus.** Ordinate prædicit paſſionẽ ſuam ſicut fuit res geſta. nam pontifices & ſeniores non potentes exequi ſententiam ſuam de morte ieſu/ tradiderunt eũ gentibus: curiæ. ſ. gentilium/ in qua ꝓſidebat pilatus. **ad illudendũ ⁊ flagellandũ ⁊ crucifigendũ.** Superius dixerat in genere q etat paſſurus & occidendus: modo in ſpecie explicat ſpecies paſſionũ. ſ. illuſionem & flagellationẽ, & ſpeciem mortis. ſ. in cruce. ℣ Vbi aduerte q tertium horũ (.ſ. crucifixio) fuit petita a iudæis: duo autẽ prima (.ſ. illuſio & flagellatio) fuerũt effectus ſubſecuti non petrati a iudæis. & ꝓpterea præpoſitio ad illudendum & flagellandũ/ denotat conſecutionẽ effectus, nõ intentionem tradentiũ principum & ſcribarũ/ intendentium peiora illuſione & flagellatione. ⁊ **tertia die reſurget.** Quãtis ignominioſa & acerba futura ſit tam paſſio q̃ mors, conſtantes eſtote/ non longa ſpe ſed breuiſſima expectatione: quia tertia die reſurget a mortuis.

Tunc. audita tam propinqua reſurrectione ieſu chriſti. **acceſſit ad eum mater filioꝝ zebedęi cum filiis ſuis.** inſtructa & inducta a filiis iacobo & ioãne, qui hanc tam propinquã reſurrectionẽ audierant. **adorans ⁊ petens aliquid ab eo.** Mulier prius genuflexa ſupplicat/ in genere petens vnam gtiam. **Qui dixit ei. quid vis?** vt ipſamet explicet petitionẽ ſuam in ſpeciali. **Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filii mei, vnus ad dexterã tuam ⁊ vnus ad ſiniſtraꝫ.** pro. **vnus a dextris tui ⁊ vnus a ſiniſtris/ in regno tuo.** Putauerũt filii cum matre ieſum poſt reſurrectionẽ ilico regnaturũ/ neſcientes q hoc differendum eſt vſq; ad ſecũdum aduẽtum: tunc enim & non ante/ ſenſibile regnũ chriſti erit in vniuerſo mundo. & ideo petit ea quæ ſunt regni. ¶ Sed occurrit quæſtio qua tõne petunt ſedere in regno chriſti a dextris & ſiniſtris eius: quũ iam ieſus ꝓmiſerit illis hoc in præcedenti ca. dicendo. quum ſederit filius hominis in maieſtate ſua/ ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim &c̃. Solutio eſt q per dexteram & ſiniſtram ſignificant primas ſedes hinc & inde. & hoc denotat ꝓnomen tui. Non volebant eſſe ad dexteram petri nec ad ſiniſtrã andreæ, ſed ad dexterã & ſiniſtram ipſius ieſu chriſti. Primas itaq; ſedes inter duodecim prius ꝓmiſſas petunt: nec volũt alter ſub altero ſedere, ſed vnus ad dexterã & alter ad ſiniſtram chriſti: vt ex vtroq; latere ſint primi. **Reſpondens aũt ieſus dixit. neſcitis quid petatis.** Ex hoc q ieſus reſpondet iacobo & ioãni filiis ſalomæ matris petentis/ patet q filii petebant per os matris. Non dicit ambitioſe petitis: reſeruans reprehenſionẽ ambitionis poſt indignationẽ aliorꝝ, vt cõmunis defectus affectus cõmuniter reprehendat. ſed defectum intellectus corrigit, dicendo neſcitis. Sed non dicit quid petitis ſed quid petatis. reprehenduntur. n. q ignorant quid petendũ eſt/ ſupple acquirendum poſt reſurrectionẽ meam. Et vere neſciebant quid appetendum petendũq; ſibi eſſet poſt chriſti reſurrectionẽ: quia errabant tum in tẽpore regni/ putantes regnũ chriſti ſenſibile ſecuturum ſtatim reſurrectionẽ chriſti. tum in modo regnandi: quia cõſequenter putabant ſe ſic viuentes ſenſibiliter regnaturos cum chriſto. Si ſciuiſſent regnũ chriſti tanto tẽpore differendũ poſt reſurrectionẽ/ & ſe poſt chriſti reſurrectionẽ oportere per paſſiones & mortes ꝓprias tranſire ad regnum chriſti, ſciuiſſent quid ſibi petendum eſſet acquirendũ in reſurrectione chriſti. ſ. gratia ſpũſſancti ad robur cõfitendi & prædicandi regnũ chriſti. **Poteſtis bibere calicem.** pro. **poculum.** Rationẽ quare neſciunt quid petant/ inſinuat eſſe quia neſciunt quid ſibi imineat poſt chriſti reſurrectionẽ. Acſi aperte diceret. Ideo neſcitis quid petatis in mea reſurrectione/ quia putatis vos puenturos ad regnũ meum ſic viuentes quum ego ſurgam a mortuis. ſed longe aliter eſt: quia modus ꝓueniendi ad regnũ meum eſt per paſſionẽ & mortem. & ꝓpterea examinate vires veſtras ſi poteſtis bibere calicẽ paſſionis & occiſionis. **quem ego bibiturus ſum.** pro. **qõ ego bibo.** Verũ deſunt hęc. ⁊ **baptiſmo quo ego baptizoꝝ baptizari?** ℣ **Dicũt ei poſſumus.** Inexperti/ animæquiores ſe exhibent. nam fugerũt & ipſi quũ ieſus captus eſt a iudęis. **Ait illis. calicem.** pro. **poculũ quidem meũ bibetis.** Deſunt hæc. ⁊ **baptiſmo quo ego baptizoꝝ baptizabimur.** q̃uis non mecũ, tandem tũ firmati virtute ex alto. Et de iacobo cõſtat: quia calicẽ occiſionis bibit/ occiſus ab herode gladio. De ioãne aũt conſtat q bibit calicem paſſionis. nã & flagellatus cum aliis fuit in actibus apoſtoloꝝ: & a ꝓconſule epheſi tẽpore domitiani in ſeruentis olei dolio miſſus: & in exilium actus ad inſulam patmos. Calicem vero occiſionis ſolo ſpiritu bibit. **ſedere aũt ad dexterã meam vel ſiniſtrã.** pro. **a dextris mei ⁊ ſiniſtris mei.** etſi non poſt reſurrectionẽ meam vt putatis, ſed quũ aduenerit regnum meũ. **non eſt meũ dare vobis.** Supfluit vobis. Intellige ſm ꝑſentem meũ ſtatum. nõ veni nunc ad diſtribuẽdas ſedes regni. **ſed qbus paratũ eſt a patre meo.** ſed ſcirote ab æterno a patre meo diſtributas eſſe primas ſedes. vñ non ſitis de his ſoliciti tanq̃ vacãtibus.

Et audientes decem. reſponſionẽ ieſu, qua & reprehendit iacobum & ioãnem/ & nõ exaudiuit eos. **indignati ſunt.** Non prius indignati ſunt q̃ audirent reſponſionẽ domini. & vt carnales adhuc non ſunt cõpaſſi ignoranter petẽtibus: ſed indignati ſunt/ ęgre ferentes q illi duo voluerint oĩbus preferri. **de duobus fratribus.** Non inſurgunt contra mulierẽ quæ petiit/ ſed cõtra filios ambientes primas ſedes: quia non ęgre ferunt peccatũ aut ignorantiã, ſed poſtponi. **Ieſus aũt vocauit eos ad ſe: ⁊ ait.** Vocauit eos/ decem (.alii. n. duo etant ꝓpe ipſum) vt oẽs ſimul propius/ familiarius ac magis benigne reprehendat. duos quidẽ ambitionis, decem aũt indignationis. Vna tñ & eadem rõne: quia vna erat, radix peccati oĩbus. ſ. appetitus primatus. nam illi duo manifeſte petierũt primas ſedes: & iſti decẽ indignati ſunt q oẽs ipſi poſtpoſiti ſint ab illis duobus. ex eodem ſiquidẽ more prouenit velle primatũ & nolle poſtponi. Et ꝓpterea ieſus eandem medicinã exhibet oĩbus/ dicendo. **Scitis.** vtpote rem notoriam. **quia principes gentiũ dominantur eoꝝ.** pro. **eis.** Non purus dominãdi actus ſed finis ſignificatur. eſt enim ſenſus q principes gentium ordinant principatũ ſuum ad dominãdum. ⁊ **qui maiores.** pro. **magni ſunt.** in mundo. **poteſtatẽ exercent in eos.** pro. **in eas.** Similiter nõ purus vſus poteſtatis ſed finis ſignificat. Et eſt ſenſus q qui magni ſunt ordinant celſitudinẽ ſuam ad vſum poteſtatis: hoc eſt ad præcipiendũ/ ad cõpellendũ/ & huiuſmodi quæ ſunt poteſtatis. Ambo hæc notoria ſunt omnibus. **Non ſic erit inter vos.** Ordinat ieſus principatũ & maioritatẽ in eccleſia ſua: diffiniendo & ſtatuendo non ſic erit inter vos/ principatus veſter non erit ad dominãdum & præcipiendũ/ cogendum &c̃. **Sed quicũq;.** non aliquis ſic & aliquis nõ. **voluerit inter vos maiorꝝ.** pro. **magnus fieri.** Nõ dicit facere ſeipſum: quia nullus debet aſſumere ſibi honorẽ. Sed ſi vult ab iis ad quos ſpectat/ fieri magnus ſm gradum celſiorẽ. **ſit.** pro. **erit/ veſter miniſter.** Magnitudo mũdi eſt ad exercendũ poteſtatem: magnitudo veſtra erit ad exercẽdum miniſteriũ. ⁊ **qui voluerit primus eẽ.** primatu fungi. **erit: iam primus. veſter ſeruus.** Principatus gentium eſt ad dominandũ: principatus veſter erit ad ſeruiẽdum. ¶ Aduerte hic q ẽjus littera prima facie præ ſe ferat viam ad magnitudinẽ & primatum (dicendo qui voluerit fieri/ qui voluerit eſſe) ſm tñ veritatẽ ſignificat terminum: hoc eſt qualitatẽ primatus & celſitudinis eccleſiaſticæ/ vt expoſuimus. Et habeẽ ſenſus ex ambobus extremis. nam primũ ꝓpoſuit principes gentium & q magni ſunt/ non qui quęrũt principes & magni fieri. & ſimiliter poſt ſubiũget/ ſicut filius hois non venit miniſtrari &c̃. Ex eo. n. q vtrobiq; inducit vt ꝓmiſſas/ actiones eoꝝ qui ſunt/ & non quærentiũ aut volentium fieri aut eſſe, cõſequens eſt vt intenta cõcluſio intelligatur etiam de ipſo primatu & de ipſa celſitudine/ de ipſis primis/ de ipſis magnis. Inrendit. n. dñs ad literam declarare differentiam inter principes mũdi & principes eccleſiaſticos. ad hoc ſiquidem directe tendunt vtrinq; inducta. ℣ Vtitur autẽ tali loquendi modo/ ad curandum ægritudinẽ animi apoſtoloꝝ qui volebant primatum: monſtrando illis quid ſit illud quod volunt volendo primatũ: q. ſ. volunt miniſtrando ac

seruiendi non ꝓcipiendi ac dominandi officiū. Acſi apertius dixiſſet.quicunq; voluerit fieri aut eſſe magnus & primus inter vos, ſciat ꝙ erit veſter miniſter & ſeruus. **Sicut filius hominis.** Tum vt intelligant modum miniſterii & ſeruitutis, tum vt ab exēplo ipſius ieſu diſcant quid ſit principantis in eccleſia officium, proponit propria officia. **non venit miniſtrari.** hoc eſt vt ei miniſtretur. ℣ Nota ꝙ non dicit ſicut filius hominis refutat ſibi miniſtrari: quia non ſolū martha miniſtrauit illi, ſed mulieres multæ miniſtrabant ieſu de facultatibus ſuis: vt patet luc. 8. Sed dicit non venit vt ſibi miniſtret, ſicut domini & principes mundi ad hoc ſunt dñi vt illis miniſtretur. Intentionē itaq; aduentus ſui in carne, manifeſtat eſſe nō ad hoc vt ſibi miniſtretur: q̄uis miniſteria exhibita recipiat. **ſed miniſtrare.** Hinc apparet ꝙ de miniſterio in ſpūalibus ſtatuit magnates eccleſiaſticos miniſtrare: ſicut ipſe ieſus venit vt miniſtraret ſpūalia, corporali exercitio & fatigatione interueniente, prēdicando, diſcurrendo per ciuitates & caſtella. Nō eſt enim æquū (explicauit poſtea petrus apoſtolus) nos relinquere verbum dei & miniſtrare menſis. **& dare animā ſuam** hoc eſt vitā ſuam. Eccleſiæ prælatis ſtatuit vt miniſtrarent & ſeruirent, & quātum ad miniſterium ꝓpoſuerat ſeipſum exēplum: modo proponit ſeipſum exēplum quātum ad ſeruitutem. Et quia ſeruus quicqd eſt domini eſt, maximā ſuam ſeruitutem ſignificat ex hoc ꝙ venit ad dandū vitam ſuam. ℣ Et dixit hoc: vt ſicut qualitatē miniſterii ſtatuti prælatis declarauerat ab exemplo miniſterii ſui, ita qualitatē ſeruitutis ſtatutæ prælatis declararet ab exemplo ſeruitutis ſuæ: ſcilicet vſq; ad exponendum vitam propriam pro multitudine cui præſunt. **redemptionē.** Aptiſſime pro libertate noſtra ſe ſeruum vſq; ad mortem incluſiue declarat. **pro multis.** Quātum ad ſufficientiam multitudo hæc comprehendit multitudinem humani generis: quātum vero ad libertatis fructum comprehendit multitudinem electorum.

Et egredientibus illis ab hierico, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cęci ſedentes ſecus viam, audierunt ab interrogatis quidnā eſſet in hoc ſtrepitu turbæ tranſeuntis. **quia ieſus trāſiret: & clamauerūt, dicentes. miſerere noſtri domine fili dauid.** Meſiam vocant a genere dauidis: quia vulgatum erat apud hebrēos meſiam fore filium dauidis. **Turba autē increpabat eos, vt tacerent.** Non petebant iſti mendici aliqd in ſpecie, ſed in genere tantū, miſerere noſtri. & ꝓpterea putabatur ꝙ peterent eleemoſynā a ieſu. & ideo tanq̄ importuni increpantur, & dicitur eis vt taceant: vel quia ſciebant ieſum pauperē, vel quia indignum putabant vt talis ꝓpheta vexaretur clamore mendicorum. **At illi magis clamabant, dicentes. miſerere noſtri domine fili dauid.** ¶ **Et ſtetit ieſus: & vocauit eos.** Sciens ieſus ꝙ non pro eleemoſyna ſed pro viſu clamabant, ſtetit vocans illos: vt ſic cęci illi copiam haberent alloquendi ieſum. **& ait. Quid vultis vt faciaꝫ vobis?** Quāuis ieſus ſciret omnia, quia tamē ipſi cęci non explicauerant in ſpecie petitionē ſuam, interrogat illos: vt ſpecificent quid petunt, vt ꝓficeantur quā habent de ipſo fidē. **Dicunt illi. domine vt aperiantur oculi noſtri.** Non petimus argentum ſed viſum. In qua petitione ꝓfitentur ſe credere ꝙ ieſus poſſet facere hoc miraculum. **¶ Miſertus autem eoꝝ ieſus.** Signum aliquod cōpaſſionis monſtrauit. & propterea deſcribitur miſertus. **tetigit oculos eoꝝ.** Non ſolo iuſſu ſed tactu intercedente ſanat, ad cōfirmandā profeſſionem cęcoꝝ. Sicut quia pluries clamauerant miſerere, miſertus eſt, ita quia ꝓfeſſi fuerant potentiā miraculoꝝ in filio dauidis, vtiē tactu carnis ex genere dauidis: monſtrando per hoc humanitatē ſuam eſſe organū deitatis facientis miracula. **Et confeſtim viderunt.** pro. **viſuꝫ receperunt oculi illoꝝ. & ſecuti ſunt eum.** Hinc apparet non ſolum corporeū ſed internum lumen illos receꝑiſſe.

CAPVT .XXI.

ET quū appropinquaſſent hieroſolymis, & veniſſent bethphage ad montē oliueti. Bethphage viculus dicitur iuxta montē oliueti. **tunc ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis. Ite in caſtellū.** Incertum eſt nomen ꝓprium huius caſtelli: quia nullius euangeliſta explicat illud oppidulū. **qō contra vos eſt.** hoc eſt quod e regione ad vos ſitum eſt. Multis enim exiſtentibus ibi oppidulis ſeu vicis, deſcripſit ieſus caſtellū ſeu oppidulum illud a ſitu reſpectu eoꝝ: monſtrando illud e directo contra facies eoꝝ. & propterea non nominauit illud. **& ſtatim inuenietis.** hoc eſt ingredientes caſtellū non diſcurretis quærentes ſed ſtatim inuenietis: vt alii ſupplent euangeliſtæ. **aſinam alligatā.** non cōmunem ſed habentē dominū: vt lucas explicat. **& pullum cum ea. ſoluite & adducite mihi. Et ſiquis vobis aliquid dixerit, dicite.** pro. **dicetis, quia dominus his opus habet: & cōfeſtim dimittet eos.** aſinam ſcilicet & pullum. Prætuidebat ieſus obſtaculum futurum. & propterea remediū dat, prędicendo efficaciam auctoritatis ſuæ q̄primum audita fuerit: vt ſecuti exequerentur iuſſa. ¶ **Hoc autē totum factū eſt vt adimpleretur qō dictum eſt.** Ne putares ſubtrahendi laboris in itinere aut attentandæ alicuius nouitatis cauſa miſiſſe ieſum pro aſina & pullo, curauit euangeliſta rationē interſerere facti, vt ieſus impleret ſcripturas prophetarū. **per prophetam.** zachariam ca. 9. **dicentē. Dicite filię ſion.** Matthæus non ſolicitus de verbis ꝓphetæ, vbi zacharias dicit, exulta filia ſion iubila filia hieruſalem, dicit dicite filiæ ſion. Ille inuitat filias ſion nobiliores & filias hieruſalē ad gaudium: iſte exponit inuitationē illam eſſe acclamationē turbarum dicentium filiæ ſion, hoc eſt ciuitati hieroſolymitanæ, ecce rex &c̄. Appellatur hieruſalē filia ſion, quia protegitur ab arce ſion tanq̄ filia a matre. **ecce rex tuus.** hoc eſt meſias ille quem expectas. **venit tibi.** ad tuam ſalutē. **manſuetus.** In zacharia dicit̄ pauper. verūtamen verum eſt vtrūq; : quia & manſuetus & pauper venit. **& ſedens ſuper aſinā.** non elephantē, non camelum, non equū, non mulam, ſed aſinā. **& pullum.** vt ex his manifeſtis indiciis tanto tēpore ante prædictis, nullus reliqueretur excuſationi hieroſolymitarū locus. **filium ſubiugalis.** non indomitę aſinę. ℣ **Euntes aūt diſcipuli, fecerunt ſicut pcēpit illis ieſus. Et adduxerūt aſinam & pullū, & impoſuerūt ſuper eos.** aſinam & pullū. Vnde habetur ꝙ ſicut propheta p̄dixerat meſiam venturū in hieruſalem ſuper vtrūq; animal (aſinam & pullum) ita euangeliſta narrat impletū. Succeſſit e. n. vectus eſt ſuper vtrūq; : ſed an prius ſuper pullum q̄ aſinam an ecōuerſo, neſcitur. **veſtimēta ſua: & eū deſuper.** pro. **ſuper illa.** ſ. veſtimēta. **ſedere fecerunt.** Facere hoc ad ſeſſionem terminatū, corporale officium diſcipuloꝝ ad locandū ieſum ſuper animal ſignificat: more miniſtroꝝ adiuuantiū aliquem ad equitandū. ¶ **Plurima aūt turba ſtrauerunt veſtimēta ſua in via. Alii aūt cedebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. Turbę aūt quę ꝓcedebant & quę ſequebāntur, clamabant: dicentes.** Colligo quattuor officia. Primū diſcipuloꝝ propria pallia ſuper aſinam & pullum ſternentiū. Secūdum turbæ multæ ſternentis pallia propria in via, honore regio viam calcandā præparātis. Quod fuit valde mirabile. nunq̄ dauidi triūphanti aut ſalomoni talis honor exhibitus eſt. Et tanto mirabilius ꝙ ex improuiſo factū eſt, deo inſtigante turbā ad hoc. ℣ Tertium eſt alioꝝ cędentium ramos de arboribus, & ſtementiū ſimiliter in via. Iſti forte non habebant pallia: & ſupplebant ramis arboꝝ. ℣ Quartū laudis nouæ & prius inauditæ atq; maximæ. Et hoc cōmune fuit præcedentibus & ſequentibus, & etiā pueris in templo. ¶ In quibus oībus vide concurſum turbarū, vide gaudium & exultationē: & perpende teſtimonia meſiæ, nō ſolum in aduentu ſuper aſinā & pullum, ſed in mō veniendi: cum honore. ſ. plus q̄ regio, cum honore regis diuini, & cum ꝓceſſione turbarū clara & publica ꝙ eſt meſias. **Oſanna.** Corruptū hoc (. ſ. oſanna apud latinos, & hoſanna apud græcos) pōt dupliciter intelligi. Et ideo ambiguus reſtat ſermo, ſed non ſenſus. In pſalmi. 118. apud hebrēos verſu. 24. inuenit bis anna, & bis inuenit na. & vtrūq; eſt eiuſdē ſignificati. & eſt aduerbiū obſecrandi (loco cuius dicimus obſecro aduerbialiter) & aduerbium tēporis præſentis, loco cuius dicimus nunc. Et in eodē verſu ſemel inuenit hoſihah: hoc eſt ſaluifica. & imperatiuū hoſihah nō iungit̄ ibidē cum anna, ſed cū na. ita ꝙ legit̄ hoſihah na: hoc eſt ſaluifica obſecro, ſeu nūc. ℣ Crediderim ego matthęū ſcripſiſſe hoſihah na, & non hoſihah anna: ſed a græcis ac latinis ſcriptoribus & platiombus corruptionē tantam factam vt greci duabus dictionibus hos anna, & latini vna oſanna dicant. quod in hebręa lingua neſcit̄. Ratio credulitatis meæ eſt, tum quia ꝓpinquior eſt corruptionibus his hoſihah na q̄ hoſihah anna. tum qa ex pſalmo illo ſumptū apparet totum hoc, bñdictus qui venit in noīe dñi hoſihah na. vbi non inuenit hoſihah anna. **filio dauid.** Explicabant ipſum eſſe illum filium dauidis qui expectabat̄. ſ. meſiam ex genere dauidis. **Benedictus qui venit in noīe domini.** in laude, honore, gloria, fama, non ꝓpria ſed dñi. Ego inquit veni in noīe patris mei, alius veniet in noīe ſuo. **oſanna.** Repetunt deſiderū ac ſupplicationē ſalutis. **in excelſis.** Profitent̄, a ſpūſancto acti aduentum meſiæ ſalutiferū, non in infimis (qualia ſunt mundana oſa) ſed in excelſis: qualia ſunt ſola ſpūalia ac cœleſtia. ℣ **Et quū intraſſet hieroſolymā.** Incœperat ſigdē magnitudo laudis circa principiū deſcenſus montis oliueti vſq; hieruſalē. **cōmota eſt vniuerſa ciuitas.** Augebatur turba laudantiū, volauit fama per ciuitatē, excitantur vniuerſoꝝ animi ob hanc nouitatem. **dicens. quis eſt hic?** Tempus hoc diffinitū erat a deo eſſe tempus laudis cōis in hieruſalē. Et ꝓpterea cōmotionem vniuerſæ ciuitatis ſm motum admirationis intelligendā eſſe explicat euangeliſta: narrando verba eoꝝ admiratiua quis eſt hic, tanto dignus honore. Videntes. n. tantum cōcurſum, audiētes tot taleſq; laudū voces, admiratiue interrogāt quis eſt hic, cui talia exhibent̄. ¶ **Populi aūt.** pro. **turbę aūt.** comitantes ieſum. **dicebant. Hic eſt ieſus.** Nomine ꝓprio rīdent quærentibus quis eſt. **propheta.** Et rationem aſſignant tanti concurſus: quia. ſ. propheta dei eſt. & deſcribunt ſimul quis eſt. ſ. ieſus ille qui eſt propheta, prædicator faciens tot miracula. **a naſareth galilęę.** A patria quoq; deſcribunt: vt admirantes omnes vtriuſq; ſexus intelligant quis eſt hic.

Et intrauit ieſus in templuꝫ dei. Non iuit ad platēā aut arcem, ſed ad tēplum dei terminat celebrē aduentum. Templi aūt nomine intellige atria tēpli: in quæ licebat iudæis nō ſacerdotibus ingredi, in quibus morabant̄ orantes deū. in ipſum. n. tēplum non erat fas ingredi niſi ſacerdotibus. **& eiciebat.** Secūdo nunc eiicit: qa non ſe correxerūt eiecti iterum biēnio ante. **oēs vendentes & ementes.** Pari pœna inſequit̄ vendentes & ementes: & abſq; exceꝑtione. **in tēplo.** hoc eſt in atriis tēpli, vt dictum eſt. Locus vbi vendit̄ & emitur, in cā deſcribit̄. **Et menſas.** Non ſolū contra hoſes vendentes & ementes, ſed & contra inanimatas res prēparatas ibidē ad ſeruitium negociatoꝝ, vindictam exercet. **numulariorū.** qui reſidebant ibi ad cōmutationes numoꝝ, lucrando vt fieri ſolet in cābiis. numularii. n. negociatores ſunt numoꝝ, vendendo & emendo numos. Et erat hic locus illis cōmodus: qa empturi aāalia pro ſacrificiis, & vniuerſaliter venientes in hieruſalē deuotionis cā, ibant ad tēplum: & egentes cōmutatione numoꝝ, inueniebant ibidem reſidentes numularios. Sicut videmus romæ in gradibus ſancti

petri: & ſimiliter ementes & vendentes etiã in intimo atrio ante fores beati petri (ita ꝙ extra in patribus ipſius eccleſiæ appenderent venalia) vidit mũdus totus abſq; electore. **& cathedras vendentium colũbas.** Meminit ſpecialiter ſediũ in quibus reſidebant vendentes colũbas: vt a ſummo negocio numulariorũ vſq; ad minimũ negocium vendentiũ colũbas (quæ erant minimę res tunc ibidẽ venales) deſcribat etiã in ipſas inſenſibiles res vindicaſſe. **euertit.** Non dedignat manibus ꝓpriis ieſus hæc euertere. Euertit autẽ vt monſtraret non eſſe redeundũ ad hmõi illic negocia exercenda. **Et dixit eis Scriptũ eſt.** eſa. 56. **domus mea domus orationis vocabitur: vos aũt feciſtis illã ſpeluncam latronũ.** Prima vice reprehẽderat illos honeſto vocabulo increpando negociationẽ illic: modo acrius arguit induratos, ꝓducendo in lucem ꝙ non ſolũ negotiationis ſed rapinæ domũ effecerũt domum dei. Quẽadmodum n. ſpeluncæ occultat latrones ad ſpoliandũ tranſeuntes, ita ſub ſpecie cõmoditatis exhibendæ diuino cultui in domo dei palliant iſti oppreſſores peregrinorũ. nam hinc apparet ꝙ aggrauãdo precia expilabant peregrinos, quos oportebat ab illis emere & cum illis cõmutare: aliquin non aſſimularent latronibus. **Et acceſſerũt ad eum cęci & claudi in tẽplo: & ſanauit eos.** vt etiam miraculorũ teſtimonio tunc fidem honorantiũ confirmaret, & aduerſantes cõfutaret. **Videntes aũt principes ſacerdotũ & ſcribę mirabilia quę fecit, & pueros clamãtes in tẽplo, & dicentes oſanna filio dauid, indignati ſunt.** Principes ſacerdotũ & doctores legis nõ ſolum abſtinent a laudando ieſum viſis etiã miraculis, ſed indignant importentes occultare venenũ internum. **& dixerunt ei audis qd iſti dicunt?** Interrogant ieſum ſi audit vt crimen aut leſę maieſtatis aut vſurpantis meſſiæ nomẽ in ipſum ieſum retorqueãt. tanq; ipſe ſe acclamari meſſiã ꝓcuret. **Jeſus aũt dixit eis. vtiq;. Nunq; legiſtis qꝛ ex ore infantiũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ.** Prudens & cõfutatiua rõſio: monſtrando cauſam puerilis dicti nõ eſſe hominẽ aliquem procurantẽ aut excitantẽ, ſed deum implentem antiquas ꝓphetias ſic. Ex his. n. ſcriptis in pſalmo. 8. verbis cõfutari ſunt ſacerdotes & doctores: & firmata eſt fides credentium, audiendo etiã teſtimonia prophetarũ in vocibus puerorũ impleri.

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatẽ in bethaniã. caſtellum quaſi ſtadiis quindecim diſtans a hieruſalẽ. ibiq; manſit. pro. **diuerſatus eſt.** Significat. n. ꝙ velut hoſpitatus eſt ibi. Significauit nãq; per hoc euangeliſta ꝙ poſt tantũ honorem in hieruſalẽ diuerſorũ non habuit in hieruſalẽ: proculdubio quia noluit. & hoc vt oĩs calũniandi occaſio tolleretur pontificibus. Completo ſiquidẽ myſterio ſolẽnis aduentus, redit ieſus ad ſolitũ ambulandi modum cum diſcipulis ſuis, & ad ſolitũ prędicandi officium, ad ſolita hoſpitia. Et vltra hoc noluit tunc hoſpitari in hieruſalẽ, ne redderet hoſpitem ſuſpectum: tanq; cõſcium tantæ nouitatis qua ieſus acclamatus eſt rex. **Mane aũt.** die ſequenti: quæ tunc fuit vigeſima prima dies martii more romano. octauo nãq; kalendas aprilis crucifixus eſt: & quo die ante venit ieſus ſup aſinam in hieruſalẽ. **reuertens in ciuitatẽ eſurit.** in veritate: vtpote tantæ ſobrietatis vt etiã mane eſuriret. Et ſignũ eſurientis monſtrauit ꝓpter myſteriũ. nam totum hoc factum erga ficum, res geſta fuit non ꝓpter rem ipſam ſed in figurã. Ita ꝙ ſicut parabolas verbis, ita geſtis iſtis compoſuit figurã deſiturę ſynagogæ iudæorũ ſm diuinum cultũ. **Et videns ficĩ arborẽ vnã ſecus viam.** pro. **in via venit ad eam.** Sciebat ꝙ non erat tẽpus ficuũ: ſed venit cõponens figuram actu venidi. & nihil inuenit in ea niſi folia tantũ. **Et ait illi nunq;.** pro. **non vltra ex te fructus naſcatur in ſempiternũ. Et arefacta eſt cõtinuo ficulnea.** Maledictio iſta manifeſtat ꝙ figuram cõponebat. Arbor. n. non dabat occaſionẽ maledictioni (quia nõ erat tẽpus fructus) ſed figurata ſynagoga per arborem, merebat maledictionẽ. ℣ Ad literã geſta hæc ſignificant deſiderũ ieſu chriſti paſcendi ſe ſalute hebręi populi in cultu diuino ſeruientis deo & aduẽtum ipſius ad percipiendos fructus bonorũ operum in ipſo: ſed qa inuenit populũ colentem deum foliis tantũ, hoc eſt exterioribus tantũ verbis & oblationibus (populus. n. labiis me honorat, cor aũt eorũ longe eſt a me) ideo maledicit illi, ita ꝙ nõ ad tempus ſed in æternũ non proferat fructum. Nunq;. n. fructificaturus eſt iudaicus cultus: qui ſtatim vt maledictus eſt ab ipſo, aruit. eſt. n. illius maledicere malum facere. Quod ſm rem fuit in ieſu chriſti morte ac reſurrectione adimpletũ: quia ex tunc legalia mortua fuerũt. q̃uis ſm apparentiã vſq; ad hieroſolymitanũ excidium tolerata fuerint. **Et videntes diſcipuli mirati ſunt, dicentes. qũo continuo aruit?** Reſpõdens aũt ieſus, ait eis. **Amen dico vobis, ſi habueritis fidẽ & non hęſitaueritis.** pro. **diiudicaueritis.** hoc eſt nõ diſcreueritis inter facile & difficile opus apud deum: tanq; cõfidentes ꝙ opus facile faciet & nõ faciet difficile. **non ſolũ de ficulnea.** pro. **id qđ accidit ficui facietis: ſed & ſi mõti huic dixeritis, tolle & iacta te.** pro. **tollere & iactare in mare.** Paſſiua imperatiua ſunt tollere & iactare. Et cõſonat executioni. **fiet.** Non dicit & faciet: qa non intẽdit dicere ꝙ mons tollet ſe & mittet ſe in mare, ſed ꝙ tollet & mittetur in mare. **& omnia.** nulla exceptione facta. **quęcunq; petieritis.** Non velleitate, non cõditionaliter, ſed ſimpliciter & abſolute. **in oratione.** in mentis ad deum eleuatione. in qua nullus abſolute petit niſi ad qđ abſolute petendũ ſpiritusſanctus mouet. **credentes.** ne modica fides obicem ponat aut impediat. **accipietis.**

Et quũ veniſſet in tẽplum, acceſſerunt ad eum docentẽ principes ſacerdotũ & ſeniores populi dicentes. in qua ptãte hęc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatẽ? Non dicunt in qua poteſtate

teſtate hæc dicis, doces aut prædicas, ſed facis: quia de autoritate faciendi non docendi quærunt. Duo autem operũ genera fecit ieſus in tẽplo. Alterum miraculorũ: quoniam tunc curauit in tẽplo cæcos & claudos. alterum electionis vendentiũ & ementium, euerſionis menſarũ &c. Tertium quoq; factũ tunc fuit ꝙ ſedens ſuper aſinam venit cum tanto comitatu, cõcurſu & honore in tẽplum. ℣ Sed quum non tunc inceperit ieſus miracula facere, ſicut nec tũc inceperat docere populũ, ſed continue miracula fecerit, minus quadrat ꝙ de autoritate faciendi miracula inquirant. & tanto minus cõſonat quãto quęrunt quis dedit tibi hanc autoritatẽ? Vnde relinquit ꝙ ad literam quærunt qua autoritate eiicis vendentes & ementes, euertis menſas & ſedes, vetas ferri vaſa per tẽplum? qua autoritate cõmoues totum populum ad huiuſmodi cõcurſus gratia honorandi te tanto faſtu? ℭ Conſonant huic ſenſui perſonę interrogantiũ. ſ. principes ſacerdotũ & ſeniores populi. tanq; ad ipſos ſpectet & cura tẽpli & cura ne huiuſmodi nouitates fiant in ciuitate. Cõſonant verba, quis dedit tibi hanc poteſtatẽ? cæſar, pilatus, magiſtratus, pontifex &c. Conſonat eutiatio rõſionis: ꝙ. Ieſus noluit dicere qua autoritate hæc faceret, quum cõſiteri ꝙ aperuit qua poteſtate faciebat miracula, qñ dicebant ꝙ in beelzebub eiicit dæmonia.

℣ **Reſpondens autẽ ieſus, dixit eis. Interrogabo vos & ego vnum ſermonẽ: quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicaz in qua poteſtate hęc facio. baptiſmus ioãnis vnde erat: e cęlo an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe dicentes. Si dixerimus e cęlo, dicet nobis, quare ergo nõ credidiſtis illi? ſi autẽ dixerimus ex hominibus, timemus turbam.** Siue inter ſe, ſiue intra ſeſſiue ſecum, ſiue apud ſe legas, vna cõmunis reſpõſio præ ſe fert collationẽ habitam inter illos de reſpõſione danda, ſignificati per illa verba inter ſe dicentes. Quod cõfirmatur ex numero plurali ſi dixerimus. cõferentium enim hic ſermo eſt. **Omnes enim habebant.** pro. **habent ioãnem ſicut ꝓphetam.** Continuatio eſt collationis ſacerdotũ, conſiderando quid ſentit populus de ioãne. **Et reſpõdentes ieſu, dixerũt. neſcimus. At illis & ipſe. nec ego dico vobis in qua poteſtate hęc facio.** Noluit ieſus dicere ſe meſſiam, ad explicandũ qua autoritate hæc facit: quia non erat adhuc tẽpus mortis eius. vſq; ad vltimum enim diem hoc reſeruauit: quia ſciebat illos dicturos. blaſphemauit, reus eſt mortis.

Quid autẽ vobis videt? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primũ dixit. fili vade hodie operari in vinea mea. pro. **in vinea mea. ille autẽ reſpondens ait, nolo: poſtea autẽ abeo dñe.** vel ſm alios ego dñe, imperfecto ſermone. Significat prẽſto ſum, promptus ſum ad parendũ. **& non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Et dicunt ei. primus. Dicit illis ieſus. Amen dico vobis.** Parabola horum duorũ filiorũ clara eſt in ſe. Senſum autẽ illius literalem ipſe ieſus manifeſtat, applicando perſonã primi filii publicanis & meretricibus: vtpote manifeſte ꝓfeſſione ſuæ vitæ repugnantibus deo patri, ſicut ille dixit patri nolo, & poſtea pœnitentibus, ſicut ille pœnitentia ductus iuit ad operandũ in vinea patris. perſonã vero ſecũdi filii ſacerdotibus, ſcribis ac ſenioribus: vtpote officiorũ ſuorũ profeſſione exhibẽtibus ſe prõptos ad opa dei, ſicut ille dixit ego ſeu eo dñe, ſed facto nihil exequentibus, ſicut ille non iuit ad operandũ in vinea. Et hic ſenſus literalis non ſolum verificat in genere ſed in ſpecie de ipſis tunc ad quos loquebat. **qz publicani & meretrices ꝓcedent.** pro. **ꝓcedunt.** ad prẽſentes. n. applicat parabolã. **vos in regno dei. Venit. n. ad vos ioãnes.** Nõ dicit veni ego (vt non ſeipſum illis exoſum ꝓponat) ſed venit ioãnes: vt baptiſmũ pœnitentiæ ioãnis de quo mouerat quæſtionẽ, approbaret ſanctũq; monſtraret: quod illi dixerant ſe neſcire. **in via iuſtitię.** tam exercitata q̃ prædicata. **& non credidiſtis ei: publicani aũt & meretrices crediderunt ei. vos aũt videntes, nec pœnitentiam habuiſtis poſtea vt crederetis ei.** Peiores concludit illos q̃ parabola pinxerat: dum eos etiam poſt viſam pœnitentiam publicanorũ & meretricum, obſtinatos dicit.

Aliam parabolam audite. Præcedenti parabola ſacerdotũ ac primatum impœnitentiã ac pertinaciã, hac vero eorũdem ex crimine cõmittendo contra ipſum ieſum perditionẽ deſcribit. **Homo erat pater familias, qui plantauit vineam & ſepem circũdedit ei & fodit in ea torcular & ędificauit turrim & locauit eam agricolis & peregre profectus eſt. Quum aũt tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolę apprehẽſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime aũt miſit ad eos filium ſuum.** Parabola eſt clara. Senſus vero intẽtus eſt. Homo paterfamilias eſt deus. Vinea eſt domus iſrael, teſte eſa. ca. 5. plantata in terra promiſſionis: iuxta illud. vineam de ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam. Seps, turris & torcular ſicut omnia quæ oportet & expedit habere vineam optimã ſignificant, ita omnia opportuna & ſpectantia ad bonum populi iſra: l ſignificant data a deo: munitiones ſcilicet ab extraneis tam ſpirituales q̃ corporales, & ſecuram habitationem velut in turri, & neceſſaria quæq; inſtrumenta ad omnia, velut torcular reſpectu vineæ. Agricolę, ꝓtimates ſunt. peregrinatio ſubtractio eſt gratuiti auxilii ſeruantis illos a malo. Tempus fructuũ, tempus bonorũ operum diuerſis ætatibus populi eſt. Serui miſſi, prophetæ ſunt. Tres factorũ iniuriæ (ſcilicet cædere, lapidare & occidere) vniuerſæ ſunt iniuriæ illatæ ſanctis dei a iudæis. Miſſio filii eſt miſſio meſſiæ, nouiſſime facta: qa poſt ipſum

non expectatur vlterius propheta, sed ipse est legis & prophetarum finis. **dicens. verebuntur forte fi**
lium meum. Aduerbium forte non est de textu. Non significat quod erit, sed quod esse debet ex condi
tione p̃sonæ quæ mittitur. **Agricolæ aũt videntes filiũ dixerunt intra se.** hoc est colloquendo inter
seipsos in secreto cõsilio. **Hic est hęres.** Audita suscitatione lazari pontifices & pharisæi collecto cõ
cilio dixerunt. quid facimus, qa hic homo signa multa facit: si dimittimus eum sic oẽs credent in eum.
Quod hic sub parabola dicunt hic est hæres: ibi sub ꝓprietate verboꝝ dicunt oẽs credent in eũ. esse. n.
vineæ israel hæredẽ est oẽs israelitas credere in ipsum. **venite.** Colloquiũ manifeste apparet inter se. in
concilio. n. illo caiphas inuitauit alios. **occidamus eũ.** ab illo nãq; die definierũt occidere iesum. ⁊ **ha**
bebimus. pro. **occupemus hęreditatẽ eius.** gentẽ. s. & locum primũ. venient romani & tollent locũ
nostrum & gentẽ. Quod parabola sub lucri spẽ scribit: res gesta sub cuitatione dãni implet. idẽ est eũ
non perdere vineã & habere illam. **Et apprehensum eum eiecerunt extra vineã: ⁊ occiderunt.** Totũ
hoc ad literam est impletum, dum iesus cõprehensus a principibus sacerdotũ eiectus est a domo israel
tanq̃ seductor in manus gentiliũ: & per eoꝝ manus occiderunt illum. **Cum ergo venerit dñs vineæ,**
quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. aliqui auditores recti iudicii. **malos male perdet: ⁊ vineam**
suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum tẽporibus suis. ¶ **Dicit illis iesus. Nunq̃**
legistis. Saltat matthæus, omittens quæ lucas refert. **in scripturis.** psal. nõ. apud hebræos. **Lapidem**
quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. Plus subiungit q̃ parabola pate
retur. parabola. n. vsq; ad vindictã duxit: sed hac additione suppletur ꝙ occisio filii nõ priuauit filium
hæreditate. hoc. n. significat adiuncta ꝓphetia de messia sub metaphora lapidis. Lapis nãq; christus ẽ q
reprobatus ab ædificantibus, a primatibus, sacerdotibus, pharisæis, senioribus (qui velut constructores
viuę fabricæ erant inter iudæos) factus est, per resurrectionẽ a mortuis, in caput, in summũ locum, an
guli, iungendo vtrunq; populũ iudęum & gentilẽ in vnum: vt rei ꝓbauit euentus. **A dño. non ab ho**
mine, non a cœlo. factum est istud: ⁊ est mirabile in oculis nostris. ¶ **Ideo.** propter vestrũ hoc cri
men & mei exaltationẽ futuram. **dico vobis, qz auferetur a vobis regnũ dei.** Impletũ est hoc ad lite
ram excidio hierosolymitano subsecuto per romanos quãtum ad cultum duminũ: quãtum aũt ad virtu
tem cultus qua sortiebat rationẽ regni dei, impletum est morte christi. nam ex tunc cessauit in veritate
esse regnũ dei vetus cultus. ⁊ **dabitur genti.** per baptismi regenerationẽ genitę: vt res subsecuta testat.
¶ Vbi aduerte ꝙ inter hanc parabolę de vinea conclusionẽ & parabolam ipsam interposuit iesus ser
monem de lapide reprobato ab hoibus & exaltato a deo, vt ordinẽ venturæ historiæ texeret: monstran
do ꝙ ipse quidẽ esset occidendus reprobatus ab ipsis sed a deo exaltandus, & sic ab ipsis auferẽdum re
gnum dei & dandũ nouæ genti. **facienti fructus eius.** ¶ **Et qui ceciderit super lapidẽ istum, con**
fringet: super quẽ vero ceciderit, cõteret eum. Duo genera casus describit. Alterũ cadentium super
lapidem: tanq̃ ex celso loco ruendo vel impingendo super lapidẽ. Alterum super quos lapis iste cadat:
tanq̃ ruens vel demissus ex celso loco. In primo casu cõfractio, in secũdo contritio describit: ad signifi
candum ꝙ quãto id quod cõteritur seu cõritum est deterioris est cõditionis q̃ illud quod cõfringitur
seu confractũ est, tanto maius malum iminet secũdis q̃ primis. Rursus in primo casu hoies cõcurrunt
actiue & passiue. ad eoꝝ siquidem actionẽ pertinet, qui ceciderit super lapidem istum: nullus nãq; cadit
super christũ nisi peccando. ad passionẽ vero spectat cõfringetur. pœna nãq; est confractio: casus vero
culpa. In secũdo autẽ homines cõcurrunt tm̃ passiue, & lapis actiue. & significat casus lapidis actionẽ
punitiuam. ¶ Et significat per hæc differentia inter pœnam quã incurrit homo peccans in christũ ex
sua culpa, & pœnam quã infert ipse christus iratus: ꝙ illa est velut cõfractio, hoc est curabilis: ista autẽ
est velut cõtritio, hoc est incurabilis. Et vere sic est: quũ quantũcunq; homo peccet, curari põt nisi deus
iratus subtrahat gr̃am, indurat cor &c̃. Et hic sensus directe monstrat pœnam iudęoꝝ irreparabilẽ: quũ
ipse lapis cadet sup illos, quo ad spũalia subtrahendo gr̃am, quo ad tpalia mittendo romanos ad exci
dium. **Et quũ audissent principes sacerdotũ ⁊ pharisęi parabolas eius, cognouerũt ꝙ de ipsis**
diceret. Et quærentes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam sicut ꝓphetam eum habebant.

CAPVT .XXII.

Et respondens iesus. cogitationi sacerdotũ & scribarum, affectãtium ipsum capere. **dixit**
iterũ in parabolis eis, dicens. Primæ parabolę de vinea & lapide, descripserant primates
puniendos electione & pditione: hæc parabola non solum eos sed populũ puniendũ simul
cum ciuitate, & spẽm pœnę incẽdio & exercitu describit: declarãdo surrogandos esse bonos
& malos, non impune tm̃ mali ibi erunt. **Simile factũ est regnum cęlorum.** ſm præsentẽ statum vsq; ad
præsentis status terminũ inclusiue. nam ad terminũ prędentis status spectat dãnatio hois sine veste nu
ptiali. **homini regi.** Non solũ homini regi sed toti negocio recitando (quod incipit ab hoie rege) assi
milari intellige regnum cœlorum. Parabola clara est. Et intẽdit per hoiem regem deũ: qui rex est vniuersi.
qui fecit nuptias filio suo. Nuptiæ filii dei, mysteriũ est incarnationis. tunc. n. deus fecit nuptias filio
suo quũ verbum caro factũ est ad habitandũ in nobis: hoc est ad copulandam sibi eiusdẽ iam naturæ
sponsam ecclesiam fidelium hominũ. Iesu christi nãq; sponsam esse ecclesiam, paulus sæpe testatur ad

ephesios & corinthios. vũ nuptiæ istæ durant vsq; ad cõsummationẽ seculi. **Et misit seruos suos.** Pri
mo magos: deinde ioãnem baptistam: postea apostolos. Inter quos cõputa iesum, quatenus hõ, seruus
dei & ꝓpheta habebaẽ. **vocare inuitatos.** proculdubio iudęos iam per ꝓphetas inuitatos. Magi. n. fa
cto vocauerunt inuitatos, vbi est &c̃. Ioãnes baptista, ipse iesus & discipuli missi per castella &c̃. vocaue
runt inuitatos iudæos tm̃. **ad nuptias.** regni cęloꝝ. ⁊ **nolebant venire.** Pauci. n. credere voluerunt in
iesum, pdicantibus ioãne, iesu & discipulis. **Iterum.** post resurrectionẽ. **misit alios seruos.** Vere alios
factos ex dono spũsancti. **dicens.** ¶ **Dicite inuitatis.** iudæis. Discipuli. n. christi post pentecosten iudeis
prædicauerũt. **ecce prandium meum paraui: tauri mei ⁊ altilia occisa sunt ⁊ omnia parata: venite**
ad nuptias. Primo missi serui, solũmodo vocauerunt iudæos ad nuptias. secundo aũt missi, habent in
mandatis non solũ vocare iudæos sed explicare illis ꝙ oia sunt parata: qa discipuli edocti a spũsancto
sunt pdicare iudæis messiam venisse, crucifixum, mortuũ, resurrexisse: & breuiter oia quæ pro salute eorũ
facienda erant parata esse. nihil superesse nisi vt ipsi veniant fide ad ecclesiam iesu christi. ¶ Si singulorũ
significationes exiguntur (quod tm̃ non oportet) prandium paratũ ecclesia in christi fide & sacramẽtis
est. Tauri & altilia mactata, vtriusq; testamẽti patres in cibũ harum nuptiarũ (hoc est fidei christianæ)
sunt: ꝓphetæ. s. & ioãnes baptista, ipsaq; mors iesu. huic (inquiunt apostoli pdicantes) oẽs prophetę te
stimonium phibent, remissionẽ peccatoꝝ accipere credentes in nomine eius. **Illi aũt neglexerunt: ⁊ abie**
runt, alius in villã suam, alius vero ad negociationẽ suam. Negligentes iudæi venire ad fidẽ chri
sti, in duas secant partes. s. euntium in villã, hoc est agrum suũ ad colendũ illum, & euntium ad nego
ciandum. In quibus vniuersæ negligentiæ causæ cõprehenduntur. nam aut occupatione velut necessa
ria (quæ per cultrũ agri significat) aut occupatione non necessaria sed lucri causa, negligimus. Tertia
autem causa (. s. vacare delectabilibus) non parit negligentriã, sed reddit impotẽtem ad veniendum. &
ideo non cõputatur inter causas negligentię. **Reliqui vero tenuerũt seruos eius.** Iudæoꝝ multi ve
lut affecti & occupati suis, neglexerunt credere in christum post pentecosten: sed aliqui primates inter
illos, excanduerunt contra christi discipulos. & ad literã tenuerunt apostolos & contumeliis affecerunt,
cõiter qñ ibant a conspectu cõcilii gaudentes qñ digni fuerant pro nõe iesu cõtumeliam pati. ⁊ **cõtu**
meliis affectos occiderũt. Stephanum, iacobũ fratrem ioãnis, & iacobũ fratrem dñi &c̃. ¶ **Rex aũt**
dens. quũ audisset. Tempus vindictæ describit ob crimen in christum: inchoatũ dum christus per se
ipsum prædicaret, & cõsummatum ob crimina in ipsum prædicantes postea apostolos. Totum. n. hoc
tempus fuit tẽpus visitationis eius quod non cognouit hierusalẽ. **iratus est.** iustitiam vindicatiuam
exercuit. ⁊ **missis exercitibus suis.** Romanoꝝ exercitus vocat exercitus dei: quia deus dirigebat illos
ad vindictam iudæoꝝ. **perdidit homicidas illos.** hierosolymitanos, sacerdotes, scribas &c̃. ⁊ **ciuita**
tem illoꝝ. hierusalẽ. **succendit.** Igne. n. quo ad templum cõbusta est. **Tunc.** explosis iudæis. **ait seruis**
suis. Nuptię quidem parate sunt: sed qui inuitati erant. iudęi. s. quibus dicunt apostoli. vobis oporte
bat prędicari primũ regnum dei, sed qa indignos vos iudicatis ęternę vitę ecce cõuertimur ad gẽtes.
non fuerunt digni. ¶ **Ite ergo ad exitus viarũ.** loca congrua ad vocandũ transeuntes. ⁊ **quoscũq;**
pro. ⁊ quotquot inueneritis, vocate ad nuptias. Ad literã significat vocatio gentium non prius in
uitatarum ad regnũ dei, facta per christi discipulos. Et describuntur vocari in viis & nõ in ciuitate ali
qua: vt significet vocatio oĩum absq; delectu. viæ. n. cõmunes sunt transeuntibus cuiuscũq; nationis.
Et egressi serui eius in vias, cõgregauerunt oẽs quos inuenerũt, malos ⁊ bonos. hoc est absq;
delectu. nulli. n. volenti baptizari (siue vere siue ficte accedat) negatur baptismus. ¶ **Et impletę sunt nu**
ptię discũbentium. Ecce quãdiu durat vocatio, quousq; impletę sint nuptię discũbentibus. Quod nõ
erit vsq; ad consummationẽ seculi. q̃ is singulis ętatibus humanis impleanẽ nuptiæ ſm diffinitam a
deo plenitudinẽ illius tẽporis. ¶ **Intrauit aũt rex vt videret discũbentes.** Hactenus de solicitudine
regis ad vocandũ parabola tractauit, prosequendo illam vsq; ad finẽ mũdi: modo de cura regis circa in
gressos ad nuptias incipit tractare. Ita ꝙ non intẽdit dicere neq; dicit ꝙ postq̃ impletę sunt nuptię in
trauit rex: sed intẽdit & dicit ꝙ post vocationẽ & ingressum vocatoꝝ intrauit rex. Intrat deus iudicio,
qui foris manet tolerando. intrat aũt discutiendo & iudicando singulos, quũ morte visitat, & iudicio
suo discutit merita cuiusq; morientis. ⁊ **vidit ibi hominẽ.** Subtilis diserctio in tanta multitudine de
scribitur. qa enim ita oẽs deus videt vt singuloꝝ singillatim curam habeat, ideo vnus describit visus
homo. non vestitũ veste nuptiali. hoc est charitate. quæ sola diuidit inter filios regni & perditionis.
vt apostolus declarauit. 1. ad cor. 13. ⁊ **ait illi. Amice. officio cõuinę, propter fidei professionẽ. quomo**
do huc intrasti non habens vestem nuptialẽ? Indigne enim cõuinam se exhibuit, irreuerentiã exhi
bendo nuptiali conuiuio absq; cõdigna veste. ¶ Nota prudens lector duo. Primũ ꝙ non cõtumelio
se increpat. non dicit indigne, psumptuose, imprudens, sed amice. non quõ ausus es, sed quõ huc intra
sti, pponendo interrogatiue factum simplex vt ipse seipsum dãnet. ad erudiendũ nos vt etiam in noto
rio facto non iudicemus inaudituũ, & examinemus absq; cõtumelia, absq; cõuitio, cũ dilectione hoium
& odio vitiorũ. ¶ Secũdum est quod si cum veste sordida vidisset cõuiuam, qñ solam negationẽ vestis
condignæ animaduertit. At ille obmutuit. Coram diuino iudicio nulla est exceptio. ipsa nãq; veritas pa

Deus missa dicit
mittit in quam
ultricem justitiam
vindictam
exercet
Romani exercitus
dicti. fuere
tetrum est bellum
stragis.
nota quibus volen
ti baptizare sine
vere sine ficte fide
negatur baptismus

lam accensa/conuincit/cõfundit. Tunc.non expectato vniuersali iudicio.dixit rex ministris.ligatis manibus ꝫ pedibus eius.Pœna inferni prima est obstinatio in malo:ligatis manibus/ne possit operari ad bonũ morale,& pedibus/ne possit affectũ habere ad bonũ morale.mittite eum.pro.tollite eũ ꝫ iacite.in tenebras exteriores. Intellectus enã priuatus lumine(non naturali interno,sed gratuito ac externo quo ab extra illuminati posset)describit cum materialibus tenebris loci iferni. Ibi erit fletus ꝫ stridor dentiũ.Pœnis dãm apponunt pœnæ sensus.in oculis quidem fletus:in vniuersis autẽ mẽbris rigor tantus vt ad dentium stridorẽ perueniat. Et metaphorico hoc sermone describuntur oẽs pœnæ sensus:tanto ꝑpinquius quãto ad fidem resurrectionis corpoꝝ corporales pœnæ ſpectant. Multi aũt pro.enim sunt vocati:pauci vero electi.Hæc cõclusio aperit ꝙ nec inuitati omnes(hoc est iudæi)recusauerunt,quis fere omnes:nec carens veste nuptiali fuit vnus,sed sub illo multitudo descripta est fidelium/qui indignos christiano conuiuio seipsos exhibent.

Tunc abeuntes pharisei/cõsilium inierũt vt caperent.pro.illaquearent/eũ in sermone. Illaqueare aũt non vinculis ligando,sed laqueo qõnis cõprehendendo:sicut aues aut animalia incidunt in laqueos venatorios. Et mittunt ei discipulos suos.cũ herodianis. vt testes non suspecti adessent. cognoscebant.n.seipsos fore suspectos testes contra iesum:qa inimicabant ei.dicentes. Magister scimus q̃ verax es/ꝫ viam dei in veritate doces/ꝫ nõ est tibi cura de aliquo:non.n.respicis ꝓsonã hoĩum. Vniuersa hęc laus ex adulatoria officina(ad quocandũ iesum ne timeat ꝓferre deum cæsari) procedit. Dic ergo nobis qd tibi videt:licet censuꝫ dari cęsari an non? Non quærunt an debeant dare,sed an licitũ sit in foro cõscientiæ dare.hæc.n.interrogatio & iesu christi rñsio significant ꝙ in dubium vertebat apud iudæos an liceret soluere censum cæsari. Et vt iosephus ait li.18.antiq.iudas galonites introduxit hanc qõnem tpe natiuitatis christi sub octauio augusto. Et erat rõ dubii:quia populus dicatus deo/nõ debebat ꝓfiteri se subditũ homini infideli. solutio.n.census erat ꝓfessio subiectionis ꝓsonalis. Intrẽdebant ergo pharisæi reddere iesum minus gratũ populo/si diceret licere dari censum cæsari,tanꝫ nõ zelantẽ quæ dei sunt.vel tradere eũ curiæ pilati si diceret nõ licere:tanꝫ auerrentẽ populũ a cęsare. Cognita aũt iesus nequitia.pro.malicia/eoꝝ,ait. Quid me tentatis hypocritę? Illi laudant: iesus laudãtes vituperat.manifestãdo ꝙ simulant ac tentant si forte aliqd dissonũ rñsum daret. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerũt ei denariũ. Et ait illis iesus.cuius est imago hęc ꝫ superscriptio? Dicũt ei.cęsaris. Tũc ait illis.reddite ergo q̃ sunt cęsaris cęsari. Illata ista cõclusio est ex principatu cæsaris sup ipsos/quẽ imago cum inscriptione in numo cõtestatur.principũ.n.est ꝓprium numisma cõficere in patria sibi subdita.Ex eo itaqꝫ ꝙ phariseimini in denario principẽ vestrum esse cæsarem,cõsequens esse oportet vt reddatis quæ sunt(hoc est iura)cæsaris cæsari.ꝫ quę sunt dei deo.Hinc apparet ꝙ ꝓtextu dei fiebat illa qõ/tanꝫ cederet in dedecus dei dare censum cęsari.propter hoc.n.excitendũ iesus addidit & quæ sunt dei(hoc est iura dei)deo.Et docuit ꝓ hoc ꝙ soluere tributa/census/vectigalia & quæcũqꝫ hmõi principibus infidelibus/non contrariaꝫ ad reddendum quæ sunt dei deo:sed vtrũqꝫ põt simul fieri. Vnde & ipse iesus soluit pro se & petro.& paulus docet/eui tributũ tributum &c. Et audientes mirati sunt.de tam irreprehensibili simul & satisfactoria rẽsponsione.fecit enim satis & iuribus cæsaris & iuribus dei. ꝫ relicto eo abierunt.

In illo die accesserũt ad eũ sadducęi.Nomen est sectæ.Apud iudæos.n.tres erant sectæ.s.phariseoꝝ/sadducæoꝝ & esseoꝝ.De qbus iosephus li.18.antiq.qui dicunt nõ esse resurrectionẽ:ꝫ interrogauerunt eũ/dicentes. Magister/moyses dixit.siqs mortuus fuerit non hãs filium/vt ducat frater eius vxorẽ illius,ꝫ suscitet semen fratri suo. Erant aũt apud nos septẽ fratres:ꝫ primus vxore ducta defunctus est:ꝫ non hãs semen/reliquit vxorẽ suam fratri suo.silr secũs ꝫ tertius vsqꝫ ad septimũ.nouissime aũt oĩum ꝫ mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor?oẽs.n.habuerunt eaꝫ. Rñdens aũt iesus ait illis.Erratis.Absqꝫ cõtumelia aperit illis dogma eoꝝ esse erroré ex ignorantia.Erratis inqt a veritate/docendo nõ fore resurrectionẽ mortuoꝝ.nescientes.Ecce cã erroris.scripturas.cũ interpretari/cũ discernere. Sadducæi.n.non admittebãt scripturas sacras nisi moysi.Et in hoc nesciebãt scripturas discernere:qm̃ etiã scripturæ ꝓphetarũ cõputandę erant inter admittendas.ꝓterea.n.dicit eis/nescientes scripturas:hoc est quæ sunt scripturæ sacræ admittẽdæ. Rursus non intelligebant ipsas moysi scripturas.& in hoc errabant nescientes interpretari sensum scripturarũ moysi. neqꝫ virtutem dei. Sadducæi(vt illorũ hæc quęstio quã reputabant insolubilem manifestat)non sciebant alium viuendi modũ nisi quẽ in hoc mundo videbant inter homines.s.comedendo/bibendo/generando &c.& non sciebant virtutẽ dei potentem corpora humana trãsmutare in gloriam impassibilitatis sine cibo & potu & reliquis huiusmodi.Et ꝓpterea dicit illis/nescientes virtutem dei. In resurrectione enim neqꝫ nubent neqꝫ nubent̃.pro.neqꝫ ducunt vxores neqꝫ nubunt.Dixerat duas radices erroris.s.ignorantiam virtutis dei & scripturarũ. Vtranqꝫ prosequit̃,& primo virtutem dei:manifestando alium viuendi modum in resurrectione:scilicet absqꝫ coniugiis/absqꝫ actibus venereis.sed erunt.pro.sunt/sicut angeli dei. Non solum erunt absqꝫ venereis sed absqꝫ partis vegetatiuæ & sensitiuæ passionibus & indigentiis.hoc.n.totum significat sicut angeli dei:non comedentes/non bibentes/nulli ægritudini aut passioni subiecti. Et rursus erunt sicut angeli dei felices in cõtemplatione dei. Sadducæi non solũ negant resurrectionẽ sed etiam angelos & ſpũs:vt patet act.23. & ꝓpterea iesus rñdendo quæstioni eoꝝ meminit angeloꝝ:& soluit illoꝝ quæstionẽ inexcogitato ab illis modo.in cęlo.ad differentiam angeloꝝ damnatoꝝ qui vocant̃ dæmones.describit siquidẽ resurrectionem mortuoꝝ in statu beato.hoc.n.sufficiebat cõtra sadducæoꝝ/qui omnino resurrectionẽ negabant. De resurrectione aũt mortuoꝝ.contra quã directe tendebat argumẽtum sadducæoꝝ. non legistis qđ dictũ est.Deest.vobis/a deo dicente vobis.Supfluit vobis.Exo.3. Prosequit̃ alteram radicem.s.scripturarũ ignorantiam.& affert textũ ex scripturis moysi,quas sadducæi recipiunt. Ego sum deus abraham/ꝫ deus isaac/ꝫ deus iacob.Non dicit ego fui:vt intelligas ꝙ non loquit̃ de tempore quo abrahã/isaac & iacob viuebant in hac mortali vita:sed de præsenti tẽpore quo alloquit̃ moysen post tot annos a morte abrahæ/isaac & iacob. Non est deus. Bis legat̃ deus.ita ꝙ legendũ est.non est deus/deus mortuoꝝ.sed viuentiuꝫ. Non dicit non est dñs(quia est dñs & viuentium & mortuoꝝ) sed dicit nõ est deus mortuoꝝ:quia esse deum alicuius seu aliquoꝝ est colj/haberi estimariqꝫ deum ab illo seu illis.constat autẽ mortuoꝝ quatenus mortui sunt nullũ esse deum:qa sunt mortui corpore/sine sensu/sine intellectu/sine estimatione.Et ꝓpterea iesus ex hac autoritate cõuincit sadducęos ꝙ abrahę/isaac & iacob viuerent ſpũs qũ deus(.s.tpe moysi)dixit hęc verba ego sum deus abrahã/isaac & iacob: appellans eoꝝ animas ipsoꝝ nobis/more scripturę & ecclesię.sancte petre ora pro nobis.per synecdochen partẽ(animã.s.)pro toto ponendo:qa aia est quodãmodo totum quod est hõ:vtpote nõ solum præcipua essentiæ pars,sed ratio ois vitæ & operũ hois. Sed occurrit dubium:qa ex hac autoritate q̃is conuincant̃ sadducęi ꝙ animę abrahę/isaac & iacob sint imortales(vtpote viuentes longe post mortẽ abrahę/isaac & iacob)non tñ apparet qũo hinc habeat̃ resurrectio mortuoꝝ:ad quã tñ cõprobandam iesus inducit hanc scripturã/dicendo.de resurrectione aũt mortuoꝝ non legistis &c̃. Ad hoc dicit̃ primo ꝙ hæc autoritas affertur ad hominẽ.s.sadducęum:quia radix negandi resurrectionẽ apud sadducæos/erat interitus aiæ simul cum corpore.vñ euellendo hanc radicẽ/conuincit ipsos de resurrectione. Secũdo ꝙ licet imortalitas animæ non cõuincat ꝓpos ꝙ futura sit resurrectio mortuoꝝ,conuincit tñ cultores dei expectantes cœlestis patriæ beatitudinẽ perfectã:quia non essent perfecte beatæ animæ nisi vnitæ corporibus bearent̃.maneret.n.pars separata semp a suo toto.vñ & in apoca.acceptis singulis ſtolis clamant expectando corpora sua. Et propter hanc rationem scriptura ista cõtinet non solum animas mortuoꝝ viuentes,sed animas colentes deum/dicẽdo ego sum deus abraham &c̃.vt ex ipso cultu/resurrectionis fides (quæ ex vita animarũ initium habet)cõpleatur. Et audientes turbę mirabantur.pro.stupebant/de doctrina eius.

Pharisei aũt audientes ꝙ silentiũ imposuisset.pro.os obturasset/sadducęis. Hinc apparet q̃ fruct̃uosa fuerit dñi iesu rñsio data sadducæis.argumentũ.n.quod garrula voce tanꝫ insolubile iactabãt/ exclusum videntes,non sunt cõuersi ad veritatis lumen sed cõfusi siluerunt/nescientes quid replicarent. cõuenerunt in vnũ:ꝫ interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor.pro.legalis. hoc est exercitatus in iis quæ sunt legis.tentans eum. Magister qđ est mandatũ magnum in lege? Explorare intendebat quod mandatũ censebat iesus esse præcipuũ in lege moysi. Ait illi iesus. Diliges. Rñdet ex ipsa lege deutero.6. Præceptũ charitatis quæ est suprema oĩum virtutũ/antepositum. Diliges.hic est actus præceptus,non respectu cuiuscũqꝫ obiecti sed. dñm deum tuũ. Ecce obiectũ summũ.ex.pro.in/toto.non in parte.tuo corde.hoc est volũtate:cuius ꝓprius actus elicitus est diligere. Totalitas aũt duplr põt exponi.vel ponitue/ꝙ oĩs vis volũtatis apponat̃ ad diligendũ deum. Et sic nõ præcipit exequẽdum viatori:qa impossibile est.sed implebit̃ in patria cœlesti. Vel negatiue:hoc est sic dilige deum vt nihil in tuo corde sit cõtrarium dilectioni dei. Si.n.diligeres hinc deũ/& inde aliqd cõtrarium deo(puta cõsulere dæmones)nõ obedires ꝑcepto huic:qa non diligeres in toto corde sed in parte. Et silr intellige totalitatem in sequẽtibus. ꝫ in tota tua aĩa. hoc est vita aĩali:quę cõplectit̃ partẽ sensitiuã & vegetatiuã. Diligere aũt in aĩa(hoc est in aĩali vita)est opa oĩa ad aĩalem vitam spectãtia dilectioni dei subincere/ ad dilectionẽ dei ordinare/in oĩbus hmõi opibus dilectioni dei obsequi.non sufficit.n.vt volũtate diligamus deũ:sed oportet in sensualibus delectationibus nihil admittere cõtrarium dilectioni dei. ꝫ in tota tua mente.hoc est intellectu.Diligere aũt deũ intellectu,est intellectũ a dilectione dei motum seu imperatũ assentire iis quę sunt fidei/& nihil cõtrarium diuinæ dilectioni admittere in intellectu. Hoc est maximũ.pro.magnũ/ꝫ primũ mandatũ.Est.n.primũ in intentione legislatoris:qa hoc ꝓcipue intendit.& magnũ quãtitate virtutis in genere mandatoꝝ:vtpote excedens reliqua & virtualiter cõtinens reliqua. Secũm aũt.nõ æquale sed posterius ac minus.sile est huic. Dilectio.n.sil̃is est dilectioni. Diliges. Ecce actus ꝑceptus/sil̃is actui primo ꝑcepto. primũ tuum/natura rõnali/capaci bẽitudinis & miserię.sicut.vel vt.teipsum. Nõ dicit quãtum teipsum:qa quadrat ordini naturę/moris ac charitatis(de qua scriptũ est/ordinauit in me charitatẽ)vt plus diligam me q̃ proximũ. Sed dicit sicut:hoc est eo mõ qmo diligis teipsum. Aduerte prudens lector ꝙ sicut in ꝑcepto primo ꝑcipiunt̃ duo(.s.diligere deũ;& modus diligẽdi/in toto corde &c̃.)ita in hoc secũdo ꝑcipiunt̃ duo.s.diligere ꝓximũ,& mo

dus diligendi/sicut teipsum. Quo sit vt in hoc secūdo contineant quattuor:quoꝝ duo præcipiunt & duo præsupponunt. Dicendo nāq; dilige pximum sic/duo præcipiunt:& demiendo vt teipsum/duo supponunt. ℭdiligere teipsum sic.nam proximū diligere sic/præcipit ad exēplum dilectionis ppriæ & modi eius. ℭEt hinc sequit primo ꝙ præceptū hoc secūdum non est de dilectione charitatis.Ex eo.n. ꝙ preceptū hoc psupponit dilectionē propriam/& cōstat ꝙ pōt impleri sine charitate(vt patet apud seruantes oia/præcepta secūdæ tabulæ sine charitate)cōsequens est ꝙ non psupponit dilectionē propriam ex charitate/nec pcipit dilectionē proximi ex charitate. Rursus dilectio pximi præcipitur hic ab exēplo dilectionis pprię/certę & indubitatę:nisi.n.psupponeret tuiipsius certam & indubitatā dilectionē,non diceret/dilige pximum sicut teipsum.constat aūt ꝙ dilectio ppria ex charitate/nō est certa & indubia.nō ergo est de illa sermo.Et cōfirmatur:qa si præciperet hoc præcepto dilectio pximi ex charitate,dicendū fuisset diliges pximū tuum ppter deum/& nō sicut teipsum.Et si dilectio ppria ex charitate supponeret,dicendū fuisset sicut debes teipsum diligere/& non de facto sicut teipsum:aliogn quicunq; non diligit seipsum ex charitate/exēptus esset ab hoc secūdo præcepto:qd est ridiculū. ℣ Sequit secūdo ꝙ dilectio naturalis(qua.s.naturali inclinatione quiliber inclinat ad diligendū seipsum)psupponit dicendo sicut teipsum:& præcipit similis dilectio pximi. ℭManifestat hoc tripli. Primo ex hoc ꝙ non pcipitur dilectio suiipsius sed supponit. Tria.n.tm quū sint diligibilia amore amicitiæ/hoc est vt qbus volumus bonū(.s.deus/ego & pximus)ideo de dilectione dei & pximi dantur pcepta/& de dilectione ppria non dat præceptū:quia ego naturaliter amo me/nec egeo virtute aliqua in volūtate ad volendū mihi bonū.sed ad diligēdum deū/& fit ad diligendū proximū virtute egeo & pcepto:qa nec ad volendū quæ dei nec ad volendum quæ pximi sunt/sufficienter habeo a natura inclinationē.opus est.n.ad diligendū deum charitate/& ad diligēdum pximum iustitia. ℣ Secūdo ex eo ꝙ pceptum de dilectione charitatis/sufficienter vnico pcepto continet. Præcipiendo.n.ꝙ diligat deus sic vt nec in corde nec in mēte nec in aīa nec in viribus admittat aliqd contrariū deo,precipit implicite diligi non solum meipsum & pximum ppter deū/sed oia qūolibet referenda in deum dilectū:quū quæcūq; & quoscunq; diligere ppter deū/non est aliud q̄ diligere deū:sicut diligere alia & alios ppter meipsum/non est nisi diligere meipsum. At si pcipienda fuisset alio pcepto dilectio pximi ex charitate,pari aut maiori rōne precipiendū explicite fuisset/dilige teipsum ppter deum:quū hoc magis vrgeat/& magnā habeat difficultatē. ℣ Tertio ex eo ꝙ(vt iam aliqualiter dictū est)dilectio nō gratuita sed quā debeo pximo/se cluſa charitate sufficienter implet seruando pcepta iustitiæ & partiū eius:puta honorando parentes non occidendo/nō rapiendo/non adulterādo:& breuiter ius suū vnicuiq; reddendo/& quæcunq; volumus vt faciant nobis alii hæc eadē illis faciendo.Hæc aūt secūdæ tabulæ/cōprehensa sub vno pcepto dilectionis proximi sunt:sicut oia primæ tabulæ cōprehensa sunt sub pcepto dilectionis dei.vt sic oia quadrent. ℭEst igit ifalis sensus huius pcepti/diliges pximum tuū sicut teipsum.volito bonū naturalium/moraliū exteriorūq; rerū(honoris/famę/pecuniarū/agroꝝ &c.)pximo tuo/natura rōnali,sicut hoc est illo mō quo vis tibiipsi bonū. ℣ Si quęris qs est ille modus:rndeo amice/amicabiliter.pcipit.n. vt diligas pximum ppter bonū ipsius pximi/& non ppter tuam vtilitatē:sicut diligis teipsum ppter teipsum.Diligere.n.pximum ppter teipsum,nō est diligere pximum/sed est diligere teipsum.est.n.dilectio cōcupiscentiæ nō amicitiæ.Dicendo itaq; sicut teipsum/pcipit vt amore amicitiæ diligas pximū/ad instar amoris quo diligis teipsum.amicabilia.n.quę sunt ad alios/veniunt ex amicabilibus ad seipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & ꝓphęte.pro.tota lex & ꝓphęte pendent. Patet nāq; ꝙ omnia statuta in lege & quæcūq; tradunt prophetæ/ordinantur vel ad diligendū deum ex charitate(in quo claudunt oia quæ sunt fidei/spei/religionis & moꝝ)vel ad diligendū proximum. & in hoc clauduntur quæ sunt iustitiæ/obseruantiæ/veritatis/amicitiæ/misericordiæ/& similium.

Congregatis aūt pharisęis,interrogauit eos iesus/dicens.quid vobis videt de christo,cuius filius est? ℣Dicūt ei.dauid. Ait illis. Quo ergo dauid in spū vocat eū dñm/dicens.dixit dñs dño meo sede a dextris meis:donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Si ergo dauid vocat eū dñm,quo filius eius est? Vera solutio qōnis est ꝙ messias hēt vtrāq; conditionē.s.ꝙ est filius dauidis & ꝙ est dñs dauidis.sed filius est sm ꝙ hō/dñs sm ꝙ deus. Pharisæi aūt ignorabant messiam cōstare ex duabus naturis(diuina.s.& humana)in vna psona. Et.ppterea.nemo poterat ei rndere verbuz. quia carebant potentia rndendi,quę est scientia illius scripturę.neqz ausus fuit quisqz ex illa die eū amplius interrogare.Ecce/pharisæi similes redditi sunt sadducęis:quoꝝ occlusum fuerat os.

CAPVT .XXIII.

Tunc iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos/dicens. Super cathedram moysi.super sedem docendi & iudicandi in lege dei super quā moyses primus sedit.& propterea ab ipso nominat.sederunt.autoritatē habuerunt/presidentes vt iudices.scribę.doctores legis diuinæ.& pharisei.diuisi a cōi populo tanq̄ religiosiores. Non de oībus itaq; scribis & pharisæis,sed de sedentibus sup sedem moysi tractat. ℣ Nec dicit sederunt sacerdotes aut pontifices/propter reuerentiā ordinis sacerdotalis.Lege euangeliū:nunq̄ inuenies iesum noiasse sacerdotes

aut pontifices arguendo aut reprehendendo,sed scribas & pharisæos/pfessores scientiæ & morum.instruendo pdicatores vt non prædicent cōtra sacerdotes aut pontifices in spē/propter reuerentiā ordinis. Omnia ergo quęcūqz.ex cathedra moysi/non aliūde. dixerint vobis seruare. Hoc infinitiuum deficit latinis codicibus:vt græci testant. Alia dicunt scienda/alia credenda/alia seruanda.seruate autē cōmune est præceptis negatiuis & affirmatiuis. seruate.patendo pceptis negatiuis/& facite. parendo preceptis affirmatiuis. sm opera vero eoꝝ nolite facere. obedite dictis sed nolite imitari facta eoꝝ. Dicunt enim. Ecce tō obedientiæ:qa dicunt quæ sunt legis diuinæ/quæ sunt sanctimoniæ/quæ sunt bonoꝝ morum.& non faciunt.Ecce tō non imitandi facta. Et hoc nisi esset peccatū,nequaq̄ inter alia istoꝝ peccata numerarę a dño iesu:nec solum numerat sed primo loco nominat. Turpe.n.est doctori quū culpa redarguit ipsum.& qui pdicas non furandū furaris/qui prædicas non mœchandū mœcharis inquit apostolus.monstrū est in moralibus dicere & non facere/vita cōtraria doctrinę.Et qa magis mouent exępla q̄ verba,inde est ꝙ infructuose psunt ii quoꝝ vita non pest sed autoritas vel doctrina. Nunq̄ mundum cōuertissent ad christi fidem apostoli ac eoꝝ proximi successores/si dixissent & non fecissent.nunq̄ ecclesiæ tot fuissent donatæ tēporalibus bonis,si patres prisci quoꝝ temporibus fuerunt data/dixissent & non fecissent. Alligant aūt. De cōtentis in lege moysi dixit/dicunt & non faciunt:de adiunctis statutis seu ordinationibus(quas.s.ipsi sedentes super cathedrā moysi addunt)modo dicit ꝙ ligant non vnū aut duo,sed multitudo significat vinculo ligationis. onera. præcepta onerosa. grauia.non leuia sm seipsa. & importabilia. hoc est vix portabilia. Si.n.essent oino importabilia,non dixisset/quæcūq; dixerint vobis facite. & imponunt in humeros hominū:digito aūt suo nolunt ea mouere.Cogunt homines ad humeros supponendos illis oneribus,ad quę ferenda nec etiam digitū ipsi volunt applicare:vt vel sic aliqualiter essent inter ferentes onera. ℭEt descripsit per hoc secūdum peccatum istoꝝ eximentium seipsos ab oneribus quæ imponunt aliis/& explicauit grauitatē fere intolerabilem onerū:vt discipuli & turbæ discerent etiā in istis obedire sedentibus super cathedrā moysi.nisi.n. hmōi gravibus & difficilibus ad exequendū quę prelati mandant. ℣ Vtinam hæc verba dñi iesu/in sedentibus sup cathedrā moysi finem habuissent:vtinā hodie non verificarent. Tot iam onera sunt super christo credant si tot laqueis non subiicerent. & confessores felices se arbitrarent si de solis diuinis præceptis soliciti esse deberent.Cum his tñ oībus parendū est iesu dicenti/oia quæ dixerint seruare seruate & facite. Et ipsi quidē sedētes sup cathedrā iesu christi/dānationē suam cognoscant multiplicādo onera:& tu lutherane dānationē tuā abiiciendo illa. Omnia vero opera sua faciunt vt videant ab hominibus. Tertium peccatū istoꝝ est inanis gloria.quā ipse iesus videns corda/sciebat regnare in animis eoꝝ,ita vt oia opera sua ordinarent ad gloriam humanā. Quod est pessimū:vtpote intentionem maculans etiā in bonis ex suo genere operibus. Dilatant enim.pro. aūt. phylacteria sua.Declarat in multis exterioribus actibus bonis aut non malis/apponi a scribis & pharisæis circūstantias malas superbiæ seu inanis gloriæ. Et incipit ab obseruantiis legalibus. Mandatū erat deutero.6.ligabis verba mea quasi signū in manu tua:eruntq; & mouebunt inter oculos tuos.Hoc mandatū pharisæi iuxta sonum literę seruare volentes,pcepta legis(.s.diliges dñm deum tuū &c.& dñs deus tuus vnus est.hęc.n. duo ibi pręcipiunt)scripta ligabant vt dicit in manu seu brachio/& vt alii dicunt etiam in fronte:vt inter oculos haberent. Et hæ scedulæ appellant phylacteria græco vocabulo.phylacteriū.n.sonat cōseruatorium:qa ad conseruandū memoriam legis erant. Pharisæi itaq; phylacterias cōibus non cōtenti dilatabant ea,faciendo illa latiora vt magis apparerent. & magnificant fimbrias. Deest. vestimētoꝝ suoꝝ. Sicut phylacteriis latioribus ita fimbriis maioribus vtebant. Erant aūt fimbriæ/hyacinthinę virtæ positæ in quattuor angulis pallioꝝ,mandatæ a lege nu.15.ad recordationē mandatoꝝ omnū. Ita ꝙ phylacteriū erat pro memoria spāliter mandati de vnius dei dilectione ex toto corde &c.fimbriæ aūt pro generali memoria mandatoꝝ dei: vt textus ipsi sonant. Amant aūt primos recubitus in cenis:& primas cathedras in synagogis:& salutationes in foro.pro.foris:& vocari ab hoibus rabbi.Quartum peccatū phariseoꝝ est/non vti primis locis,sed amare prima loca in cōuiuiis.& similiter non vti primis cathedris/non salutari in foro/non vocari rabbi peccatū est,sed amare hæc. Amor enim primoꝝ locoꝝ ad præsidendū cæteris/affectus est qui superbiæ est:amor aūt salutationū & nomis rabbi/affectus est inanis gloriæ. Vos aūt nolite vocari rabbi. Quāuis textus græcus careat nolite vocari/sed habeat ne vocemini(& bis habet rabbi:ita ꝙ sonat ne vocemini rabbi rabbi)qa tñ vocari nō est in ptāte nostra sed vocantiū,sensus pcepti est/nolite vocari.Nō.n.phibet mihi aliena actio sed ppria:ac p hoc nō vocari,sed affectus vt vocer/affectus ad gloriā nois. ℣ Et dicit rabbi rabbi/ad explicādū affectū singularioris honoris in duplicato noie.sicut hodie duplicamus dño dño/scribētes magnis plātis.Quia vocari rabbi seu quouis alio titulo/nō est actus vocati sed vocātis,ideo dñs iesus nō phibet vocari sed velle vocari/dicendo ne vocemini:sicut nō reprehenderat scribas & pharisæos ꝙ vocarent,sed ꝙ amarēt vocari rabbi.vnus est.n. magister vester. Rō ꝫre affectus ad nomē rabbi,phibet

est/quia vnus est doctor noster qui est christus. Vis istius rationis si intelligatur consistere in cõmuni/
tate(.Lquia solus christus est magister vester/hoc est cõis oibus:reliqui.n.sunt doctores particulares)&
instantiã habet:qa apostoli erant doctores cões vniuersi orbis.& non habeẽ neruus rõnis:qa hinc nõ
sequitur ꝙ particulares doctores nõ debeant velle noiari doctores.nullum.n.præiudicũ fit vniuersali
doctori si particulares quoq; appellanẽ doctores. Sed si vis rõnis intelligatur consistere in hoc ꝙ solus
christus est doctor noster autoritate(reliqui.n.sunt doctores ministerialiter tantũ)& intellectũ simul
fuerit ꝙ volens vocati rabbi/affectat honorẽ ac gloriam doctoris pro seipso,habeẽ neruus rõnis.nam
affectans seipsum honorati vt doctorẽ/non exhibet seipsum doctorẽ vt ministrum alterius(minister
enim quærit honorẽ ac gloriam illius cuius est minister) ac per hoc exhibet se vt doctorem autori/
tatiue. quod manifeste præiudicat christo,qui solus est doctor noster autoritatiue.Et vt vno verbo di
catur/qa affectus nois transfert rabbi ministrũ in quasi rabbi autoritate,ideo iniuria fit christo/qui so/
lus est autoritatiue rabbi.Hæc est vis rationis huius & sequentiũ duarum similium.¶ Et hanc esse vim
harum rationũ testatur ipse iesus/subiungendo post has tõnes statim ista duo capita. Alterum de mi/
nisterio.qui maior est vestrũ erit minister vester.Alterum de affectu propriæ exaltationis.qui se exaltat
humiliabit.Super hæc.n.duo fundanẽ hæ rationes:vt patet ex dictis.¶ Vbi intellige amantes vocari
rabbi/pater/magister,non ex intentione velle sibi vsurpare nomen/honorẽ aut gloriam christi vel dei,
seu(quod idẽ est)doctoris patris aut magistri autoritatiue(non enim oportet ipsis tantã superbiam
imponere)sed facto interni affectus ad honorẽ & gloriam ꝓpriam ex nomine doctoris patris aut ma/
gistri/non referendo honorem & gloriam in illum cuius sunt ministri,vsurpant sibi honorem & glo/
riam doctoris patris seu magistri autoritatiue.afficitur enim ad honorẽ huiusmodi tanꝙ non sit mini
ster:iuxta illud.gd gloriaris quasi non acceperis! Qui enim gloriaẽ,affectum habet ad gloriam quasi
non acceperit.ꝙuis hoc non habeat in intellectu aut in intentione.¶ Aduerte hic ꝙ in latinis codici/
bus deficit hæc clausula/qui est christus. In græco.n.habeẽ.vnus est.n.magister vester qui est christus.
Et sumitur magister pro doctore seu magistro in docendo:qa rabbi doctorẽ seu magistrum officio do/
cendi significat.¶ **Omnes autẽ vos fratres estis.** Particula ista nõ cum ꝓcedente sed cum sequente
quæ de patre vnico tractat/iungenda est.ita ꝙ hinc incipit mandatũ aliud simile primo.Occasione si/
quidem oblata ex phibitione affectus ad nomen rabbi/extendit similẽ prohibitionẽ ad nomẽ patris:
inchoans ab hoc ꝙ oẽs vos fratres estis,ꝙus multi vestrũ multos hic habeant filios.Et vere omnes su
mus fratres/pro quãto sumus filii vnius cõis patris qui deus est.sumus oẽs fratres fm animã rõnalem
(quæ præcipua est pars nostri)quã non dat carnalis pater sed solus deus oibus.sumus oẽs fratres fm
vitam gratiæ,quã sola trinitas dat. **Et patrẽ nolite vocare.**pro.**ne vocetis**/vobis.Circa nomen rab/
bi & magistri inhibet vocari/quatenus pendet ex nostro affectu.circa nomen vero patris vetat voca/
re. Ita ꝙ ipsa differentia monstrat illic interuenire peccatum ex parte vocati:hic vero etiã ex parte vo/
cantis. Et vere sic est.nã vocantes doctores & gubernatores/rabbi & magister, nonpeccant:vocantes
autẽ patrem hominũ fm animam(ram in esse naturali ꝙ gratuito)aliquẽ alium a deo/peccant.**super
terraꝫ.** Ad excludendũ etiam christũ fm ꝙ homo(qui tunc erat super terrã)ratione humanę naturæ.
Vnus est enim pater vester qui in cęlis est. Non dicit vt in aliis duobus/qui christus est,sed qui in
cœlis est:qa esse hominũ fm animas in esse naturæ & in esse gratiæ patrẽ per creationẽ/non conuenit
christo homini sed soli deo.creatione siquidẽ sit tam anima rõnalis ꝙ gratia.¶ Cum his tamẽ stat ꝙ
licite vocamus patres fm carnẽ illos qui nos genuerunt:& patres fm curã spũalem prælatos:& sic de
similibus.¶ **Nec vocemini.** Quia vocari(vt iam dictũ est)non est in potestate nostra,intellige phi/
bitionẽ cadere non sup vocari absolute/sed pro quanto ꝓficiscitur a voluntate vocatoꝝ. Perinde acsi
dixisset/nec velitis vocati.affectus.n.nois veratur. **magistri.** Inter rabbi & magistrũ hoc interest/ꝙ ois
rabbi est magister sed non econuerso.rabbi.n.fm officiũ docendi magister est:sed ,magister etiã dicitur
magister equitũ/magister domus &c̃. Vnde magistratus dicunt qui præsunt reipublicę. In hoc textu
magister nomen est moderatoris in moribus.ita ꝙ prius doctoris respectu partis intellectiuæ/mõ mo/
deratoris respectu partis affectiuæ nomen vsurpari phibet:nomẽ vero patris dantis esse spirituale/cõ/
municari phibet cuicũq; creaturæ. **Quia magister vester vnus est christus.** Repetit similẽ rationẽ
quã attulit de noie rabbi. Vnde eodẽ modo hanc intellige quo & illam.Et vere solus christus est auto/
ritatiue non solũ doctor noster sed etiã magister morum nostroꝝ.reliqui.n.hoies ministri eius sunt ad
docendum & moderandũ,si vere docent & moderanẽ:aut fures sunt & latrones si aliud docent/si alios
mores inducunt. Totus siquidẽ sermo iste est de doctrina fidei & moribus & vita spũs:& non de doctri
na geometriæ/de patribus carnalibus/& hmõi.¶ **Qui maioꝛ est vestrũ.**gradu seu officio docendi aut
moderandi. **erit minister vester.**exhibebit se ad ministrandũ vobis:recognoscendo se in veritate accę
pisse maioritatẽ ad ministrandum vobis doctrinã/bonos mores/& vniuersaliter quæ sunt spiritus. Et
subiunxit hoc ad declarandũ status officiaq; maioꝝ in sua ecclesia: vt hinc intelligamus rationẽ præ/
ceptoꝝ/ne vocemini rabbi & magistri. **Qui autẽ se exaltauerit.** Superbus acutissime describiẽ per pro/
prium obiectũ/dicendo scinam obiectũ superbi non est honor aut gloria,sed ipsemet.& per propriam

actionem circa obiectũ/dicendo exaltauerit. Affectus/studium officiũq; superbi totum tendit ad exal/
randum seipsum.**humiliabitur.** tandem a deo.**ꝫ qui se humiliauerit exaltabit.** Similiter intellige de
obiecto & actione humilis/vt humilitas est nomen virtutis cõtrariæ vitio superbiæ.¶ Si nõ intelligis
quõ actus virtutis sit humiliare se,distingue te hinc fm ꝙ tuus es/inde fm ꝙ dei es:& discernẽdo inter
te tuum & te dei,videbis cõgruere virtuti vt deiicias te tuum/non autẽ te dei.nam humiliare te dei/est
deiicere quæ dei sunt in te siue naturalia siue gratuita bona:humiliare aũt te tuũ/est deiicere que aliũde
q̃ a deo in te sunt.Affectus itaq; ad se fm ꝙ quisq; suus est,per ꝓnomen se significat in humilitate & su
perbia.Nec hanc virtutẽ nec hoc vitium inuenies in aristotele,sed in euangelio:qa euangelica/qa chri
stiana virtus est,non humana;moralis tñ est.¶ Et subiũxit hoc tum ad declarandũ dãnabilem affectũ
scribarũ & phariseoꝝ in supradictis/ex pœna a deo disposita exaltantibus se.tũ ad declarandũ laudabi
lem affectũ obsequẽtium in nolendo vocari rabbi & c̃.ex pmio repositio iis qui seipsos humiliant.
Vę autẽ vobis scribę ꝫ pharisęi hypocritę. ad differentiã scribarũ & pharisæoꝝ non hypocritarũ.
Hãc.n.adiectione explicat ꝙ non oẽs scribas & pharisæos alloquit/non oẽs reprehendit:sed illos tan/
tum qui erant hypocritæ.Erant.n.inter illos multi boni:vt nicodemus & simon leprosus.**qui.**pro.**qz.**
Rationem reddit.**clauditis regnũ celoꝝ ante hoies.** Ego aperio regnũ cœloꝝ, patefaciendo doctri
na & exẽplo ea quæ credenda/quæ speranda/quę amanda in illo sunt: vos illud clauditis,docentes non
esse credendũ in me/qui sum ostium regni cœloꝝ.**Vos.n. nõ intratis.** vos nõ creditis mihi.hoc enim
esset intrare per fidẽ.**nec introeuntes.** hoc est volentes introire/venientes ad prædicationẽ meam.**simi/
lis intrare.** loquendo cõtra me/statuendo ꝙ extra synagogã fiat qui faretur me christum.¶ **Vę vobis
scribę ꝫ pharisęi hypocritę:qui.**pro.**qz/comeditis domos viduarũ.** Auaritiam sub hypocrisi ar/
guit.**orationes longas oratis.** In græco habeẽ prętextu longũ orantes.Et clare significat orationes
longas fieri non affectu multũ orandi,sed ꝓtextu:hoc est monstrando multũ orare/vt viduæ cõfidant
in vobis tanꝙ in viris spũalibus & sanctis/vt recurrant ad vos in suis necessitatibus/vt deponãt apud
vos pecunias & similia:& sic exhauriatis opes earꝝ. **Ꝓpter hoc amplius.**pro.**abundantius/iacci/
pietis iudicium.** Duplex iniquitas(simulatę.s.religionis & iniqui quæstus)duplicẽ exigit pœnã.¶ **Vę
vobis scribę ꝫ pharisęi hypocritę:qui.**pro.**qz/circũitis mare ꝫ aridã vt faciatis vnum pselytũ.**
Appellabatur pselytus qui ex gentibus transibat ad ritum iudæoꝝ/suscipiens circũcisionẽ &c̃.**ꝫ quuꝫ
fuerit factus,facitis eũ.** vestra culpa/ex mala vita vestra.**filiuꝫ gehẽnę duplo.** Deest.**magis/q̃ vos.**
quia vos rei estis malæ vitæ:illos aũt vestro exẽplo facitis male viuentes, & ꝓter hoc rei sunt idolatriæ
quã cõmiserant.ingratitudo.n.recepti doni fidei/ob malã vitam cõstituit eum debitorẽ omnium præ/
teritoꝝ.Et nihilominus facile accidere poterat vt pselyti cõuersantes cum magistris suis malæ vitæ/fie
rent duplo peiores:qa nec erant iudæi nec gentiles.sicut modo marani multi/nec iudæi nec christiani
sunt.¶ Si autẽ verum est ꝙ textus græcus sonat vtroq; esse dupliciter reos/sed pselytos magis,verificat
ex eo ꝙ scribæ & pharisæi hypocritæ/erant rei & infidelitatis in christũ & malæ vitæ:& ciusdẽ duplicis
iniquitatis reos faciebant pselytos/& magis reos ꝓpter prædictas causas.¶ **Vę vobis duces.** Ex eo ꝙ
inter ista octo vę in solo isto tacenẽ scribæ & pharisæi/& ad duces dicit vę vobis,insinuat ꝙ ad sacer/
dotes seu pontifices dirigit sermo iste. Quos pro reuerentia ordinis sacerdotalis non noiat sacerdotes
aut põtifices,sed cõis illis & aliis officii noie duces alioꝝ/ad vitam sanctam/ad obseruationẽ legis &c̃.
cęci. Ignorantia affectata seu crassa & supina significat.**qui.**pro.**qz/dicitis.quicũqꝫ iurauerit per tẽ/
plum,nihil est.** iuramentũ est nullum.**quicũqꝫ aũt iurauerit in auro tẽpli,debitor est.** seruãdi iura/
menti.Ratio quæ fefellit istos/debuit esse differentia ꝓpinqui & distantis. Putauerunt ꝙ tẽplum non
esset sanctum nisi in supficie quæ aurata erat:& similiter altare nõ esse sanctũ sed oblationẽ. Ita ꝙ sub/
stãtia tẽpli apud istos erat materia remota sanctitatis.& similiter altare tanꝙ vas longe distans ab obla
tione quæ est sancta:vtpote quæ deo offert.**Stulti ꝫ cęci.quid.n.maius est/aurũ an templũ.** Narra/
to errore ducum/confutat rõnibus duabus illum.Altera sumit ex maioritate tẽpli supra aurũ/& altaris
supra munus.**qõ sanctificat aurũ.** Probatio maioritatis est/quia tẽplum sanctificat aurum & non ecõ
uerso. Quũ.n.non omne aurũ sanctum sit/sed illud quod ad ornamentũ est templi,cõsequens est vt ex
templo sanctitatẽ contrahat aurum.tẽplum.n.ipsum siue cum auro siue sine auro sanctũ est. Et simile
est de altari & dono.nã altare siue cum dono siue sine dono sanctũ est:quia altare dei est.donum autem
sanctificat ex altari:qa non poterat nisi in altari offerri. **Et quicũqꝫ iurauerit in altari/nihil est:qui/
cunqꝫ aũt iurauerit in dono qõ est sup illud/oꝝ. Cęci quid.n.maius est:donũ an altare/qõ san/
ctificat donũ? Qui ergo iurat in altari,iurat in eo/ꝫ in oibus quę sup illud sunt.** Duo dicebant isti
duces. Primũ præferebant aurum tẽplo & oblationẽ altari in sanctitate.& contra hoc militauit prima
ratio. Secũdum ꝙ iuramentũ per altare aut per tẽplum erat nullum.& cõtra hoc tendit hæc ratio/pœ/
dens circa altare ex inclusione:quia in iuramẽto per altare/clauditur iurare per oblationẽ quæ super il/
lud offertur.Et in ptõptu est ratio veritatis huius.Et repetitur stulti & cęci quid maius est:qa iurans in
altari/iurat in illo fm ꝙ altaris officiũ habet.constat autẽ altaris officium esse ꝙ offerant super ipsum
deo sacrificia &c̃.Iurans igit in altari/iurat in oibus quæ sunt sup altare quatenus altare est:ac per hoc

in oblationibus super altare. Et quicunq; iurauerit in templo, iurat in illo; & in eo qui habitat in ipso. Prosequitur applicando rõnem ad templum: quia iurare per templum includit iurare per deum. Et similiter in prõpta claritas est: quia tẽplum vt tẽplum est habitaculũ dei, est domus dei. Et qui iurat in cælo. Vel ad clariorẽ doctrinam affert hoc simile: vel erubabant quoq; in hoc q putabant iuramentũ per cœlum non esse iuramentũ. quod hic confutatur. iurat in throno dei, & in eo qui sedet sup eum. Aduerte in verbis dñi explicari tria: cœlum, thronũ dei, & deum sedentẽ in eo. ad docendũ nos q non solum iurare per tẽplum dei, per altare dei, & similia quæ imediatã habent relationẽ dei, est vere iurare, sed etiã iurare per creaturas quæ per mediũ dicuntur dei. Cœlum. n. fm seipsum res naturalis est: sed vt induit rõnem sedis diuinæ, ingredit ordinem diuinorũ: & ratione huius intelligitur assumi in iuramentum. ¶ Et ratio quare dñs iesus interpreranda sic docet iuramenta, fundatur super naturã iuramẽti. Iurare nãq; est inuocare in testem deũ: ac per hoc quicũq; iurat, cõuincitur ex hoc q iurat q deum inuocat in testem: ac per hoc per quãcunq; rem iurat, vtitur illa re vt diuina est, vt dei est, vt deus in illa seu per illam seu ex illa seu cum illa &c. testis sit. Et pprerea iurare per creaturas est obligatorũ. Et hoc ignorabant duces isti cæci. ¶ Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui. pro. quia. mundatis qõ foris est calicis & paropsidis: intus aũt pleni estis. pro. plena sunt, rapina & iniustitia. Corruptum esse textum testatur textus græcus, testatur & ipse cõtextus sermonis. nam subiungendo, munda prius quod intus est calicis & paropsidis vt fiat & id quod foris est mundum, clare manifestat quod prius dixerat q plena sunt calix & paropsis rapina & iniustitia. Est ergo sensus literalis q pharisæi mundabant vasa potus & ciborũ, sed contenta in vasis vtriusq; erant immunda: vtpote male acquisita. s. ex rapina. Et proprerea dicitur q mundet quod est intus: hoc est cõtenta in vasis. Et intendit ad literã q cibus & potus pharisæorũ erat ex rapina, & tamẽ quasi viri mũdi non comedebant neq; bibebant nisi in vasis mũdis. ¶ Et per calicem intellige omne poculũ: & per paropsidem omne catinũ cibi. græca est. n. dictio: latine patina seu catinus dicitur. ¶ Pharisæe cæce, munda prius qõ intus est calicis & paropsidis: vt fiat & quod foris est mundum. ¶ Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui. pro. q; similes estis sepulchris dealbatis: quæ a foris. pro. foris, parent. pro. apparent, hoibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia. Sic & vos a foris. pro. foris, quidẽ paretis. pro. apparetis, hoibus iusti: intus aũt pleni estis hypocrisi & iniquitate. ¶ Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui. pro. q; ædificatis sepulchra prophetarũ & ornatis monumenta iustorũ: & dicitis. si fuissemus in diebus patrum nostrorũ, non essemus. pro. non fuissemus, socii eorũ in sanguine prophetarũ. Itaq; testimonio estis vobismetipsis, q; filii estis eorũ qui prophetas occiderunt. Aduerte q ædificare & ornare sepulchra prophetarũ, si consideraẽ vt sit affectu religionis, actus est laudabilis, nec est testificatio mali: sed si cõsideratur vt est consummatio operis circa mortuos, sic est actus

consummatorius occisionis. prius n. occidunt: deinde sepeliunt. Ex eo itaq; q patres occiderunt & ipsi sepeliunt, cõsummant facto (quis non intentione) opus paternũ. Ita q testimonio estis & verbo (dicẽdo q patres nostri interfecerunt) & facto sepulturæ cõsummando opus paternũ, q estis filii homicidarum. ¶ Et merebanẽ pharisæi hanc retortionẽ suorũ operum in malũ: quia non religioso animo sed ex hypocrisi ædificabant & ornabant sepulchra prophetarũ. vt monstrarent se horrere crimina patrum suorũ contra pphetas: & tñ persequebanẽ iesum caput oĩum prophetarũ. Et vos implete mensuram patrum vestrorũ. Deus olim dixit abrahæ nõdum sunt cõpletę iniquitates amorrhęorũ. sic modo iesus dicit implendas esse iniquitates patrũ. Sub mensura nãq; iniquitatũ iudæorũ quæ iam inceperant in patribus, cõprehendebaẽ occisio christi & persecutio discipulorũ eius. & pprerea scribis & pharisæis dicit, implete mensurã patrum vestrorũ. ¶ Nec imperando sed pmittendo futura, dicit implete: fm cõsuetum loquẽdi modũ quo dicimus p̃ecutoribus nostris facite totũ qd cõcepistis. Serpentes. morsu. generatiua. seu germina, pgenies. viperarũ. ex parentibus venenosis geniti, vndiq; venenũ habẽtes. Et dixit hoc, monstrans ipsos mẽdaciter dixisse. si fuissemus in diebus patrum nostrorũ non fuissemus socii eorũ in sanguine pphetarũ. quo fugietis a iudicio gehẽnę? Quãuis habeatis hic modos fugiendi iudicia hoĩum, nullus tñ erit vobis modus fugiendi a iudicio gehẽnæ: hoc est pœnæ infernalis.

Ideo, dico vobis. Supfluunt hæ duæ dictiones. ad cõuincendum vos esse similes patribus qui occiderunt pphetas. ecce. Demõstrat tẽpus instans. s. suæ resurrectionis. ego. in cœlis residens. mitto. in pentecoste. ad vos. iudeos. Extendit sermonẽ ad oẽs, qui hactenus allocutus est scribas & pharisæos. pphetas. Act. 11. erant in ecclesia antiochię pphetę. & sapientes. circa diuina. & scribas. doctos in lege: apostolos. s. & discipulos meos. & ex illis occidetis & crucifigetis: & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ. Vt. causam meritoriã denotat. veniat super vos oĩs sanguis iustus. hoc est pœna debita pro effusione oĩs sanguinis iusti. Nõ magna sed maxima est pœna ista, cõtinens in se pœnas cuiuscq; occisoris cuiuscunq; iusti. ¶ Non significat q isti dabunt pœnas pro cain & pro aliis homicidis (non. n. bis punit deus) sed q luent pœnam equiualentẽ pœnis oĩum homicidarũ, non quorũcunq; sed iustorũ. Et significat per hoc enormitas grauissima criminis iudeorũ. Et vere sic fuit: qa patres seuierũt in hoĩes, isti in christũ, deum & hoiem. Vnde ipse dixit. saule saule qd me p̃sequeris? qui effusus est super terrã a sanguine abel iusti vsq; ad sanguinẽ zachariæ filii barachiæ. Hæc particula dupliciter põt apponi p̃cedenti. vel restrictiue: vt. s. non loquaẽ iesus de effuso sanguine iusto omni simpliciter & absolute, sed vsq; ad certum tẽpus. s. a principio mũdi (quo occisus est abel a fratre suo cain) vsq; ad tẽpus ioas regis iuda, quo occisus est zacharias filius ioiadæ. qui nuncupatur barachias (hoc est bñdictus dñi) pprer eius sanctitatẽ, vel erat binomius. ita q vocabaẽ ioiada & barachias: sicut pater dauidis vocabaẽ iesse & isai. Hic sensus nullã habet contradictionẽ, sed cõnem quatenus vsq; ad illud tẽpus tñ & non amplius: quũ postea fuerit occisus tam esaias q̃ hieremias a iudęis. ¶ Alter sensus est vt apponaẽ explicatiue: vt. s. declaret oẽm iustum sanguinẽ effusum ab his duobus. s. abel & zacharia. Sed tunc etiã insurgit quæstio quare ab his duobus explicatur oĩs sanguis iustus. Ad hoc dicẽ q hi duo inducti sunt tanq; extremi inter iustos occisos quos sacra scriptura veteris testamẽti nõiat. Extremos autẽ non fm iustitiam aut sanctitatẽ, sed dignitatẽ. Alter. n. est summũ extremum. s. zacharias pontifex: vtpote filius ioiadæ pontificis. alter est infimum extremũ. s. abel pastor ouiũ. ¶ Vel (quod potius crediderim) ideo hi soli inducunt, quia in his tñ scriptura petitionẽ vindictæ explicat. In abel. ecce sanguis fratris tui clamat ad me de terra. In zacharia. videat dominus & reqrat. 2. paral. 24. Quia. n. de vindicta sanguinis iusti iesus loquebaẽ, parfuit vt illorũ iustorũ sanguinem cõmemoraret quorũ vindicta petita traditur in sacra scriptura: vt ex his duabus vltionibus petitis intelligantẽ similiter petitę vindictę coram deo oĩum aliorũ iustorũ: ac per hoc rõnabiliter dictum sit. vt veniat sup vos omnis sanguis iustus, trãq; petens vindictã, a sanguine abel iusti, cuius sanguis clamauit ad deũ, vsq; ad sanguinẽ zachariæ, qui moriens dixit videat dñs & requirat. quem occidistis. lapidando ad imperium regis ioas. inter tẽplum & altare. In atrio tẽpli erat altare holocaustorũ: ita q inter tẽplum & altare holocaustorũ erat spatium quoddã in quo erat lauatoriũ. Latitudo illius spatii significat dicendo, inter tẽplum & altare. Amen dico vobis, venient hęc oĩa. mala pœnæ, debita pro vniuerso iustorum sanguine effuso. super generationẽ istam. Infra. 40. siquidẽ annos mala hęc supuenerunt. Quę fuerũt tanta vt incredibilia videanẽ: præter obdurationis pleuerantis pœnã, quę est maior oĩbus quas passi sunt & patienẽ miseriis vt non imerito dictũ sit venturum sup eos oẽm sanguinẽ iustum &c.

Hierusalem hierusalẽ. Stringit sermonẽ, alloquẽdo noiarim ciuitatẽ hierosolymitanã. Conduplicat aũt nomen, exaggerãdo condit onẽ ciuitatis, tot dignitatibus, gratiis & bñficiis donatæ. quę occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Non dicit occidisti & lapidasti, tanq; pfecerit iam sua crimina: sed occidis & lapidas, perseuerans in criminibus istis. vere n. perseuerauit: occidendo christũ, lapidando stephanũ, deinde iacobum. quoties volui. voluntate signi: præcipiendo, monendo, visitando per pphetas, & demum per meipsum. Hæc. n. oĩa signa sunt cõgregare volentis. congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos sub alas. hoc est cõgregare non qualitercunq;

sed sub protectione mea habitutus vos materno affectu/more gallinæ respectu pullorū. ⁊ noluisti. pro. noluistis. congregari sub me. Deus licet nō habeat nisi vnam voluntatē & vnum velle quod est substantia eius, velle tamē diuinum relatū ad pręcepta/monita/consilia/phibitiones & similia/appellat a theologis voluntas signi: contra quā volumus quotiens peccamus nō obediendo præceptis dei. Et de hoc velle est sermo quū dicit/quotiens volui & noluistis. Relatum vero ad illa quę ab ętreno disposuit executioni mandari/vocat voluntas bñplaciti. De qua scriptū est. oſa quæcunq; voluit fecit. & voluntati eius quis restitit &c. ℣ Aduerte hic q; iesus dicendo quotiens volui/monstrat se esse deū: vtpote qui totiens tępore præteritorū prophetarū voluit congregare filios hierusalē. Ecce. Demōstrantis est pœnam destructionis. relinquet. pro. relinquit. Demonstrat siquidē tanq; præsentem destructionē hierusalem/infra quadragesimū annum subsecutā. quum ꝓpter breuitatē temporis/tum propter causam destructionis præsentē. nam infra illam hebdomadā crucifixerunt christum: ꝓptet quod meruerunt q; relinqueret ciuitas deserta. vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis/non me videbitis amodo. Tempus demonstrat non sermonis illius sed mortis suæ iminentis. donec dicatis. bñdictus qui venit in nomine dñi. hoc est vsq; ad meum aduētum gloriosum, quādo conuersi ad veritatem/credentes in me, dicetis/confitendo me verum messiam. benedictus qui venit &c.

CAPVT .XXIIII.

Et egressus iesus de templo ibat. ⁊ accesserunt discipuli eius vt ostenderent ei ędificationes templi. Quia audierant/ecce relinquetur domus deserta, monstrare volunt iesu ędificium tēpli/puocaturi ad misericordiā. vel vt clare intelligant si desertio hæc erit cum destructione templi. Ipse autem rndens. pro. iesus autē. Superfluit rndens. dixit illis. videtis. Deest nōne. Legendum est. nōne videtis hec oīa. amen dico vobis: non relinquet hic lapis super lapidē qui non destruatur. Totalis destructio tēpli clare prædicit. ¶ Sedente aūt eo super montē oliueti, accesserunt ad eū discipuli eius secreto. pro. seorsum/dicentes. Dic nobis. Nota peti tria. qn̄ hec erunt. quæ dixisti de ciuitate & tēplo. Petunt dici sibi tēpus desolationis hierusalem & templi. ⁊ qō signū aduentus tui. Ecce secūdum, quo petunt scire signū aduentus christi ad iudiciū. ⁊ cōsummationis seculi! Tertium quod petunt sibi dici/est signū consūmationis mūdi huius. Et rndens iesus. ad singula quæsita sigillatim. dixit eis. Videte. Inchoat rndendo ad tertium quæsitum. de signo cōsummationis mundi. Et circa duo monet esse cautos. nequis vos seducat. Ecce primum/spectans ad partē hominis intellectiuā. Multi enim venient in noīe meo/dicentes. ego sum christus. Periculū seductionis explicat ex multitudine antichristorū: significans ad literā q; non vnus tm̄ sed multi antichristi futuri essent ante cōsummationē mundi. ⁊ multos seducent. Non vane vsurpabunt nomen christi, sed cum effectu deceptionis multorū. tanto ergo magis videre ne vos fitis in numero eorū qui seducentur. Audituri enim estis ꝓlia ⁊ opiniones ꝓlioꝝ. pro. bella ⁊ rumores bellorū. Ordo præposterus. sentētia. n. incipit ibi. videte ne turbemini. Et est secūdum cauendum/spectans ad partē hominis affectiuā. Et monet vt studium adhibeant ne turbent/timore: audiendo ꝓlia/quæ cōmittuntur, & rumores prœliorū/futurorū. Oportet enim. Deest. oīa/hec fieri. ex necessitate humanorū appetituum. sed nōdum est finis. hæc non sunt signa consummationis mundi. Consurget enim gens contra gentē/⁊ regnum in regnū. Ne aliqua pauca prœlia intelligerent, extendit sermonem ad gentes & regna diuersa. ⁊ erunt pestilentę ⁊ fames ⁊ terrę motus per loca. Malis quæ sibi invicem hoīes inferunt/adiungit mala ꝓuenientia non ab hoīe: vt intelligant nec etiā ista mala futura esse signa cōsummationis mundi. Vñ & subdit. Hec aūt oīa. s. bellū/fames/pestis/terrę motus & silia. initia sunt dolorū. non termini. Tunc. inter hæc tępora tot vicissitudinibus malorū subiecta. tradent vos. discipulos meos. in tribulationē: ⁊ occident vos. ⁊ eritis odio oībus gētibus ꝓpter nomen meum. Non dicit oībus hoībus sed oībus gentibus. Hoc nescio adimpletū adhuc: sed non dubito implendum. ℣ Et intendit per hæc iesus cumulare rōnes vtriusq; monitionis. Prius. n. ex cōibus & mō ex propriis malis futuris, monet ne seducant/ne turbentur. Et tunc scandalizabunt multi: ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio habebunt inuicē. Auget rōnem cauendi/ex multiplici rōne ruinæ futuræ multis christianis. Prima ratio est scandalū. nam multi quasi impingent in varias occasiones peccandi/& ꝑcipue in exempla aliorū. Et scandalizabunt: hoc est impingendo cadent. Et multi pseudoprophetę surgēt ⁊ seducent multos. Superius dixerat multos antichristos: modo adiungit multos pseudoprophetas. Et est secūda ratio ruinæ per viam seductionis. sub quibus oēs hæresum doctores/cum religs simulatæ sanctitate seductoribus, cōprehendi possunt. Et qn̄ abundabit iniquitas. Tertia rō ruinæ est abundantia iniquitatis/tum multitudine ac magnitudine. tum prevalendo/afflictiones ac oppressiones varias inferēdo. Et sic per viam timoris & lassitudinis. refrigescet charitas multorū. Charitas significat vel amorē ipsum vel formā amandi/quæ virtus theologalis est infusa. Frigere potest charitas/hoc est amor erga deum & erga ꝓximos ꝓpter deum: sed charitas quæ est amoris huius forma/non cōpatitur se frigere si est (nam operat magna si est) sed hāc ipsam charitatē frigefieri est ipsam desinere/est animū charitatem habentē oppressionibus seu timoribus succūbere & charitatē perdere, non ex quibusq; sed

ex abundanti iniquitate/excellentibus causis. Et significat iste modus perdendi charitatem per frigere: quia licet infusa charitas perdat, acquisita tū vsu charitas (quę est ipse amor) frigescit: dum non ex intentione sed passione deficit ab integro amore dei. restat. n. animus amans dei, sed frigide: quia non ex toto corde. Qui aūt perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Hec aduersatiua particula/mōstrat frigus charitatis inferre priuationē salutis. Et intendit q; inter tot mala aliqui ruent scandalo/aliq; seductione/aliqui victi ab afflictionibus seu timoribus: & solus pseuerans vsq; in finē vitæ ꝓpriæ (non ob scandala/non ob seductiones/non ob passiones desistens) erit saluus. vt bñ videant ne seducanē/ne turbentur. Et predicabit hoc euangeliū. Hoc est vltimū signum cōsummationis mundi. regni. supple cœlorū. Non est euangeliū christi euangeliū seruituris/pœnarū/tormentorū/aut virtutum absolute/sed regni, nō terreni sed cœlorū. reliqua. n. ad hoc vt regnemus cum christo/bene annūciantur. in vniuerso orbe. non in parte. in testimonium. ad testimoniū perhibendū de regno cœlorū/reuelato & aperto per iesum christum. oībus. non aligbus. gentibus. ita q; sic prædicabit in vniuerso orbe vt nulla gens exēpta relinquat a testificatione regni cœlorū per christū facta &c. Et intendit p hoc q; non sola fama puenier ad oēs gentes de euangelio christi, sed q; sic prædicabit vt perueniat ad omnes gentes testimoniū euangelicū: ita vt sint inexcusabiles si noluerint credere. ℣ Hanc prædicationē nescio adimpletam, sed non dubito adimplendā. Ætate nostra audimus multas nationes ignotas patribus nostris/inueniri a nauigatiōe hispana. nauigatur siquidē sub polo antarctico eleuato supra quadraginta gradus. Quod prioribus seculis nō fuit auditum: quibus sub equinoctiali habitatio vix cōperta fuit. Et tunc. oībus prędictis adimpletis & nō ante. veniet cōsummatio. Non dicit cōsummatio huius vel illius, sed absolute cōsummatio: quia de cōsummatione mundi huius loquit̄, directe concludens rōsionem ad quæsitum discipulorū/dic nobis quod signum cōsummationis seculi. ¶ Si oīa hæc dñi dicta colliges, hauries dūm pinxisse tēpus vsq; ad cōsummationē mundi habiturū mala quidem cōmunia prœliorū &c. pro initiis æterni mali/non pro signis cōsummationis: mala vero ꝓpria ꝓpter nomē eius/pro meritis æternę salutis: & multos antichristos/multos pseudoprophetas/multorū seductionē/scandalum/frigētem charitatē/odium christianorū pro meritis eterni mali: prædicationē autem euangelii apud omnes gentes/pro signo infallibili cōsummationis mundi ex diffinitione diuina. Sic vt discipuli discerent signa necessario præcedentia consummationē seculi: & non signa monstrantia consummationē mundi quasi in iantuis/seu ad certum tempus post signa hæc.

Quum ergo. Quia rndet principali quęsito de tpe destructionis hierusalē & templi, ideo nota illationis vtitur. qua non inferunt dicenda ex dictis: sed q; accedit ad rndendum ad præcipue quæsitum. s. qn̄ hæc erunt! videritis. Multi. n. illius ætatis vixerunt vsq; ad tēpus desolationis: & videre potuerūt hæc: abominationē desolationis quę dicta est a daniele ꝓpheta. Danielis. 9. scribit. & erit in tēplo abominatio desolationis: & vsq; ad consummationē & finem ꝑseuerabit desolatio. ¶ Nota prudēs lector q; iesus afferens hanc danielis ꝓphetiam/adiunxit qui legit intelligat: proculdubio ad reddendū nos cautos ne fallamur in sensu ꝓphetiæ huius, & cōsequenter in verbis ipsius iesu. Videbat siquidē multos abominationis noīe intelligere aut intellecturos simulachrū aliquod futurū in templo: sicut fuerat tpe antiochi/vt dicit̄. 1. macca. 1. quod autor illius libri interpretatus est idolū desolationis/applicādo prophetiam danielis ad illud. Et ꝓueniens monet q legit intelligat. ℣ Nullus melior interpres luca euā gelista est: qui exercitum romanorū docuit intelligendum nomine abominationis desolationis. Et vere ipsa danielis verba hoc significant. nam non dicit erit abominatio in tēplo: sed specificauit abominationem/adiungendo desolationis. A cō aperte diceret. non dico erit abominatio/hoc est abominādum simulachrū, sed erit abominatio desolationis. Significando q; nō terrę motu/non diluuio/non cœlesti igne desolatio tēpli erit, sed ex abominabilibus idolatris: vt rei ꝓbauit euentus. ℣ Lucā aūt euangelistā hunc docuisse sensum/apparet. 21. ca. ex eo q; eadē verba subiuncta hic & ibi (. s. tūc qui in iudæa sunt fugiant ad montes/& reliqua) mōstrant hæc apud matthæū verba de abominatione desolationis/intelligi ad literā de destructione hierusalē: ac per hoc ꝑcedentia apud lucam verba (. s. quū videritis circūdari ab exercitu hierusalē) explicatiua esse verborū iesu apud matthæū/quum videritis abominationē desolationis. ℣ Et cōincitur quodāmodo hic sensus ex subiunctis/tunc qui in iudæa sunt fugiant &c. Tempus nāq; fugiendi fuit ad literam tēpus illius exercitus: & nullum legitur tēpus simulachri successisse quo fuerit fugiendū. stantem in loco sancto: qui legit intelligat. Vere stetit in loco sancto romanus exercitus: qui non cecidit sed ꝑseuauit desolando & sanctam ciuitatē & sanctum tēplum. Tunc. qn̄ appropinquabit ciuitati hierosolymitanæ hæc abominatio exercitus circa ciuitatē sanctam. qui in iudea. in sorte tribus iudæ. illa. n. pars circa hierusalē affligetur. fugiant ad montes. ⁊ qui in tecto, non descendat tollere aliqd de domo sua. Non dicit non descendat, sed non descendat ad tollendum res suas domesticas/sed ad fugiendū dimissis oībus. ⁊ qui in agro, non reuertat tollere tunicam suam. pro. vestimenta. seu pallia. sua. Vę aūt prægnantibus. non valentibus fugere ꝓpter onus ventris. ⁊ nutrientibus. pro. lactantibus. quæ nequeunt dimittere infantulos suos & expedite fugere. Propterea. n. tam prægnantibus q̄ lactantibus dixit vę: quia nō possunt expedite fugere/sicut in tecto

vel agro occupati, qui possunt relinquere res domesticas & vestimenta. **in illis diebus.** ¶Orate autē. Impedimenta rerū monuit relinquenda/impedimenta filioꝝ cōpatiendo prædixit: impedimenta tem poꝝ oratione tollenda docet. **vt non fiat fuga vestra in hyeme** incōmoda ad iter fugæ. **vel sabbato.** in quo non licet iter longū agere. ¶ Nec per hoc intelligas peccatū fuisse si sabbato longū peregissent iter fugiendo (quoniā necessitatis articulus excusasset a peccato toto) sed intellige animos eoꝝ ratio ne sabbati turbandos: hinc timore ne forte violetur sabbatū/inde cā fugæ impellente. animo enim fluctuante si cā fugiendi sit tanta vt nō sit habenda ratio sabbati/impedit homo ab expedite fugere. ¶ Et dixit tot de fuga/ad significandū ꝙ sola fuga prouidendum cuiq; tunc erit.

Erit enim. Particula hæc non est pars ñsionis ad primū quæsitum de tēpore desolationis templi, sed est principium ñsionis ad secūdum quæsitum. s. quod signum aduētus tui. Et cōtinuatur cum dictis ad quæsitū de cōsummatione seculi. Ita ꝙ cōiunctio enim/ratione reddit non dictoꝝ circa destructionem hierusalē & templi, sed dictoꝝ circa cōsummationē mundi ex aduentu glorioso iesu. Et per modū interpositionis intelligendus est matthæus/interponens signa destructionis tēpli inter ea quæ sunt cō summationis seculi & ea quæ sunt aduētus iesu glorioſi: vt finita interpositione cōtinuet eni. ¶ Hanc siquidem particulā non tractare de tribulatione hierusalē, apparet tum ex eo ꝙ non cōstat tribulationem hierusalē fuisse maiorem oībus præteritis ab initio mūdi vel rectius loquendo fuisse talem qualis non fuit ab initio mūdi &c̄. textus. n. non dicit quāta non fuit, sed qualis non fuit. ¶ Tum ex eo ꝙ non constat nullam post futurā talem. Sed hic est scrupulus: qa interpres latinus transtulit neq; fiet: græcus autē textus habet neq; fiat. ita ꝙ optative dicit̄ per modū abominantis/neq; fiat deinceps talis tribulatio. & sic in idē redit qualitas. De tribulatione itaq; futura tēpore antichristi est sermo. credimus. n. illā futuram maiorē in quātitate & qualitate q̄ fuerit hierosolymitana. ¶ Tum præcipue qa textus clare loquitur de salute omnis carnis, & non alicuius carnis. s. existentis in hierusalē. Et hæc ratio meum cogit intellectū. ¶ Tum qa textus dicit breuiandos dies illos ꝓpter electos simpliciter & absolute. & nō dicit propter electos hos vel illos: aut in tali loco/puta in hierusalē. ¶ Tum quia inferius nulla alia tribulatione descripta subiungit̄/statim aūt post tribulationē illoꝝ dierum sol obscurabit̄, cum reliquis clare spectantibus ad aduētum christi glorioſum. vt intelligamus tribulationē quæ hic describit̄ esse illam post quā statim sol obscurabit̄ &c̄. Ex his itaq; apparet particulā hanc ad lām tractare de tribulatione futura ante aduentū christi ad iudicium: & matthæū tacuisse quā lucas explicauit tribulationē hierusalem magnā. **tunc.** inter signa aduentus mei. **tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi vsq; nō.** Non dicit quāta non fuit: qa tanta imo maior fuit in diluuio vniuersali. **neq; fiet.** pro. fiat. futuro tempore. **Et nisi breuiati.** numero. **fuissent dies illi, nō fieret.** pro. esset. seu fuisset. **salua.** a morte corporis. **oīs caro.** humana/oīs homo. Iuxta morē scripturæ/oīs caro fœnum. & rursus videbit oīs caro salutare dei. Dicendo oīs caro/ipsis noībus significat ꝙ de salute corporis loquit: & ꝙ de periculo cōmuni hoībus bonis & malis loquitur. Nam si de salute animæ esset sermo/non periclitaret omnis caro, q̄is multitudo maloꝝ sit magna valde. ¶ Vnde etiā appatet ꝙ tribulatio hæc non erit ab hoībus. nā si ab hoībus iniquis inferret̄/non periclitaret̄ ex illius duratione oīs caro. Ex eo igitur ꝙ nisi trūcati fuissent quo ad numerū dies illi/non seruata esset oīs caro (hoc est nulla caro seruata esset) apparet ꝙ diuinum erit flagellū ac vniuersale illa futura tunc tribulatio. ¶ Et hinc habes ꝙ non oportet restringere omnē carnē ad hominē: quia nihil phibet intelligi absolute vt sonat litera omnē carnem. vt significet plagā cōis ēt oībus aīalibus. sec̄ **ꝓpter electos breuiabunt̄ dies illi.** Benignus deus mauult erga ꝓmiscuā multitudinē ꝓpter electos clemētia vti/q̄ solos electos a plaga illa seruare: qđ facillime posset.

Tunc siqs vobis dixerit. Prædicta tanta talīq; tribulatione vniuersali ante suum aduentū, prædicit modo modū aduentus sui penes differentiā occulte vel manifeste quātum ad locū. Et prius excludit incertitudinem loci. **ecce hic.** in hoc loco. **est christus aut illic, nolite credere. Surgent.** n **pseudochristi & pseudoprophete: & dabunt signa magna & ꝓdigia.** quæ diabolica potestate fieri possunt. Quę sm veritatem non excedunt facultate naturalium agentium. nisi pro quāto dæmon & mouere pōt aliqua quæ naturalia agentia nō mouent/vel ad mixtionē vel ad locum. & celerius agere, aut ad cōtraria statim/aut applicādo ad effectus ad quos natura nunq̄ applicaret/& hmōi. Et ꝓpterea apparebunt mirabilia/& existimabunt̄ vera miracula. Facile. n. est tantæ multitudini dæmonū liberę in suo posse (qđ modo ligatū est) sanare ęgros etiā quos incurabiles appellamus quasi subito/& curare vulnera incurabilia a nobis quasi subito: mouendo quæ intus sunt in corpore, & vtendo intus secretis viribus naturalium corporū/tanq̄ atomoꝝ quæ non percipimus. & sic de similibus. **ita vt in errorē inducantur/si fieri pōt.** seu possit. **etiā electi.** Recole conditionalē esse veram tam antecedente q̄ cōsequente existente impossibili: vt si leo volat habet alas. Vnde cum hoc ꝙ non pōt fieri vt electi ducant̄ in errorē, verissime dicit̄/si fieri posset ducerent̄ in errorē electi. Dixit. n. hoc ad significandum magnitudinē fallaciæ comitantis magna signa & ꝓdigia quæ tunc fient, non ab vno sed a multis/pseudochristis & pseudoprophetis. **Ecce prædixi vobis. ¶Si ergo dixerint vobis. ecce in deserto est/nolite exire.** Quod in genere dixerat ecce hic aut illic, modo in specie dicit in deserto/loco remoto a cōi habitatione: vt ioānes

baptista. **ecce in penetralibus.** loco secreto seu occulto. **nolite credere. Sicut. n. fulgur exit ab oriente/& paret.** pro. **apparet/vsq; in occidentē, ita erit aduentus filii hoīs.** Exclusis locis incertis/declarat locum manifestū: prędicendo aduentum fore manifestū ab oriente in occidentē/in aere coram omnibus, ad similitudinē fulguris coruscātis a parte orientali in partem occidentalē. ¶ Suspicor ego minus bene interpretatū hunc textum/& debere legi sicut. n. fulgor. Ita ꝙ similitudo afferet de fulgore solis apparente mane ab oriente in occidentē: & non de fulgure. nusq̄. n. fulgur apparuit extēsum ab oriente in occidentē: sed per modicū aeris spatium coruscans definit: vt ad sensum videmus. **Vbicunq; n. fuerit corpus.** pro. **cadauer/illuc ꝯgregabunt̄ & aquilę.** Ne putares aduentū eius in aere esse phātasma aliquod, adiungere curauit ꝙ ad se in aere cōuenient sancti hoies velut aquilæ cōuolant ad cadauer comedendum. ¶ Ex qua similitudine duo intelligimus quæ ad literā erunt vera. Alterum est ꝙ sancti cōcurrent ad christū, non ambulando super terrā sed velut volando in aere: qa vt dicit̄. 1. ad thessa. 4. nos qui viuimus in aduentu dñi/rapiemur obuiam christo in aera. Alterū est ꝙ auidi velut ad olfactum cibum cōgregabunt̄ ad christum: qui solus præstat quicqd cibo & potu haberi pōt. ¶ **Statim aūt post tribulationē dierum illoꝝ.** Redit ad signa prēcedentia aduentū suum. Vbi clare videre potes tribulationē dierum illoꝝ non aliam repeti q̄ paulo superius descriptā/& nisi breuiati essent dies illi &c̄. **sol obscurabit̄.** Non intelligo per interpositionē lunæ vt consuevit, sed miraculosa obscuratione. **& luna non dabit lumen suū.** Hinc significat ꝙ luna habens lumen suum nō dabit illud. vt intelligamus ꝙ non loquit̄ de eclypsi, sed de miraculo: qa in eclypsi luna priuatur lumine/luna nō habet lumen: hic aūt non dicit̄ luna non habebit/sed nō dabit lumen suum. **& stellę cadent de cęlo.** Contextus cum sole & luna/cogit ad intelligendū de veris stellis quæ sunt in cœlo: sed casum earū intelligo esse casum a lucendo. ita ꝙ sicut sol obscurabit̄ & luna non illuminabit, ita & stellæ non lucebūt nobis. Et hoc metaphorice vocat̄ cadere de cœlo. ex eo. n. ꝙ semotis nubibus stellæ non videbunt̄, videbunt̄ non esse amplius in cœlo: quod est ām fulgere suū cadere de cœlo. **& virtutes cęloꝝ cōmouebunt̄.** Per virtutes cœloꝝ intelligo vires seu potestates corporū cœlestium: qa non dicit̄ virtutes/sed virtutes cœloꝝ. Mutabūtur enim potentiæ actiuæ cœlestium corporū a solitis actionibus. hoc siquidē cognatum est mutationibus dictis circa solem/lunam & stellas, quę a solitis actionibus impedient̄. **Et tūc parebit.** pro. **apparebit/signū filii hoīs in cęlo.** Testatur ecclesia signū crucis esse signum filii hoīs/cantando. hoc signum crucis erit in cœlo quum dñs ad iudicandū venerit. Testatur idem vniuersa religio christiana: vtens signo crucis in oībus tanq̄ signo ꝓprio iesu christi. Et apte vexillum crucis ꝓcedet iesum in humana natura venientē: tanq̄ in quo vicit mundū & diabolum/moriendo &c̄. **Et tūc plangent oēs tribus terrę.** non pœnitendo nec timendo, sed tristes redditi: qa certi iam sunt expectantes ꝓpriam dānationem tunc. & videbūt **filium hoīs venientē in nubibus cęli.** non occultātibus ipsum, sed velut obsequiū prębētibus. **cum virtute.** pro. **ptāte/multa, & maiestate.** pro. **gloria. Et mittet angelos suos.** Si ordo actionum erit sm ordinē hunc (.s. ꝙ filius hoīs veniens cum gloria/mittet angelos suos ad cōgregandum electos) non parū durabit solēnitas christi apparentis glorioſe mundo in aere. **cum tuba & voce magna.** pro. **in tuba vocis magnę.** vel in tubæ voce magna. Ita ꝙ non significant̄ duo sonī (alter tubæ & alter vocis) sed vnicus. vel vocis magnæ quasi tubę: vel tubæ magnæ vocis. ¶ Exo. 19. & 20. scribitur ꝙ descendente deo in montē sinai, clangor buccinæ vehementer perstrepebat/& sonitus buccinę paulatim crescebat in maius/& audiebat̄ ab omni populo. Multo ergo magis aduenīente corporaliter christo hoīe ad hoīes vniuersos (qui sunt/erūt & fuerūt) interueniet sensibilis sonus similis sono tubæ: non perstrepentis/vt olim ad terrorē, sed velut vocātis. vel interueniet formata ac dearticulata vox sensibilis magna quasi tubæ. Primum tñ apparet verius/ex eo ꝙ non subdit̄ quid dicet illa vox. nam si vox significaret̄, explicandū fuisset quid diceret. Sed si significat̄ tuba vocans/non oportet aliud apponere: quoniā clare intelligit̄ tuba vocans ad congregationē electoꝝ. **& cōgregabunt electos eius a quatuor ventis.** Nolat quattuor mūdi partes (orientem & occidentē/septentrionalē & australem) a quatuor principalibus ventis: cōprehendens in illis medios. **a summis cęloꝝ vsq; ad terminos.** pro. **summa/coꝝ.** Ita ꝙ textus est. a summis cœloꝝ vsq; ad summa cœloꝝ: seu ab extremis vsq; ad extrema. Significātur. n. per hæc/ambo hemisphęria, quoꝝ neutrum est altero supius aut inferius, sed ambo sūma/ambo suprema/ambo extrema. Et intendit per hoc explicare ꝙ cōgregabuntur electi non solū ab hac superficie orbis terrarū quā inhabitamus, sed etiā ab extremis vsq; ad extrema cœloꝝ: ad cōprehendendum loca oīa vbicunq; possunt inueniri animæ seu corpora electorū. multi siquidem electi/sm animam sunt in cœlis: multi tunc anima & corpore erunt in terra viuentes: multoꝝ animę forte in purgatoriis locis: multoꝝ corpora sub aquis/multoꝝ sub terra &c̄. cœli. n. ipsi & oīa intermedia cōprehendunt̄ hac extensione/a summis cœloꝝ vsq; ad summa cœloꝝ. ¶ Ita ꝙ vbi prius oīa loca describerat a quattuor ventis: ne intelligeres loca tantū subiecta ventis, declarauit intelligenda esse omnia loca tam cœlestia q̄ quæ infra cœlos inueniuntur/adiungendo a summis cœloꝝ vsq; ad summa cœloꝝ.

Ab arboꝛe fici discite parabolam. pro. **similitudinē. Quum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis qꝛ prope est ęstas.** Prædictis signis & modo aduentus sui, declarat relationē signorum ad

aduentum/tam ſm rem q̄ ſm effectum in hoibus. Et relationem ſignoꝝ prenuenientium ad aduentum ſuum glorioſum ſm rem, declarat eſſe ſicut gemmantium arboꝝ fici & ſimilium ad æſtatem: hoc eſt relationem ꝓpinquitatis. hanc.n. relationē clare explicat textus. **ita ⁊ vos quū videritis hęc fieri, ſcitote q̄ ꝓpe eſt in ianuis.** Subaudi regnū dei/ſeu aduentū chriſti glorioſum. **Amen dico vobis/q̄ non ꝑteribit generatio hęc.** tum electoꝝ/tum hominū. Præteriret ſiquidē generatio electoꝝ ante iſta ſigna/ſi cōpleto numero electoꝝ adhuc differrentur ſigna/adhuc differretur aduentus chriſti remanēte generatione reproboꝝ ſola. Rurſus præteriret hęc vnica hominū generatio inchoata a tēpore diluuii ſi cōpleto numero hominū generationis huius differrētur hæc omnia/inſtituta alia generatione poſt conflagrationē orbis (vt tēpore noe inchoauit alia generatio poſt diluuiū aqueum) vt poſſent hærere ſingere. Abſoluit itaq̄ nos a timore dilationis aduentus ſui vltra cōpletum numerum electorū ſm generationē iſtam/tam in eſſe naturæ q̄ in eſſe gratiæ per euangelū & baptiſmū. Et opportune adiecit hoc: ne vagaremur per multas æſtates/& redeuntes ſingulis annis gemmantes arbores. **donec omnia.** Deeſt. **hęc/fiant.** Et demonſtrantur per ꝓnomen hæc tam ſigna præcedentia q̄ ſimultanea/& aduentus ipſe glorioſus. **Cęlum ⁊ terra tranſibunt.** non ſm ſubſtantiā, ſed ſm ſtatum. nam a ſtatu motus/generationis & hmōi, tranſibunt ad ſtatum quietis & glorię. **verba.** Non ſm vocalem prolationē (qua ītte uocabile verbū definit ꝓlatum) ſed ſm res dictas. **autē mea non ꝑteribunt.** ſed perpetua īmutabilitate ꝓſeuerabunt. Hic ſenſus directe & e regione reſpōdet ad cœlum & terra tranſibunt/cōſiderando res ipſas. Et addidit hoc: ne relinqueret locū ſuſpicandi q̄ regnū ſuum glorioſum ad quod tunc cōgregabit electos/alicui mutabilitati ſubiectum foret. ¶ Poſſunt & alterū gignere ſenſum ſm ſimilitudinem proportionalē. & ſignificare q̄ cœlum & terra tranſibunt a ſtatu ſuo: verba autē mea non tranſibunt a ſtatu ſuo ꝓportionaliter. Status.n. verboꝝ prædicentiū futura/eſt veracitas: & tranſirent ſeu ꝑirent ſi veracitatē perderent/ſi non adimpleret vt ſignificant. Et addidit hoc ad declarandū q̄ oīno & infallibiliter fient & erunt hæc oīa vt dixit. ℣ Et hic eſt ſenſus ſalis. tum qa tranſitus verboꝝ prædicentū futura eſt hic. tum quia ꝓmiſſorio ſermoni magis quadrat īmobilis veracitas verboꝝ.

¶ **De die autē illa ⁊ hora nemo ſcit.** Dixerat ſigna præcedentia ſuum aduentū/præmonſtrare illum proximū ſicut arbores emittentes frondes monſtrant propinquā ęſtatem: ne autē errates intelligendo hanc ſimilitudinē non ſolum quātum ad propinquitatē ſed etiam quātum ad certitudinē temporis/& intelligeres q̄ ſicut a tēpore quo arbores gemmant & frondeſcunt vſq; ad ęſtatem ſcitur ſpatium tēporis determinati (puta trium mēſium) ita ab iſtis ſignis vſq; ad diem aduētus chriſti ſciri poſſet certum tempus, ideo hanc opinionē excludit. **neq; angeli cęloꝝ** notitia naturali. **niſi pater meus ſolus.** Ex marco clare apparet q̄ dictio excluſiua in hoc textu excludit a filio, non ſm diuinitatē ſed ſm humanitatem. Et eſt ſermo de notitia naturali. Solus.n. deus nouit ex ſua naturali notitia tēpora & momenta quę poſuit in ſua poteſtate. nullus ſiquidē naturali notitia nouit cōſilium dei niſi ſpūs dei. ℣ Cum hac tamē veritate ſtat q̄ ieſus etiā ſm q̄ homo ſciat notitia ſupnaturali diem illum. Nec eſt dubitandū q̄ ſciat illum/& ſciuerit illum ab inſtanti quo cōceptus eſt in materno vtero: quoniā fuit perfecte beatus ſm partem ſuperiorē animę, & vidit in diuina eſſentia oīa & ſingula quæ ſunt/erunt & fuerunt. An etiā aliquibus ſupioribus angelis hæc notitia cōicata ſit/neſcimus. hoc certū eſt q̄ naturali notitia neſciūt diem illum. **Sicut aūt in diebus.** pro. **dies/noe.** Et eſt dies noſtiuus pluralis. **ita erit ⁊ aduentus filii hois. Sicut enim erant in diebus ante diluuiū comedentes ⁊ bibentes, nubentes.** pro. **ducētes vxores/⁊ nuptui tradentes vſq; ad eū diem quo intrauit noe in arcā.** Declarat quē fructū facient ꝓuiſa ſigna: declarando q̄ nō facient cōiter fructū, ſed erit tunc ſicut fuit in diebus noe. Tum quo ad officia: comedendo/bibendo/nubendo/& alia hmōi faciēdo. Tū quo ad impœnitentiā. **⁊ nō cognouerunt donec venit diluuiū ⁊ tulit oēs: ita erit ⁊ aduentus filii hois.** In hoc cōſiſtit tota vis: ga ſicut tunc non cognouerūt q̄us noe pararet arcam pro diluuio, ita non cognoſcet mūdus aduentū chriſti imminentē/q̄is ſigna præcedentia viderint. Culpa itaq̄ nolentium credere ſignis inſinuatur. **Tunc duo erunt in agro: vnus aſſumet.** pro. **aſſumit/⁊ vnus relinquet.** pro. **relinquit. Duę molentes in mola: vna aſſumet.** pro. **aſſumit/⁊ vna relinquet.** pro. **relinquit. Duo in lecto: vnus aſſumet ⁊ alter relinquet.** Superfluit/duo in lecto vnus aſſumetur & alter relinquetur. In his duabus cōbinationibus ſignificat gratia diuinæ electionis futuræ tēpore aduentus chriſti/cum multis myſteriis. Gratia ſiquidē diuinæ electionis exprimit, in hoc q̄ vtriuſq; cōbinationis alter eligitur ad regnū chriſti/alter relinquit ſibiipſi. ℣ Myſteria autē ſunt multa valde. Neutra cōbinatio meminit bonoꝝ aut malorū ſed indifferentiū moraliter: vt nō meritis electio nec demeritis relictio/ſed gratiæ diuinæq; libertati totum aſcribat. Diuerſæ cōditionis homines ſignificant (& molentes/artificialibus operibus vacātes, & agtum colentes/ruſtici oēs) vt non paucos ex vna familia vt tēpore noe/ſaluandos intelligas/ſed multos ex diuerſo hominū genere. Vtriuſq; ſexus meminit: vt hinc intelligamus fœmineum ſexum in regno chriſti manſurum. ideo enim duarum molentium vnam aſſumendam deſcribit.

Vigilate ergo: q̄ neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit. Dixerat/de die autē illa & hora &c̄. & proſecutus eſt ea quæ ſpectant ad incertitudinē diei: modo proſequitur ſpectantia ad incertitudinem

horæ.

horæ. **Illud autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vtiq;/⁊ non fineret perfodi domum ſuam.** pro. **q̄ ſi ſciuiſſet paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaſſet vtiq;/⁊ non fuiſſet &c̄.** Adiungit parabolam de patrefamilias. ¶ Sed quorſum hæc parabola: videtur enim diſſonare propoſito. nam excuſatoria apparet patrisfamilias, & conſequenter noſtri: vtpote qui neſcimus qua hora filius hominis veniet. Reſpondetur q̄ parabola hæc affertur ad manifeſtandum duo: ſcilicet periculum noſtrum ex ignora hora/& neceſſitatem continuę vigiliæ. Periculum quidem/quia ſi ſciremus horam vigilaremus illa hora: ſicut paterfamilias ſi ſciuiſſet horam &c̄. non incurriſſet damnum. Neceſſitas proinde continuæ vigiliæ/neceſſaria illatione concluditur: dicendo. **Ideo ⁊ vos eſtote parati.** Non infert vigilate continue (ne intolerabile quid præcipere videatur) ſed eſtote parati: ad ſignificandum continuam vigilantiam fore/eſſe paratum. **quia neſcitis.** pro. **non putatis.** Et legendū eſt. **q̄ qua hora non putatis filius hois venturus eſt.** ¶ **Quiſputas.** Præcedenti ſimilitudine omnes ad vigilandum continue/monuit: iſta monet prelatos in ſpecie. Vnde & deſcribit prælati conditiones. Et quia rari ſunt tales, ideo inchoat dicendo quiſputas: ſignificando raritatem talis. **eſt fidelis.** Ecce vna conditio fides/veracitas: vt non fallat. **ſeruus.** Alia conditio ſubiectio ad dominum ſuum: vt non recalcitret/non eleuetur &c̄. **⁊ prudens.** Tertia cōditio: vt non fallatur/&c̄. **quem conſtituit dominus.** Quarta conditio: non aſſumat ſibiipſi gradum honoris, ſed conſtitutus ſit a domino. **ſuper.** Ecce gradus. **familiam ſuam.** domini/non ſerui prælati: vt charorum domino famulorum curam commiſſam intelligamus. **vt det.** Ecce officium/ecce fines prælati. **illis.** non ſibiipſi. **cibum.** cuiq; neceſſarium/non flagellum. **in tempore:** iuxta diuerſitatem temporum (æſtatis & hyemis/veſpere & mane) quantum ad parabolam. Sed quantum ad intentum ſenſum, dare cibum illis in tpe/eſt paſcere animas temporibus quibus oportet: vt nullo vnq̄ tpe quando opus eſt/omittat prælatus dare cibum indigentibus animabus. ℣ **Beatus ille ſeruus.** Explicat beatitudinem talis prælati: vt magnitudinem meriti apud deum intelligamus. **quem cum venerit dominus eius/inuenerit ſic facientem.** Non dicit inuenerit vigilantem (quod cōmune debet eſſe omnibus) ſed ſic/cum ſeruitute fide prudentia dantem illis cibum in tēpore, perſeuerando vſq; quo venerit dominus/quantūcunq; ex improuiſo/quantūcunq; tardet. **Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.** Ecce ſpecialis gradus beatitudinis/reſpondens officio: vt qui ſuper diſpenſando cibo familiæ bene ſe geſſit/conſtituatur ſuper omnes res quaſcunq; habet dominus. Non dicit ſuper omnes ſuos/ſed ſuper omnes res ſuas: vt intelligas non hyperbolice ſed vere dictum: & illud promitti quod multis poteſt conferri ſimul/quibus vna omnino eſt voluntas immutabilis. ¶ **Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo. Vitia malorum prælatorum ſubduntur. moram facit dominus meus venire.** Ratio peccādi tarditas diuini iudicii aſſignatur. Et vere æſtimatur tardum iudicium/ex eo q̄ non niſi poſt hanc vitam apparet. **⁊ ceperit percutere cōſeruos ſuos.** Peccata contra proximos/hoc vno comprehenduntur. **manducet autem ⁊ bibat cum ebriosis.** Peccata contra ſeipſum intemperate viuendo/per hoc deſcribuntur. **veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat.** pro. **expectat/⁊ hora qua ignorat: ⁊ diuidet.** pro. **diſſecabit.** i. in partes duas ſecabit. **eum.** Significauit mortem per diuiſionem ſeu ſectionem/ad differentiam mortis hominum a morte aliorum animalium. Mors enim hominum eſt ſeparatio partium remanentium/ſpiritus ſcilicet immortalis & materiæ: mors vero aliorum eſt etiam animæ extinctio. ℣ Et hinc apparet q̄ tranſtulit ſermonem ieſus ab aduentu ſuo ad iudicium vniuerſale/ad aduentum ſpiritualiter quotidie per iudicium ſingulare in morte cuiuſliber. tum quia eiuſdem ſunt rationis quantum ad incertitudinem diei & horæ/& quantum ad periculum noſtrum. tum quia qualis in hoc ſingulari iudicio quiſq; iudicabitur/talis in vniuerſali iudicio comparebit. **partemq; eius.** Cogita ea quæ in mundo ſunt diuidi/& vnicuiq; portionem ſibi debitam dari: & intelliges partem mali prælati definitam eſſe id quod in æternum habebit ſuppliciorum. **ponet cum hypocritis.** Ideo cum hypocritis mali prælati deputantur: quia veræ hypocritæ ſunt, ſtatum profitentes ſanctum/& facta exercentes iniqua: dum prætexta ſancti ſtatus velari impunitate ſaltem volunt iniquitates ſuas. **Illic erit fletus ⁊ ſtridor dentium.** Pœna inferni deſcribitur/ſuperius expoſita.

CAPVT .XXV.

Hanc. tempore aduentus ad iudicium vniuerſale/& etiam ad iudicia ſingularia. vtriuſq; enim iam meminit. **ſimile erit regnum cęlorum.** quod hic inchoatur/& in futuro ſtatu cōſummatur. **decē virginibus.** Decem virgines/vniuerſi fide integra chriſtifideles ſunt. **quę accipientes lampades ſuas.** ſua ſtudia exteriorum operum bonorum ex ſuo genere: vt ieiunare/eleemoſynas facere/audire miſſas/& ſimilia. **exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe.** In textu græco non habetur & ſponſæ. Profeſſio conatus ad eundum in cœleſtem patriam/ſignificatur per ire obuiam ſponſo ieſu chriſto. ℣ Vnde habes q̄ parabola iſta ad literam tractat nō de omnibus chriſtianis (nam multorum extrinſeca opera manifeſte ſunt mala) ſed de illis tantum qui profitentur ſe ſtu

Vide chry. ſuper matheum: pulcre exponentes para bolam hanc. & ni capitulum. 5. huius 5z.

dere factis ad continuum progressum versus patriam cœlestem. horum enim lampades exteriorum operum lucentes apparent. ¶ Et ideo describuntur euntes obuiam non iudici sed sponso: ad signifi candum ꝙ vniuersi isti profitentur se ex amore procedere ad iesum tanq̃ ad amice & honorabiliter suscipiendum sponsum. **Quinq; autem ex eis erant fatuę & quinq; prudentes.** Terribilis sententia: qua media tantum pars fidelium quorum lucent tam bona opera q̃ studia ad obuiandum sponso prudens ac per hoc saluanda describitur. **Sed quinq; fatuę.** Vera inter istas differentia comprobatur: quia prudentes prouiderunt de mediis opportunis ad finem: fatuæ autem (& hinc fatuæ) non curauerunt prouidere de necessariis mediis ad finem. **acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.** hoc est sumpserunt oleum in lampadibus tantum, & non sumpserunt oleum secum: hoc est in vasis suis vltra illud quod erat in lampadibus. prudentes autem vltra oleum in lampadibus acceperunt in vasis suis. Istæ enim cogitauerunt id quod euenit: scilicet ꝙ oleum lampadum non sufficeret. illæ autem confisæ sunt in oleo lampadum tanq̃ sufficiente. Et significatur per oleum testimonium bonitatis seu charitatis. In hoc differunt operantes bona opera ꝙ aliqui habent testimonium suæ bonitatis foris tantum in ipsis operibus bonis. intus enim non sentiunt se diligere deum in toto corde se pœnitere peccatorum quia sunt offensæ dei se diligere proximum propter deum. Alii autem operantur sic bona, vt & ipsa opera lucentia testimonium foris reddant boni animi & intus in conscientia propria ipse spiritussanctus testificetur spiritui eorum ꝙ filii dei sunt. sentiũt enim in corde toto se diligere deum pœnitere propter deum diligere proximum & seipsum propter deum: & breuiter deum esse sibi rationem amandi sperandi timendi gaudendi tristandi & breuiter operandi intus & extra. hoc est enim oleum in vasis propriis. **Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.** **Adoram autem faciente sponso.** Mora sponsi totum tempus vitę huius est. **et dormierunt.** Hinc apparet concessum ad progressum & pœnitentiam. **dormitauerunt omnes & dormierunt.** Hinc apparet ꝙ non sponte dormierunt, sed dormitando incurrerunt dormitionem expectantes sponsum. ¶ Significantur enim per hoc duo. Alterum est ꝙ in hac vita inter hæc bona opera obrepunt multæ passiones: & incurruntur multæ negligentiæ, & vniuersaliter peccata infirmitatis humanæ. quæ per dormitationem & dormitionem significantur tanq̃ quodammodo inuoluntaria. Alterum est ꝙ per hæc peccata non est mutatus status expectantibus: quia talia sunt ꝙ non mutant statum. non enim sunt peccata mortalia. in eodem nanq; statu sunt surgentes a somno in quo erant quum incœperunt dormire. **Media autem nocte.** quando minus creditur quando quietis tempus putatur. **clamor.** vel signum nuncians iudicium vniuersale vel ægritudo vel casus mortalis in iudicis particularibus. **factus est.** **Ecce sponsus.** iesus christus. **venit.** ad iudicium vniuersale vel particulare. **exite.** de corpore vel de mundo hoc. **obuiam ei.** amice ac honorabiliter suscipite illum. **Tunc surrexerunt.** a somno negligentiarum considerando seipsas. **omnes virgines illę & ornauerunt lampades suas.** dispositiones opera sua bona præsentanda diuino occursui tanq̃ meritoria. **Fatuę autem sapientibus dixerunt. date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrę extinguuntur.** Quantum ad parabolam in lampadibus vsq; ad mediam noctem accensis consumptum est oleum quod in eis erat. & propterea fatuæ non habentes reconditum in vasis suis oleum dicunt ꝙ lampades nostræ extinguuntur, & petunt oleum a prudentibus. & illæ respondent rationabiliter &c̃. ¶ Quantum vero ad intentum sensum: audito aduentu iudicis illi qui internum non habent testimonium suæ bonitatis sed extra tantum (quia scilicet bona opera fecerunt) recurrunt ad consueta sibi testimonia, hoc est exteriora. considerantes enim in extremo vitæ suæ opera propria extingui coram examine summi iudicis, recurrunt ad sanctorum virorum testimonia. nonne bonus ego fui ieiunando eleemosynas dando misas audiendo singulis annis confitendo & cõmunicando? nonne ego vixi sicut alii reputati boni? & similia. Et iste recursus siue fiat discurrendo secum siue alloquendo ad literam viros sanctos seu conferendo cum aliis, parui refert. **Respondерunt.** Deest autem prudentes dicentes. **ne forte.** pro. **ne quando non sufficiat nobis & vobis.** Nullus est in hac vita qui sufficiens testimonium dare possit alienæ bonitatis. & propterea viri sancti respondent ꝙ testimonium proprium vix sufficit sibiipsis. & propterea negant testificari. **ite potius.** Consilium sanctorum quod in extremo datur pœnitentibus quando iam clamor factus est ecce sponsus venit, est vt puideant sibi de oleo eundo ad emẽdum. **ad vendentes.** doctores confessoresq;, qui non possunt donare sed vendere oleũ testimonii. nam quasi vendere est exigere veram pœnitentiã pro precio olei. **& emite vobis.** precium veræ pœnitentiæ internæ amoris interni, appendire. **Dum autẽ irent emere.** Velleitas veræ charitatis seu veræ pœnitentiæ significatur potius q̃ vera volũtas. **venit sponsus.** Hinc apparet ꝙ oia gesta & dicta hactenus in hac parabola spectant ad præsentẽ vitam. nam aduentus spũalis sponsi est in morte singulorũ: aduentus autẽ corporalis ad iudicium erit cõpleto tempore pœnitendi. Ita ꝙ tẽpus aduentus illius erit sicut mors quantum ad terminũ viæ. nam si viui tunc possent pœnitere eos vere ad pœnitentiam redirent. **& quę paratę erant intrauerunt cũ eo ad nuptias.** cœlestis patriæ. **& clausa est janua.** Clausura

ianuæ definitio est negandæ gratiæ. ¶ Mirum apparet ꝙ existentibus adhuc in hac vita virginibus claudatur ianua cœlestis regni firmetur negatio ingressus. vbi est illa promissio. in quacunq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor. Sed cessat admiratio intelligendo ꝙ clausio ianuæ non est negatio veniæ pœnitentibus in veritate, sed est negatio gratuiti auxilii diuini ad vere pœnitendum: quia etiam hac animaduersione inquit august. percutitur peccator vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est creatoris sui. Fundaturq; hoc in dictis apostoli ad hebr. 11. monentis ab exemplo esau. scitote quoniam postea non inuenit locum pœnitentiæ, q̃q̃ cum lachrymis quæsiuisset illam. ℂ Quando autem & cum quibus deus vratur hac iustitia nescitur. Hoc vnum hinc habetur ꝙ pœnitentia dilata vsq; ad extremum quum auditur ecce sponsus venit non est secuta immo describitur non vera pœnitentia. ¶ Ac si obiceris non esse in textu isto sermonem de pœnitentia, aduerte ꝙ ad rem loquor. nam si sim textum istum homini fulco bonis operibus exterioribus non datur locus inueniendi oleum internum, multo minus dabitur homini carenti oleo intus & extra. ¶ Noli tamen spem veniæ cuicunq; & quãdocunq; negare: memor ꝙ latro iam in cruce audierat ecce non sponsus sed iudex venit (vepote in extremis constitutus) & tamen dicendo memento mei domine &c̃. veniam plenissimam consecutus est. **Nouissime.** pro. **deinde.** seu postea. **vero veniunt & reliquę virgines.** Clausa ianua veniunt adhuc in vita hac existentes reliquæ virgines. Non dicit ꝙ veniunt cum oleo in vasis suis: quia cum oleo in lampadibus tantum veniunt cum solis bonis operibus exterioribus: quæ coram deo extinguuntur coram hominibus lucent. **dicentes. domine domine aperi nobis.** Adorant ac supplicant (sed absq; interno spiritussancti oleo) pro ingressu ad cœlestes nuptias. **At ille respondens dixit. amen dico vobis nescio vos.** notitia amicitiæ. quæ enim non est amicitia non potest scire. **Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam.** Conclusio parabolæ. quia ideo quinq; virgines excluse sunt quia hora qua venit sponsus non erant paratæ: & ideo quinq; admissæ quia hora aduentus sponsi erant paratæ. Oportet ergo semper esse paratos ex quo nescimus quando veniet. ¶ Vbi scito in græcis codicibus adiungi. **in qua filius hominis veniet.** Quod in latinis non habetur sed subintelligitur.

Sicut enim homo. Præcedens parabola discreuit inter iustos apud nos: hæc parabola discernit inter viles & inutiles christo. **peregre proficiscens.** Saluator noster suam carnem cœlo inferens ad peregrina loca iuit: quia carnis locus est non cœlum sed terra. **vocauit.** per fidem. **seruos suos & tradidit illis bona sua.** res suas ad negociandũ. Dona siquidem omnia dedit non ad habendum aut fruendum hic, sed negociandum. **Et vni.** Per tres istos intendit omnes comprehendere ternario perfectionis numero. **dedit quinq; talenta: alii autem duo, alii vero vnum.** Per talenta quinq; duo & vnum, disparitatem omnem donorum comprehendit: similiter ternario numero disparitatis donorum. **vni cuiq; ꝟm propriam virtutem.** pro. **facultatem.** Ratio disparis doni redditur disparitas vitium. vnicuiq; enim dedit ꝟm proprias vires: hoc est proportionaliter ad proprias vires. Disponit siquidem ieiunus in ecclesia sua suauiter omnia. neminem onerat supra vires nulli negat donum congruum eius viribus. & profectus est statim. Ordinata ecclesia statum ascendit in cœlum. **Abiit autem qui quinq; talenta acceperat & operatus est in eis & lucratus est alia quinq;.** Similiter qui duo acceperat **lucratus est alia duo.** **Qui autem vnum acceperat abiens fodit in terra & abscondit pecuniam domini sui.** Iste non simpliciter abscondit, sed fodit & abscondit. Abscondere enim est abstinere ab vsu: fodere vero terram ad abscondendum est ex pusillanimitate non vti. nam sicut animi magni est tendere ad ardua ita pusilli est tendere ad infima. pusillis enim cogitationibus & affectibus quasi fossa fit occultatoria doni dei existentis in ipso. ℂ **Post multum vero temporis.** Ab ascensione vsq; ad secundum aduentum differt rationem exigere ab omnibus. **venit.** præsentis est temporis. **dominus seruorum illorum, & posuit.** pro. **ponit rationem cum eis.** Et accedens qui quinq; talenta acceperat, **obtulit alia quinq; talenta dicens. domine quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum.** Ait illi dominus eius. **euge serue bone in studiosa negociatione & fidelis. in** integra relatione omnium ad me. **quia super pauca.** temporalis vitę. **fuisti fidelis, super multa.** eternæ vitæ. **te constituam. intra in gaudium domini tui.** Accessit autez & qui duo talenta acceperat, & ait. **domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum.** Ait illi dominus eius. **euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis super multa te cõstituam. intra in gaudium domini tui.** Tam magnum est gaudium cœlestis patriæ de deo vt non possit concludi in homine. & ideo homo intrat in gaudium illud incomprehensibile. & non intrat gaudium illud in hominem velut comprehensum ab homine. ¶ Par autem præmium redditur ambobus lucra referentibus, quia meritum fuit æquale. nam quãtum studuit alter negociando in quinq; tantum alter studuit negociando in duobus. vterq; enim ꝟm vires suas duplicauit sibi data. **Accedens autem & qui vnum talentum acceperat ait. domine scio quia homo durus es.** Non solum se iustificare intendit, sed rationem suæ iustificationis in domini crimen retorquet. Et intendit dicere ꝙ tu in exigendo rationem

gestorum negociorum non vis perdere/sed solum lucrari.& si lucrum non affertur,tollis res eorum qui negociati sunt/afferendo cauillationes:hoc propter hoc/& hoc propter illud.& ita metis etiam agros pauperis negociatoris/vt lucrum habeas intentum. **metis vbi non seminasti.** tanq̃ ibi seminaueris/ tanq̃ debitũ tibi.℣ Nec est quę/ **congregas vbi non sparsisti.** tanq̃ ibi sparseris/tanq̃ debitum tibi.℣ Nec est quę/ tanq̃ debitũ tibi.℟ **congregas vbi non sparsisti.** tanq̃ ibi sparseris/tanq̃ debitum tibi.℣ Nec est quę/ tendum quomodo hæc proprie verificentur de deo:quum fallæ æstimationes sint. Considerãdum tamen est q̃ pusillanimibus istæ phantasiæ de deo occurrunt:scilicet q̃ exacte rigorem iustitiæ requiret de negociationibus(hoc est de cura animarum/de audientia cõfessionum/& huiusmodi quæ ad lucra spiritualia exercentur)& q̃ tot occurrunt in huiusmodi pericula perdendi vt tutum sit non subire has negociationes.℣ Et si accuratius perspectum fuerit, verba hæc de deo licet falsa sint prout sonant/vera tamen inueniuntur sed male applicata.nam deus homo durus hoc est inexorabilis/dicitur;pro quãto nullum malum dimittit impunitum.& metit vbi non seminauit:pro quanto metit gloriam suam ex vitiis quæ non seminauit in animis nostris. et similiter cõgregat gloriam suam in peccatis q̃ nõ sparsit:ordinando tum vitia tum peccata nostra in gloriam suam. Ita q̃ deus in omnibus vult lucrari gloriam suam,siue lucremur siue perdamus negociando.exigit enim pœnas si perdamus. **timens abii.** Ecce pusillanimitas:afficiens animum timore perdendi,& non solum adimens spem lucri. **abscondi talentum tuum in terra.** fossa/in infimis me cum dono tuo continui. **Ecce habes quod tuũ est.** talentum mihi datum . Hinc apparet q̃ iste timens rigorem domini , abscondit non vtendo / & seruauit talentum integrum.immo & timuit perdere talentum:& ad hoc abscondit vt seruaret illud.

¶ Quantum ad parabolam clarus est sensus.Sed quomodo verificetur in proposito/non facile apparet.nam difficile est coniungere hæc duo:scilicet q̃ abscondatur donum dei/& q̃ seruetur reddendum deo integrum/ecce habes quod tuum est. At si perspectum fuerit q̃ parabolæ veritati sufficit similitudo,apparebit vtrunq; simul.nam velut integrum donum dei se seruare arbitratur,qui illud a cõtrariis actionibus custodit seruando præcepta negatiua:nulli scilicet iniuriam faciendo/& a reliquis actionibus quæ præceptis negatiuis inhibentur abstinendo.Quãuis ẽm rei veritatem nõ seruetur integrum donum dei/nisi etiam affirmatiua præcepta de vsu donorum dei seruentur:quia dono dei cõtrariatur non solum contraria actio,sed etiam negatio vsus quãdo vbi & sicut oportet.non sic autem est in argenti talento:quod per non vsum constat nõ minui. Ad similitudinem ergo integri talenti existimat seruus pusillanimis se seruare donum dei si abstinet ab actionibus malis/q̃uis non vtatur donis dei.& propterea dicit/ecce quod tuum est. ℣Respondens autẽ dominus eius/dixit ei. **Serue male.** in animo:pusillanimitas est maius vitium q̃ nimia animositas. **& piger.** ad operandum/ad vtendum donis dei. **sciebas quia meto vbi non semino.** pro.**seminaui,& congrego vbi non sparsi.** hoc est sciebas seueritatem iustitiæ meæ:q̃ non solum volo gloriam ex donis meis,sed etiam ex vitiis & peccatis quę non processerunt ex me. **Oportuit ergo.** vere consequens fuit q̃ debebas considerare peccatum omissionis/omittendo negociationem doni a me tibi dati. **te cõmittere pecuniam meam numulariis.** hoc est tuto fere lucro exponere.parum enim aut nihil periculi hic interuenisset:quia solum periculũ decoctionis est in huiusmodi.Et intendit per hoc q̃ si non ausus fuit vti dono dei in actionibus multi periculi,vti tamen debuit illo in actionibus in quibus est lucrum cum paruo periculo.& **veniens ego recepissem vtiq; quod meum est cum vsura.** Considerando subsecutam damnationem istius serui/ quia nec etiam cõmisit pecuniam numulariis ad lucrum vsurarium,dicendum est q̃ vel loquitur ẽm tempus illud quo vsura cum extraneis habebatur licita:ac per hoc quia licito lucro non vacauit dãnatur.vel loquitur consequenter ad existimationem ipsius serui. Acsi aperte diceret. Quia tu existimabas q̃ meterem quæ non seminaui &c̃.debebas cõsequenter existimare q̃ acciperem lucrum vsuræ:vt vel sic lucrum aliquod attulisses ex pecunia mea. Et hæc expositio quadrat cõtextui/ex ore proprio dãnationem serui describẽti.Et significatur per hoc q̃ omnino seruus debebat vti dono dei/saltem alicui fere tuto lucro exponendo/societatẽ saltem ineundo cum aliis qui certo lucro operam dant.hoc enim significat cõmittere pecuniam numulariis:vt opus quod nõ audet aggredi solus,aggrediatur cum socio negociatore/saltem vsurario:hoc est cum certo paruo lucro. **Tollite itaq; ab eo talentũ.** Ecce sententia/tollens donum quo ad gaudium de illo.& **date ei.** non quo ad vsum(quia non est amplius tempus meriti)sed quo ad gaudium.Gaudebunt enim iusti in cœlesti patria non solum de donis dei in se ipsis,sed de donis dei collatis aliis:iuxta illud apoc.3.tene quod habes/vt nemo accipiat coronã tuam. **qui habet decem talenta.**℣ Omni enim habẽti.proculdubio digne.Hinc apparet talentum illud datum non soli habenti decem talenta sed etiam habenti quattuor.ex hoc enim q̃ omni habenti dabit, sequitur q̃ etiam habẽti quattuor talenta dabitur. Et vere sic est:quia ita datur vni q̃ datur omnibus. cõmunio enim gaudii de vno & eodem/nihil minuit gaudii a singulis.**dabitur & abũdabit.** Iei autẽ qui non habet.digne.& **qõ videtur habere.** pro.& **quod habet.** Et est sensus.& quod habet indigne. **auferetur ab eo.** quo ad gaudium. **Et inutilem seruũ eicite in tenebras exteriores.** illic erit fletus & stridor dentium. Altera pœna inferni/superius declarata.

Quum autem venerit filius hominis. Nulla fit mentio parabolę/nulla nota similitudinis(puta sicut)hoc in loco habetur:quia non parabola sed historia gerendę rei prædicitur.**in maiestate.** pro.**gloria/sua,& omnes.** Deest.**sancti/angeli cum eo:tunc sedebit super sedem maiestatis.** pro.**glorię/suę.** An ad literam christus sedens corporali situ iudicabit/incertum habeo.humani enim formæ iudicii id suader. Alioquin sedes gloriæ/autoritas est quieta regnandi & iudicandi mundum, tunc primum incipiens quo ad possessionẽ sensibilem vniuersi totius.& propterea appellatur sedes gloriæ eius. **& congregabuntur ante eũ omnes gentes:& separabit eos ab inuicem/sicut pastor segregat oues ab hędis.** In actu segregandi affertur similitudo/monstrans facilitatẽ segregandi bonos a malis:sicut facile pastor segregat oues/sine cornibus/mansuetas,ab hędis/nõ ab agnis. Separare enim matres a filiis/ habet quãdam difficultatem:sed ab hędis(filiis caprarum parvulis/imbellibus)non.**Et statuet oues quidẽ.** electos mansuetos/vtiles &c̃.**a dextris suis:hędos aũt.** reprobos fetidos. **a sinistris.** ¶ **Tunc dicet rex iis qui a dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei:possidete paratum vobis regnum a cõstitutione mundi.Esurivi enim,& dedistis mihi manducare.sitivi & dedistis mihi bibere.hospes eram,& collegistis me.nudus,& operuistis me.infirmus,& visitastis me.in carcere eram,& venistis ad me.** ℣ Tunc respõdebunt ei iusti. occasionem respõndendi habebunt ex tanta dignatione q̃ sibi ipsi ascribit exhibita hæc beneficia.**dicentes. Domine quãdo te vidimus esurientem/& pavimus te:sitientem.** Deest cõiunctio aut. Legendum est.aut sitientem/& dedimus tibi potum:quando autem te vidimus hospitem/& collegimus te:aut nudum & cooperuimus te:aut quando te vidimus infirmum aut in carcere/& venimus ad te? ℣ Et respondens rex/dicet illis. **amen dico vobis:quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis/mihi fecistis.** Non dicit quãdiu fecistis vni pauperi:quia benefacere homini pauperi/officiũ est naturalis misericordiæ,cõmune fidelibus & infidelibus:sed benefacere fratri iesu christi/officium est christianæ misericordiæ.quæ in pauperibus christum cõsiderat/& propter christum exercet hęc opera.℣ Considera quoq; q̃ ẽm rex in sede maiestatis tantæ,non dedignatur tamẽ appellare fratres suos/pauperculos suos. **Tunc dicet rex & iis qui a sinistris eius erunt.discedite a me maledicti in ignẽ eternũ.** An ignis inferni corporeus sit/non est certa fidei diffinitione firmatum. Credimus tamẽ rationabiliter ipsum esse corporeũ:quia scriptura vocat ipsum ignem:& proprie intelligere ignem/nullum habet obstaculũ.nullum siquidem incõueniens sequitur ex confesso igne corporeo,sicut sequuntur incõuenientia si approbarentur multæ aliæ pœnæ corporeæ:puta fletus corporalis & cortosiones corporales/& huiusmodi.℣ Verũtamen si ignis corporeus non est,supplicium illud appellatũ est ignis propter vehemẽtiam. Ignis enim inter omnia corpora vehemẽtius cruciat.& quia pœna illa est maxima ex suo genere,ideo ignis nominata est nobis/quibus alterius vitæ pœnæ ignotæ sunt.**qui paratus est diabolo & angelis eius.** Hinc apparet eundẽ ignem paratum hominibus reprobis & angelis reprobis:cõmunemq; esse supplicium vtriusq;. Et propterea difficultates insurgunt quale sit supplicium illud.ignis enim corporeus nõ potest affligere diabolum & angelos eius:quorũ substantia est incorruptibilis. ¶ Verum in theologia speculativa dicitur q̃ ignis cruciat spirituales substantias non cõburendo sed alligando illas. Est enim ignis vt instrumentum diuinæ iustitiæ detentiuus spiritus dãnati:ita q̃ est velut carcer spirituũ. Nec solo carcere priuatiuo libertatis localis,sed ademptione liberi vsus tam intellectus q̃ voluntatis q̃ etiã suæ potentiæ cruciabuntur.detinebitur enim illorũ intellectus ad cõsiderandum & voluntas ad detestandũ supplicium illud:ac per hoc ad cõtinuam tristitiam actualem.Hęc enim omnia intelliguntur.appellatione pœne sensus:quæ nomine ignis significatur/etiã si non sit corporeus ignis.℣ Vnde clare patere potest intelligenti & penetranti hæc/q̃ est maxima afflictio:& tanto maior omnibus sensibilibus malis, quanto intellectus est velut fons/sensus vero omnes sicut riuuli quo ad cognitionẽ:& voluntas est sicut fons,appetitus vero sensitivi(quorum est tristari/delectari &c̃.ẽm sensum)sunt velut riuuli in appetendo/delectando/tristando/amando/& reliquis eiusmodi. **Esurivi enim,& non dedistis mihi mãducare.sitivi,& non dedistis mihi potum.hospes eram,& non collegistis me.nudus,& nõ operuistis me.infirmus & in carcere eram,& non visitastis me.** ℣ Tunc respõdebunt ei & ipsi/dicentes. **Domine quãdo te vidimus esurientẽ aut sitientem/aut hospitem aut nudum/aut infirmũ aut in carcere,& non ministravimus tibi?** Aduerte differentiam. Iusti singillatim singula reperunt: reprobi autem omnia simul inculcant.quia illi quiero animo gaudẽt recolere singula cum suis actoribus:isti turbata conscientia/cum fastidio reperunt quæ aduersus seipsos militare sentiunt. **Tunc respondebit illis/dicens.amen dico vobis:quãdiu non fecistis vni de minoribus.** pro.**minimis/ his.** s.**fratribus meis.nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium.** Quod prius vocauit ignẽ/modo appellat supplicium.**eternum.** Obmutescat dogma tradentium deum quandoq; misertum damnatorum.℣ Siste prudens lector:& nota in his tribus documentis huius capituli damnari in inferno tria genera omissionum.nã in parabola virginum dãnant imparati ex omissione interni testimonii:in parabola vero talentorum dãnantur pusillanimes ex omisso vsu diuinorum donorum:hic autem dãnantur omittentes

opera misericordiæ christianæ. Quid cum illis aget æternus iudex qui cōmissione malorū operum pec
cauerunt, si illi dānantur qui omiserunt bona opera? iusti autem in vitam ęternam.

CAPVT .XXVI.

¶ Factum est quum consummasset iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. ¶ Scitis quia post biduum pascha fiet. pro. fit: ⁊ filius hominis tradetur. pro. traditur, vt crucifigatur. Et possunt hæc duo simul & separatim intelligi. Simul quidem, explicādo vtrunq; præsens pro tēpore post biduum: quia tunc fit pascha (hoc est immolatio agni paschalis pro memoria exitus de ægypto) & traditur iesus vt crucifigatur. Separatim autem, explicando pascha fieri post biduum, seipsum vero tradi nunc: quia iudas duobus diebus ante pascha (vt insinuat statim euangelista) vendidit christum. Agnus nāq; paschalis immolatus illo anno fuit die veneris, inci
piente tamen in præcedenti vespere: iudas autem vendidit iesum die mercurii. & sic duo interfuerunt dies (scilicet mercurii & iouis) ante pascha. Hæc enim verba dicta apparent a iesu in mane diei mercurii. Tunc. eodem mane. congregati sunt principes sacerdotum. Deest. ⁊ scribę, ⁊ seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas: ⁊ cōsilium fecerunt vt iesum dolo te
nerent ⁊ occiderent. Apud ioānem ab illo die quo cōmuni consilio diffinitum est vt occideretur ie
sus, consultabant deinceps de executione. inter quæ cōsilia, hęc congregatio fuit ad specialem modum exequendi descendens: vt scilicet dolose iesum caperent. Existimabant enim nimis difficile esse capere illum aperta violentia propter turbam. & pprerea intendebant misere violentiæ fraudes. Dicebant autem. non in die festo: ne forte. Superfluit forte. tumultus fieret. pro. fiat. verba enim hæc oīa sunt sacerdotum, scribarū & seniorum. in populo. ¶ Quum autem iesus esset. Cōmemoratio hęc vnctionis factæ sabbato præcedenti, fit ad insinuandū occasionem qua motus est iudas ad vendendū iesum, in bethania. castello prope hierusalem vbi resuscitauerat lazarum. in domo simonis. Hoc fuit sabbato prędcedenti in cœna in qua lazarus resuscitatus erat vnus ex discūbentibus, & martha ministrabat: vt patet apud ioānem. leprosi. olim. creditur enim hunc a iesu curatum fuisse a lepra, & pluries inui
tasse iesum ad cōuiuium. accessit ad eum mulier. maria soror lazari, quæ cognominatur magdalena. habens alabastrum. pixidem ex alabastro. vnguenti pretiosi: ⁊ effudit. Tacet matthæus ꝙ mulier hæc tunc prius vnxit pedes iesu ex illo vnguento. & de reliquo vnguento dicit non ꝙ vnxit sed effudit versando pixidem. super caput ipsius recūbentis. Prima vice quādo venit peccatrix, vnxerat pedes tantum: modo animequior reddita ex cōsecuta venia, ex multis signis benuolētię iesu erga illam, au
det tangere caput iesu. Videntes autem discipuli indignati sunt. iudas præcipue: vt patet apud ioā
nem. dicentes. vt quid. pro. ad quid, perditio hęc? potuit. pro. poterat enim istud. Deest. vnguen
tum, venundari multo, ⁊ dari pauperibus. Vsitato loquendi modo perditum dicunt vnguentum tanti precii, quod poterat esse vtile multis pauperibus. Sciens autem iesus ait illis. quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Discipuli fremebant in mulierem tanq; operatam opus malum: vt quæ cōsumpserat quasi deliriando vnum pauperem, quod multis erat tri
buendum pauperibus. Et pprerea iesus excusat illam, asserendo ꝙ bonū opus operata est erga me. Nam semper pauperes habebitis. pro. habetis, vobiscum: me autem non semper habebitis. pro. ha
betis. Hanc rationē bene pondera: quia hinc docemur in rari posse multo sumptu vti absq; remorsu conscientiæ ꝙ melius fuisset dare pauperibus. Et hoc directe dixit contra rationem eorum de vtilitate pauperum. Mittens enim hęc vnguētum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Prius dixit opus fuisse bonū: modo dicit intentionē fuisse bonam, vtpote religiosam. imo probat fuisse opus bonum. nam non ad delitias corporis mei, sed velut corpori sepeliendo adhibuit hoc vnguentū. con
stat enim ꝙ cadauer non adhibetur vnguētum ad delitias. ¶ Et dixit hoc tum ad declarandum tam mulieris q̄ suum animū, ꝙ neutrius animus erat ad delitias. Sed illa non dubitabat adhibere vnguen
tum homini diuino, merēti hoc & longe maiora: vtpote vero messiæ, alieno ab omni sensualitate sicut corpus sepeliendum. & ipse vtebatur hac vnctione sine omni sensualitate, sicut cadauer quod vngitur vt sepeliatur. Verba siquidē illa, ad quid perditio hæc, tam aduersus mulierem q̄ aduersus iesum suscipientem in corpore proprio talem vnctionē procedebant. q̄is non auderent fremere in magistrū sed in illam. ℣ Tum ad declarandū ꝙ quēadmodum opus bonum ac consuetū apud iudæos est adhibere vnguenta pciosa corporibus sepeliendis, & nullus dicit ad qd perditio hęc &c. ita opus bonū fecit hęc mulier, vngendo me viuū eo officioso ac religioso aio quo me sepeliendū vnxisset. ℣ Vt taceam ꝙ forte mulier hæc audita pxima christi morte, dubitans ꝙ non posset sepeliendo corpori officiū exhibere vn
ctionis (sicut de facto euenit) puenit vngere ipsum viuū velut sepeliendū. Amē dico vobis: vbicūq; predicatum fuerit hoc euangeliū, in toto mundo dicetur qđ hęc fecit, in memoriā eius. Non sat fuit iesu declarare ꝙ mulieris opus bonū, ꝙ intrīo bona fuit, sed declarauit ꝙ tam laudabiliter fecit vt in toto mundo in memoriam illius cōmemorandum sit hoc quod fecit. Et quia hoc ecclesia cōmemorat in laudē marię magdalenę, habes hinc aliud argumētū vltra collecta in tentaculis nostris, ꝙ maria

magdalena est illamet quæ est maria soror lazari, de qua textus iste loquitur. ¶ Tunc. Dixerat euange
lista ꝙ quum iesus dixit scitis ꝙ post biduum pascha fit, tunc congregati sunt sacerdotes & scribæ in atrio caiphæ: & interposuit commemorationem vnctionis prius factæ in bethania, quia occasio fuit mouendi animum iudæ. modo redit ad seriem facti, dicendo tunc: non quando hæc vnctio fuit facta, sed quando cōgregati sunt sacerdotes & scribæ in atrio caiphæ. abiit vnus de duodecim, qui dicebatur iudas scariot. pro. iscariotes. Nomen ville vnde erat oriundus creditur. ad principes sacerdo
tum. cōgregatos in atrio caiphæ. ⁊ ait illis. quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? Auariciam euangelista scribit causam proditionis, ad redimendū vnguentum precio magistri. sufferre non poterat ꝙ tanta materia furti sibi subtracta esset. ℣ Aduerte hic ꝙ euangelista narrat substantialia, præ
termittens circūstantias palliantes. Sicut enim narrando tentationes christi scripsit nudas conclusio
nes, si filius dei es die vt lapides isti panes fiant &c. ita modo scribit nudam petitionē, quid vultis mihi dare &c. Rationi consentaneū est vt iudas se scandalizatum dixerit de magistro suo: & ꝙ hactenus pu
tauerit ipsum esse spirituale virum, sed ꝙ nūc perdidit bonam opinionem de illo: quia vidit ipsum in tanta sensualitate ꝙ vnguēto pretiosissimo muliebribus manibus vsus est, nō solum in capite sed etiā in pedibus. Naturale siquidē est hominibus, sub aliquo colore palliare factum iniquitatis propriæ: & præcipue talis. s. offerendo proditionē ptopri magistri. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.

¶ Prima autem die azimorum. Præcepto legis mosaicæ exo. 12. septem erant dies azimorū: in quo
rum primo immolabatur agnus paschalis, manducandus cum azimis panibus &c. ℣ Ex hoc textu clare apparet iesum celebrasse pascha quartadecima luna & nō tertiadecima: vt quidam græci fingunt. pri
mus enim dies azimorū est quartadecima luna. accesserunt discipuli ad iesum, dicentes. vbi vis pa
remus tibi. Iesus hospitabatur bethaniæ & non hierosolymis: paschalis autem agnus, immolādus omnino erat in hierusalē: quia extra illam non poterat immolari. & propterea discipuli quærunt in quo loco, in qua domo intra hierusalē vult parari sibi pascha. comedere pascha? hoc est paschalē agnum. Pascha enim græca dictio est: & significat transitū. quem apud hebræos significat palach. Festuitas si
quidem paschalis celebratur a iudæis diebus septem in memoriā transitus domini ad occidendū pri
mogenitos ægyptiorū, nocte qua egressus est populus israel de ægypto. translatūq; est nomē facti me
morabilis (scilicet illius transitus) ad festiuitatē illorum dierū septem: & ad agnum qui primo die im
molabat: & ad azimos panes. nullo enim fermentato pane licebat diebus illis septē vti. Sumitur itaq; hic pascha pro agno paschali. At iesus dixit. ite in ciuitatem ad quēdam. Non nominauit hominē istum iesus: sed circunstantiis quas tacet matthæus (sed non marcus & lucas) descripsit. ℣ Et dicite ei. Magister dicit. tempus meum prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis iesus: ⁊ parauerunt pascha. ¶ Vespere autem facto discūbebat cum duodecim discipulis suis: ⁊ edentibus illis dixit. amen dico vobis quia vnus vestrum me tra
diturus est. Pluries dixerat impersonaliter, filius hominis tradet: modo descendit ad speciē, non tamē ad individuum. vt cognoscant ꝙ sponte passionē adit, ꝙ omnia prenouit anteq̄ fiant: ne occasionem habeant perdendi fidem quū viderint ipsum pati & mori. Et contristati valde, ceperunt singuli di
cere. nunqd ego sum domine? At ipse respondens ait. qui intingit. pro. intinxit, mecum manum in paropside. pro. catino, hic me tradet. Dixerat vnus ex duodecim, determinans apostolicū ordinē. modo dicit qui intinxit mecum, determinans actionē socialem in mensa. ℣ Et determinat per hoc ꝙ vnus sedentiū prope ipsum iesum est. Quum enim vnum catinū aceti in quo intingebantur lactucæ agrestes non cōmune fuerit tredecim comedentibus simul, sed rationi consentaneū sit duo aut tria ca
tina fuisse (singula scilicet inter quattuor aut sex) propterea iesus catinum cōmune sibi & quattuor aut sex aliis, demonstrat dicendo qui intinxit mecū: ac per hoc descendit ad magis specialia, non tamē ad individuum. Dixi catinū aceti cum lactucis agrestibus: quia agnus erat assus, nec locū in eo haber in
tinctio. & in lege mandabatur manducari agnū cum lactucis agrestibus. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est. Occurrit tacitę obiectioni. si scis te tradendū cur non euitas proditionē? Re
spondet quia volo implere scripturas. Vę autem homini illi per quē filius hominis tradetur. pro traditur. Excludit excusationē proditoris implētis scripturas: ne quisq̄ putaret ꝙ sicut ipse iesus bene facit eundo sicut scriptum est de ipso, ita iudas excusetur faciendo sicut scriptū est de illo. propterea. n. ait vę homini illi per quē traditur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. quia mortuus in vtero matris incurrisset solam pœnam dāni, cum incircuncisis infantibus in limbo: modo autē incur
ret etiam pœnam sensus & talem ac tantā in inferno. Respondens autem iudas qui tradidit. pro. tradebat, eum, dixit. nunquid ego sum rabbi? Iudas vnus eorū qui prope iesum sedebant, vnus eoq̄ qui intingebāt in catino prope iesum, audita restrictione ad sex vel quattuor cōmunicantes in catino iesu, petit nunqd ego: ne tacendo (& non dicendo sicut alii dixerāt nunqd ego) accusaret seipsum. Tu illi. tu dixisti. Anceps verbum est. nam & affirmanti rem dictam & affirmanti dictionem cōmune est. potest. n. intelligi ꝙ tu dixisti quod est. vel ꝙ ego non dixi sed tu dixisti te esse proditorem.

Cenantibus aũt eis. Tacet hic matthæus ꝙ demũ iesus submisse declarauit in individuo ꝓditorem ioãni interroganti submissa voce. ¶ Inter comedendũ itaq; sacramẽta eucharistiæ celebrantur. tum ad tollendum errorẽ quo eucharistia negaret non ieiunis. tum ad instruendũ temperantiam cœnæ talem debere esse vt sacramẽtis etiam cœnantes(imo in fine cœnæ(vt alii euangelistæ testant)simus idonei. **accepit iesus panẽ ⁊ benedixit.** bñdictione laudis non bñdictione cõsecrationis: vt patet ex eo ꝙ tam lucas q̃ paulus primæ ad cor. xi. loco bñdictionis ponit gratiarũactionem(quæ est benedictio laudis) ante fractionem. **ac fregit: deditq; discipulis suis ⁊ ait. accipite ⁊ comedite.** In textu græco non est copula &. Hinc habetur eucharistiã non esse tribuendã infantibus: quibus non põt dici accipite comedite. Sicut. n. quia dñs dixit nisi quis natus fuerit denuo ex aqua & spiritu, negat baptismus infantibus in materno vtero, quia non põt denuo nasci qui non est natus, ita dicente dño in cõione eucharistiæ accipite comedite, negat eucharistia illis qui adhuc nõ possunt accipere, qui adhuc non possunt comedere. ¶ Aduerte hic ꝙ sicut ecclesia laudabiliter pro reuerentia eucharistiæ nõ vtitur eucharistiæ cibo nisi ieiuna(excepto extremę ęgritudinis articulo)licet dñs inter cœnandũ cõicauerit discipulos, ita laudabiliter pro reuerentia eucharistiæ abstinet ab isto mõ manducandi. ſ. accipite comedite: vt nõ nisi sactis manibus tangatur eucharistia. ¶ Verum ad imitationẽ christi cõicare tali modo in articulo necessitatis, non esset incõueniens: sicut etiã non ieiunos(vt dictum est)in articulo necessitatis cõicamus. Esset aũt necessitatis articulus, si tpe epidimiæ non haberẽt sacerdos cõicans more ecclesiæ solito, sed haberẽt sacerdos qui prope offerret eucharistiã: & locando super præparato loco diceret cõicaturis prope expectantibus & adorantibus, accipite comedite. possent. n. reuerẽtet accipere & comedere: sicut fecerunt christi discipuli, qui acceperũt a iesu non manu ad manũ sed ex mensa: quũ sederent multi in tanta distantia vt manus iesu manibus eorũ non posset iungi. ¶ Crediderim ego ꝙ sicut vnũ calicem cõem oĩbus tradidit, ita in vna patina panẽ in duodecim buccellas fractũ manibus ꝓpriis tradiderit: & ꝙ hinc ecclesia vsum patinarũ apostolica traditione acceperit. Ita ꝙ sicut calicem vnus discipulus dedit alii, ita patinã cum pane sancto ꝓpinquiores iesu remotioribus successiue porrexerunt. **¶ Hoc.** Nõ dicit hic. i. in hoc loco, sed dicit hoc: quod est ꝓnomen demonstratiuũ substantiæ. ¶ Et est ꝓprissimus non metaphoricus sermo: vt hæretici interpretant. Demõstratur aũt per ꝓnomen hoc, non panis nec corpus christi, sed substãtia sine qualitate. i. non demõstrando certæ spẽi naturam. ꝓnominis. n. officiũ est monstrare substantiã sine qualitate. Est itaq; ꝓprissimus & verissimus sensus. hoc. i, hæc substantia, demõstrando id quod habebat in manibus. est. non apparet, non significat sed est. **corpus meũ.** non corpus panis. Vbi scito ꝙ sermo iste dominicus est non solum enũciatiuus veritatis(verissimũ enim est ꝙ hæc substantia est corpus christi)sed est etiam factiuus veritatis significatę. facit enim quod enũciat. Et propterea ꝓnomen hoc non demonstrat panem neq; corpus christi, sed hanc substantiã. Nam veritati enũciatę repugnat demonstratio panis. falsum est enim ꝙ panis est corpus christi. Efficientiæ autem repugnat demõstratio corporis christi. falsum est enim ꝙ efficiatur ꝙ corpus meum est corpus meum. nulla siquidẽ est opus efficientia ad hoc vt corpus meum sit corpus meum: vt clare patet. Sed tam veritati enũciatæ q̃ efficientiæ quadrat demõstratio substantię non demonstrando specialem naturam: quia & verũ est ꝙ hæc substantia(non hoc accidens)est corpus meum: & verũ est ꝙ fit ꝙ hæc substantia est corpus meũ. hoc est enim quod fit per hunc sermonẽ. ¶ Vnde apparet non esse ab ecclesia adinuẽtam transubstãtiationẽ panis in corpus christi, vt hæretici fingunt: sed ecclesia a veritate per hæc domini proprie intellecta verba significata, cogitur ad cõfitendum efficientiã. non. n. aliter verificatur nũc & nõ prius, hoc est corpus meũ, nisi quia nunc & nõ prius factum est vt hoc sit corpus meũ. Ex vtroq; aũt(. ſ. veritate significata & effecta)cogitur ad cõfitendũ transubstãtiationẽ panis in corpus christi. neq;. n. aliter fieri potuit ꝙ hæc substãtia sit corpus christi q̃ per trãsubstãtiationẽ. nam si trãsubstãtiatio non interuenit, non verificat ꝙ hoc demõstratum qñ christus profert ꝓnomen hoc(. i. illamet substantia quã pronomen demõstrat in sui ꝓlatione)sit corpus christi: sed illa substantia quæ tunc demonstrat, si qualis est tunc remanet in fine cõsecrationis, non est corpus christi sed est panis: si annihilatur, nec est panis nec est corpus christi sed est nihil. Omnes itaq; hæreses excludũt hæc verba(hoc est corpus meum)ſm ꝓprietatẽ sermonis intellecta. At si verbis ꝓpriis, si ꝓprietate sermonis non habet veritas fidei, ruit tota fides trinitatis, ruit vniuersa certitudo sactæ scripturæ. **Et accipiens calicẽ.** Interpres posuit spẽm pro genere. nam in græco non habet calix sed poculũ. **gratias egit: ⁊ dedit illis dicens. bibite.** Hinc apparet ꝙ nec sanguis christi infundendus est in os infantũ: qui bibere adhuc nequeunt sed sugere. **ex hoc oẽs.** ¶ **Hic est enim.** Interpres addidit cõiunctionem enim. **sanguis meus noui testamenti.** Quum testamentũ dispositio sit hæreditatis, dicit sanguis christi noui testamẽti, ad differentiã sanguinis in veteri lege aspersi exo. c. 24. Ille. n. ad firmandũ pactum inter deũ & populũ accepturũ terram ꝓmissionis fœlicitatẽq; terrenarũ opum: hic aũt dispositio est hereditatis & hæredum cœlestis regni. & ꝓpterea appellat nouũ testũ. Sanguis nãq; christi est effector nouæ iantea nõ habitæ & q̃ nunq̃ veteraſcit dispõnis hæredũ & hæreditatis regni cœlestis. Soli. n. illi hæredes sunt cœlestis regni, qui christi sanguinis ablutiõe sunt ad illud asciti. **qui pro multis effundet.** pro. effundit. Tẽpus

siquidem passionis eius iam incœperat. Sciebat. n. quid tunc fiebat a iuda & iudæis ad effundendum eius sanguinem. **in remissionẽ peccatorũ.** pro oĩbus quãtum ad sufficientiam: sed pro multis tñ quãtum ad effectam remissionẽ peccatorũ. **¶ Dico aũt vobis: non bibaz amodo de hoc genimine vitis vsq; in diem illum quũ illud bibam vobiscũ nouum.** hoc est nouo mõ. nam nunc bibo indigens alimentis: tunc autẽ bibam impassibilis, non indigens cibo aut potu. **in regno patris mei.** Statũ immortalitatis etiam corporalis quẽ resurgendo adeptus est, vocat regnũ patris: quia totaliter in illo regnat deus. nihil est ibi inobedientię, nihil passibilitatis, nulla indigentia. Et intendit per hoc, ꝙ nõ erat amplius bibiturus vinũ donec resurgeret a mortuis, manducaturus & bibiturus tunc cum discipulis: vt rei probauit euentus. **Et hymno dicto.** Interpres imperſonaliter transtulit: quod tamen in græco attribuitur pluribus, dicendo quum dixissent laudes. vt intelligamus non solum iesum sed discipulos quoq; hymnum dixisse. **exierunt in montem oliueti.**

Tunc. Non demõstrat tempus ambulationis versus montẽ oliueti, sed tẽpus quo adhuc sedebant in cœna postq̃ iudas surrexerat & recesserat: vt ex euangelio ioãnis habet. nam post hæc dicta dixit iesus discipulis vndecim, surgite eamus hinc. Matthæus itaq; cõpleuit cœnam in gratiarũactione, inchoãs egressum in montem oliuarũ: & redit ad dicta, perfecta quidẽ cœna, sed adhuc sedentibus iesu & discipulis. **dicit illis iesus. Oẽs vos.** Hinc apparet ꝙ iudas non erat ibi. ipse. n. non fuit scãdalum passus nocte illa, sed fecit scandalum oĩbus. **scandalũ patiemini in me.** cespitabitis velut impingendo in me patientem. videndo. n. me capi, hgari &c. timebitis fugietisq; a me sicut ab offendiculo, ne cadatis, ne incidatis in manus capientiũ me. **in ista nocte. ¶ Scriptũ est enim.** zacha. 13. **¶ Percutiam pastorẽ.** Si miraris euangelistã mutasse verbum ꝓphetæ dicentis percute, scito euangelistam declarasse hac mutatione ꝓpheram. nam clare explicat percussionẽ pastoris esse actionẽ dei: quod illic non clare significat. vbi deus alloquit framea seu gladium, præcipiendo percute pastorẽ. In idem siquidẽ redit, deum percussurum esse pastorẽ, & deum ꝑcipere gladio iudæorũ vt percutiat pastorẽ iesum. ad literam nãq; framea seu gladius præsidis percussit iesum: & cum gladiis venerũt ministri iustitiæ ad capiendũ eum. **⁊ dispergent oues gregis. ¶ Postq̃ aũtẽ resurrexero.** Ne dispersi desperent, & pro eo ꝙ fugerunt putent se non redintegrãdos ad iesu christi gratiam & regnũ, promittit post suam resurrectionẽ se venturum ad illos. **præcedam vos in galileã.** Magna cõsolatio. anteq̃ vos fugientes redeatis in galilæam vestrã patriam ad vestras domos, ego ibo illuc videndus a vobis. **¶ Ñndens autẽ petrus, ait illi ⁊ si oẽs scandalizati fuerint in te, ego numq̃ scandalizabor.** Petre nimis de te præsumis, præferendo cõstantiam tuam cæteris cõdiscipulis. **Ait illi iesus. amen dico tibi.** Vobis oĩbus cõiter dixi ꝙ scandalizabimini: tibi autẽ qui præfers te cæteris, dico peius futurũ. **q; in hac nocte anteq̃ gallus cantet, negabis me ter.** quod longe peius est q̃ scandalizari, q̃ fugere. **Ait illi petrus. etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerunt.** Bona ac vera pro tunc animi dispositio cõmunis petro & aliis discipulis significatur.

Tunc. completo sermone domi. **venit iesus cũ illis.** Præsentis tpis est venit. **in villã.** pro. ꝓdiit, qõ dicit gethsemane. Dictio hebræa est: & nomen ꝓprium loci ad radices montis oliueti, hiero. teste. **⁊ dixit discipulis suis. sedete hic donec vadam illuc.** Locus monstrat distans quãtum iactus est lapidis apud lucã. ⁊ ozẽ. **¶ Et assumpto petro ⁊ duobus filiis zebedei, cepit cõtristari.** In ptãte iesu significatur fuisse tẽpus & propassionẽ tristitiæ: quũ narratur ꝙ non prius coram oĩbus discipulis, sed corã tribus cœpit contristari. Et vere voluntariũ fuit in iesu tristari, sicut & mori. ¶ Tristitiã in iesu intellige veram tristitiam internã tam in volũtate q̃ in appetitu sensitiuo, sed non præuenientẽ neq; impedientem rationẽ rectam. Fuit. n. verus homo, passibilis nõ solum ſm corpus sed etiã ſm animã quãdiu fuit viator. quis fuerit etiam simul cõprehensor ſm superiorẽ animæ partem. **⁊ mestus esse. pro. grauiter angi.** In iesu sicut tristitia non impediebat rõnem, ita ecõuerso ratio non mitigabat tristitiã: sed (vt in theologia speculatiua docet)vnicuiq; virium ꝓmissum est quod suũ erat. & ꝓpterea in iesu fuit maxima tristitia, ꝓpterea scribitur ꝙ grauiter angebat. ¶ Quod vt plenius intelligas, scito dominũ iesum subisse volũtarie nõ solum cruciatũ corporalis passionis in flagellis cruce & morte, sed etiam cruciatũ internæ ꝓpassionis. Volũtarie. n. ꝓposuit ante internos oculos quæ, qualia, quãta, a qbus qualiter & ẽ. passurus tunc tunc erat. & quũ hæc cogitata & ꝓposita, sint cõtraria appetitui naturali tam volũtatis humanæ q̃ appetitus sensitiui hois, sequebat tristitia magna & quædã animi cõstrictio inter tot prementia mala, quã vt dictũ est, non subleuabat ratio ad deũ spectans: sicut in aliis sanctis & martyribus subleuauit. **Tunc ait illis. Tristis est aĩa mea.** Quod intus sentit, sermone manifestat: vt ipso teste cognoscamus ꝙ vere habuit animã passibilem, ꝙ vtitur animo non stoico sed passibili. **vsq; ad mortẽ.** intensiue, ꝓpter magnitudinẽ tristitiæ. & extensiue, qa sicut cõtinue vsq; ad horam mortis passus est in corpore, ita cõtinue tristatus est in aĩo. Et hic sensus apparet ſ alis. Acsi apertius dixisset. ex nũc vsq; ad mortẽ meam tristis est aĩa mea. **sustinete. pro. manete, hic ⁊ vigilate mecũ.** Octo discipulis dixerat sedete: istis tribus tanq̃ magis familiaribus præcipit vt vigilent secũ, proculdubio orationi vacãdo. **Et progressus pusillum.** Etiam ab istis se oraturum separat. **procidit in faciem suam.** Non orat stans

nec genu flexo, sed procũbens. orans/ꝛ dicens. ¶Pater mi. Oratio hæc affectum naturalẽ hoīs (quo nolumus mala penę cõtraria nobis) cũ adiuncto moderamine rõnis supioris deo ꝓsentat. si possibile est. Moderamen primũ potentiam respicit, non absolutã sed ordinatam. Modus aũt cõditionalis propter inferiorẽ rationem appositus est. Non. n. adeo dicit cõditionaliter qa ipse iesus ignoret si possibile est (ipse. n. oĩa nouit) sed qa ratio inferior in ipso nescit ordinẽ diffinitum a diuina sapiẽtia. Nescit aũt quia eius non est scire supremas rõnes, sed considerare rõnes inferiores: hoc est illas quæ ꝼm res creatas congruũt aut dissonant. transeat a me calix iste. Verũtamen nõ sicut ego volo. Non volũtate deliberata, sed velleitate naturalis affectus. sed sicut tu. vis/voluntate bñplaciti. Ecce moderamen referens totum in diuinã voluntatẽ. ¶Hinc cõtra hæreticos habes duas in christo volũtates, alteram humanã/ non sicut ego volo. alteram diuinã eõem sibi & patri/sed sicut tu vis. Et venit ad discipulos suos: ꝛ inuenit eos dormientes. Præsentis tpis sunt venit & inuenit. Et dicit petro. sic nõ potuisti. pro. potuistis/una hora vigilare mecũ? vigilate ꝛ orate, vt non intretis in tentationẽ. ¶Spiritus quidẽ promptus est, caro aũt infirma. Necessitatẽ orandi & petendi ne intrent in tentationẽ/aperit ex periculo infirmę carnis: hoc est carnalis affectus. Acsi apertius diceret. non sufficit vobis ꝙ habeatis spũm promptum ad vitãdum peccatũ, sed oportet vos orare ne intretis succũbendo in tentationẽ: quia periculum est ex parte carnalis affectus, qui non est firmus sub spũ/sed mutatur ad ꝓsentiã obiecti. Quod vtinam quotidie nõ experitemur. quod & ipsi apostoli tunc experti sunt, quũ præsentes affuerũt lictores curiæ. Iterũ scõdo abiit: ꝛ orauit dicens. pater mi si non põt hic calix transire. Deficit ꝓpositio cum ꝓnomine in latino textu. Debet legi. transire a me nisi bibam illuꝫ. Et est sermo metaphoricus, assimilans passionem mortẽq; eius calici amari liquoris. Quẽ transire a se/est nõ pati/non mori. quẽ bibere est pati/est mori. fiat volũtas tua. ¶Et venit iterũ: ꝛ inuenit eos dormientes. erant. n. oculi eorum grauati. Et relictis illis/iterũ abiit: ꝛ orauit tertio/eundem sermonẽ dicens. ¶Tunc venit ad discipulos suos: ꝛ dixit illis. dormite iam. pro. post hac. seu decreto. ꝛ requiescite. Hæc dñi verba ꝓmissiua esse somni ad tollendam quã patiebantur grauedinẽ oculoꝝ/testatur marcus: subiungens sufficit. Ecce appropinquabit. pro. appropinquauit/hora. Hæc verba nõ dixit iesus simul cum antedictis/dormite iam: sed interuallo somni indulto illis/excitant eos dicendo sufficit: quod matthæus tacuit. Ecce appropinquauit hora/diffinita ab ęterno. ꝛ filius hominis tradetur. pro. traditur/in manus peccatoꝝ. ¶Surgite. Sedentes enim potius q̃ cubantes putandi sunt dormisse. eamus. obuiam quærentibus me. ecce appropinquabit. pro. appropinquauit/qui me tradet. pro. tradit.

Adhuc eo loquente, ecce iudas vnus de duodecim venit: ꝛ cũ eo turba multa cũ gladiis ꝛ fustibus missi. Interpres addidit dictionẽ missi: quæ in græco non habet. a principibus sacerdotuꝫ ꝛ senioribus populi. Qui aũt tradidit eum, dedit illis signũ/dicens. quẽcunq; osculatus fuero/ipse est: tenete eũ. Et cõfestim accedens ad iesum/dixit. aue rabbi. ¶Et osculatus est eũ. Hinc colligitur maximã a iesu indultam discipulis eum ipso familiaritatẽ. Dixitq; illi iesus. amice ad qd venisti. pro. venis. seu ades? Quãtus sciret iesus ad qd adesset (. i. ad prodendum ipsum) non tñ appellauit eum proditorẽ, sed amicum ab officio osculi. Et interrogat ad qd/cuius rei gratia adsit/qd sibi velit aduentus iste amicus: vt nec tãta ꝓditione cõmotum iesum intueamur. Tunc accesserũt/ꝛ manus iniecerunt in iesum: ꝛ tenuerũt eum. Et ecce vnus. petrus. ex iis qui erant cũ iesu, extendens manũ/ exemit gladiũ suum: ꝛ percutiens seruũ ꝓncipis sacerdotũ/amputauit auriculã eius. ¶Tunc ait illi iesus. cõuerte gladium tuũ in locũ suum. Oẽs. n. qui acceperint gladiũ/gladio peribunt. Duplicem hæc verba ingerunt quæstionẽ. Altera est de illoꝝ verificatione: qa non apparet verum ꝙ oẽs accipientes gladium morianꝫ gladio. Altera est de applicatione ad factũ petri: qa iustæ defensionis cã gladio vtens/non merebat audire pœnam homicidarũ. ¶Solutio primæ est. ꝙ accipere gladium/est propria temeritate vsurpare sibi gladii vsum contra hominẽ: & ꝙ non significat euentus secuturus dicendo in gladio morienꝫ, sed significat meritum pœnæ. Ita ꝙ sensus & veritas est: ꝙ oĩs vsurpans sibi gladii vsum cõtra hominẽ/meretur mori gladio. quod caret cõne. ¶Solutio vero secũdæ est. ꝙ quia petrus reprehensione dignus erat (vtpote nõ expectata magistri mĩssione/ꝓcęps vtens gladio) ideo meruit vt ad memoriã illius reuocaretur cõis lex/olim inter alias leges a moyse ꝓmulgata. oẽs qui gladiũ acceperint/in gladio morienꝫ. Est. n. talionis/seu iusti cõtrapassi. An putas qz nõ possum rogare patrem meũ: ꝛ exhibebit mihi modo. Adverbiũ mõ/in græco iungit cum prima particula orationis, & non cum secũda. Ita ꝙ legendũ est. An putas qz nõ possum mõ rogare patrẽ meum, ꝛ exhibebit mihi plus q̃z duodecim legiones angeloꝝ? Significauit per hæc ꝙ mõ (hora ac tpe passionis) non minuit facultas mea, sed quicqd hactenus potui possum: ita ꝙ non ex impotentia patior. Quo ergo implebunt scripturę qz. pro. q̃? sic oportet. necessitate diuinæ diffinitionis. fieri. In illa hora dixit iesus turbis. Tanq̃z ad latronẽ exitis cum gladiis ꝛ fustibus cõprehendere me: quotidie apud vos sedebaꝫ docens in tẽplo, ꝛ non me tenuistis. Intuere iesum inter iudæ osculũ/lictores & discipulos, singulis attendere/singulis ꝓspicere/& nihil omittere suauissimis tum verbis tum factis: vt intelligamus nihil in ipso turbulentũ fuisse, sed serenissimũ semper fuisse animum/sermonẽ/gestum/

motum/ac vniuersum suum opus. ¶Hoc aũt totum factũ est/vt adimplerentur scripturę prophetarum. ¶Tunc discipuli omnes. nullo excepto. experientia cõprobante verbum christi caro autem infirma/præsentibus persecutoribus subducens a spiritu. relicto eo fugerunt.

At illi tenentes iesum/duxerũt ad caiphan principem sacerdotũ: vbi scribę ꝛ seniores cõuenerant. Tacet matthæus intermedia gesta in domo annæ/soceri caiphæ: quæ solus ioannes explicauit. ¶Petrus aũt sequebat eum a longe vsq; in atrium principis sacerdotũ. Petrus sic fugisse oĩbus discipulis fugientibus intelligit/vt in manus capientiũ non incideret: non tñ ad latibula aut ad remota se contulit. sed ita tẽperauit fugam vt tutus tanẽ homo impertinens sequi posset iesum, a longe tñ. Et ingressus intro/sedebat cũ ministris vt videret finem. ¶Principes aũt sacerdotũ ꝛ omne cõcilium querebant falsum testimoniũ contra iesum, vt morti eũ traderent: ꝛ non inuenerunt. Et quũ multi. Deest in textu latino cõiunctio &/& repetitio particulæ non inuenerũt. Legendũ est. ꝛ non inuenerunt: ꝛ quũ multi falsi testes accessissent non inuenerũt. Significat. n. ꝙ principes querebãt falsum testimoniũ, non qualecũq; sed sufficiens ad occidendũ iesum/& non inuenerunt inter se tale falsum testimoniũ: & ꝙ nec accedentibus multis falsis testibus inuenerunt tale testimoniũ. Nouissime pro. postea/aũt venerunt duo falsi testes: ꝛ dixerũt. ¶Hic dixit. possum destruere tẽplum dei, ꝛ post pro. per/triduũ reedificare. pro. ędificare/illud. Aduerte istos falsos appellari & esse testes, quia verba iesu mutauerunt/ita ꝙ mutatio verboꝝ mutat sensum literalẽ verboꝝ christi. nã iesus (vt habet ioã. 2.) dixerat soluite tẽplum hoc: & isti referũt possum destruere tẽplum dei. Rursus iesus dixerat/& triduo excitabo illud: isti vero referunt/& per triduũ ędificare illud. Magna differentia est inter excitare & ædificare/magna differẽtia est inter affirmationẽ potentiæ destructiuæ & ꝓnunciationẽ solutionis efficiendæ ab ipsis iudæis. Vnde & mutat sententia. verba. n. iesu significant actiones circa naturale tẽplum: futuram. f. solutionẽ corporis per separationẽ animæ a corpore (quã effecerunt iudæi occidentes ipsum) & excitationẽ a somno mortis per resurrectionẽ. verba vero istoꝝ significant actiones circa ędificiũ artificialis templi: destructionẽ. f. & ędificationẽ/vt patet. Et surgens princeps sacerdotuꝫ/ait illi. nihil rñdes ad ea quę isti aduersum te testificant? Interpres ex duabus orationibus interrogarius cõfecit vnam. nã iuxta græcũ altera oratio est/nihil rñdes? altera est/quid isti cõtra te testificant/seu testimonium dicunt? Loco qd/posuit interpres ad ea quæ. Jesus aũt tacebat. Et surgens princeps sacerdotum/ait illi. adiuro te per deum viuũ, vt dicas nobis si tu es christus filius dei. ¶Dixit illi iesus. tu dixisti. Ex marco intelligimus verba hęc asserentia sic esse vt caiphas dixit. Ita ꝙ sensus est. tu dixisti quod est. verũtamen dico vobis, amodo videbitis filium hoīs sedentẽ a dextris virtutis dei. interpres apposuit dei. ꝛ venientẽ in nubibus cęli. Hoc adiũxit iesus ad declarandũ pontificibus/sacerdotibus & senioribus mysteriũ occultum vsq; hodie iudæis/de duplici aduentu meo: altero humili/altero glorioso. ne fallerent in ipsius deiectione/subiectione &c. Tunc princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua. in signum execrationis irrogatæ deo iniuriæ. dicens. Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nũc audistis blasphemiã. In græco additur ꝓnomen eius. audistis blasphemiã eius. quid vobis videt? At illi rñdentes dixerũt. reus est mortis. Qui debebãt audita distinctione duoꝝ aduentuũ mesiæ/interrogare a iesu (quẽ sciebant multa signa fecisse & spãliter illuminasse cęcũ a natiuitate/ac resuscitasse lazarũ) vnde distinctio ista duoꝝ aduentuũ mesiæ habet autentice in pphetis/& scrutari veritatẽ, erũpunt cęci ad dãnandum doctorẽ veritatis. ¶Vbi aduerte iesum elegisse dãnari a pontificibus/doctoribus legis & senioribus, nõ velut tortum aut cõfessum/sed velut cõmittentẽ coram ipsis crimẽ in diuinam maiestatẽ: in quo casu iudẽ sunt iudices & testes. vt & turpissimo modo cum tanta execratione & facti enidẽtia dãnaretur a talibus: & extremã subiret infamiam apud iudæos/ spectantes ad id quod primates sentiunt de mesia. Tunc expuerũt in faciem eius: ꝛ colaphis cũ ceciderunt. Alii aũt palmas in faciem eius dederũt/dicentes. prophetiza nobis christe qs est qui te percussit. ¶Petrus vero sedebat foris in atrio. Iesus erat intus/hoc est in aula: petrus vero nõ erat in aula/sed extra aulam in atrio. ꝛ accessit ad eũ vna ancilla/dicens. ꝛ tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit coram oĩbus/dicens. nescio qd dicis. ¶Exeunte aũt illo ianuaꝫ. pro. egressum aũt illum in vestibulũ, vidit eũ alia ancilla. Interpres addidit ancilla in latinis codicibus. Locus alter & mulier altera significat. ꝛ ait iis qui erant ibi. ꝛ hic erat cuꝫ iesu nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto, qz non noui hominẽ. Et post pusillũ accesserunt qui stabant: ꝛ dixerunt petro. vere ꝛ tu ex illis es: nã ꝛ loquela tua manifestũ te facit. ¶Tunc cępit detestari ꝛ iurare. Considera & treme vir iuste. petrus paulo ante ipso iesu attestante mundus/ac per hoc in charitate existens/sacramẽtis corporis & sanguinis christi digne cõicans/præmonitus de futura hac tentatione/paratus potius mori q̃ negare christũ, ad vnius ancillę vocẽ illum negauit/& successiue addidit periurium. Quare hoc? quia magna est differentia inter charitatis gfam habitualẽ & vsum illius: qa non sumus sufficientes ex nobis ad vsum charitatis & gratiæ quã habemus in aĩa infusam a deo, sed egemus ad vtendũ illa continuo gratuito dei auxilio. quo qa petrus caruit tunc (qa deus reliquit petrũ tunc sibiipsi prædito charitate & gratia habituali) ideo cecidit & perdidit charitatis gratiã. Sic moyses/sic dauid cecidit. qz nõ noluisset. pro.

non nouit.verbum.n.petri recitat.hoiez. ¶Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi iesu qđ dixerat.pro.qui dixerat ei. Interpres & relatiuū referens iesum/mutauit:& omisit pnomen ei/demōstrans petrū.priusqz gallus cāet/ter me negabis.Et egressus foras/fleuit amare.

CAPVT .XXVII.

Mane autez facto. Alter est hic cōuentus consilii.Primo.n.cōuenerant in prima parte noctis qua post cenā captus est iesus:& tunc iudicarūt ipsum reum mortis tanq̄ blasphemū,& redierunt cōsiliarii ad ppria:iesu subiecto irrisionibus/alapis/colaphis & sputis.mane autē facto cōuenerunt iterum. cōsilium inierunt. Non solū a diuersitate tpis,sed ab inchoatione consilii describit nouus cōuentus. ſOēs principes sacerdotū z seniores populi aduersus iesum¶ vt eū morti traderent.Decreuerant siquidē prius iesum occidere/iudicantes ipsum reum mortis,sed non executionis modū.Executio siquidē non erat in ptate eorꝝ:quia romani reseruauerant prēsidi causas sanguinis:vt ipsimet iudæi testant apud ioānem.& ppterea cōsilium inierunt de modo exequendi. Erat aūt opus consilio:qa prāses erat ethnicus/& parupendebat causas iudeorꝝ de transgressionibus legis moysi. Cogitabant.n.iudæi volentes vt pilatus occideret iesum.si petemus a præside mortē iesu tanq̄ blasphemi,non exaudiet nos/parupendens hæc nostra:& ppterea oportet inuenire modū quo præsidem inducamus ad occidendū iesum.Hęc fuit ad literam ratio noui huius cōsilii vt iesum morti traderent.ſ Quæ aūt fuerit consilii huius cōclusio,subsecuta ipsorꝝ primatum facta manifestant. Cōcluserunt.n.imponere iesu multa crimina.ſ.q̄ phiberet tributa dari cæsari/q̄ esset seductor populi a cęsare/&c.sed pcipue reum esse ipę maiestatis.Quod fundabant sup hoc q̄ fecerat iesus se regē:dicendo se esse messiam, & veniendo ante quinq̄ dies in hierusalē cum turba multa acclamante ipsum regem. Et vinctum.tanq̄ notorie dignū morte. adduxerunt eū:z tradiderūt pontio pilato pſidi. Si vera patrium:sed vel(vt sæpe cōtingit)nosabatur noīe cōpositio,vel alterum(forte pilatus)est cognomen. Dicitur.n.natione burgundio/patria lugdunensis. Tunc. quū publice iesus vinctus traditus est pſidi vt occideret. videns.oculis corporeis.iudas qui eū tradidit q̄ dānatus esset.iesus ad mortē a principibus sacerdotū & senioribus. Iuxta hunc.n.loquendi modū dicit luc.vlti.qūo tradiderunt eū principes nostri in dānationē mortis. pœnitentia ductus. Hinc apparet q̄ iudas putauerat tradere iesum castigandū a principibus iudæorꝝ & nō occidendū. Et ideo quū vidit q̄ iesus dānatus esset a principibus ad mortē(videndo eum vinctū tradi pſidi)pœnituit eū facti.retulit triginta argēteos.quos pro proditione illa nocte recepat.principibus sacerdotuz z senioribus.a qbus illos recepat. ſ Si obiicit q̄ principes sacerdotū erant tunc coram pilato,ac per hoc nō erant in tēplo in quo iudas adiuit illos. Rndetur q̄ principes sacerdotū non soli annas & caiphas(qui erāt supremi)sed etiā alii primates interfacerdotes/appellantur. Ita q̄ aliqui primores occupabant circa ꝓcurandam iesu mortē/& alii primores etiā erant in tēplo:quū esset primus dies paschæ.sicut alii seniores erant ibi/& alii seniores erant in templo. Vtriq;.n.vtrobiq; cōmemorantur. dicens. ¶Peccaui. Faretur iudas peccatū suum/& offert restitutionem precii:ad exonerandū conscientiam suam,& ad excitandū principes & seniores vt retractent dānationem iesu. tradens sanguinē iustum.pro.innocentē.Hinc apparet q̄ iudas imposuerat iesu crimen delitiarū/tradendo ipsum tanq̄ virum sensualē. Restituendo.n.ei famā/reddit rōnem proprii peccati,qa iesus est innocens. At illi dixerunt.qd ad nos:tu videris. Futurum est actiui verbi. Et piectis argenteis in tēplo/recessit. Hinc apparet q̄ principes recusarunt per ꝓcedentem rōnē (quid ad nos:tu videris)recipere a iuda triginta argēteos,tanq̄ pro exoneratione ipsius iudæ & aggratiatione ipsorꝝ principum relatos a iuda.recusantibus siquidē eis recipere/iudas piecit triginta argenteos ibi coram eis,tanq̄ oīno volens se exonerare.z abiens laqueo se suspendit. Pœnitentia humani animi sine gratia dei,quāto maior est tanto periculosior.absorbet siquidē hoīem abūdantiori tristitia & desperationē inducit.talem.n.fuisse pœnitentiā iudæ/hic exitus cōprobat. ¶Principes aūt sacerdotum acceptis argenteis.Quos ab ipso iuda recusauerant accipe/postea piectos acceperunt.dixerūt. non licet. Vere colantes,colicē & glutientes asilū.eos mittere in corbonā.Hebræa dictio est.& significat sacrum thesaurum:vt iosephus ca.8.li.7.de bello iudaico testatur/dicens.erat apud eos sacer thesaurus quem corbonā dicunt.qz pręciū sanguinis est.Consilio aūt inito,emerunt ex illis agrū figuli in sepulturam peregrinorꝝ.¶Propter hoc vocatus est ager ille acheldemah/hoc est ager sanguinis vsqz in hodiernū diem. Interpres hebræa & latina lingua protulit quod matthæus scripsit græca.nam iuxta illa tres dictiones:acheldemah hoc est. Tunc impletū est qđ dictū est per hieremiam ꝓphetam/dicentē.z acceperunt triginta argenteos pręciū appręciati quē appręciauerūt a filiis israel:z dederunt eos in agrū figuli/sicut cōstituit mihi dns.Quia hęc in hieremia nostro non habent,si euangelista scripsit vt lra sonat/eredendū est in hieremia non apocripho sed canonico scripta fuisse hæc quæ citant. Quānis ad nos non puenerit.multa.n.prophetarū scripta perdita fuisse constat ex historia librorꝝ regum & parali. Si aūt malignitate aut errore aliorꝝ/pro zacharia scriptus est hieremias(quod credi pōt:quia sententia horꝝ verborꝝ in illo inuenitur)habemus verba zacha.ca.xi.

hæc.Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos:& dixit dns ad me/proiice illud ad statuariū decorꝝ precium quo appreciatus sum ab eis:& tuli triginta argenteos/& proieci illos ad statuariū.Hęc verba occultę ꝓphetię matthęus exponēdo attulit:cogendo oēs actiones quę interuenerūt circa precium quo traditus est iesus in vnā,& vtendo effectibus actionū pro actionibus. ¶ Vide singula.Matthęus loco illorꝝ verborꝝ/& tuli triginta argenteos & pieci illos in domo dñi/exponendo explicat effectum huius piectionis,dicens & acceperūt triginta argenteos.Loco illorꝝ verborꝝ/decorꝝ precium quo appreciatus sum ab eis(omissa ironia qua deus vtit appellando illud preciū decorꝝ)dicit precium appreciati quē appreciauerunt a filiis israel. Loco illorꝝ verborꝝ/ad statuarium,exponendo dicit/& dederunt eos in agrum figuli.Loco illorꝝ verborꝝ/& dixit dns ad me prouice illud ad statuariū,abbreuiando dicit/sicut constituit mihi dns. ¶ Vbi potes prudens lector perspicere eandē esse sentētiam ꝓphetæ & euangelistæ,sed altero ordine dictam:quoniā apud ꝓphetam postq̄ deus narrauit appensos pro se esse triginta argenteos,præcipit ꝓphetæ vt piiciat tam turpe precium in domo dñi ad formatorē/ad figulum formatorē vasorꝝ.quod matthęus exponit ad emendū agrum figuli.& ꝓpheta tulit hmōi argenteos,& piecit in domo dñi ad statuariū:hoc est ad dictum effectū.ſad emendū agrum figuli. Et significatur per ꝓceptum dñi factum ꝓphetæ/diuina ordinatio de precio illo cōuertendo in emptionē agri figuli.per executionē vero subsecutā/aperitur q̄ de facto erat adimplendū præceptū.Per hoc aūt q̄ cui præcipit & qui exequitur est pſona ꝓphetæ,significat q̄ ministri opetum horꝝ(.ſ.iudas qui proiecit/& principes sacerdotū qui dederunt preciū illud pro agro figuli)nō ex se sed diuina acti ordinatione hęc fecerunt:sicut etiā caiphas ꝓphetauit apud ioānem.propter hoc.n.vtrūq; attribuitur ꝓphetæ.ſ.& piicere argenteos in tēplo/& intentio ad agrū figuli.quæ non fuit in iuda sed in principibus sacerdotum. ſ Apud euangelistā vero deus explicat primo actionē principum sacerdotū.ſ.q̄ acceperunt triginta argenteos,explicando quales cōmemoratione prioris facti ab eisdē.precium appreciati/mesiæ, a filiis israel/principibus sacerdotū seniorib⁹ & iuda/nō a gentilibus pilato & suis:quem/mesiam, appreciauerunt/precio æstimauerunt prædicti vendendo & emendo. Deinde actionem cotūdem alterā.& dederunt eos in agrum figuli.Et demū subiunguntur verba ꝓphetę de diuina super his actionibus ordinatione facta ei:hoc est ministris dei in his/reseruata notitia diuinæ ordinationis apud ꝓphetam.

Iesus aūt stetit ante pręsidem:z interrogauit eū pręses/dicens.tu es rex iudeorꝝ? In textu græco apponitur articulus/significans ille rex.ad significandū q̄ pilatus interrogabat de illo rege qui expectabatur a iudæis:hoc est mesia.Et hinc apparet cōclusio consilii iudæorꝝ:q̄.ſ.cōcluserunt imponere ei crimen lęę maiestatis apud pilatū. ¶Dixit illi iesus.tu dicis. Tacet matthæus multa quæ ioānes explicat. Verba hęc(vt supius diximus)duplicē habent sensum.ſ.affirmationis dicti vel dictionis.Et quū accusaret a principibus sacerdotū z senioribus,nihil rndit. Prior interrogatio fuerat intus in prætorio/principibus sacerdotū expectantibus extra prætoriū ne contaminarent:hæc aūt accusatio fuit extra prætoriū/ducto illuc iesu coram accusatoribus. Tunc dicit illi pilatus.non audis quāta.pro. quot.seu q̄ multa.& breuiter quāta numero/non mole.aduersum te dicūt testimonia? Et non rndit ei ad vllum verbū:ita vt miraret pręses vehementer. ¶Per diem aūt solēnem ꝓsueuerat pręses populo dimittere vnū vinctum quē voluissent. ¶Habebat aūt tunc vinctum vnum vinctū insignem qui dicebat barabbas. Congregatis ergo illis dixit pilatus.quem.pro.vtrum/vultis dimittā vobis:barabbā an iesum qui dicit christus. ¶Sciebat enim q̄ per inuidiā tradidissent eū. Hoc dixit euangelista ad significandū q̄ pilatus ex industria ꝓposuit populo liberationē iesu:vt.ſ.populus peteret liberationē iesu/quē primates inuidia acti tradiderant in manus curiæ. Sedente aūt illo pro tribunali,misit ad eū vxor eius/dicens. Nihil tibi z iusto illi.multa.n.passa sum hodie per visum pro.in somnis/,ppter eum.Afflictio huius mulieris somniando(ita vt cognosceret se terreri aut pati propter iesum)quū non fuerit a sanctis angelis/qui mysteriū redēptionis humanæ nō impediebant,a dæmone videt imissa:qui ab initio tentauerat scire si iesus esset filius dei. Aliquātulum.n.timuit tunc. & ideo excitauit per somniū vxorem pilati ad liberandū iesum. ſ Vbi nota q̄ nullus nullaue expendit minimum verbum in fauorē iesu toto tpe passionis,nisi vxor pilati & ipse pilatus.Quoꝝ neuter credebat in iesum,sed ambo erant gentiles. Et neuter incitatus fuit ab aliquo aut aliqua pro iesu:sed vxor a somnio,pilatus ab ipsa iustitia & nota inuidia primatū. ¶Principes aūt sacerdotū z seniores pſuaserunt populis.pro.turbis/vt peterent barabbā:iesum vero pderent. Non suffecit principibus & senioribus suadere turbæ vt liberarent barabbā seditiosum ac homicidā,sed etiā suaserunt vt peterent & instarent pro occisione iesu. ¶Rndens aūt pręses/ait illis.quē.pro.vtrū/vultis vobis de duobus dimitti? Tacet matthæus petitionē turbę cui pilatus rndet. Turba.n.prius rogabat fieri sibi gfam solitam:& obtenta gratia in genere/petebat in indiuiduo vnū.Hac aūt vice turbæ roganti pro solita gfa rndit pilatus dando illi optionē iesu vel barabbæ.turba aūt non statim optauit:sed quum cogitarent vter esset optandus,principes & seniores suaserunt illis cōtra iesum. Primæ itaq; petitioni turbæ differentis optionem/rndit replicando optionē:tanq̄ solicitans optionē. At illi dixerunt.barabbā. Considera q̄ iesus elegit etiā pati hanc ignominiā,q̄ optaretur barabbas latro/seditiosus & homicida con-

tempto ipso:actore vitæ|pacis,& omnium largitore bonoꝝ.¶Dixit illis pilatus.quid igit̄ faciam de iesu qui dicit̄ christus:Pilatus audita optione barabbæ,vbi vidit ꝙ per viam optionis nō liberaret turba iesum|pponit per viam interrogationis & velut cōsilii:vt vel sic turbæ liberationē iesu peterēt. ¶Dicunt oēs. Tanta erat efficacia psuasionis a principibus & senioribus,vt nullo discrepante oēs cō tra iesum verterent.crucifigatur. Turbæ quæ ad opus misericordiæ|ad liberandū.s.vnum a morte|cō uenerant coram p̄side(quæ falsē debebant tractare iesum sicut alios vinctos|& dicere.fac iustitiam:no strum non est nisi petere gratiā solitam,qa ad hoc trī conuenimus)vertunt̄ ad crudelitatē|ad petendū mortem innocentis:& nō solum mortē sed crudele ac ignominiosum mortis genus. ¶Ait illis p̄ses. quid enim mali fecit!Ad retrahendū turbam a tam iniusta petitione|ingrit causam qua meret iesus crucifigi. At illi magis clamabant.Loco causæ clamores augent.dicentes.crucifigat̄. ¶Videns aūt pilatus qꝝ nihil ꝓficeret. studium suum in turba ad liberandū iesum. sed magis tumultus fieret. Tantus excitatus erat furor in turbis contra iesum|vt tumultū timeret p̄ses. accepta aqua|lauit ma nus cor̄ populo.in signum publicū innocentiæ iesu|& exonerationis ꝓpriæ|& reiectionis culpæ in iudæos.hæc.n.tria explicant verba ipsius.exonerationē propriam|dicens.innocens ego sum.innocē tiam christi|dicendo.a sanguine huius iusti.reiectionē culpæ in iudæos|dicēdo.vos videritis.est.n. futurū actui verbi subiunctiui.Et ridens vniuersus populus|dixit.sanguis eius sup nos & sup filios nostros. Præceps furor turbarū|super se ac filios suos suscipit dānationē eius quem innocētem iudex pnunciat.Et sicut dixerunt ita experiunt̄ factum subsecutū:quoniam vsqꝫ in hodiernū diem dān pœnas sanguinis christi,dispersi per vniuersum mundum|exosi oībus. Tunc dimisit illis barabbā.sic sum aūt flagellatū. Matthæus nō scribit res gestas ordinate:sed infra significat iesum ante diffinitio nem fuisse flagellis cæsum. Flagellauit iesum pilatus,arbitrans ipsum nō esse dignū morte|sed flagellis corripiendū pro eo ꝙ se fecisset messiam. tradidit eis vt crucifigeret. Pronomen eis non est de textu. Factum hoc monstrat non solū instabilitatē turbarum(quę quinto die ante acclamauerant iesu|bsidi ctus qui venit in noie dñi:& deinceps quotidie cōcurrebant ad illius prędicationē audiendam in tem plo)sed monstrat nullis artibus|nullis attractionibus|nullis meditis vsum fuisse iesum ad captandū fa uorem hominū tam magnatum q̄ plebis.tot siquidem horis decursis a tēpore cōprehensionis vsqꝫ ad mortem inclusiue,nullus diues aut pauper cōparuit in fauorē eius|nullus inter turbas inuentus est qui non fuerit cōtra ipsum.Elegit nāqꝫ iesus a turbis vnanimi voto & nullo sibi fauente pati sic:vt cogno scat mundus ex ipso facto ꝙ ipse non fuit autor sectæ sicut sunt alii homines capita sectarum|vt testi monia diuinitatis eius credibilia redderentur.

Tunc.Non monstratur tēpus post cōdemnationē:sed redit euangelista ad gesta prius.illusio.n.hęc fa cta fuit ante diffinitiuam sniam. Pilatus siqdem intellectis quæ dicta & gesta sunt a iesu & sequacibus ipsius circa regni negociū(.s.ꝙ dixit se messiam|& ꝙ quinto die ante ingressus est sup asinā cum turbis acclamantibus ipsum messiam)& cōperto ꝙ nihil aliud est subsecutū ex hoc tam in ciuitate q̄ extra|& videns ꝙ nullus pro eo loquit̄|& alia hmōi humilitatis iesu testimonia,arbitratus est sicut & herodes iesum esse puniendū vt fatuum:vtpote qui tam fatuis meditis aspiraret ad regium titulū. Et propterea derideri illū fecit in habitu regio:vt flagellis castigatus tanq̄ aliqualiter peccasset|& irrisionibus vitu peratus vt fatuus,abstineret a ꝓfitendo se messiam|& pderet deinceps autoritatē coram turbis:& tam principes sacerdotū & seniores q̄ etiā turbæ videndo illum iam castigatū & vituperatū|cessarent a pe tendo mortē iesu.Hæ sunt ad literā causę ex parte pilati.¶Sed intuere tu lector ꝙ pilatus cuius intere rat|locupletissimus est testis ꝙ iesus non asturiis mūdi huius|nō prudentiis hominū ambitiosoꝝ vsus est:sed talibus quæ a sapientibus huius mundi stulta iudicant̄. Et elegit similiter hęc iesus ad tollenda impedimenta credendi in ipsum ab animis hoium:vt testimonia diuinitatis suæ credibilia redderent̄.

¶Milites p̄sidis suscipiētes iesum in p̄torio,cōgregauerunt ad eum vniuersam cohortē:& cruētes eum,chlamyde.pallium militare.coccineā.purpureā.circūdederunt ei:& plectentes coronā de spi nis imposuerunt sup caput eius,& arundinē in dextera eius:& genu flexo ante eū,illudebant ei dicentes.aue rex iudeoꝝ. Et expuentes in eū,acceperunt arundinē:& percutiebant caput eius. Et post̄q illuserunt ei,exuerunt eū chlamyde:& induerunt eū vestimentis eius:& duxerunt eum vt crucifigerent.Exeuntes aūt,inuenerunt hoiem cyrenęum nōe simonē.¶hunc angariauerūt vt tolleret crucē eius. Hinc apparet ꝙ iesus nō poterat cōtinuare portationē suæ crucis.& ꝓpterea coe gerunt simonē illum ad supplendū.erat.n.tantæ ignominiæ portare in illo spectaculo crucē,vt nullus inueniret qui pretio hoc onus subiret.¶Hinc quoq apparet rōni cōsentaneum esse ꝙ iesus sub onere crucis caderet|nimio pressus onere:vt ꝓdicatur.Et venerunt in locū qui dicit̄ golgotha.Aiunt gol gotha non hebraicā sed syram eē dictionē.qō est calvariæ locus. In græco habet̄.qō est interpretatū calvariæ locus. quia ibi dānatoꝝ capita iacebant.Locus ad supplicia deputatus significat:vt etiam hanc ignominiā iesus eligeret pati.¶Et hic est alius locus ex quo patet matthęū non scripsisse hebrai ce sed græce.ꝓpterea.n.dictionē golgotha vsurpatā ab hebræis ex syra lingua|interpretatus est græce.

Et dederunt ei vinū bibere. Non cōstat an vinum an acetū matthæus scripserit|ꝓpter diuersitatem

codicum.cum felle mixtū. O crudelitatē:etiam tam afflicto crucifigendo addunt afflictionem potus amari.Et quū gustasset|noluit bibere.¶Postq̄ aūt crucifixerunt eum. clauis pforantes manus & pedes.Quātus etiā funis monstret vsqꝫ hodie|quo ligatus in cruce fuit iesus dum crucifigeretur clauis. diuiserunt sibi vestimēta eius|sorte mittentes.¶Vt impleret qō dictū est per ꝓphetaꝫ dicentē. diuiserūt sibi vestimēta mea,& sup vestē meā miserunt sortē. Tota hęc citatio ꝓphetici testimonii| inserta dicit̄ matthęo:eo ꝙ non habet̄ in multis græcis codicibus.Propheta tū clara est in psal.22. Et sedentes seruabant eū. In textu latino deficit aduerbium ibi.Legendū est. & sedentes seruabant eum ibi.ad significandū ꝙ non illinc recesserunt ad ꝓcul custodiendū,sed manserunt ibi iuxta crucē.Et im posuerunt supra caput eius cām ipsius scriptā.hic est rex iudeoꝝ.Affixerūt supremę parti crucis tabellam continentē causam dānationis ipsius:vt oībus publica autoritate innotesceret quare crucifi xus est. Nisi.n.supra crucē causa dānationis fuisset scripta,quis crederet christianis ꝙ iesus pro hac cā fuisset a pilato dānatus:cui non daret licentia fingendi quodcūq; crimen pro cā dānationis iesu!quū etiam cum toto hoc ausi fuerint nōnulli(maximini galeri tpe)hæc fingere. Tunc crucifixi sunt.pro. crucifigunt̄|cum eo duo latrones:vnus a dextris|& vnus a sinistris. Et hoc ad cumulū ignomi niæ iesu:vt inter sceleratos punitus|sceleratus haberet ab oībus. ¶Prætercūtes aūt. Non solū a turbis & ministris curiæ,sed etiā a transeuntibus patit̄.quū tū mos sit ꝙ transeuntes & spectantes cōmiserent crucifixos.blasphemabant eum.Hinc habes ꝙ iniuriæ verboꝝ quæ illatæ aliis hoibus sunt detractio nes|cōtumeliæ|irrisiones & hmōi,quū irrogant̄ christo sunt blasphemię:qa iesus erat deus.mouentes capita sua|& dicentes.Vah qui destruis tēplum dei & in triduo illud reędificas.pro.edificas|sal na temetipsum:si filius dei es|descende de cruce.Non est in textu græco interiectio vah:sed conti nuatur oratio|includendo salua teipsum.ita ꝙ verbū principale est imperatiuū salua. Exprobrando.n. ꝙ posset ædificare tēplum in triduo,insultant salua teipsum mō qui templū dei olim gloriabaris posse destruere & tridno ædificare. Silr & principes sacerdotū illudentes cū scribis & senioribus|dice bant.Alios saluos fecit,seipsum non pōt saluū facere.si rex israel est|descendat nunc de cruce:& credimus ei.pro.& credemus in eo.cōfidit in deo:liberet eū nunc si vult. dixit.n. quia filius dei sum. Tantus erat in primatibus ad christi necem furor,vt non erubescerent spectaculo crucifixoꝝ in tereſſe|& insultare crucifixo.ipsi volebant interesse vsqꝫ ad mortē iesu|timentes ne aliquod obstaculum obueniret.¶Idipsum aūt & latrones qui crucifixi erant cū eo|imꝓperabant.pro.opprobrabāt|ei.¶ A sexta aūt hora tenebrę factę sunt sup vniuersam terrā vsqꝫ ad horā nonā. Q̄ tenebræ fuerint sup terram vniuersam non partē terræ|euāgelista testat̄.Modus aūt quo factæ sunt|incertus est:qa nul la autentica autoritate cōstat. Nullus apparet mihi modus cōis vniuersæ terrę euidērius mirabilior q̄ sine interposito aliquo corpore subtractos solis radios a tota hemisphetu diurni terra fuisse.in terra.n. alterius hemispheru erat tūc nox,nec oportebat ibi tenebras fieri.Et circa horā nonam clamauit ie sus voce magna|dicens.eli eli ¶lāmah ¶hasabthani.Duę dictiones hebreę sunt.altera lammah.i.vt quid|seu quare.altera hasabthani|quadrisyllabū.Et hæc equiualet duabus.s.verbo dereliqsti & ꝓnomi ni me.Vbi apparet ꝙ latini cofundunt duo a in vnū a.¶Hoc est deus meus deus meus vt qd dere liquisti me!Hinc apparet matthæū non scripsisse euangeliū in lingua hebraica.nam scribendo in lin gua hebraica|locū non habet interpretatio(hoc est deus meus)in alia lingua. Si.n.totus textus est in hebraica lingua scriptus,ita ¶hæc particula sicut cæteræ interpretāda aliis linguis relinquebatur. Quo circa interpretatio apposita testat̄ ꝙ totum textū scripsit alia lingua.s.græca.& ꝙ hanc particulā retu lit iuxta linguam hebreā|vt intelligeremus occasionē erroris purantium ꝙ eliam vocaret.& subiunxit interpretationē in lingua græca,in qua totum textū scribebat.¶Nec obstat si hiero. viderit matthæū in hebraeo:qa sicut liber cōtra gen.divi tho. inuenit̄ translatus ex latino in græcū,ita pōt & matthęus fuisse ex græco in hebreum trāslatus.¶Quidā aūt illic stantes & audientes|dicebant.eliam vocat iste. Gentiles audiētes eli,ignari hebreę linguę|putarūt ꝙ vocaret eliā. Et ¶statim currens vnus ex eis, acceptā spongiaꝫ implenit aceto|& imposuit arūdini:& dabat ei bibere. ad afflictionis cumulum. ¶Omittit hic matthęus vocē iesu dicentis sitio:ꝓpter quā datū est ei acetū.Ceteri vero dicebāt.sine videamus an veniat elias liberās eū. Tam ille qui acetū dedit q̄ isti gentiles erant ignari hebreę lin guę.Iesus aūt iterū clamans voce magna|emisit spiritū. Interpres carens participio actiuo ꝓteriti ꝓpis|dixit clamans.Certū est.n.ꝙ implicatio est dicere|clamando emisit spiritū:quia dum clamat quis| vivit. Sed ad sensum in quo dicit̄|verificatur:pro quāto terminus clamoris fuit emissio spūs.& hoc in textu græco significat̄. Tacet matthæus qd clamādo dixit.s.in manus tuas &c.¶Vocem aūt magnam emittendo expirauit:vt intelligerent etiā præsentes ibi ꝙ in potestate eius est miracula facere|ꝙ volun tarie moritur qui tanto assumpto robore expirat,qui paulo ante adhuc non crucifixus portare nequit crucem.¶Confutantur & hinc hęretici omnes negantes iesu mortem in cruce.

Et ecce velum tẽpli scissum est in duas ptes,a summo vsqꝫ deorsum. Inter sanctuariū & sanctū sanctoꝝ in templo erat velū:significans nōdum esse ꝓpalatam sanctoꝝ viam durante statu illo:vt di citur ad hebr.9.Et hoc scissum est non solū vt pontifices & sacerdotes stuperent nouo miraculo:sed in

telligerent cessare per mortē christi veterem statum/apertam iam esse sanctoꝝ viam. eodem siquidem die sancti patres ingressi sunt paradisum:in quo fuit cum iesu etiā latro. ⁊ terra mota est: ⁊ petræ scissę sunt. Sol/aer tenebrosus/velum tēpli/terræ motus/petrarū scissio,testimoniū reddunt iesu christo. ⁊ monumenta aperta sunt. Nescio si hoc ꝓueniendo narret euangelista:sicut sequens miraculū. Et multa corpora sanctoꝝ qui dormierant/surrexerūt. Hoc ꝓculdubio præueniendo narrat.nā isti surrexerūt postq̄ surrexit iesus,& non tunc quū expirauit iesus. Et exeuntes de monumētis ꝑpost resurrectionem eius. Hæc particula tpis significatiua/referē non solum ad exitū de monumentis sed etiā ad resurrectionem corpoꝝ. Ita ꝙ ꝑm sniarū ordinē ordinanda est litera sic.& post resurrectionē eius/multa corpora sanctoꝝ &c. venerunt in sanctā ciuitatem.hoc est in hierusalē. Quę sancta dicit, quia electa erat a deo ad cultum diuinū in ipsa persoluendū. ⁊ apparuerūt multis. testimoniū reddendo resurrectionis iesu/& ꝙ ipse est messias/ ¶ Scito ꝙ isti sancti surrexerūt a mortuis nō vt lazarus(qui iterū mortuus est)sed imortales. Quod patet ex differentia vitæ.nā lazarus suscitatus est ad officia ac cōuersationem vitæ ꝑsentis cum aliis hoibus:& ꝓpterea surrexit mortalis:sicut filius viduę restituꝰ matri suæ/& similes.isti autē non sunt suscitati ad officia & cōuersationem ꝑsentis vitæ.Propter quod significantius matthęus explicauit ꝙ apparuerūt multis:& non ꝙ cōuersati sunt cum multis. Significat.n.per hoc ꝙ surrexerunt ad officia & conuersationē altetius vitæ:sed ad multos mortales venerunt per modū apparitionis. Hoc siqdem modo ad mortales quādoq; veniunt imortales spiritus & imortales hoies:quorū conuersatio cōtinua non est nobiscū. Vnde & de iesu christo postq̄ surrexit a mortuis/idē modus significatur veniendi ad hoies:dicendo act.1.per dies.40.apparens eis/ Centurio autē ⁊ qui cum eo erant custodientes iesū,viso terremotu ⁊ iis quę fiebant.pro.facta fuerant/timuerūt valde:dicentes. vere filius dei erat iste. Erant aūt ibi mulieres multę a longe.Deest.spectantes/quę secutę erant iesum a galilęa ministrantes ei. Dubium est an referat a galilæa/ad mulieres(significando mulieres galilæas)an ad sequelā:significando mulieres quæ tūc fuerant iesum a galilæa venientē in hierusalem secutæ.Hoc secūdum est certū:primum autē non est certum.imo dissonat a contextu lucæ:qui ait.Stabant noti eius a longe & mulieres quæ secutæ eū erant a galilæa.& paulopost.subsecutæ autē mulieres quæ cum eo venerant de galilæa. Si nationē mulierū euangelista intenderet significare,non repeteret infra paucas lineas nationē:sed ga sequaces illius itineris vltimi intēdunt significare,ideo describunt matthæus & lucas eas semp a sequela ex galilæa.Fuisse siqdem multas earū hierosolymitanas,insinuat iesu verba.filiæ hierusalē nolite flere sup me. Inter quas erat maria magdalene ⁊ maria iacobi. Nō dicit quarū.vt etiam si duro expositori concederet gregem illum mulierū fuisse galilæū,non intelligat singulas fuisse galilæas:sed inter illas erat matia magdalena,quæ erat iudæa nō galilæa. ⁊ ioseph.pro. ioseꝙmater,⁊ mater filioꝝ zebedęi. Vnamet mulier intelligit mater iacobi minoris(qui dicitur frater domini)& iose seu ioseph/nomine maria. Ita ꝙ tres tantū mulieres nominantur:q̄us tertiæ nomē proprium sileatur hic:quod alibi explicatur salome.

Quum aūt sero.pro.serum/factū esset.pro.fieret. Significatur.n.tēpus diei tardū:hoc est vesperinū. venit quidam homo diues ab arimathia. Nomen ꝓprium ciuitatis est arimathia.& dicit ꝙ est ramatha/vñ oriundus fuit samuel.nōe ioseph. Hic in greco etiā habetur ioseph.qui ⁊ ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatū: ⁊ petiit corpus iesu. Iuxta humanā rationem iste ioseph q̄diu iesus sub iudice fuit(pontificibus causam mortis ꝓcurantibus)non fuit ausus opponere se torrenti:vbi aūt iesum mortuū cognouit,putauit non sibi imputandū ad crimen cōtra pontifices/opus humanitatis in mortuū.& ꝓpterea petiit corpus iesu. Secūdum autē diuinam diffinitionē motus est nunc animus eius ad obsequium sepulturæ exhibendū christo & non prius,ne impediret redēptio humani generis/ne hoc impedimentū ad credendum christi passionē volūtariam præberet hominibus:qui dixissent ꝙ adiuuit se cum amicis quātum potuit ne pateret. Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore/ioseph inuoluit illud in sindone mūda: ⁊ posuit illud in monumento suo nouo qđ excidérat in petra.in rupe/in monte saxeo. Hoc.n.ꝓpensioris fuisse consilii,intelligit(non humani sed diuini)vt immobile esset sepulchrū iesu christi/ad perēnem etiam ex illo certo loco memoriā. Quæ ꝓseuerat gloriosa:iuxta esaię.c.xi.vaticiniū.& erit sepulchrū eius gloriosum. Vere gloriosum ꝓseuerat etiam sub potestate infidelium plus q̄ sepulchrū cuiuslibet alterius/inter tot deuastationes & mutationes:in testimonium diuinitatis iesu. ⁊ aduoluit saxum magnū ad ostium monumēti: ⁊ abiit. Erant autē ibi maria magdalene ⁊ altera maria sedentes contra sepulchrum. Tres mulieres quas specificauerat duas tantū nominando(scilicet mariam magdalene & mariam matrē iacobi & iose) describit non amplius stantes,sed sedentes e regione sepulchri.

Altera aūt die quę est post parasceuen,cōuenerunt principes sacerdotū ⁊ pharisei ad pilatū/dicentes. Dñe recordati sumus qz seductor ille dixit adhuc viuens/post tres dies resurgā.pro.resurgo.iube ergo custodiri.pro.muniri.hoc est rursū reddi.sepulchrū vsq; in diem tertiuꝫ:ne forte veniant discipuli eius ⁊ furent eū,⁊ dicant plebi/surrexit a mortuis: ⁊ erit nouissimus error peioꝝ priore.Hinc apparet odium primatū non solum cōtra iesum ad mortē,sed contra fidem in ipsum.

hanc.n.extinguere conabant,timentes ne a discipulis ꝓpagaret. Aūt illis pilatus.habetis custodiā. Incertum aiunt esse in græco/habetis vel habete.& vtrunq; pōt congruere:vt vel indicet habere eos in promptu custodiā/vel ꝑcipiat vt accipiāt custodiā.Et est hoc in loco custodia nomē societatis militū deputatoꝝ ad custodiā ciuitatis vel palatii seu ꝑsidis. Illa.n.societas in prōptu erat:& ex illa volebat pilatus assumi milites ad munimen sepulchri. Ite/custodite.pro.munite.sigillo & militibus custodiæ. sicut scitis. Illi aūt abeuntes munierūt sepulchrū:signātes.pro.sigillantes/lapidē cū custodibus pro.custodia. Totū hoc diuina ꝓuidentia disposuit ad maius testimoniū resurrectionis iesu christi.

CAPVT .XXVIII.

Vespere aūt sabbati quę lucescit in prima sabbati. Aduerte prudēs lector ꝙ latinus textus non reddit græcū.Latinus siqdem in tribus dissonat a græco. Primū in dictione vesperę.nā græca dictio aduerbiū est:& sonat vel vesperi aduerbialiter/vel sero seu tarde. Deinde in dictione sabbati/bis.nā vtrobiq; est pluralis numeri apud græcū.s.sabbatoꝝ.Et demum in dictione prima.nā in greco habet vna cum ꝓpositione in. Ita ꝙ textus grecus sonat.sero seu vesperi aūt sabbatoꝝ quod lucescit in vnam sabbatoꝝ.Et significat nox media inter septimū diem & diem sequētem/ab vtroq; extremo:a vespertino & diluculo.ita tū ꝙ vespertino vt terminat per diluculū. Perinde acsi dictū fuisset.nocte autē sabbatoꝝ illucescente in vnam sabbatoꝝ. Oino.n.oportet intelligere horā diluculi.nam apud marcū vespere sabbati occupatæ fuerūt ambę istę mulieres circa emptionē aromatum:& quū reliqui euangelistæ testent veniße mulieres ad sepulchrū mane,si hora vespertina sabbati venissent ad monumentū/inuenissent ibi custodes & monumentū sigillatū:& non ausæ fuissent venire sequenti mane ad monumentū cum aromatibus vt vngerent iesum. Sciuissent nāq; ꝙ hoc nō possent efficere.tum ꝓpter custodes/tum ꝓpter sigillū.vtrūq;.n.se nescire ꝓfitentur,tum opere:tum verbis,dicēdo.quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? ¶ Noluit aūt matthæus diluculū illud a vespertino seu tardo tpe:vt noctem immediate sequentē ad diem septimū/ex relatione ad ipsum diem septimū ꝓcedentē describeret.nox.n.illa pars erat sequentis non ꝓcedentis diei apud hebræos/a vespera in vesperam celebrātes sabbata sua. Et cū hoc ꝙ erat pars sequētis diei naturalis,vocabat cōiter vespertinū seu tardum tēpus diei artificialis ꝓcedentis:vt patet ex eo ꝙ ieiunū illius diei in illam horā differebat. Vt igit relatiue ad diem septimū immediate præcedentē/diluculum illud describeret matthæus,vsus est tali mō describendi tēpus illud. Intentio siqdem matthęi fuit describere certū diem & certā horam. Et horā qdem sic definita est/dicendo quod illucescit.certus aūt dies(hoc est ꝙ nō dies lunę/nec dies martis/nec dies mercurii/nec dies iouis aut veneris aut sabbati,sed dies qui a nobis vocat dñicus hic fuit) describit vtrinq; ex sabbatis in plurali numero:hoc est ex septima die. ¶ Si dixisset vesperi autē sabbati, genitiuus sabbati nō arctaret ad diem septimū:quia apud hebræos quilibet dies festus in quo operari non licet,appellat sabbatum/quocūq; die venerit.Sed dicendo vesperi autē sabbatoꝝ/significat determinate dies septimus:ga soli septimi dies erant semper sabbata. Ita ꝙ sensus est.vesperi aūt sabbatoꝝ, hoc est dierum sabbatorū non qñq; sic & qñq; non sed semp.hæc.n.est sola dies septima. ¶ Similiter si dixisset quod lucescit in vnā sabbati,significasset qđ lucescit in vnā diem festiuā:sed vbi repetiit sabbatoꝝ,repetiit diem septimū/qui semp est dies sabbatoꝝ.Matthæus siqdem imitatus est moysen:qui illū diem quē dñicum vocamus/appellauit nō diem primū sed diem vnū,dicendo de die creationis cœli & terræ.factū est vespere & mane dies vnus.propterea.n.matthæus non dixit in primā sed in vnā,significando diem illā quæ ꝓcedendo ad dies sabbatoꝝ appellat vna in lege moysi. Dicendo itaq; in vnam sabbatoꝝ,dixit in diem quæ appellat vna ꝓcedendo ad dies sabbatoꝝ:hoc est ad septimū quēq; diem. ¶ Cernis itaq; prudens lector ꝙ euangelista vtrinq; ex die sabbatoꝝ definiuit diem quē dñicum appellamus/in ipsius diluculo:vt ex euangelio suo matthęus certū redderet mūdum quo die iesus resurrexit. venit maria magdalene ⁊ altera maria. Illamet repetit quas sedentes cōtra sepulchrū dixerat.s.magdalenam & matrē iacobi & iose.videre.pro.ad videndū/sepulchrū. Minus dicit & plus significat.nō enim ad curiositatē explendam vano visu,sed ad exhibendū vnctionis officium sepulto veniebāt. Et ecce.tunc quū mulieres appropinquarent ad monumentū. terremotus factus est magnus. Angelus enim dñi descendit de cęlo.Ratio ergo terremotus fuit descēsus angeli. ⁊ accedens reuoluit lapidē.Deficit.ab ostio.(nā ad ostium monumēti aduoluerat saxum magnū ioseph)ad significandū ꝙ non fregit terremotus lapidē sed illum reuoluit angelus ab ostio.tum vt mulieribus ingressum ad monumentū patefaceret.tum vt custodes oculis cernerēt ad qd venit:ac inexcusabiles redderent tam ipsi q̄ pontifices qbus erant relaturi qđ viderant. ⁊ sedebat supra eū. Quantūcunq; reuoluisset lapidē nisi sedisset supra illū,attributa fuisset reuolutio lapidis terremotui:sed sedendo supra illū/aufert omnē obliquā interpretationē:certificans ꝙ iesu minister est/& resurrectionis ipsius monstrator. Erat aūt aspectus.pro.species.seu forma.eius sicut fulgur.micans splendore igneo. ⁊ vestimēta.pro.vestimentū eius.Deficit in latino textu albū.ita ꝙ legendū est.vestimentū eius albū sicut nix. Visibili forma angelus apparuit,qui corporalem resurrectionē/qui iesum in corpore vere sensibili resurrexisse testabatur. Præ timore autez eius exterriti.pro.cōmoti.seu cōcussi.sunt custodes: ⁊ facti sunt velut mortui.

Custodes indigni vt viderent angelū, terremotu simul & coruscatione (non nubium sed formæ angelicæ) intus timent, exterius cōcutiuntur, & tam intus q̄ extra exanimes fere reddunt. ¶Ridens aūt angelus. tum ad corda mulierū trepidantiū. tum ad verba inter se dicta, quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti. dixit mulieribus. nolite timere vos. Hinc apparet descensum angeli fuisse ꝓsentibus mulieribus, quæ nescientes illic adesse custodes veniebant ad monumētum. nulla. n. alia rōne angelus apposuit pronomen vos, nisi ad differentiā custodum. Scio enim q̄ ihesum qui crucifixus est queritis. Angelus ad confortandū mulieres, aperit se nosse qd quærunt. hinc. n. animę quiores reddebant. ¶Non est hic. ¶Surrexit enim. Volunt diuina ꝓuidentia iesu resurrectioni (quæ facta est non coram hoibus videntibus cadauer eius resurgere, sed sepulchro clauso) testimoniū primum phiberi ab angelis: vt illi quibus certissime cōstabat iesum resurrexisse annūciarent & testificarent hoibus. sicut dixit. Affert angelus verificationē dicto⁹ iesu quæ erant nota mulieribus: vt fidē adhibeāt tam lęto nuncio ac testi. Venite. Inuitat ad perficiendū ceptum iter. substiterant enim. videte locū. Etiam vacuitatē sepulchri affert in testimoniū. Quod sufficiebat ad cōprobandum primū dictum. s. nō est hic. & credibile reddebat secūdū. s. surrexit: quia inuenerant illic custodes ne iesu corpus inde tolleret. hinc. n. credibile fiebat verbum angeli, surrexit. vbi positus erat dñs. Non dicit dñs vester aut meus, sed dñs absolute: vtpote dñs vniuersoꝝ. ¶Et hinc habes q̄ diuinitas nō fuit separata a corpore iesu sepulto. Nam quū in loco illo non fuerit positū nisi corpus iesu, si hypostasis illius corporis nō fuisset deus, nō esset verū verbum hoc angeli. s. vbi positus erat dñs. non. n. dñs sed corpus quod fuerat dñi, fuisset tunc in illo loco positū. Et cito euntes. postq̄ videritis locum vacuū. Efficit angelus mulieres nūcias resurrectionis ad discipulos iesu: vt magis trahat illas ad credendū sibi. dicite discipulis eius q̄ surrexit. Deficit in latinis codicibus a mortuis. Legendū est. n. q̄ surrexit a mortuis. Et ecce ꝓcedet. pro. ꝓcecedit vos in galileā. promissa a iesu, anteq̄ discipuli dispersi irent ad ꝓpria. ¶Collige loca qbus fidem exigit angelus a mulieribus. Miraculis apparitionis suæ, terremotus, reuolutionis saxi ab ostio, extrusionisq; custodū, adiūxit confirmationē earū: & vbi narrauit qd quærerent, a vacuo sepulchro, a ꝓpria testificatione, a verificatione verbo⁹ iesu, ab affectura iesu ꝓsentia in loco ꝓmisso (s. galileę) nitif eas & discipulos per illas inducere ad credendū iesum resurrexisse. Et cum toto hoc, nec istæ nec illi ꝓpterea crediderūt tunc. Ibi eum videbitis. Non detinebimur in solo testimonio meo, sed oculis corporeis videbitis eum illic. ¶Crediderim ego ideo ad galileā remitti: quia ibi omnes simul erant iesum visuri, alibi autem nunc istis nunc illis erat apparituris. Ecce prędixi. pro. dixi vobis. Ego quidem feci officium meum annūciando vobis: reliquum est vt vos credatis.

Et exierunt cito de monumento. Parierant. n. verbis angeli inuitantis venite videte locū. Intellige hoc in loco angelū finitis verbis oibus disparuisse, vt mulieres auderent ipso absente venire in monumentū. vel ꝓsente angelo venisse mulieres in monumentū & vidisse: & existentibus in monumēto mulieribus mandatū fuisse ab angelo, cito euntes dicite &c. & sic parentes exierunt cito de monumēto. cū timore & gaudio magno. Afficiunt simul timore & gaudio, vt timor gaudium tēperet, & gaudium timentes subleuet. Perseuerabat adhuc timor visi angeli: aderat gaudium auditę resurrectionis, q̄uis nō plene creditę. currentes. Intellige tū velocem ambulationē: quæ in muliere (graui) appellatur cursus. nunciare discipulis eius. Et ecce. Deficiunt in latino textu sex dictiones. s. dum aūt irent renunciare discipulis eius. Legendū est. ¶Dum aūt irent renunciatū discipulis eius, & ecce. ¶Matthęus extrema iungit tacitis medius. Primū siqdem aduentum mulierū descripsit q̄n angelus auoluit saxū: & tacito reditu earū ad discipulos, & aduentu petri & ioānis ad monumētum ac reditu, & apparitione iesu in ꝓpē hortulani mariæ magdalenę, transit ad vltimū reditum mulierū: quo maria magdalena ēt verba quæ audierat a iesu nūciatura ibat, altera aūt quæ ab angelis firmata viderat. Viderunt siqdem vltra hunc angelum sedentē super saxum extra monumentū, alios angelos alloquentes etiā illas & testificantes iesum resurrexisse: vt iucas & marcus scribūt. iesus occurrit illis, dicens. auete. In ꝓpria ꝓpē apparuit istis, & solita voce salutauit eas, & ꝓpterea statum cognouerūt eum esse iesum: & ablq; vlla hęsitatione adorauerunt eū. Illę aūt accesserunt & tenuerūt pedes eius. ad osculū adorationis, vt loca vulnerū quæ in pedibus iesu apparebant oscularent. ¶Maria magdalena paulo ante fuerat repulsa a cōtactu iesu, quia in amplexū eius ruebat. & ꝓpterea mō prudentior ac reuerentior ad contactū pedum tendit, nec repellit. Tunc stans amplexura nesciens qd faceret, repellit: nunc cōsiderans, adoratura procūbens admittit. & adorauerūt eum. Tunc ait illis iesus. nolite timere. Quāuis iesus tam amatus, q̄uis adoratus, q̄uis tactu corporali tentus esset, nihilominus qa mortuus fuerat & apparuit illis, timore affectæ sunt. ite, nunciate fratribus meis. O confusionē humanæ superbiæ. Iesus effectus imortalis, accępta omni ꝓtate in cęlo & in terra, seruos suos (eosq; piscatores) quos olim humilis vocarat amicos, modo appellat fratres: & nos eleuati ad superiorē gradum, quos prius habebamus fratres, dedignamur habere amicos. ¶Vltra morale aūt exēplum, veritas carnis iesu significat. Ideo. n. appellauit discipulos fratres suos iesus imortalis, vt eiusdem naturæ se & illos esse testaret; ne crederes cum noua imortalitate &

gloria no tam aduenisse naturam. vt eant in galileam: ibi me videbunt. ¶Quę quum abissent, ecce quidā de custodibus venerunt in ciuitatē. extra ciuitatem. n. erat monumentū in quo sepultus fuerat iesus. & nunciauerūt ꝓncipibus sacerdotū. a quibus fuerant quasi cōducti ad custodiendum sepulchrū iesu. omnia quę facta fuerant. ¶Et cōgregati cum senioribus, cōsilio accepto pecuniam copiosam dederūt militibus, dicentes. dicite q̄ discipuli eius nocte venerūt & furati sunt eū, nobis dormientibus. Et si hoc auditū fuerit a ꝓfide. pro. sub ꝓfide. Significat. n. tribunal præsidis. nos suadebimus ei: & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud iudęos vsq; in hodiernum diem.

Undecim aūt discipuli. sed nō soli: vt sequentia testant. abierunt. a hierusalē. in galileam. Quando hoc fuerit nescit: nisi quātum ad hoc q̄ non fuit infra octo dies. nam post dies octo, discipuli vndecim erant in hierusalem, q̄ thomas vidit & credidit. in montē vbi cōstituerat illis iesus. Incertū nobis est montis huius nomen. Et videntes eū, adorauerunt. Deest. cum: quidam aūt dubitauerūt. Hinc apparet cum vndecim alios venisse adhuc dubios, etiā viso iesu. nam vndecim iam erant certificati in hierusalem. ¶Et hinc coniicit q̄ hæc apparitio fuit cōis oibus discipulis iesu, & non solis vndecim eū septuaginta. Hæc. n. apparitio (vt supius dixi) videt illa maxima de qua apostolus. 1. ad cor. 15. dicit q̄ visus est plus q̄ quingentis fratribus simul, & postea iacobo, & postea apostolis oibus. Et signū eius est q̄ ista sola ab angelis, ista sola a iesu ꝓmittitur, ista sola a matthæo narrat. hæc. n. oia significant q̄ ista fuit maxima & cōis oibus discipulis: puta ioseph, nicodemo & similibus, etiā qui nō sequebant iesum discurrentē ad prædicandū. Et accedens iesus. Visus & nō creditus appropinquat dubitantibus, vt certos illos reddat. locutus est eis. vt qbus non sat est videre ꝓpinquūq; habere, allocutio satisfaciat. dicēs. Data est mihi. tum quo ad statū: tum quo ad modū. nam qui hactenus statum quo subiectus fui elementoꝝ calori ac frigori, hoium flagellis, clamis crucię assumpsi, mō statum adeptus sum regni, quo presum cœlo & terræ. Et similiter qui prius quatenus homo, potestatē habebam super oia ex simplici dono diuino, modo etiā ex merito passionis & mortis meæ adeptus sum potestatē super cœlestia & terrestria. ois potestas in cęlo & in terra. ¶Eūtes ergo. Interpres apposuit ergo: quod in greco nō habet. Declarato potentatu suo, mittit ad salutē mundi discipulos. docete. ea quæ sunt credenda, speranda, ac chara super oia habenda. Hinc ecclesia præmittit catechismū baptismo. oēs gentes. Olim mādauerat in viam gentiū ne eatis: qa non erat tēpus tunc ꝓdicandi nisi israelitis. mō mandat vt omnes (nulla exceꝑta) nationes doceant: quia tēpus aduenerat ꝓpagandæ salutis in vniuersis gentibus. baptizantes. Dictio vsurpata a latinis ex græco est: & sonat abluentes. In quo sacramentū baptismi præcipit ministrari. Et dicendo abluentes, subintelligit aqua, alibi expressa. eos. Hinc sumit ratio q̄ nullus pōt baptizare seipsum. Dicit. n. eos, non dicit vosmet: significando diuersitatē personarū abluentium & abluendarum. in noīe. non in noibus: ad significandū vnitatem dei. patris & filii & spiritusſancti. Oporteret multos libros implere ad declarandū patrem & filium & spūmsanctū. Habes symbolū athanasii, habes innumeros theologorū libros. ¶Tū hic aduerte q̄ hinc habet regularis forma baptismi. ego te baptizo (seu baptizat iste) in noīe patris & filii & spūsſancti. Instituit aūt iesus oēs baptizari: vt effectus passionis, mortis ac resurrectionis suæ, mediante sacramēto baptismi applicaretur singulis salutandis merito ipsius iesu christi. Confertur. n. per baptismū interior ablutio animæ: ita vt nulla imundicia, nulla macula, nullus reatus ad pœnam aliquā in anima baptizati remaneat, nisi ponat obicem ipsemet. Ita q̄ si statim migraret ex hac vita, in cœlestem beatitudinē ex christi merito admitteret. ¶Docentes eos seruare. Post baptismū docendi sunt operanda. Non sufficit scire credenda, speranda & diligenda ex charitate, sed oportet etiā scire quæ sunt operāda & a qbus est abstinendū. Hæc. n. sunt quæ seruare oportet. omnia quęcūq;. non aliqua sic & aliqua nō. mandaui. ego, non mandabitis vos, nō inuenietis vos. mea. n. mandata seruare, est necessarium ad salutem: vestra aūt possunt esse mortifera. vobis. Imponit necessitatem mundo credendi iesu christi discipulis de mandatis iesu. Nam non dicit quæcūq; scripsi sed quæcūq; mandaui vobis: vt ipsi discipuli sint simul doctores & testes mandatorū iesu christi. ¶Aduerte hic q̄ aliud est describere partes ex quibus cōstat baptismus, aliud est describere comites baptismi. Et intelligo per partes ea quæ necessario cōcurrunt ad baptismū, ita q̄ sine illis non est baptismus. Dñs hoc in loco describit comites non partes baptismi. Et quidē q̄ describant comites, textus ipse euangelicus testat: associans officio baptizandi duo officia docendi. alterū antecedens baptismum: alterū cōsequens eundē. Q̄ vero non describant partes, ex eo patet, q̄ si baptismū non sequit alter comes (docentes eos seruare quæcunq; mandaui vobis) nihilominus verus baptismus ꝓcessit. & similiter si ꝓcipites tam baptizans q̄ baptizandus absq; ꝓmissa doctrina cōcordant, & sic minus instructus baptizat, verus dat ac suscipit baptismus. Quocirca nullū ex hoc loco argumentū contra baptismum infantiū habet. qūquidē sine his comitibus verus dat ac suscipit baptismus. ¶At si quæris quorsum dñs hos comites adiunxerit, in prōptu est rō. Tradit siqdem dñs ecclesiasticū baptizādi officium, iunctū duobus aliis ecclesiasticis officiis: qm̄ tradit baptizandi officiū relatiue ad perfecte susceptiuos baptismi. Constat aūt illos solos pfecte suscipere baptismū, qui & ꝓpria volūtate, & sufficienter instru-

cti/& parati sunt seruare mandata christi. Reliqui. n. prout deficiunt ab aliqua harum conditionū/defi ciunt quoq; a perfecte susceptiuo baptismi. Vnde illi qui non sunt parati seruare mandata christi (sed persistere in cōcubinatu aut aliquo alio peccato) q̄uis recipiant sacramentū si baptizent/minus tamē perfecte sunt susceptiui baptismi. & simile est de defectu aliarū conditionū. Quia igit̄ dñs tradit officiū baptizandi ſm ritū omni ex parte perfectū, ideo tradit ipsum relatiue ad pfecte suscipientes illū. & propterea adiungit dictos duos comites. ¶ Nec ex his inferas duplicē baptismū (perfectū vel impfectum) sed multiplicem dispositionē suscipientium baptismū: perfecte. s. vel impfecte. & hoc multipliciter. **Et ecce ego.** Non ita mitto vos vt relinquā vos/vt absens sim a vobis. **vobiscum.** Non exercet pronomē demonstrationē personalem sed simplicē: hoc est non demonstranē illi hoies præcise, sed demonstranē in persona oium discipulorū iesu tam pſentium q̄ futuroꝝ quatenus discipuli iesu sunt: vt patet ex eo q̄ alloquit duraturos vsq; ad cōsummationē seculi. Constat nāq; q̄ illi hoies qui tunc ibi erant/nō vixerunt vsq; ad cōsummationē seculi. **sum.** Non dicit ero. tum vt significet se esse verū deum: qui semper est, nunq̄ fuit/nunq̄ erit. tum vt intelligamus pmitti nobis per hoc non pſentiam iesu corporalē sed diuinam. **oibus diebus.** Nullum excipit diem a sua nobiscū præsentia/nullā admittit interpollationē. **vsq; ad consūmationē seculi.** Non est ergo timēda extinctio fidei christianę: sed semp erit in aliqbus veris iesu discipulis vsq; ad finē mundi. Amē. Laus deo. Caietę in die sancti britii anno dñi. 1527.

¶ Commentariorꝝ thomę de vio caietani/cardinalis sancti xisti in euangelium ſm matthęum, finis.

¶ Vita sancti marci: per diuum hiero. in li. de scriptoribus illust.

MArcus discipulus & interpres petri: iuxta q̄ petrum referentē audierat, rogatus romæ a fratribus/breue scripsit euangelium. Quod quum petrus audisset, probauit/& ecclesiæ legendum sua auctoritate ediderit: sicut clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et papias hierapolitanus episcopus meminit huius marci. Et petrus in epistola prima (sub nomine babylonis figuraliter romā significans) salutat vos inqt quæ in babylone coelecta, & marcus filius meus. Assumpto itaq; euangelio quod ipse confecerat/perrexit ægyptum. & primus alexandrię christum annuncians/constituit ecclesiam: tantæ doctrinæ & vitæ continentia vt omnes sectatores christi ad exēplum sui cogeret. Deniq; philo disertissimus iudęorum, videns alexādrię primam ecclesiam adhuc iudaizantem/quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit: & quomodo lucas narrat hierosolymæ credentes omnia habuisse cōmunia, sic ille quod alexandriæ sub marco fieri docto re cernebat/memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo neronis anno/& sepultus alexandriæ: succedente sibi anano.

¶ Diui hieronymi (vt nōnulli putant) in euangelium ſm marcum pręfatio.

MArcus euangelista dei electus/& petri in baptismate filius atq; in diuino sermone discipulus/sacerdotium in israel agens ſm carnem leuita, ad fidem christi conuersus/euāgelium in italia scripsit: ostendens in eo quid & generi suo deberet & christo. Nam initium principii in voce propheticę exclamationis instituens/ordinem leuiticę electionis ostendit: vt prædicās prædestinatum ioānem filium zachariæ/in voce angeli annūciantis emissum, non solum verbum carnem factum/sed & corpus domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatum/in initio euāgelicæ prędicationis ostenderet. vt qui hęc legeret, sciret cui initium carnis in domino/& iesu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere: atq; in se verbum vocis quod in consonantibus perdiderat inueniret. Deniq; perfecti euangelii opus intrans/& a baptismo domini prędicare deum inchoans, non laborauit natiuitatem carnis quā in prioribus viderat dicere: sed totius exprimens expositionem deserti, numerum ieiunii/tentationem diaboli/congregationem bestiarum & ministerium protulit angelorū. vt instituens nos ad intelligendū, singula in breui cōpingens/nec auctoritatē factæ rei demeret/& perficiendi operis plenitudinē non negaret. ¶ Deniq; amputasse sibi post fidem pollicem dicitur vt sacerdotio reprobus haberetur: sed tantum cōsentiens fidei prædestinata potuit electio/vt nec sic in opere verbi perderet/quod prius meruerat in genere. Nam alexādriæ episcopus fuit. cuius per singula opus fuit scire & euangelii in se dicta disponere/& disciplinā legis in se agnoscere/& diuinam in carne dñi intelligere naturā. ¶ Quæ in nobis primū requiri oportet/dehinc inquisita volumus agnosci, habentes mercedem exhortationis: qui qui plantat & qui rigat vnum sunt, qui autem incrementū prestat/deus est.

COMMENTARII THOMAE
DE VIO CAIETANI CARDINALIS
SANCTI XISTI: IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.



INito matthæo/occurrit marcus exponendus breuiori sermone: ne repetantur eadem quæ in matthæo dicta sunt a nobis. ¶ Titulus itaq; apud græcos est. Euāgelium ſm marcum. Qui expositus est in titulo euangelii ſm matthęum. Sed tamen aduertendū q̄ marcus licet in italia scripserit euangelium/græce tamē scripsit: propter quod corrigendus est textus ex græcis exemplaribus.

CAPVT .I.

INitium euangelii. Aperit intentionē suam/vnde intendit incipere euangelicam historiam atq; doctrinā. Cab initio euangelii: hoc est publicæ annūciationis bonæ. Et hoc ad differentiam aliorꝝ qui inceperūt aliunde. nam matthæus incœpit a generatiōe christi: lucas a natiuitate ioānis baptistæ. Et intendit initium euāgelii fuisse prædicationē ioānis baptistæ, quia tunc primū euangelizatus est iesus christus. Nec obstat q̄ prius fuerat a gabriele archāgelo beatę virgini/ab angelis pastoribus/a simeone & anna iis qui in tēplo, euangelizatus: quoniā priuatæ fuerūt huiusmodi annūciationes. non enim publice ad populū fiebant. Sed prima euangelizatio publica fuit a ioāne baptista. & ppterea marcus asseruit initiū euāgelii a p̄dicatione ioānis baptistæ. **iesu.** Specificat de quo euangelio loquitur/apponendo materiam euangelizatā. Simile quid fecit paulus ad ro. 1. dicēdo. in euangeliū dei de filio suo qui factus est ei &c̄. Iesus igitur nomen pprium est. **christi.** Nomen dignitatis est: hoc est mesię hebraice, latine aūt vnctus/in regem & sacerdotē oleo spiritussancti & virtutis. **filii dei.** Totam materiam euangelii pponit in his tribus euangelista: iesu/christi/filii dei. Nā vniuersum euāgelium nihil aliud tradit/q̄ iesum nasarenū esse verum mesiam: in quo verus hō & rex ille promissus a prophetis redēpturus israel &c̄. cōprehenditur. & eundē esse filium dei: in quo verus deus explicatur. filius enim eiusdē est naturę cum patre: ac per hoc filius dei est diuinæ naturæ/est verus deus: sicut filius hominis est verus homo. ¶ Aduerte subintelligi verbum substantiuū est.

SIcut scriptum est in esaia propheta. pro. **sicut scriptum est in prophetis.** Magna euangelii autoritas/magnumq; fidei christianæ testimonium adhibetur: dum non noua adinuentio/sed a prophetis longe ante prænunciatum est euangelium quod credimus. Duo autem prophetæ afferuntur testes initii a ioanne baptista. Alter est malachias cap. 3. **Ecce mitto.** Deest latinis pronomē ego. nam & in græco euangelio & in hebręo prophera habetur/ecce ego mitto. Et loquitur deus. **angelum meum.** Angelus græce/latine nūcius. ita q̄ nomen officii est/non naturæ, quo officiū ioānis baptistæ significatū est. **ante faciem tuam.** In propheta hebręo habetur pronomen meā/ante faciem meam: ita q̄ mittens testatur se esse deum qui venit. Sed euangelista mutauit pronomen, ad exponendum q̄ ſm naturam humanā mesiæ conueniebat habere nuncium præcedentē/habere ioannē baptistam præcursorē ante faciem suam: hoc est annunciantē populis vt cognoscant iesum christum filium dei. facie. n. propria cognoscitur & discernitur hō ab aliis, ad hoc nāq; pręuenit ioānes/vt appareret vt innotesceret iesus propria facie in propria persona. **qui pręparabit viam tuam.** Euangelista apposuit pronomen tuam, ad exponendū viam rectam viam dei/esse viam ppriam christi. Et describitur officium ioānis esse præparare viam christo: quia ad hoc austeritates vitæ/baptismū/& prædicationis officium assumpsit, vt in mentibus hominū viam ad credendum christo præpararet. **ante te.** Non longe a te/sicut alii ppheta, sed ante/coram/seu a fronte tua. **Vox clamantis in deserto. parate viam domini: rectas facite semitas eius.** Alter propheta. i. esaias cap. 40. affertur: appellans ioānem vocē clamantē in deserto/parate viam dñi. Quoꝝ expositio matth. 3. habita non est repetenda. ¶ **Fuit ioannes.** Monstrat propheratū dicta adimpleta esse in ioāne baptista. **in deserto.** Verificat locum prophetatū. **baptizans.** Verificat præparationē. baptismus enim ioannis præparatorius erat ad christum. q̄ **prędicans.** Non solū facto baptismi/sed doctrina prædicationis præparauit viam domini. **baptismum pęnitentię.** Prædicatione declarabat ioānes qualis esset suus baptismus/& quorsum tendebat. erat enim in signum pœnitentiæ: & ad hoc tendebat vt accipientes ipsum pfiterētur se pœnitere. **in remissionem peccatorꝝ.** Particula hæc non determinat baptismum/sed pœnitētiam. nam

non significatur ꝙ ioānis baptismus esset baptismus in remissionem peccatoꝝ (hic enim effectus reseruabat baptismo christi) sed ꝙ pnia esset in remissionē peccatoꝝ. ita ꝙ qualitas pœnitētię explicat. Nec mirū ꝙ hoc de pnia dicit: quū idem scriptū sit de salutis scientia in cantico zacharię. ad dandam scientiā salutis plebi eius in remissionē peccatoꝝ eoꝝ. **Et egrediebat ad eū oēs iudęę regio, ⁊ hierosolymitę vniuersi.** Supfluit vniuersi. ⁊ **baptizabant.** Deest latinis illa dictio oēs. Et est sensus: nō ꝙ oēs egredientes ad eum audiendū baptizarent (multi. n. non receperūt eius baptismū) sed ꝙ oēs egredientes ad suscipiendū baptisma: baptizabant non a discipulis ioānis sed. **ab illo.** ioāne. **in iordanis flumine: confitentes peccata sua.** quæ cōmiserant. Confitentes aūt non in specie sed in genere: pfiteri do se peccasse: cōputando seipsos non inter iustos sed inter peccatores. **Et erat ioānes vestitus pilis camelī ⁊ zona pellicea circa lūbos suos: locustas ⁊ mel syluestre edebat.** De cibo ioānis dictum est matth. ȝ. **Et pȝedicabat dicens.** Præcipua p̄dicationis materia mō subiungit. **Veniet fortior me post me.** Erat ioānes fortis in sustinēdo asperitates victus & vestitus: & in aggrediendo correctionē vitioꝝ: sed iesum fortiorē prænūciat, ga & fortior ioāne veniebat tum in sustinendo iniurias & psecutiones vsq; ad crucē inclusiue. tū in aggrediendo debellationē mundi, ímo & dæmonū. tum in robore operandi miracula: ga ioānes nullū signum fecit: christus aūt robur suæ virtutis mōstrauit innumeris miraculis. tum in penetrādo vsq; ad intima animarū: quia ioānes suadere tantū poterat & exterius abluere: christus aūt intetius abluturus veniebat aīas. Hoc. n. ideo dixit ioānes ne reuerēres ipsuꝝ existimarēt ipsum esse mesiā: sed intelligerēt ab eo ꝙ iesus esset mesias qui statim post ipsum venturus esset. **Cuius nō sum dignus.** Dixerat fortior me ne hinc intelligeres cōparationē inter ipsum & fortiorē venturū, subiunxit se nō esse dignū ad minimū seruitium illi exhibendū: dicēdo. **p̄cubens soluere corrigiaȝ calciamētoꝝ eius.** Apud matth. ioānes dicit: cuius nō sum dignus portare calciamentū: apud mar. lōge viliori offō & actu se indignū dicit. Vtrūq; n. dixit ioānes augendo orationē: sed neuter euāgelistaꝝ vtrumq; retulit. Poterat ioānes dicere cuius nō sum dignus osculari vestigia pedū: sed ministerū quod de facto exhiberi iesu poterat: maluit exprimere minister ad baptizandū & parandam viam. Vñ iesum non nudipedē: sed calciatū pedes intelligimus. Quod etiā habetur ex hoc ꝙ cōmunem vitam elegit. **Ego baptizo.** Deest latinis cōiunctio opportuna. Legendum est enim. **Ego quidem baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto.** Deest vtrobiq; latinis præpositio in. nam textus græcus habet, in aqua, in spū sancto. Declarat. n. per hoc excellentem fortitudinē illius de quo dixit: veniet fortior me: declarādo vim sui baptismi & vim baptismi mei. manifestat. n. per hoc ꝙ baptismus suus nō penetrat ad aīas: sed aquę tm̄ vim habet, q̄uis sit signū pniæ: baptismus aūt christi vim hēbit penetratiuā ad abluendū intima aīarū a sordibus & macula peccatoꝝ: ga abluet in spū sancto penetrante spūs nros & purgante ac mutāte & eleuante illos in amorē dei diuinorūq; oīum. Et significauit per hoc mesiā esse verū deum. nā solius dei est abluere in spū sancto. Hanc ablutionē exercuit christus: spūaliter quidē, quoties remisit peccata: cū visibili aūt signo in die pētecostes: dicente ipso ad aplos quū ascēderet in cœlū. ioānes qdem baptizauit aqua, vos aūt baptizabimini spū sancto nō post multos hos dies. Exercet quoq; quotidie chs hanc ablutionē mediāte sacro baptismi in oībus nō ponētibus obicē.

¶ **Et factū est in diebus illis (venit iesus a nazareth) galilęę.** vbi habitabat & habitauerat cōtinue. ⁊ **baptizatus est a ioāne in iordane.** Sicut nō dedignatus est circūcidi, ita nō dedignat baptismū pœnitentiū suscipere: vt quēadmodū habebat carnem nō peccati sed similē carni peccatrici, ita haberet non pœnitentiā sed similitudinē pœnitentiū (exterius: intrinsecus aūtē sanctificabat tactu carnis suæ aquas) vt idoneæ essent ad sanctificandū nos in sacramēto baptismi. **Et statim ascēdens de aqua (vidit celos apertos.** pro. **findi.** In græco. n. p̄sentis est tēporis participiū: loco cuius puto interpretem posuisse aperros (nō pro participio præteriti tēporis sed nominaliter. Et ad literā describit cœlum aperiri, tanq̄ hinc & inde cedendo vt spūs in specie colūbæ descenderet. Et quoniā species colūbæ corporea fuit (vt clare lucas testat) cōsequens est ꝙ tam descēsus q̄ diuisio cœli fuerit quoq; fm corporeā speciem: dispōnit. n. & facit oīa suauiter diuina sapientia. ac p̄ hoc ꝙ oculis corporeis visa sint hæc, nō aboībus tū: quū etiam corpora gloriosa p̄sentia non ab oībus videant. Et sicut non colūba sed similitudo colūbæ fuit (vtentibus oībus euangelistis aliquo similitudinis aduerbio) ita nō scissio cœlioꝝ sed similitudo apertionis (& similiter nō descēsus de cœlo sed similitudo descēsus de cœlis fuit. Nec ꝓpterea fallacia aliqua interuenit, nec deceptus est visus: sicut absq; vlla fallacia & deceptione visę sunt linguę in spē ignis sup aplos in die pentecostes. formata siquidē est in aere similitudo colūbę cū similitudine descensus ex cœlo aperto: & cū hoc fuit realis descēsus illius speciei in aere ad iesum. ⁊ **spiritū sanctum.** Superfluit latinis dictio sanctū. q̄uis nō sit dubium ꝙ de spū sancto sit sermo. **tanq̄ colūbam descendentē ⁊ manentē in ipso.** Non sunt in græco textu iste duę dictiones. **in ipso.** pro. **sup ipsum** (seu sup se. **Et vox facta est de celis.** hoc est a supioribus tanq̄ de cœlis sonans. **Tu es filius meus.** Hinc apparet totius mysteriū trinitatis. nā patri soli cōuenit dicere christo tu es filius meus: & soli christo vere dē a deo patre (tu es filius meus. spūs aūt sanctus in spē colūbæ apparuit. **dilectus.** singularissima dilectione: vtpote quē cōstitui hęredē vniuersoꝝ &c. **in te cōplacui.** pro. **in quo mihi bñ cōplacui.** seu in

quo mihi bñ complacitū est. Prius explicauit christū esse verum deū (dicendo tu es filius meus. deinde imensum gratiarū pelagus in eodē vero hoie (dicendo dilectus. & demū explicat opera cunctissima deo (dicendo in quo mihi bñ complacitū est. Opera siquidē christi oīa & singula fuerunt materia diuinæ cōplacentiæ, pro quāto fuerunt digna vt delectarent deū. propter qđ addit aduerbiū bene (significans modum cōplacentiæ: non ex pte dei (a quo nullus actus pōt non bñ exire) sed ex parte rerū quę possunt bñ & male adimplete diuinā volūtatē. nam & iudas & crucifigentes christū adimpleuerūt diuinam voluntatē (sed non bñ. Christus aūt in oībus suis operibus non solū adimpleuit sed bñ adimpleuit diuinā volūtatem. & ꝓpterea ad ipsum dicit in quo mihi bñ complacitū est. ℣ **Et statim spūs expulit.** pro. **emittit** (**eū in desertū.** Et significat ꝙ spūsanctus statim post baptismū mouebat animū iesu ranq̄ pellens ad eundum in desertum. **Et erat in deserto quadraginta diebus** ⁊ **quadraginta noctibus.** Hæ tres dictiones non habent in græco. **Et tentabat a satana.** Tacet marcus tentationes ipsas. Eratq; cū bestiis. vt non desertum domesticum, sed vere desertum intelligeremus. ⁊ **angeli ministrabant illi.** superata tentatione.

¶ **Postq̄ aūt traditus est ioānes, venit iesus in galileā: pȝedicās euangeliū regni dei.** Vniuersa materia euāgelii hoc verbo cōprehensa est. ⁊ **dicens qm̄ impletū est tps.** In quattuor secatur partes euāgelizatio regni dei. Prima est venisse plenitudinē tpis p̄dicti a lege & pphetis: quo. s. misit deus filiū suū in mūdum. ⁊ **appropinquabit.** pro. **appropinquauit regnū dei.** Secunda est appropinquasse regnum cœloꝝ: ad driam veterū, qui annūciabant regnum terrenū: pmittentes felicitatē regni in terra promissionis. Et per hoc declarat regnū dei esse idē qđ regnū cœloꝝ. Et sicut in prima particula p̄dicat veritatē legis & pphetarū, ita in hac secūda p̄dicat spem non terrenę felicitatis sed regni cœloꝝ. quod tunc dicit appropinquasse, ga venerat introductor hoīum in regnum cœloꝝ. ¶ **Pœnitemini.** pro. **pœnitent vos.** Tertia pars ad male actæ vitæ pniam inducit. sine qua vana est spes regni cœlorū: in quod nihil coinquinatū pōt introire. ⁊ **credite euangelio.** Fides quarto loco p̄dicatur adhibenda non solū veteri testō sed nouo: quod euangeliū appellat. Considera has quattuor pres: & pspice primā & quartā cōprehendere driam veteris & noui testamēti: secūdam aūt & tertiam cōprehendere differentiā boni & mali. ¶ **Et pteriens.** pro. **ambulans aūt** (**secus mare galileę.** Lacum hebraico more appellat mare. **vidit simonē ⁊ andreā fratrē eius.** s. **simonis. mittētes retia in mare. erant. n. piscatores. Et dixit eis iesus. venite post me. ⁊ faciā vos fieri piscatores hoīum. Et ꝓtinus relictis retibus.** Deest. **suis** (**secuti sunt eū.** ℣ **Et ꝓgressus inde pusillū, vidit iacobū zebedęi ⁊ ioānem fratrē eius. ⁊ ipsos cōponentes.** pro. **reficientes.** seu sarcientes. **retia in naui. Et statim vocauit illos. ⁊ relicto patre suo zebedęo in naui cū mercenariis (secuti sunt eū. ⁊ ingrediunt capharnaū. Et statim sabbatis.** diebus cōgruis populo ad audiendū verbū dei. **ingressus in synagogā.** locū congruū & deputatū ad doctrinā diuini verbi. **docebat eos.** Pronomē eos nō est in græco. ⁊ **stupebāt sup doctrina eius. Erat. n. docens eos quasi.** pro. **tanq̄ (potestatē habens.** doctrinā cōfirmando miraculis. ⁊ **non sicut scribę.** qui doctrinam miraculis non confirmabant.

Et erat in synagoga. Subiūgit euāgelista factū mōstrans ꝙ iesus docebat vt ptātem hūs. hō in spū immundo. ⁊ exclamauit (dicens. qđ nobis ⁊ tibi iesu nazarene (querula vox est. **venisti ante tps.** vel opinatū vel pditionis nostræ futuræ quū claudemur in infernos vt matth. 8. exposuimus. **pdere nos** (Appellant dæmones perditionē suā, vel perditionē regni sui in hoībus, vel coactionē spūalem qua sentiebāt se cogi a christo ad exeundū ab hoībus. **Scio q̄ō sis.** pro. **noui te qs es.** Mentit dæmon & fingit se scire ad tentandū vt sciat: put in deserto tentauerat. **sanctus dei.** In græco hꝰ articulus (insinuās acsi diceret ille sanctus dei. Et est appositiue iungenda hæc particula p̄cedenti. noui te qs es (appositiue ille sanctus dei. i. p̄dictus a lege & prophetis (expectatus a iudæis. **Et cōminatus est ei.** pro. **increpauit eū iesus: dicens. obmutesce.** Imponit silentiū dæmoni (refutans testimoniū illius: instruens per hoc hoies vt testimonia dæmonū etiā oblata refutēt. ⁊ **exi de hoīe. Et discerpens eū spūs immundus ⁊ exclamans voce magna, exiit ab eo.** Præterita sunt discerpēs & exclamans (significātia discerpto illo & clamore emisso. Per discerptionē non intellige scissionē alicuius mēbri (quū testat lucas. c. 4. ꝙ dæmō proiecit hoīem illū in medū (& nihil ei nocuit) sed scissionē viriū. ita ꝙ discerptio non mēbroꝝ sed virium corporaliū significat: quā lucas ab effectu p̄iectionis in terrā absq; mēbroꝝ lesione (significauit. Permisit aūt iesus hoīem illū affligi in mō exeundi: tū vt discerneret spūs īmūdus a spū hois, & cognosceret ꝙ non hō ille ex spū proprio sed ex dæmone dixerat q̄ dixit. tū vt cognosceret a quāto malo liberauerit eū. **Et mirati sunt oēs: ita vt conquirerent inter se dicentes. Quidnā est hoc: quenā doctrina hec noua!** Jq; **in ptāte spiritibus īmūdis imperat, ⁊ obediunt ei.** Hinc apparet quare dictū sit ꝙ erat docens vt potestatē habens. Reddunt enim rōnem doctrinæ nouæ (ex potestate imperatiua dæmonibus (ímo etiam dæmonibus. nam in græco præponit coniunctio &: dicendo quia in potestate & spiritibus īmundis imperat. Summū enim imperii genus apparet imperare dæmonibus: & propterea cum emphasi dicunt & spiritibus īmundis. **Et processit rumoꝝ.** pro. **fama (eius statim in omnem regionem.** pro. **in totam circūiacentem regionem (galileę.** Datiui casus est galileę. Et hinc apparet ꝙ

intendit euangelista dicere in totam regionem finitimam galileę.
Et protinus egredientes de synagoga/venerunt in domū simonis ⁊ andreę cum iacobo ⁊ ioāne. Recūbebat autem socrus simonis febricitans: ⁊ statim dicunt ei de illā. **Et accedens eleuauit eā ꝓprehensa manu eius: ⁊ cōtinuo dimisit eaz febris, ⁊ ministrabat eis.** Quū ciuitas simonis fuerit bethlaida, cura socrus in bethsaida vt facta. ℣ Uespere aūt facto quuz occidisset sol, afferebāt ad eā oēs male hītes ⁊ dęmonia hītes. Dies ille sabbatū significat: ex eo ꝙ post ipsis occasum afferebāt egros, quos in die sabbati vehere nō licebat. **Et erat ois ciuitas.** i. tota ciuitas. **Ꝙgregata ad ianuā.** domus petri. **Et curauit multos.** Nō dicit nec excludit oēs. **qui vexabant.** pro **male hītes/varus lāguoribus: ⁊ dęmonia multa eiiciebat ⁊ nō sinebat ea log qui** (vt latinus textus sonat: significans euangelistā affirmare dęmones scire eū esse christū) sed sunt verba explicantia sermonē inhibitū/sermonē non ꝓmissum dæmonibus. Ita ꝙ sensus est. non sinebat dæmones dicere ꝙ scirent eū esse chm. Dæmones. n. isti dicebant ꝙ sciebant eū esse chm: sicut et clare dixerat dæmon exclusus ab hoie in synagoga. Et hos sermones non ꝓmittebat iesus/refutans eoz testimonia. & nihilominus mętiendo & ꝓfitentes rentādo dæmones hoc dicebāt. **Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertū locū: ibiqz orabat. Et ꝓsecutus est.** pro. **ꝓsecuti sunt/eū simō ⁊ qui cū illo erant.** Hinc apparet ꝙ iesus summo mane solus recessit e domo in desertum ad orādum: exēplum ꝑdicatoribus ꝑbens rapiendi tēpus aliqđ ad orandū/ad mentē in deum eleuandā, ꝑcando q̄ sunt salutis &c̄. & postea petrus & alii discipuli venerūt ad eū. **Et quū inuenissent eū, dixerūt.** pro. **dicūt ei qz oēs querunt te. Et ait illis. eamus in ꝓximos vicos ⁊ ciuitates.** pro. **municipia.** Quod tū non ꝓprie rndet græcę dictioni/significanti potius rusticana oppida. **vt ⁊ ibi ꝑdicē. ad hoc n. veni. Et erat ꝓdicans in synagogis eoz ⁊ in omni galilęa: ⁊ dęmonia eiciens.**
Et venit ad eū leproſus/deꝓcans eū: ⁊ genu flexo dixit. si vis potes me mūdare. Jesus autē **misertus eius, extēdit manū suā: ⁊ tangens eū.** vt dīm se legis oūderet/tactu leprosi nō ingnatus sed mūdans leprā. Hęc de leproso declarata fūt matth. 8. **ait illi. volo/mūdare. Et quū dixisset, statiz discessit ab eo lepra: ⁊ mūdatus est. Et cōminatus est ei.** more cōminātis inhibuit. **statiqz eiecit illū.** inuitū iussit abire. **Et dixit ei. vide nemini.** Deest. **qcq̄ dixeris.** Nec vlla ꝑcepti dissimulatio interuenit: sed intimi affectus virtute humilitatis ꝑditi/desiderū vęz & vrgens ad fugandū quātū ex pte sua est fomēta humanæ gloriæ. huius. n. veracis desiderii verba sunt/vide ne cui qcq̄ dixeris. & ideo nō obligatoria erāt mūdati ad peccatū inobediēdi, sed manifestabāt qd ex intimo corde humili iesus desiderabat. **sed vade oſide te ꝓncipi sacerdotū.** pro. **oſide te sacerdoti: ⁊ offer ꝓ emūdatione tua quę ꝑcepit moyses/in testimoniū illis.** vt cognito miraculo moueant ad credendū: & si nō credide rint reddat iexcusabiles: vtpote accipiēdo mun⁹ duoz agnoz & ouis (leui. 14. ꝑceptū) ꝓfitētes te mūdatū, & nō credēdo negātes me q curaui. **At ille egreſſus cępit ꝑdicare.** Deest. **multū.** cœpit. n. ille ꝑdicare multū. **⁊ diffamare.** pro. **diuulgare sermonē.** Infamare liquidē in malā partē sonat. Non intelligas ꝓpterea lepro tum hunc reū fuisse inobedientiæ. intellexit. n. iesum ꝓhibuisse ne diceret factū/ad euitādam humanā gloriam: & ꝙ officii ipsius curati erat publicare diuinū miraculū, & gratum se exhibere iesu/ꝑdicando & extēdendo famā ipius. **Ita vt iam nō posset manifeste introire in ciuitatem: sed foris in desertis locis esse.** pro. **erat: ⁊ ꝙuenebāt.** pro. **veniebant/ad eū vndiqz.** Quod verbo significauerat iesus (.i. fugere se gloriā humanā) facto mōstranit: dū extēsa sua fama vitabat manifestū ingressum in ciuitatē, in quā nō poterat manifeste ingredi sine multa gl'ia: ꝫ erat foris in locis desertis.

CAPVT .II.

Et iterū intrauit capharnauz post dies octo. In græco non habet octo: nec habet post sed per. Et videt significan ꝙ iesus introuit capharnaū māsurus per dies aliquot. **⁊ auditū est ꝙ in domo esset: ⁊ cōuenerunt.** pro. **⁊ cōgregati sunt/multi: ita vt non caperent neqz ad ianuā.** pro. **ita vt nō amplius caperent ne ea qdem quę ad ianuā.** Et est sensus ꝙ neq; loca domus neq; loca circa ianuā capere plures. **⁊ loquebatur eis verbū. ℣ Et venerunt** pro. **veniunt/ad eū ferentes paralyticū qui a quattuor portabatur. Et quum nō possent offerre eum illi.** pro. **appropinquare illi/ꝓpter turbā.** Significat ꝙ portatores paralytici/turba occupante etiā loca ianuæ/non poterant appropinquare ad iesum. **nudauerūt tectum vbi erat.** Hinc apparet domum illā non habuisse solariū/sed opertā fuisse tegulis: quas auferendo detexerunt tectū. **⁊ patefacientes.** pro. **fodientes.** Vñ apparet ꝙ domus illa sub tegulis hēbat nescio qd qd oportuit frangi. qđ crediderim fuisse lignū. **submiserūt.** pro. **submittūt grabatū in quo paralyticus iacebat.** Non puciunt neq; portāt sed funibus lectulū in quo iacebat submittunt. hoc. n. significan per submissione patet act. 27. & submittētes bolidē inuenerunt passus. 20. **Quum aūt vidisset iesus fidez illoz.** Magna dei gratia/etiā alienis meritis hois misereri, & quo ad anima & quo ad corpus. vt hinc discamus, tum magnipendere aliorz suffragia pro nobis ad deū: tum cōfidenter orare pro aliis. **ait paralytico. Fili di**

mittuntur. pro. **dimittātur.** Impatiue. n. peccatoz dimissio significat. **tibi petā tua. Erant aūt illic** quidā de scribis sedētes, ⁊ cogitātes in cordibus suis. qd hic sic loquitur. Duo horrebāt scribę: & rem. s. & modū imperatiuū. & ꝓpterea apponūt aduerbiū sic. **blasphemat.** pro. **blasphemias.** Est. n. vnica oratio/qd hic sic loquit blasphemias! **Quis pōt dimittere petā nisi solus.** pro. **vnus/deus! Quo statim cognito iesus spū suo/qz sic cogitarent intra se, dicit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vestris: qd est facilius: dicere paralytico dimittuntur tibi petā tua, an dicere/surge tolle grabatum tuum ⁊ ambula! Ut aūt sciatis qz filius hominis habet potestatez in terra dimittendi peccata, ait paralytico. tibi dico: surge, tolle grabatū tuum ⁊ vade in domuz tuā. Et statim surrexit ille: ⁊ sublato grabato/abiit inde coram omnibus. ita vt mirarētur.** pro. **stuperent omnes, ⁊ honorificarent.** pro. **glorificarent/deum: dicentes quia nunqz sic vidimus.** Hæc de cura istius leprosi/declarata sunt matth. 9.
Et egressus est rursus ad mare: oisqz turba veniebat ad eū: ⁊ docebat eos. Et quuz ꝑteriret, vidit leui alphęi. s. filiū. Significat. n. matthæus alio nōe leui/filius alphęi. **sedentē ad telonū: ⁊ ait illi sequere me. Et surgēs secutus est euz. Et factū est quum accūberet in domo illius, multi publicani ⁊ pctōres simul discūbebant cum iesu ⁊ discipulis eius. Erant n. multi qui sequebantur.** pro. **secuti sunt/euz. Et scribę ⁊ pharisęi videntes quia māducaret cum publicanis ⁊ peccatoribus/dicebant discipulis eius. quare cum publicanis ⁊ peccatoribus manducat ⁊ bibit magister vester! Hoc aūt audito/iesus ait illis. non necesse hābēt sani medico, sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos sed peccatores.** Deest. **ad penitentiā.** Hęc circa vocationem & conuiuium matthæi scripta/expōsita sunt matth. 9.
Et erāt discipuli ioānis ⁊ pharisęi. pro. **⁊ pharisęoz.** Hęc tū correctio non est vsq; quaq; certa. **ieiunantes: ⁊ veniunt.** vtriq; noiati. f. discipuli ioānis & pharisęi. seu & discipuli pharisęorū: qui etiā ipsi pharisęi erant. **⁊ dicūt illi. Quare discipuli ioānis ⁊ pharisęoz ieiunāt.** De sępissis loquunt tanq̄ de certis psonis. **tui aūt discipuli non ieiunant! Et ait illis iesus. nunqd possunt filu nuptiaz ꝙdiu.** pro. **filū thalami nuptialis in quo/sponsus cū illis est ieiunare! ℣** Vbi aduerte ꝙ loco thalami interpres posuit nuptiarū. & loco in quo interpres posuit ꝙdiu. Et significat nō solum thalamus (hoc est nuptiale cubiculū) sed etiā cōitas illius/sponsō & festiuātibus nuptias. tales. n. hebraico more (quo vtebat iesus loquendo) appellant filu thalami nuptialis. De tēpore aūt subiungit. **Quāto tpe hīt secū spōsum/nō pōt ieiunare. Uenient aūt dies quū auferet ab eis spōsus: ⁊ tūc ieiunia būt in illis diebus. ℣ Nemo assumētuz.** pro. **imissurā pani rudis.** Hac metaphora significauit interpres pānum nōdum a fullone curatū & politū: hoc est oino nouū. **assuit vestimēto veteri aliogn aufert supplemētū.** Deest. **eius/nouū a veteri: ⁊ maior.** pro. **deterior/scissura fit. Et nemo mittit vinum nouū in vtres veteres. aliogn dirūpet vinū.** Deest. **nouū/vtres: ⁊ vinum effundetur ⁊ vtres pibunt. sed vinuz nouū in vtres nouos mitti dz.** Declarata sunt sili hæc oia matth. 9.
Et factū est iterum. In græco non est iterū. **quuz dominus sabbatis.** non pluribus sed in festiuitate cōstante ex pluribus sabbatis. erat. n. solēnitas paschalis. **ambularet.** pro. **trāsiret/ꝑ sata, ⁊ discipuli eius cęperunt ꝓgredi.** pro. **iter agere.** Significat. n. ꝙ discipuli cœperūt antecedere/vt sic viam qua ancedēret iesus inter culmos aperirent. Et dixit hoc euangelista ad significandū ꝙ discipuli ante oculos iesu vellebant spicas: arguētibus phatisęis corā ipso hoc fieri: dicendo ecce/qd faciūt! Non est. n. in græco discipuli tui, sed intcrpres apposuit. **⁊ vellere spicas. Pharisęi aūt dicebant ei. ecce qd faciūt discipuli tui sabbatis qđ nō licet! Et ait illis. nunqd legistis qd fecerit dauid qñ necessitatez habuit, ⁊ esurit ipse ⁊ qui cū eo erant: quō introiuit in domū dei sub abiathar principe sacerdotū.** Primi reg. 21. historia hæc narrat sub achimelech/nulla facta mētione abiathar. Sed non est dissonantia: qm̄ vterq; ibi erat. nā abiathar filius erat achimelech. Appellatur aūt princeps sacerdotū non ꝙ tpe illius facti fuerit princeps sacerdotū: sed qa fuit primus princeps sacerdotū. antea. n. non erat iste titulus (.i. princeps sacerdotū) sed initiū habuit tpe regni damdis. Vnde sicut matth. dixit iesse aūt genuit dauid regē, non qa genitus fuit rex/sed qa fuit primus rex in genealogia christi, ita abiathar noiat princeps sacerdotū quia fuit primus princeps sacerdotū/ordinato & distributo sacerdotio ꝓ gradus & vices in solēni cultu exhibendo in tēplo. Hæc. n. constat tpe damdis dispōsita esse. **⁊ manducauit panes ꝓpositionis/quos nō licebat māducare nisi solis sacerdotibus: ⁊ dedit eis ⁊ qui cuz eo erant.** pro. **⁊ dedit ēt iis q cum eo erant.** Significat. n. dauidem non solū comedisse panes sacros sed etiā dedisse iis qui cū eo erant. **Et dicebat eis. sabbatum ꝓpter hoiem factū est.** hoc est ad vtilitatē hois spirituale. Ad hoc. n. vt hō sanctus fiat mente & aio/sanctificant dies & loca, & non ecōuerso. animatorū nanq; oium sanctitas ad hois sanctitatē ordinat. **⁊ non hō ꝓpter sabbatū. Itaqz dñs est filius hois etiā sabbati.** Infert iesus seipsum filiū hois esse dīm sabbati ex eo ꝙ sabbatū est ꝓpter hoiem/in virtute vniuersalis dñii super oia quę sunt ꝓpter hominē. ex eo. n. ꝙ filius hois est dñs oium quę ordinant ad salutem humanā, optime infert ꝙ est etiam dñs sabbati ordinati ad humanā vtilitatem. Et apte cōgruit proposito: ad significandū ꝙ sabbatum ordinatū ad hominis vtilitatē non debet

verti in dānum hois:verteretur.n.in dānum hois/si ob sabbatum seruādum homo priuaret necessario alimento.Reliqua spectantia ad factū discipulorū vellentium spicas exposita sunt matth.12.

CAPVT .III.

ET introiuit iterum in synagogas.ꝛ erat ibi homo habens manū aridam:ꝛ observabant eum si sabbatis curaret.Deest.eū,vt accusarent illū.**Et ait homini habenti manū aridas.surge in mediū.Et dixit eis.licet sabbatis benefacere an male.**Deest facere.Et significat per benefacere ꝓdesse:& per malefacere lędere.**animā saluare an perdere.**pro.occidere!Proponit.n.iesus vtrum sabbatis liceat ꝓdesse an nocere.& augendo orationem/ vtrum liceat sabbatis vitam seruare an occidere.vitam.n.nosse animæ significauit. Tacet siquidē marcus exēplum de oue quæ cecidit in foueā:dictum tūc a iesu ad declarandū & benefacere & seruare vitā licitum eē sabbatis ex exēplo ouis.**At illi tacebāt.Et circūspiciens eos cū ira.** Sicut in christo fuit vera tristitia,ita etiā vera ira.non.n.assumpsit animū stoicum/sed vere naturalē. Fuit tñ ira in christo/ non passio rōnem turbans,sed ꝓpassio/non redundans in alias vires/non impediens nec turbans alias actiones animæ.**contristatus.**pro.**condolens.** Ita ꝙ duabus ꝓpassionibus vsus est iesus:ira contra vitium,cōdolentia ad homines.vt intelligas non iratū seruendo/sed cōdolendo:quod pfectę virtutis est.**super cęcitate cordis eoꝝ.**non mentis.vt cęcitatē affectatam intelligamus:dū hinc nō possunt negare fas esse sabbatis extrahere ouem quę cecidit,inde aūt illicitum putant ꝙ iesus restituit hoīes sanitati sabbatis. Magnitudo.n.iudiæ & odii in iesum exęcabat eos.**dicit homini.extende manum tuam.Et extendit:ꝛ restituta est manus illi.**pro.**illius.sana vt altera.**

Exeuntes aūt pharisęi,statim cum herodianis cōsilium faciebant aduersus eum/quō.pro.**vt/ eum perderēt.** Magna obstinatio pharisæorū significat:ꝙ nec cōuicti resipiscunt,sed qd per viā accusationis apud ecclesiasticā curiam efficere nequibant/tentant vt per curiæ secularis non iustitiā sed potentiā & impunē iniquitatē perdere possint iesum.Hoc.n.significat cōsilium cum herodianis ad occidendū iesum.herodes nāq; secularis princeps erat.℣ **Jesus autē cum discipulis suis secessit ad mare.** Quia nōdum erat tēpus passionis eius/diuertit iesus a malignitate illorū.ꝛ **multa turba a galilęa ꝛ iudęa secuta est eum:ꝛ ab hierosolymis/ꝛ ab idumęa ꝛ trans iordanē/ꝛ qui circa tyrum ꝛ sidonē/multitudo magna,audientes q̄ faciebat venerūt ad eū.** Cōsidera hic tres ordines.Primo caterua discipulorū comitantē iesum:deinde turbam multā galilęorū & iudęorū sequētem:& demū multitudinē magnam ex diuersis patriis veniētē.℣ Vbi etiam aduerte multos inter hos venisse non israelitas,sed idumęos filios esau,& gentiles circa tyrū & sydonē/tyrios & sidonios.hi.n.forte erant pselyti:aut sicut mulier illa chananea ad famā miraculorū iesu cucurrerunt.℣ Vñ euangelista dicit audientes quæ faciebat.& forte multos eorū curiositas mouebat ad videndū oculis propriis fieri miracula/ad comprobandū si vera erant quæ audierāt.**Et dixit iesus discipulis suis vt in nauicula sibi deseruirent.**pro.**vt nauicula inseruiret sibi/propter turbam,ne cōprimerent eum.** Petit nō seruitium discipulorū in nauicula,sed seruitiū nauiculæ:hoc est vsum nauiculę ad sedendū in ea ī aqua,ne turbæ existentes in terra prætererent eum. **Multos enim sanabat:ita vt irruerent in eum vt illum tangerent quotquot habebant plagas.**pro.**flagella.** Ægritudines euāgelista appellauit ſagella,quia sunt flagella dei.**Et spiritus immundi quum illum videbant/procidebant ei:ꝛ clamabant/dicentes.tu es filius dei.** Non desinunt dæmones tentare ad sciendum si iesus esset filius dei.Propterea.n. velut adorantes ꝓcidunt & clamant tu es filius dei.tentant nanq; si possent his professionibus & rectitudine/certi aliqd haurire.**Et vehemēter cōminabatur eis.**pro.**increpabat eos/ne se manifestū facerēt.** Iesus quoq; perseuerat increpando dæmones & refutando testimonia eorum.vt nihil possent ex propriis professionibus dæmones proficere:& mundum doceat repellere testimonia dæmonis/quā tūcunq; cum reuerentia veritatem profiteantur.

Et ascendens in montē,vocauit ad se.pro.**aduocat.** Transit marcus ad institutionem apostolorū factam a iesu in monte,nō ipsis petentibus sed a iesu vocatis.**quos voluit ipse.** Nulla enim ratio meritorum aut prioris sequelæ/aut cuiusuis alterius respectus,sed solius voluntatis iesu redditur.**ꝛ venerunt ad eum.Et fecit vt essent duodecim.** Certum decreuit numerū iuxta numerum filiorū israel: dicente ipso domino alibi.sedebitis super sedes duodecim/iudicantes duodecim tribus israel.**cuꝝ illo** pro.**secum.** velut collatetales sui.**ꝛ vt mitteret eos prędicare.**pro.**ad ꝓdicandum.** Ad duo ita ꝙ instituuntur apostoli:& vt sint collaterales iesu/& vt mittātur ad prædicandū.Ex primo familiaris cōuersatio/familiarius discere/sanctos iesu mores familiarius haurire/& vniuersaliter eorū profectus datur:ex secundo vero ad populorū vtilitatem spectatur.**Et dedit illis potestatē curandi infirmitates ꝛ eiiciendi dęmonia.** In græco habetur & vt haberent potestatem. Ita ꝙ tota est vna oratio.scilicet vt essent duodecim secum,& vt mitteret eos ad prædicandū,& vt haberent potestatē curandi.Hoc enim tertium(.i.potestas faciendi miracula)vt annexum secūdo intelligendū est:quoniā huiusmodi potestas ad aliorum vtilitatē datur,& ad confirmationē euangelicæ prædicationis data est apostolis.

Et imposuit simoni nomen petrus. Hic apparet impletū esse nunc quod prius futurū dixerat iesus

apud ioānem/tu vocaberis cephas.clare enim dicitur hic ꝙ imposuit illi nomen petrus quādo instituit apostolos.ꝛ **iacobum zebedęi/ꝛ ioānem fratrē iacobi.ꝛ imposuit eis nomina boanerges:qō est filii tonitrui.** Dictio hebraica est boanerges:quā euangelista interpretatus est filii tonitrui.Et ioānes solus filius tonitrui clare patet:quum per ipsum intonuerit mundo/in principio erat verbū/& verbum caro factum est &cē.Ambo quoq; simul filii tonitrui ideo fuerunt,quia tonitruū diuinæ maiestatis gloriam christi in transfiguratione videntes audierunt.**et andream/ et philippum/et bartholomęum/et matthęum/et thomam/ et iacobum alphęi.** Sicut superius dixit & iacobum zebedęi, ita mō dicit & iacobum alphęi:ac per hoc distinctionem iacoborū ex diuersitate patrum significat.Sicut etiam simonē cananeum distinguit a simone petro.**et thaddęum/et simonē cananeum.** Aiunt cananeū dictum/a cana galilęę cognominatū.**et iudā scariot.**pro.iscariotem:**qui et tradidit illū.** ℣ Aduerte ꝙ q̄uis non eodem ordine nominent apostoli a marco & matthæo,apud vtrūq; tō primus est simon petrus.tanq̄ nosse vel nescire aliorū ordinē nihil referat,nosse aūt oporteat petrū primū.

Et veniunt ad domum.et cōuenit iterum turba:ita vt non possent neq; panem manducare. Præsentis est tēporis cōuenit.& significatur iesum q̄uis institutis apostolis/prædicationi vacare:ita vt etiam hora comedendi/cibum potius q̄ doctrinā omitteret. **Et quum audissent sui.** hoc est illi qui ad iesum pertinebant:vt agnati.**exierūt tenere eum.**pro.**vt cōprehenderent eum.** hoc est vt manuum iniectione tenerēt eum & cōpescerent tanq̄ fatuum.**Dicebant enim quoniā in furorem versus est.**pro.**quoniā extra se est.** hoc est quoniā mente captus est.Consanguinei iesu/putabāt ipsum versum in amentē/conferendo priorem vitam iesu cum tam repentina nouitate. Viderant siquidē ipsum vsq; ad annum trigesimū mechanicis artibus occupatum(vacabat enim arti fabrili:vt inferius euangelista dicet)& sciebant operā literis nunq̄ dedisse.& propterea audientes ꝙ ꝓdicabat eum cōcursu populi,putauerunt ipsum versum in insaniam:& velut fatuū garriendo discurrere.& ideo processerunt ad cōprehendendū eū,ne cum infamia cognationis vagatet garriendo.℣ Et hinc prudens lector habes testimonium ꝙ iesus nō didicerat sacras literas a scribis seu sacerdotibus/non vacauerat philosophiæ aut aliis scientiis.nam si prius studuisset scientiis seu sacris literis,non putassent sui ꝙ versus esset in furorem:consentaneū siquidem cognouissent esse,vt homo prius doctus prædicaret quādoq; aliis.℣ **Et scribę qui ab hierosolymis descēderant.** Nota pessimos doctores describi ab hierosolymis descendisse:vt vnde optimi debebant prodire/inde pessimi describantur:& maior autoritas hierosolymitani supercilii militaret cōtra iesum.**Dicebant quoniam beelzebub habet:ꝛ qz in principe dęmoniorū eiicit dęmonia.** Marcus tacet miraculū quod matthæus & lucas hic referunt.**Et cōuocatis eis.**i.scribis/ad cor eorū locuturus.dixerant.n.non in faciem iesu superiores blasphemias.**in parabolis.** Parabolas appellat rationes subiunctas ex similitudinibus:tum regni in se diuisi:tū domus in se diuisæ:tum fortis direpturi domū. Quę omnia matth.12.exposita sunt.**Dicebat illis.quō potest satanas satanā eiicere! Et si regnum in se diuidatur.**pro.**in seipsum diuisum fuerit,non potest regnum illud stare.ꝛ si domus super semetipsam dispertiatur,non pōt domus illa stare.Et si satanas cōsurrexerit in semetipsum,dispertitus est.ꝛ.** Aduerte ꝙ ista cōiunctio &/transposita est,debet.n.præcedere participiū dispertitus est:legendo.**ꝛ dispertitus.**seu diuisus est.**ꝛ non poterit** pro.**non pōt/stare,sed finem habet. Nemo pōt vasa fortis ingressus in domū.** Deest.**eius/diripere,nisi fortē alliget:ꝛ tunc domū eius diripiet. Amen dico vobis** Confutatis scribis,gravitatem criminis eorū subiungit. **quoniam omnia dimittentur filis hominū peccata ꝛ blasphemię quibus.**pro.**quibuscunq; blasphemauerūt. Qui aūt blasphemauerit in spiritū sanctū.** Hoc est in deū quatenus sanctificans est spiritū humanū:vt diffuse hæc exposita sunt matth.12. **non hz remissionē in ęternum,sed reus erit.**pro.**reus est ęterni delicti.**pro.**iudicii.** Significat.n.iudicium æternæ damnationis. **Quoniam dicebant spiritum immundum habet.** Clarificat euangelista quosum dominus meminerit blasphemiæ in spiritū sanctum:significans per hoc/phariſæos blasphemasse spiritū sanctum/dicendo ꝙ iesus immundum spiritū habet. Et vere sic est.nam per hoc negabant spiritū sanctum in iesu/negabant sanctificatū spiritum iesu a deo:quod redundabat in negationē sanctificationis omnis spiritus.nam si spiritus iesu cuius oia opera ac verba erant sancta/non erat sanctificatus a deo,facile pōt negari spūssanctus in cæteris hominibus:quod eneruat vniuersam fidem.

Et veniunt mater eius ꝛ fratres:ꝛ foris stantes miserunt ad eum/vocantes eum. Legatio ista vocantium,non tenentiū ire ad eum sed impotentiū ingredi ad eum impediente turba/intelligenda est.tum ꝓpter matrē domini:tum ꝓpter verba subiuncta/quęrunt te.quęrentes enim eū non subsistissent foris extra domū,si potuissent ingredi domum. Vocabant aūt eum cōparientes illi ob longam inediam. Superius.n.dictum est/ꝙ adeo occupabaē a turbis vt nec cibū capere posset.**Et sedebat circa eum turba:ꝛ dicunt ei ecce mater tua ꝛ fratres tui foris quērunt te. Et rndens eis.ait quę est mater mea ꝛ fratres mei! Et circūspiciens eos q̄ in circuitu eius sedebāt.**pro.**ꝛ quū circūspexisset in circuitu eos qui circū se sedebāt/ait.ecce mater mea ꝛ fratres mei. Qui n. fecerit volūtatē dei,hic frater meus ꝛ sor.or mea ꝛ mater mea est.** Vide matth.12.verbogz dū rōnem.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iterum. In precedenti capitulo retulerat iesum ne prameteꝛ a turba/ nauiculæ officio alia vice vsum.& ꝓpterea dicit iterũ.cepit docere ad mare.pro.iuxta mare.Et congregata est ad eum turba multa:ita vt in nauim ascendens sederet in mari:ꝛ omis turba circa mare super terram erat.ꝛ docebat eos in parabolis multa:ꝛ dicebat illis in doctrina sua audite.Ecce exiit seminans ad seminandũ.ꝛ dum seminat,aliud cecidit secus viam:ꝛ venerũt volucres celi ꝛ comederũt illud. Aliud vero cecidit super petrosa:vbi non habuit terram multã.ꝛ statim exortum est:quoniã non habebat altitudinẽ terre.ꝛ quando exortus est sol exestuauit.pro.exustum est.sine æstu periit.ꝛ eo ꝙ non habebat radicẽ exaruit. Et aliud cecidit in spinas:ꝛ ascenderunt spine ꝛ suffocauerũt illud:ꝛ fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonã:ꝛ dabat fructum ascendentẽ ꝛ crescentẽ:ꝛ afferebat vnum tricesimum/ꝛ vnum sexagesimũ/ꝛ vnum centesimum.pro.ꝛ afferebat in triginta/ꝛ in sexaginta ꝛ in centum. Et dicebat.qui habet aures audiẽdi audiat. ¶ Et quũ esset singularis.pro.solitarie.seu.solitarius.Significat enim ꝙ quũ esset sine turbis.interrogauerunt eum qui cum eo erant duodecim. Nõnulli codices græci habent/ũ qui circa illũ erant cum duodecim.parabolã exponere.Spectantia ad hanc parabolã dicta sunt matth.13.& ꝓpterea corrigimus tantũ textum latinum. Et dicebat eis.Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei:illis autẽ qui foris sunt.pro.exteris/ in parabolis oĩa fiunt. vt videntes,videant ꝛ non videant.pro.ꝛ non ꝑspiciant:ꝛ audientes audiant ꝛ non intelligant. nequando cõuertantur,ꝛ dimittantur eis peccata. Aduerte hic ꝙ hæc verba apud matth.clare inducuntur ex esaiæ.6.ca.significantia pertinaciã audientium & videntium:vt ibi expositũ est.apud marcum vero aliter sonant.Et ꝓpterea textus iste intelligendus est vtendo cõiunctione vt/non causaliter sed cõsecutiue.non enim ad hunc finem iesus loquebaꝛ in parabolis vt non perspicerent/vt non intelligerent:sed loquebatur in parabolis/ad quas cõsequens erat impleri prophetiam esaiæ,dicentis videntes visuros opera & miracula christi & nõ perspecturos diuinã illius virtutem:& similiter audituros doctrinã & testimonia illius/& nõ intellecturos ipsum esse messiam.Põt nihilominus cõiunctio vt/intelligi causaliter:referendo tamẽ eam non ad rem sed ad ꝓphetiam subintellectam.Ac si aperte dixisset.ideo in parabolis oĩa fiunt exteris vt impleatur scriptura ꝓphetica.Reliqua exposita sunt matth.13.Et ait illis. Nescitis parabolam hanc:ꝛ quo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat verbũ seminat. Hi autẽ sunt qui circa viam vbi seminatur verbum:ꝛ quum audierunt,cõfestim venit satanas,ꝛ aufert verbum qđ seminatũ est in cordibus eoꝝ. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur:qui quũ audierunt verbũ,statim cum gaudio accipiunt illud:ꝛ non habent radicẽ in se,sed tẽporales sunt. deinde orta tribulatione ꝛ persecutione ꝓpter verbum,cõfestim scandalizantur. Et alii sunt qui in spinis seminantur. hi sunt qui verbũ audiunt:ꝛ erũnę.pro.solicitudines/seculi. Deest. huius/ꝛ deceptio diuitiarum/ꝛ circa reliqua cõcupiscentię introeuntes suffocant verbũ:ꝛ sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terrã bonam seminati sunt:qui audiunt verbum ꝛ suscipiunt:ꝛ fructificant, vnum tricesimum/vnum sexagesimum/ꝛ vnum centesimum.pro.ꝛ fructificant in triginta/ꝛ in sexaginta/ꝛ in centum.

Et dicebat illis.nunqd venit lucerna.pro.incẽditur lucerna/ vt sub modio ponatur aut sub lecto? nõne vt sup candelabrũ ponatur? Hęc est alia parabola ad declarandũ ꝙ tam sermo parabolicus nõ intellectus ab exteris q̃ sermo proprius cõmunicatus apostolis publicandus erat.Ac si aperte diceret.non ideo loquor in parabolis/non ideo cõmunico seorsum vobis mysteriũ regni dei,vt velim hæc occulta esse:volo enim omnia quãdoq; publice prædicari/& manifestari nõ solum dicta sed facta mea.Ad hoc enim affert similitudinẽ de accensiõe lucernę;significando seipsum hominẽ per lucernã/ accensam lumine diuinitatis ad hoc vt luceat mundo super candelabrũ ecclesiæ.non est enim aliquid mei/meoꝝ verboꝝ & factoꝝ qđ non manifestandũ sit. Non est enim aliquid absconditũ qđ non manifestetur:nec factum est occultũ.aliquid a me.qđ non veniat in palam.pro.sed vt in ꝓpatulum veniat. Vnde liquet ꝙ de factis propriis loquitur:significãdo ꝙ nihil fecit vt esset occultum, sed quicquid fecit/fecit vt publicetur.Et ꝓpterea subdit.Si quis habet aures audiendi audiat.Loquebatur enim de seipso/non manifestans ꝙ de se loqueret. Et dicebat illis. videte quid audiatis. Dixerat ꝙ vult publicari sua dicta & facta:& quia intẽdebat hoc adimplendũ esse per discipulos,ideo monet eos ad considerandũ quicqd audient/procul dubio ab ipso:tum vt mente penetrent quod audierint:tum ne aliud prædicent q̃ qđ audierint ab ipso.tum ne aliqd omittant prædicare eorũ quæ audierint. In qua mensura. Periculũ tacendi/omittendi seu negligendi prædicationẽ integram audi/torum apponitur:explicando ꝙ qua mensura cõmunicauerint audita aliis/eadem mensura fiet eis retributio:& vltra hoc aliquid superaddetur. Sed corrige textum.mensi fueritis.pro.metiemini/remetietur.pro.mensurabitur/vobis:ꝛ adiicietur vobis.Deest. qui auditis. Quod autẽ dicit & adiicietur vobis/intelligitur tam in bono q̃ in malo;hoc est tam in prẽmio q̃ in pœna. Sicut etiã mensu/

ra intelligit tam abundans q̃ deficiens.Ad hæc.n.explicanda subiungit quo ad præmium. Qui habet dabitur illi.Et quo ad pœnã.ꝛ qui non habet etiã qđ habet auferetur ab eo.Et per eum qui habet & eũ qui non habet,significat habens seu non hũs fm debitũ vsum:vt matth.13.diffuse expositũ est. ¶ Et dicebat. Sic est regnũ dei.Parabola hæc apud solum marcũ inuenitur:& affertur cõsequenter ad declarandũ modum quo apostolica prædicatio fructificat.Et intendit ꝙ discipuloꝝ est prædicare ad similitudinẽ seminantis:ita ꝙ germinatio & fructificatio expectetur aliunde.s.a cordibus auditorum,sicut germinatio & fructificatio seminis expectatur a terra:& quẽadmodum tẽpore messis apponitur falx,ita producto ꝑdestinato fructu/succidunt viri insti ex hac vita. Hęc est intẽtio parabolę huius.regnum dei.in militanti ecclesia incipiens.quẽadmodum si homo iaciat sementẽ in terra,ꝛ dormiat ꝛ exurgat nocte ꝛ die.Referuntur hæc ad hominẽ qui seminauit.Et significatur per hęc hominem occupari suis naturalibus necessitatibus/& vacare suis exercitiis. Nam ordinanda est litera applicãdo singula singulis.s.noctem dormitioni/& diem exurrectioni.Ac si aperte diceret.& vacet negocius suis. Significatur enim per hoc ꝙ non opera hominis ꝑdicantis efficitur fructificatio seminis iacti in terram.ꝛ semen germinet ꝛ increscat.Prius descripsit dispositionẽ hominis qui seminauit, modo describit dispositionẽ seminis seminati.dum nescit ille.Nescit siquidem homo qui seminauit quid sub terra fiat donec semen germinet. Et similiter nesciunt ꝑdicatores quid verbum dei seminatum per prædicationẽ hominis operetur/donec ꝑdeat in opus. Ultro enim terra fructificat. Significatur enim per vltroneã fructificationẽ/ex libero arbitrio prodire fructum auditi diuini verbi.ita tamẽ vt subintelligas simul diuinã gratiam:sicut in terra subintelligitur cõcursus superiorũ causarum.s.caloris solaris/pluuiæ & huiusmodi.cõcurrentibus enim his intelligitur terra fructificans.Et significatur per progressum fructificationis terrę/progressus fructificationis cordis suscepto semine diuini verbi. Et describitur ordo/quia nemo repẽte fit summus:sed primum exercetur operibus incipientiũ,deinde proficientium, & demum perfectoꝝ.primus herbam:deinde spicam:deinde plenum frumentũ in spica.Et quum exierit ꝑduxerit.pro.quum autẽ productus fuerit fructus.Significatur enim ꝙ quum prædestinatus fructus regni cœlorũ (hoc est præsentis ecclesiæ) productus fuerit/statim erit finis. Potest nihilominus intelligi de producto fructu cuiusq; electi:quoniã tunc est messis particularis per mortem illius.statim mittit falcem:quoniã adest messis. Quãtum ad parabolã illemet hõ significatur mittens falcẽ qui seminauit.quãtum vero ad sensum/principalis seminator (.s.iesus chris) significat:ipse.n.qui in ꝑdicatoribus iacit semen verbi diuini in terram/per angelos meter.

Et dicebat. Cui assimilabimus regnũ dei:aut cui parabolę.pro.in qua parabola/cõparabimus illud? Alia recitatur parabola de grano sinapis;quæ exposita est matth.13.Et apponit vt declarato modo fructificandi/declaretur vis euangelici seminis quod prædicatur. Sicut granum sinapis: qđ quum seminatũ fuerit in terra/minus est oĩbus seminibus quę sunt in terra.ꝛ quũ natum fuerit/ascendit in arborẽ.Nescitur quis apposuerit has duas dictiones.s.in arborẽ.ꝛ fit maius omnibus holeribus.ꝛ facit ramos magnos:ita vt possint sub vmbra eius aues celi habitare pro.nidificare. ¶ Et talibus multis loquebatur eis verbum.Habes apud matthæũ multas parabolas quas marcus sub his verbis cõprehendit. prout poterant audire. Quãuis dns parabolice loqueretur,proponebat tñ eas fm capacitatẽ audientium/vt fructuosæ essent. Multis siquidẽ fructuosæ erant.q̃is multi indigni essent:de quibus dictũ est/vt videntes non videant &c. Sine parabola aũt non loquebatur eis. Non dicit omnem sermonẽ fuisse parabolicum,sed ꝙ habebat parabolam comitem.docebat.n.multa sub propriis verbis & annectebat parabolas. Seorsum aũt.Declarat euangelista ꝙ etiã parabolas habentes aliquid difficultatis declarabat discipulis seorsum a turba. discipulis suis disserebat.pro.dissoluebat/oĩa.Significatur.n.ꝙ soluebat dubia seu nodos difficultatũ. Et ait illis in die illa,quũ sero esset factum.transeamus cõtra.pro.in vlteriorẽ ripam. Et dimittentes turbam,assumunt eũ ita vt erat in naui:ꝛ alię naues erant cum illo. Promptam ac celerem executionẽ describit ab inchoata a nautis nauigatione anteq̃ iesus sedens in nauicula mutaret situm/& anteq̃ distingueret nauicula illa ab aliis nauiculis.Identitas siquidẽ situs iesu significat discendo/ita vt erat in nau.coniunctio autẽ adhuc aliarum nauiculaꝝ/significatur dicendo & aliæ nauiculæ erãt cum illa. Aduerbiũ ita/ad ambo refertur.s.ad situm iesu/& ad coniunctionẽ nauiculaꝝ.Et legendum est cum illa.s.naui:& nõ cum illo.erant.n.nauiculæ multæ iunctæ naui in qua erat iesus docens. Et facta est.pro.fit procella magna venti:ꝛ fluctus mittebat.pro.imittebat/in nauim:ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi/sup cervical dormiens. Et excitant eum.proculdubio discipuli.ꝛ dicunt illi.magister non ad te pertinet.pro.nõ est tibi curę/qz.pro.ꝙ/perimus? Et exurgens cõminatus est vẽto.pro.ꝛ excitatus increpauit ventũ:ꝛ dixit mari tace/obmutesce. Increpat ventum causantẽ fluctus/& silentiũ imponit mari sonantiinon vt ventus & mare percipiant,sed ad ostendendũ hominibus ꝑsentibus ꝙ solo imperio cessare facit vẽtum & fluctus maris. Et cessauit ventus:ꝛ facta est tranquillitas magna.Repente fieri non tranquillitatẽ sed tranquillitatem magnã/testatur opus esse excedens totius naturę facultatẽ. Et ait illis. qđ timidi estis? Deest

aduerbium sic.non enim reprehenditur simplex timor/sed timor sic:hoc est adeo magnus vt præsente iesu timeatur perire.**necdum habetis fidem**? Increpatiue legenda sunt. Obiurgat enim discipulos q adhuc non habeant fidem quũ viderint tot miracula facta ab eo. Monstrauerũt enim minus credere, tum magnitudine timoris,tum excitando iesum a somno:tanq̃ non posset dormiens saluare eos. **Et timuerunt timore magno:z dicebant ad alterutrũ.quis putas est iste,q: ventus.** Deest latinis copula præcedens vẽtum.legendũ.n.est.**q: z ventus z mare obediunt ei.** An soli discipuli nautarũ officium exercentes/an etiã nautæ alii interfuerint qui hæc dixerint,incertũ est. Hoc tñ est certũ q nec discipuli plenã in iesu fidem habebant.illis.n.dictũ est/necdum fidẽ haberis:vt patet matth.ȝ.

CAPVT .V.

ET venerunt trans fretum.pro.**in vlteriorẽ partem/maris,in regionem gerasenoꝝ** pro.**gadarenoꝝ.** Aduertendũ est enim q apud matth.c.ȝ.regio hæc appellatur regio gergesenoꝝ:apud marcum aũt & lucam gadarenoꝝ.Nec aliquid certi cõperio/propter hoc q diuersi diuersa sentiunt:sed parui refert scire nomina locoꝝ seu habitatoꝝ. Si tñ verum est q regio hæc sit trans iordanẽ,nomen gadarenoꝝ quadrat:pro quãto trans iordanem gaditæ acceperunt a moyse portionẽ suam. **Et exeunti ei de naui,statiꝫ occurrit de monumẽtis homo spiritu immundo.** Quãtus duo fuerint apud matth.c.ȝ.marcus tñ tacens vnum non cõtradicit.senioris.n. creditur mentionẽ facere.**qui domicilium habebat in monumẽtis. Et neq̃ catenis tam quisq̃ poterat eũ ligare:quoniã sepe cõpedibus z catenis vinctus/dirupisset catenas z cõpedes cõminuisset:z nemo poterat eũ domare. Et semp die ac nocte in monumẽtis z in mõtibus erat clamans:z cõcidens se lapidibus.** ¶Videns aũt iesum a longe/cucurrit z adorauit eum. Dæmon/aut coactus aut ad malũ aliquod tendens/virtutis actum exercet.propter quod magnus iste religionis actus processisse videt ab animo explorandi an iesus sit filius dei.expertus nãq; in deserto q tentãdo iesum/hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me/nõ potuit cognoscere an sit filius dei,tentat modo contrariã viam.s.adorãdo ipsum iesum. Vnde & asserituę nominat eum filium dei:sicut etiã cum tanta reuerentia adorat. **Quid mihi z tibi iesu fili dei altissimi!** Fingit dæmon nihil cõmune esse sibi & christo:hoc est nihil negocii habere cum eo:quũ tamen multũ negocii cum eo haberet rentando. **Adiuro te per deũ.** Verba hæc fuerunt dicta a dæmone postq̃ iesus dixerat ei/exi spiritus immunde:vt manifeste subiungit euangelista.**ne me torqueas.** Imperium iesu vt dæmon exeat/tormẽti naci in proprio velle. **Et interrogabat eum.qõ tibi nomen est!** Iesus interrogat/vt ipsemet dæmon fateatur inuitus multitudine:ad hoc vt magnitudo miraculi innotescat/& ad hoc vt cognoscat quãq; multitudinẽ dæmonum ei subiici. **Et dicit ei legio mihi nomẽ est:q: multi sumus.** ¶Et deprecabatur eum multũ ne se expelleret extra regionẽ. Hinc apparet affectus diuersoꝝ dæmonum ad diuersas regiones.nisi.n.multitudo hæc affecta fuisset regioni illi,nõ petisset extra regionẽ nõ mittere. **Erat aũt ibi circa montem grex porcoꝝ magnus pascens in agris.** Superfluit in agris. **Et deprecabantur eum spũs.**pro.**oẽs dæmones dicentes.mitte nos in porcos/vt in eos introeamus. Et cõcessit.**pro.**permisit eis statim iesus.** Hinc habes potestatẽ naturalem dæmonũ ligatam teneri/in pœnam sui peccati.si enim libere vti possent sua potentia,non indiguissent licentia iesu ad, inuadendum porcos:& intolerabilia mala facerent. **Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos:z magno impetu grex precipitatus est in mare ad duo milia.**pro.**erant aũtẽ fere bis mille.**procul dubio porci.**z suffocati sunt in mari. Qui aũtẽ pascebant eos/fugerunt:z nunciauerunt in ciuitatẽ z in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti.**pro.**quid esset qõ factus est:z venerunt.**pro.**veniunt/ad iesum.z vident illum qui a dæmonio vexabatur** sedentẽ vestitum z sanę mentis. In græcis codicibus subiungunt hæ quatuor dictiones/eũ qui habuerat legionem.Et significat per hoc magnitudo facti:vt non solũ significet dæmonio vexatus sed legione dæmonum oppressus/iam sedens & vestitus & sanę mentis,qui prius nudus discurrebat & furiosus. z timuerunt. **Et narrauerũt illis.**egressis ex ciuitate **qui viderant/qualiter factũ esset ei qui dæmonium habuerat:z de porcis. ¶Et rogare ceperunt eum vt discederet de finibus eoꝝ.** Illi qui egressi fuerant de ciuitate/timentes ne peius aliquid iactura porcorũ subsequeretur,rogant venerando tantam autoritatẽ monstratã in curatione illius furiosi/vt discedat a regione illa. ¶**Cuiuꝫ ascenderet.**pro.**z ingresso eo/nauim,cepit illuꝫ deprecari q a dæmonio vexatus fuerat vt esset cũ illo. Et non admisit eũ:sed ait illi.vade in domũ tuam ad tuos:z annicia illis quãta tibi dominus fecerit.** Non dicit quãta ego fecerim tibi/sed in deum refert:quem hebreoꝝ more appellat dñm. Vnde apparet hebreum fuisse illum hominẽ in quo fuerat legio.nisi enim fuisset hebræus,nõ hebraco more nuncupasset deum iesus/illi mandata dando.z **misertus sit tui.** Ordo præpositerus.nam sensus est annuncia q dñs misertus tui fuerit/& quanta tibi fecerit.prior.n.est sublevatio a miseria ꝯ collatio bonoꝝ. **Et abiit:z cepit predicare in decapoli quãta sibi fecisset iesus.z oẽs mirabantur.**

Et quũ transcendisset.pro.**z quũ traiecisset iesus in naui rursus trans fretũ** pro.**in vlteriorẽ**

ripam,conuenit turba multa ad eum:z erat circa mare. Et venit quidam.pro.**z ecce venit vnus/de archisynagogis nole iairus:z videns eum,cecidit ad pedes eius.z deprecabatur eum multũ/dicens quoniã filia mea in extremis est.** Quod apud matth.dicit modo moriebat/hic dicitur in extremis est. **veni/impone manũ tuaꝫ** pro.**manus**/plr.& suppliuit tuam.**sup eam vt salua sit,z viuat.**pro.**viuet.** Affirmat enim archisynagogus/q si iesus imposuerit filiolæ suæ manus/sequet vita:hoc est q non morietur q̃uis sit in extremis. **Et abiit cum illo:z sequebatur eum turba multa: z cõprimebant eum.** ¶ **Et mulier quę erat in profluuio sanguinis annis duodecim/z fuerat multa perpessa a cõpluribus medicis/z erogauerat oia sua,nec quicq̃ ꝓfecerat/sed magis deterius habebat:quũ audisset de iesu,venit in turba retro:z tetigit vestimẽtuꝫ eius.** Dicebat enim q si vel vestimẽtum eius tetigero/salua ero. **Et confestim siccatus est fons sanguinis eius:z sensit corpore q: sanata eẽt a plaga.**pro.**a flagello.** Ægritudinẽ.n.appellat flagellũ dei. **Et statim iesus in semetipso cognoscens virtutẽ quę exierat de illo.**pro.**de se.** Intellige virtutem de iesu exire non migratione sed effectu. **Uersus ad turbã/aiebat.qs tetigit vestimẽta mea:** non corpore,sed fide. De,quo tactu si intellexissent discipuli,non admirati fuissent verba iesu. **Et dicebant ei discipuli ipsius.vides turbam cõprimentez te,z dicis quis me tetigit!** ¶**Et circũspiciebat videre.**pro.**vt videret/eam quę hoc fecerat.** Volebat iesus manifestari miraculũ factũ non solum ob diuinã gloriam ex illo miraculo,sed ad vtilitatẽ fidei in archisynagogo. Sciebat enĩ ipse affuturos statim nuncios mortis puellæ:& oportere augeri fidem archisynagogi ad credendũ q etiã mortuam filiam posset suscitare. **¶Mulier vero timens z tremens,sciens qõ factum esset in se/venit z cecidit ante eum:z dixit ei oẽm veritatẽ.**pro.**omnẽ cãm/suam.** ¶**Ille autẽ dixit ei. Filia/fides tua te saluã fecit.vade in pace:z esto sana a plaga tua.**pro.**flagello tuo.** Manifestat iesus fidẽ mulieris meruisse salutẽ/vt augeatur fides iairi psentis. ¶ **Adhuc eo loquẽte/veniunt nuncii ad archisynagogum.** In græco non habet dictio nuncii:nec habetur ad archisynagogũ/sed ab archisynagogo. Significatur domesticos venisse a domo archisynagogi.hos enim describit dicendo q veniunt ab archisynagogo: hoc est domestici a domo archisynagogi/proculdubio ad ipsum iairum archisynagogum. **dicentes.**s.archisynagogo.**q: filia tua mortua est,quid vltra vexas magistrum!** Non credebant illi iesum posse suscitare mortuã:& ꝓpterea vanam dicebãt esse solicitationẽ iesu ad veniendũ domum. **Jesus autẽ.**Deest.**statim/audito verbo qđ dicebatur,ait archisynagogo.noli timere.** Hinc apparet iairum in periculo finisse timẽdi iacturã filiæ esse irreparabilẽ.**tantũmodo crede.** Nihil aliud a te exigitur nisi vt sicut credidisti me posse sanare filiam tuam in extremis constitutã,ita credas me posse tibi illam q̃uis mortuã restituere viuam ac sanam. **Et non admisit.**pro.**permisit/quẽq̃ se sequi,nisi petrum z iacobuꝫ z ioãnem fratrẽ iacobi.** Intellige hæc de sequela ad ingrediendũ domum iairi.reliquit.n.turbã & discipulos reliquos quũ esset prope seu iuxta domũ. **Et veniunt.**pro.**venit.**s.iesus.**in domũ archisynagogi.z vidit.**pro.**videt/tumultum:z flentes z eiulantes multuꝫ. Et ingressus ait illis.quid turbamini.**pro.**tumultuamini/z ploratis:puella non est mortua sꝫ dormit.** Sciebat iesus illam esse mortuã.nec tñ falsum dixit:intẽdens non esse ,mortuã sibi sed dormire sibi deo:cui tam facile erat suscitare illã a morte q̃ facile fuisset homini excitare illã a somno. **Et irridebant eum.** Deest.**scientes q esset mortua.** Et scripsit hoc euangelista ad firmandũ testimoniũ veræ mortis:& cõsequenter veræ resuscitationis subsecutæ. **Ipse vero eiectis oibus.** Noluit coram turba hoc miraculum facere/qui tñ alios publice suscitauit:ad instruendũ vtrunq; qñq; oportere seruari proloco & tẽpore.**assumit patrẽ z matrem puellę:z qui secum erant.**s.petrum/iacobũ & ioãnem. **Et ingrediuntur.**pro.**ingreditur/**vbi puella erat iacens:**z tenens manuꝫ puellę/ait illi.** Thabita. Græci scribunt.**talitha/cumi qđ est interpretatuꝫ/puella (tibi dico)surge.** Nota hic duo. Alterum est q illę duę dictiones tibi dico/non significant verbis iesu (talitha cumi)sed interpositę sunt ab euangelista vel ad maiorem expressionẽ autoritatis verbi iesu/q solo dicere suscitauit eam.vel(quod magis crediderim)accentus/articulus seu modus ꝓferendi a christo,exꝑssus est ab euangelista per has dictiones/tibi dico. Alterum est q imperatiuũ surge/significatur per dictionem hebraicã cumi.puella autem vel non significatur per dictionẽ talitha directe,sed tanq̃ genus/si talitha nomen erat proprium illius puellæ.quia enim significauit tunc individuũ puellæ,ideo euãgelista interpres dixit puella surge. Vel chaldaica dictione ab hebreis vsurpata talitha/puella significat.maior enim est autoritas euangelistę interpretantis talitham puellam q̃ quoscunq; aliter sentientes. **Et cõfestim surrexit puella z ambulabat.**vt intelligas non solum viuam sed sanã. **Erat autẽ annoꝝ duodecim:et obstupuerunt stupore magno.** ¶**Et ꝓcepit illis vehementer** . affectu humilitatis & vitandæ humanæ gloriæ. **vt nemo id sciret.** Perspice differentiã temporoꝝ miraculum mulieris curatæ a fluxu sanguinis latens/ voluit manifestari,quia tẽpus vigebat ad augendã fidem archisynagogi:hoc autẽ miraculum vult latere,quia non imminebat necessitas tunc manifestandi. Vtroq; aũt opere docuit discipulos vt pro loco & tempore quãdoq; manifestarent miracula quæ facturi erant,& quãdoq; procurarent manere occulta. **Et iussit dare illi manducare.** Ad cumulum testimonii veræ resurrectionis:vt obstupescentes pa

tentes & discipuli comprobarent non esse phantasma id quod videbant. Reliqua circa hæc miracula expositā vide matth.9.

CAPVT .VI.

EGressus inde abiit in patriam suā.hoc est in nasareth. ꝛ sequebantur.pro.sequuntur/cum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere:ꝛ multi audientes admirabantur in doctrina eius. In græco nihil aliud est q̄ obstupescebant:ita ꝙ nihil dicit de doctrina.dicentes.vnde huic hęc oia? In græco non est oia.ꝛ quę est ista sapientia quę data est illi:ꝛ virtutes tales quę per manus eius efficiūtur? Nōne hic est faber. Apud matth.dicit fabri filius:apud marcū vero faber cum articulo.f.ille faber.vt intelligamus vtrū ꝙ ē dictū:& ꝙ erat filius fabri & ꝙ erat faber.pſonaq; certa fabrilis artis significat p articulū. ℣ Hinc aūt hēmus vnde satisfiat curiosis quęrentibus/qd fecerit iesus vsq; ad trigesimū annum? Vacabat.n.exercitio fabrili.Et hoc valde cōgruit testimonio humano ꝙ non vacauit literis/non scientiis/non doctrinę legis:vt certa cognitione scirent omnes compatriotæ ꝙ scientia eius non erat humanitus acquisita. Vnde cōcines obstupescunt,non solū de miraculis sed de sapientia(hoc est de scientia diuinorū)quæ apparebat in iesu.filius marię:ꝛ frater iacobi ꝛ ioseph.pro.ioſe/ꝛ iudę ꝛ simonis:nōne ꝛ sorores eius hic nobiscū sunt? Et scandalizabantur in illo.Qui alios erant testes de vtū ꝙ scientia iesu non erat humano studio acquisita/videntes eum plenū sapientiæ & gratię miraculoꝝ:vnde debebant moueri ad credendū & laudandū deum,inde mori sunt ad cadendum/inde ruerunt. Et dicebat illis iesus.q; non est ꝓpheta. Superfluit qa.sine honore.pro.inhonoratus. Quod pessimus est. Significat enim esse contēptum, nisi in patria sua/ꝛ in domo sua/ꝛ in cognatione sua. Quāuis etiā extra patriam prophetæ quādoq; despiciant:quia tū cōmuniter cōtemnuntur ꝓphetæ apud suos,ideo dñs dixit nisi in patria/cognatione & domo sua:ad spāliora semper descendens. Et non poterat ibi virtutē vllam facere.Non ex defectu potentiæ,sed ex impedimento imo repugnantia obiecti.est enim sermo de potentia nō absoluta, sed ordinata. Nā sicut potentiæ naturales non possunt ꝓprios effectus producere nisi in patiente dispositō,ita potentiæ ordinariæ ad curationes & miracula/nō possunt producere effectus nisi in patiente dispositō per fidem:quæ qa istis nasarenis deerat,ideo dicit ꝙ non poterat virtutē vllam facere.nisi.Addenda est cōiunctio ꝙ.paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur. vera admiratiō/causata ex ignota sibi experimentalit inhdelitate cōperta in nasarenis cōtra oēm rationē.propter incredulitatē.pro.infidelitatem/eoꝝ.Refertur hęc cā ad vtrūq;.f.nō poterat & mirabat. Et significat simul indispositio nasarenoꝝ ad recipiendum effectus miraculoꝝ.ꝛ circuibat castella in circuitu/docēs.Expertus incredulitatē nasarenoꝝ/quęrit fructū facere in castellis per circuitū,ne culpa nasarenoꝝ isti posthēant.Reliqua circa gesta i nasareth exposita vide matth.13.

¶ Et cōuocauit duodecim:ꝛ cepit eos mittere binos:ꝛ dabat illis potestatē spirituū īmundoꝝ.f.ordinariam:hoc est efficacē tunc si tam ex parte apostoloꝝ q̄ ex parte curandoꝝ seu agentium pro ipsis concurrerent quæ cōcurrere debent. Ex parte.n.alioꝝ debebat cōcurrere fides. ex parte autem apostoloꝝ debebant etiā concurrere quædā:puta oratio & ieiunium. Vnde non potuerunt eicere demonium:de quo dñs dixit/hoc genus dæmonioꝝ non eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Et præcepit illis nequid tollerent in via nisi virgam tantū. Matth.10.dicit nec virgam. Solutio est ꝙ virga ad officium defensionis(sicut & cætera arma defensiua)inhibita est:virga autē ad officium sustētationis in itinere cōcessa est.non peram/non panē/neq; in zona ęs:sed calceatos sandaliis. Matth.10.dicitur neq; calciamenta. Solutio est,ꝙ apud matth.duplicata calciamenta inhibent:hic vero mittunt calciati sandaliis/iuxta illoꝝ morem. Non enim fecit eos vendere calceos & emere sandalia:quum ab vniuersa euangelica doctrina discrepet solicitudo circa figuram calceoꝝ/vestis & cuiuscūq; opimenti. indigna siquidē tali tantoq; doctori est huiusmodi cura:a quo nullū simile præceptū inuenitur. Nullū enim de colore/quātitate aut figura vestium/nullū de barba aut capillis/& vniuersaliter nullū de hmōi indifferentibus corporeis præceptū inuenitur a iesu datum:sicut nec de differentia cibi aut potus.vt etiam per hoc cognoscamus ipsum esse deū qui fecit omnia/cui oia seruiunt:cui nihil horū displicet,q vniuersis in toto orbe nationibus leges dabat/oībus & singulis cōgrua/nulliq; incōmodas/nulla exceptione alicubi aut aliqñ egentes. Ex industria itaq; marcus dixit ꝙ misit eos calceatos sandaliis/prout erant calceati:ne erraremus in matth.intelligendo iesum prohibuisse calciamenta.ꝛ ne induerentur duabus tunicis.Ne despias intelligendo iussisse iesum discipulis/vnica tantū veste indui:sed prohibet indui vestibus mutatorijs.& ꝓpterea eiusdē speciei vestes duplices inhibuit.f.tunicas.alteram induendo/& alterā seruando ad induendū loco prioris. Et dicebat eis.quocunq; introieritis in domum,illic manete donec exeatis inde.f.de illo oppido/ciuitate seu villa.mutationē enim hospitij prohibet. Et quicunq; non receperint vos/neq; audierint vos,exeuntes inde excutite puluerē de pedibus vestris/in testimoniū illis.hoc est in signum testimonij/tum ꝙ non ex vobis sed ex illis procedit priuatio diuinæ gratiæ apud illos.tum ꝙ nihil cōmune vobiscum habebunt in regno cęloꝝ/sicut vos nec puluerē habetis coꝝ. ℣ Scito apud græcos post hæc verba subiungi.amē dico vobis,tolerabilius erit sodomis aut gomorris in die iudicii q̄ ciuitati illi.Hęc in textu græco:quę matth.10.cum reliquis exposita sunt. Et exeuntes predicabant vt pœnitentiā agerent:ꝛ demonia multa eiiciebant:ꝛ vngebant oleo multos ęgros. Credēdū est præcepto iesu eos hoc fecisse.non.n.fas est credere ex ꝓprio sensu vsos fuisse vnctione. Verum hæc vnctio non sacramētalis intelligit(qualis est vnctio extrema qua vtit ecclesia)sed inirium quoddā.ꝛ sanabant.pro.ꝛ sanabat.Et refert ad oleū. significat.n.ꝙ oleū sanabat ægrotos. Vnde apparet ꝙ oleo vtebant ad sanandū/non ad sacramētum ministrādū.Apparet quoq; ꝙ statim sequebat sanitas:alioqn nō fuisset cognita virtus olei sanātis.

Et audiunt rex herodes. Iste herodes titulo non erat rex sed potestate.erat.n.tetrarcha galilææ.manifestum enim factū est nomen eius.ꝛ dicebat ꝙ ioānes baptista resurrexit a mortuis:ꝛ ꝓpterea virtutes opant in illo.Alii aūt.supple nōnulli.dicebant qz helias est.alii vero dicebāt qz ꝓpheta est,quasi vnus ex ꝓphetis. Harum trium opinionū de iesu/prima super migrationē spiritus de corpore in corpus fundatur.Et nescio vnde ortum habuerit migratio talis,f.in hominē contemporaneū. Secunda autē super prophetiā malachiæ de aduētu heliæ. Tertia ancipitē habet sensum/an significet vnum ex prophetis rediisse:iuxta traditiones quorūdam philosophoꝝ de circulo animarū.an significetur ꝙ iesus est propheta similis antiquis ꝓphetis.Et si hoc significat,rationabilior cæteris hæc opinio fuit. Quo audito herodes ait.quē ego decollaui ioānem/hic a mortuis resurrexit. Desunt latinis dnæ dictiones.altera verbū est.altera pronomen ipse.puncto tamē intermedio. Ita ꝙ legēdum est.quem ego decollaui ioānem hic est.& deinde subiungit/ipse a mortuis resurrexit.Et hæsitando non definiendo dixit herodes hæc verba:vt patet apud lucā. ¶ Ipse enim herodes misit ac tenuit ioānem ꝛ vinxit eum in carcere/ꝓpter herodiadē vxorem philippi fratris sui:qz duxerat eā.Deest vxorem.Dicebat enim ioānes herodi.non licet tibi habere vxorē fratris tui.Herodias autez insidiabatur illi:ꝛ volebat occidere eum/nec poterat.Herodes autē.pro.enim.Redditur.n.ratio quare herodias nō poterat ioānem occidere.metuebat ioānem:sciens eum virū iustum ꝛ sanctū.ꝛ custodiebat.pro.obseruabat/eū:ꝛ audito eo multa faciebat:ꝛ libēter eum audiebat.Hi actus virtutum qui narrantur de herode/intelligendi sunt fictiue iuxta verbum dñi appellantis herodē vulpem: & testimoniū matthæi ꝙ herodes volens ioānem occidere timuit populum.Ficte itaq; herodes exercebat hos virtutū actus erga ioānem:ob quā fictionem non poterat herodias occidere ioānem vt volebat.marcus.n.refert apparētes actus.Et quū dies opportunus accidisset,herodes natalis sui. In græco habet.qñ herodes in natalitiis suis/cenā fecit.pro.faciebat/principibus.pro.primatibus/ꝛ tribunis.qui præsunt mil'e.ꝛ primis galileę: quūq; introisset filia ipsius herodiadis/ꝛ saltasset/ꝛ placuisset herodi simulq; recūbentibus.pro.accūbentibus,rex ait puellę.pete a me quod vis/ꝛ dabo tibi.Et iurauit illi:qz quicqd petieris/dabo tibi,ꝛ dimidiū regni mei. Quę quum exisset/dixit matri sue.quid petam? At illa dixit.caput ioānis baptistę. Quūq; introisset statim cum festinatione ad regem,petiuit dicens.volo vt ꝓtinus.Superfluit ꝓtinus.des mihi in disco caput ioānis baptistę.Et cōtristatus rex,propter iusiurandum ꝛ ꝓpter simul recūbentes noluit eam cōtristare.pro.reiicere.sed.pro.ꝛ ꝓtinus/misso. Deest rex. Legendū est.rex misso speculatore/precepit asserri caput eius in disco. Superfluit in disco.sed desunt tres aliæ dictiones. ille autez abiit.Significat enim ꝙ speculator abiit ad exequendū mandatum.ꝛ decollauit eum in carcere.Et attulit caput eius in disco:ꝛ dedit illud puellę:ꝛ puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt:ꝛ tulerunt corpus.pro.cadauer/ eius:ꝛ posuerunt illud in monumento. Gesta hæc/exposita vide matth.14.

Et conuenientes apostoli ad iesum/renunciauerunt ei omnia quę egerant ꝛ docuerant. Nota apostolos singula tam quæ egerant q̄ quæ docuerant referre ad iesum:vt hinc discāt prædicatores ad prælatum referre & quæ egerint & quæ docuerint. Et ait illis.venite seorsum in desertuz locum:ꝛ requiescite pusillū.Erant enim qui veniebant ꝛ redibant multi:ꝛ nec spatium māducandi habebant.Prouidet pius ac prudens magister discipulis de aliquātula quiete:instruens prælatos qd agere debeant cum ministris suis.Et ascendentes in nauim abierunt. In græco non habentur hæ tres dictiones/ascendentes in nauim.nec habet abierunt,sed abiit. Ita ꝙ legendū est.Et abiit.Significat.n. de iesu ꝙ abiit.in desertū locum.Deest.nauī/seorsum.Significatur ꝙ iesus abiit nauicula in locū desertum.qui erat in territorio ciuitatis bethsaidæ:vt lucas dicit. Et viderunt eos abeūtes:ꝛ cognouerunt. Deest.eum.f.iesum.multi:ꝛ pedestres de oībus ciuitatibus cucurrerunt.pro.concurrerunt/illuc:ꝛ preuenerunt eos.pro.cōuenerunt ad illum. Vbi patet ꝙ non significat istos concurrentes ad iesum/ꝓtæueniſſe descensum iesu de nauicula:sed ꝙ cōuenerunt ad iesum iam existentē in deserto. Et exiens.de secretiore loco in quo erat.vnde & lucas dicit ꝙ excepit eos. Significatur.n.ꝙ iesus q̄uis sequestrauerit se & suos discipulos a turbis,videns tñ tot ad le cōcurrisse in desertū/nō diuertit ab eis,sed exiuit ad eos/sed excepit eos. vidit turbam multā iesus.ꝛ misertus est sup eos:qz erant sicut oues non habentes pastorē.Magna indigentia significat per hanc similitudinē:oues enim valde egent pastore. Et quū iam hora multa fieret.pro.facta esset. Significat enim tarda diei hora:ad

quã protractus fuerat sermo doctrinæ.accesserunt discipuli eius/dicentes.¶Desertus est locus hic/ & iam hora præterijt. Deest.multa:dimitte illos,vt euntes in primas.pro.circũeuntes/villas & vicos/emant sibi cibos.pro.panes/quos manducent.pro.quod enim manducent non habent. Rationẽ enim reddunt suæ solicitudinis. Et ñdens ait illis.date illis manducare. Præcepit hoc sciens futuram executionẽ quã discipuli impossibilem reputabant. Et dixerunt ei.euntes emamus ducentis denarijs panes:& dabimus.pro.demus/illis manducare? Responsio hæc discipulorũ legenda est interrogatiue:non ad significandum interrogationẽ/sed impossibilitatẽ.consueto.n.modo loquendi significant non habere modũ prouidendi tantæ turbæ quia carent tanta pecunia:quum tñ debuissent exhibere se promptos ad exequendũ iussa/supplicando vt iesus puderet. Et dixit eis.quot panes habetis:ite & videte. Et quũ cognouissent/dicũt.quinq; & duos pisces. Et præcepit illis vt accũbere facerent oẽs sim contubernia. In græco habẽ conuiua cõuiua. Et significat per diuersa conuiua.super viride fenũ.pro.super viridẽ herbam. Et discubuerunt in partes. In græco habetur areolæ areolæ. Et significat per diuersas areolas.per centenos & quinquagenos. Ordinẽ discũbentium describit marcus tripliciter.s.a disiunctione locorũ per diuersas areolas:hoc est diuersas ptes prati disiunctas proprijs suleis/quẽadmodum areolę horto; distinguunt.& a diuersitate contiuuo;: hoc est q; erant distincti velut per diuersas mensas.& demũ a diuersitate numeri:hoc est q; aliquæ areolæ erant capaces centum/& aliquæ capaces quinquaginta.vel potius q; aliquod cõuiuum erat centũ & aliquod quinquaginta. Et descripsit hæc euangelista vt cognoscamus corã iesu non fuisse cõusam comestionẽ:sed ordinate dispositos sedentes ac quiescentes oẽs comedisse. Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus/intuens in cælum.vt oẽs viderent a deo fieri miraculũ.benedixit & fregit panes.propriis manibus melius scindendo q; gladio. Et frangendo multiplicabat.& hoc ad euidentiam miraculi. Vnde etiã & pisces ipsos ipsemet diuisit.& dedit discipulis suis vt ponerent ante eos. Et duos pisces diuisit oibus.& manducauerũt oẽs & saturati sunt. Et sustulerũt reliquias. Superflunt reliquias.fragmentoꝝ duodecim cophinos cophinos plenos:& de piscibus. Ad cumulum testimonij patrati miraculi volunt iesus tot cophinos fragmentoꝝ superesse. Erant autẽ qui manducauerant. Deest.fere/quinq; milia viroꝝ. Aduerbium fere ad numerũ quinq; milium refertur. Reliqua vide exposita circa hoc miraculũ matth.14.¶ Et statim coegit discipulos suos. Inuiti enim discipuli recedebant ab eo:quibus tamẽ cauebat a consortio nocturno tot mulierũ postq; saturata erat turba.ascendere nauim vt præcederent se trans fretum ad bethsaidam. Erat enim aliquãta distantia a deserto bethsaidæ ad ipsam bethsaidã,versus qnã iubet discipulos ire.dum ipse dimittit populũ.pro.turbã. Et quũ dimisisset eos. Græca dictio nõ significat simplicem dimissionẽ:sed dimissionẽ benignã qua amicis recedentibus quasi vale dicimus. Significat.n.q; iesus more celebrantiũ conuiua beneuole eos emisit.in quo maxima iesu comitas etiã ad rusticos cõmendat.abiit in montẽ oratre.pro.vt oraret. Verum hoiem se monstrat orando:exẽplumq; aliis pbet post prædicationẽ/meritẽ ad deũ leuãdi. Et quũ sero esset. pro.factũ esset. Vnde significat q; ante solis occasum dimisit iesus turbam.erat navis in medio mari. Non significat medium per æquidistantiã a ripis,sed profundũ mare.erãt enim 25.seu.30.stadijs longe a terra apud ioãnem.& ipse solus in terra:& videns eos laborantes. Nisi visionem corporalẽ significaret euangelista,non dixisset/q; ipse erat in terra videns eos laborãtes:quoniã intuitu diuino videbat nõ solũ eos sed vniuersa quæ fiunt in cœlo & in terra. Nec obstat q; nox esset: quoniã etiam nocte in monte existentes videmus naviculas in mari prope laborãtes.in remigando. Dictio græca nõ speciem remigationis,sed genus significat cõmune remigationi & actioni qua agimus naues & curras:verũ interptes quia ioãnes explicat quum remigassent stadia quasi.25.ideo speciẽ expressit. Erat enim ventus cõtrarius eis. Et circa quartã vigiliam noctis venit ad eos ambulans sup mare:& volebat præterire eos.hoc est disposuit greſſus suos ad similitudinẽ volentis præterire.talem.n.exhibebat se in ambulatione qualis apud eos erat in mente.s.non fixus/non firma fide. At illi vt viderunt eum ambulantẽ super mare,putauerunt phantasma esse:& exclamauerunt. timentes a phantasmate. Omnes enim viderunt eum:& cõturbati sunt. Et statim locutus est cũ eis:& dixit eis.confidite,ego sum,nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim:& cessauit ventus. Omittit hic marcus verba & gesta inter iesum & petrũ. Et plus magis.pro.valde et abundanti seu valde supra modũ.intra se stupebant. Magnitudo enim stuporis significat:vnde in græco subiungitẽ stupebant & admirabant/ordine præposterο. Non enim intellexerũt de panibus.erat enim cor eoꝝ obcecatũ. Nota etiã in christi discipulis post tot miracula visa/adhuc obcecatum cor:& discе diuinæ gratiæ tribuere donũ fidei/non visioni miraculoꝝ. Et quũ transfretassent/venerunt in terrã genezareth. Hinc apparet terrã genezareth cõem esse bethsaidæ & capharnaũ,quo apud ioãnem venerũt. nam versus bethsaidam præceperat iesus vt irent.& applicuerunt. Deest.in portum. Quinq; egressi essent de naui,continuo cognouerũt eum.pro.agnouerunt eũ. Significat enim q; incolæ recognouerũt eum:vtpote prius eis notum. Et percurrentes vniuersam. Deest.circũacentem/regionẽ illam. Non sufficit incolis agnoscentibus iesum propria consolatio:sed per vniuersam

regionem discurrunt annunciando q; iesus qui facit miracula adest. ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circũferre. Non solum annunciantes:sed incohant circũferre ægrotos in grabatis,ad prouocandũ alios tum ad continuãdum cœptas lationes/tum ad inchoãdum alioꝝ lationes ægrorũ vbi audiebant eum esse. Non manebat iesus in vno loco,sed per regionem discurrebat. Et propterea circũferebantur in grabatis ægroti vt ante eum locarentẽ. Et quocũq; introibat in vicos vel in villas aut ciuitates,in plateis ponebant infirmos:& deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Opus erat prece:quoniã decũbentes in lectulis,non valebant attingere ad iesum/nisi substituisset aut appropinquasset ad eos,vel ecõuerso. Et quotquot tangebant eum,salui fiebant. Quãuis tangerent non carnem sed vestimentũ iesu,euangelista tamen describens rationẽ miraculi/dicit q; tangebant eũ.ipse enim erat(non vestis eius)sanitatẽ donans/mediante tactu suæ vestis. Et considera hic quãtam multitudinem curatoꝝ euangelista simul significat.

CAPVT .VII.

Et conuenerunt ad eum pharisei & quidã de scribis/venientes ab hierosolymis. Et quũ vidissent quosdã ex discipulis eius cõibus manibus(i.non lotis)manducare panes/vituperauerũt.pro.incusauerunt. Significat.n.q; reprehenderunt. ¶Pharisei enim & oẽs iudei nisi crebro laverint manus/non manducant:tenentes traditionẽ seniorꝝ. Et a foro venientes,nisi baptizentur non comedunt. Et alia multa sunt quę tradita sunt illis seruare:baptismata calicuꝝ & vrceoꝝ/& eramentoꝝ & lectoꝝ. Et interrogabant.pro.deinde interrogant/eũ.proculdubio arguendo.pharisei & scribę.quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionẽ seniorꝝ:sed cõibus manibus manducant panẽ? At ille ñdens dixit eis. Bene prophetauit esaias de vobis hypocritis.sicut scriptum est. ¶Populus hic labijs me honorat:cor autem eoꝝ longe est a me.in vanum autẽ me colunt,docentes doctrinas & præcepta hominũ. Superflunt cõiunctio &.Significatur siquidẽ q; doctrinæ eoꝝ sunt præcepta hominũ,appositiue enim legendum est. ¶Relinquentes enim mandata dei/tenetis traditionẽ hominũ:baptismata vrceoꝝ & calicum.& alia similia hꝰ facitis multa. Et dicebat illis.bene irrituꝝ facitis.pro.reiicitis/præceptum dei vt traditionẽ vestram seruetis. ¶Moyses enim dixit.Nota idem appellari a iesu præceptum dei & dictum moysi:vt hinc intelligamus dicta moysi esse dicta dei.honora patrẽ tuum & matrem tuam:& qui maledixerit patri vel matri/morte moriatur. Vos autẽ dicitis.si dixerit homo patri vel matri corban(qđ est donũ)quodcũq; ex mẽ tibi proderit.Aiunt corban non quodcũq; donum/sed deo dicatum significare.& vltra non dimittitis eum quicq̃ facere patri suo aut matri. Vniuersa hæc materia exposita est matth.15.diffuse. Sententia tamẽ horum verboꝝ non tam clara est apud matthęũ:quoniã illic dicit/& non honorificabit patrẽ suum aut matrẽ suam:hic vero dicitur/& vltra non dimittitis eum quicq̃ facere patri suo aut matri suæ. Significat.n.hic q; tollendo materiam debitam a filio patri aut matri/non relinquebant filio vnde subueniret patri aut matri. rescindentes pro.abrogantes/verbum dei per traditionem vestram quã tradidistis. ¶Et similia huiusmodi multa facitis. Hinc habes q; non in hoc solo errabant.

Et aduocans iterũ turbas/dicebat illis. Audite me oẽs & intelligite. ¶Nihil est extra hominem/ introiens in eum,qđ possit eũ coinquinare:sed quę de hoie pcedunt,illa sunt quę coinquinãt hominẽ. Si quis hꝫ aures audiendi audiat. ¶Et quũ introisset in domũ a turba,interrogabãt eum discipuli eius parabolã. Et ait illis.sic & vos imprudentes.pro.sine intelligentia/estis? Nõ intelligitis q; oẽ extrinsecus introiens in hoiem/non põt eum coinquinare:q; non intrat in cor eius,sed in ventrẽ vadit & in secessum exit/purgans oẽs escas? Dicebat autẽ qđ quę de homine exeunt/illa coinquinant hominẽ. ¶Ab intus enim de corde hominũ malę cogitationes procedunt. Primus effectus malæ voluntatis(quæ cor appellat)describitur mala cogitatio.tum vt intelligamus omnẽ malam cogitationẽ esse aliquo modo volũtariam.in cuius signum fatemur in christo/ nullam tentationẽ fuisse intus. Si enim cogitationes malæ inuenirentur inuolũtariæ,non dixisset iesus/ de corde procedũt cogitationes malæ. Tum vt intelligamus inquinari homines solis malis cogitationibus,etiã si nullũ exterius opus malũ/nullus exterior sermo malus adsit.adulteria/fornicationes/homicidia/furta/auaritię/nequitię. Nomine generis significant vel vniuersi mali habitus,appellati nequitiæ qa reddunt hominẽ nequeuntẽ cõtinere se a malis operibus:vel vitia ad luxũ vitæ spectantia, quæ spãliter reddunt hoies impotentes ad ea quæ sunt virtutis. dolus/impudicitię/oculus malus/ blasphemia/superbia.stultitia. Imprudentia(non defectu naturalis sagacitatis/sed cõtrarietate ad virtutem prudentiæ)significat. Sia hęc mala ab intus procedunt:& coinquinant hominem.

Et inde surgens abiit in fines tyri & sidonis:& ingressus domũ/neminẽ voluit scire.tam̃ non venerit prædicaturus gentilibus.& non potuit latere. Non significat impotentia iesu sed impotentia silentii. quis enim iesus veniret non vt publica psona,non potuerunt tamen silere qui cognoscebant ipsum. Superius nãq; cap.3.dictum est q; multi ex idumęa & partibus circa tyrum & sidonẽ conuenerant ad iesum. ¶Mulier enim statim vt audivit de eo(cuius filia habebat spiritũ immundum)in-

trauit.In domũ in qua erat iesus.ꝛ procidit ad pedes eius. Erat aũt mulier gẽtilis syrophenissa genere.Dictio interpretata gentilis ꝓprie significat græcã:sed interpres quia cadẽ dictio translata vi deꝯ in libris noui testamenti qñq; ad significandũ ethnicũ,ideo transtulit gentilis.quod est certius q̃ ꝙ fuerit græca:quũ genere dicatur syra,non cuiuscũq; partis syriæ sed phœnicis.ꝛ rogabat eum vt dẽmoniuꝫ eiceret de filia sua.Qui dixit illi.Sine prius saturari filios.non est enim bonũ sumere panem filioꝝ,ꝛ mittere canibus. At illa respondit,ꝛ dixit illi.vtiq; domine.nam ꝛ catelli comedunt sub mensa de micis pueroꝝ. Et ait illi.propter hunc sermonẽ vade,exiit dẽmonium a filia tua. Et quũ abisset domum,inuenit puellam.pro.filiam,iacentem super lectum ꝛ dẽmonium exisse. Vide exposita circa hæc matth.15.

Et iterum.Alium aduentũ iesu ad mare galileę significat.exiens de finibus tyri venit per sidonẽ pro.de finibus tyri ꝛ sidonis venit,ad mare galileę inter medios fines decapoleos. Decapolis nomen est regionis decẽ vrbium. Et adducũt ei surdũ ꝛ mutum.pro.surduꝫ impeditę linguę. Significatur.n.non mutus sed vix valẽs loqui. Narraturq; a solo marco,hoc miraculũ in specie.ꝛ deprecabant eum vt imponat illi manũ. Et apprehendens eũ de turba seorsum,misit digitos suos in auriculas eius. In græco habet sic.misit digitos suos expuens in aures eius.ꝛ expuens tetigit linguã eius:ꝛ suspiciens in cẽlum,ingemuit. Inter speciales modos quibus quãdoq; vsus est iesus ad curandum,admiratione dignus est iste,cum tot circũstantiis nulla necessitate sed sola uolũtate adhibitis.nam ducit illũ seorsum,tangit loca ægritudinũ,vtitur sputo,in vtrisq; adhibet gemitum,eleuat oculos in cœlum:ad supplendũ quæ deerant ex parte alioꝝ,ad efficaciam ordinarię potestatis quę appellatur gratia curationũ.Nolunt.n.iesus vti excellẽti potestate sua,sed illa ordinaria potestate quã derat discipulis:quæ dispositionẽ exigit ex parte alioꝝ.nihil siquidẽ de huius surdi fide aut deuotione apparet:offerentium autẽ illum minor fides significatur,quũ describuntur precantes vt imponat illi manum. Vndiq; ergo deficiente fide,supplet iesus gemitu,suspectione in cœlum & applicatione proprię carnis ac sputi,tanq̃ sancta instrumẽta adhibendo:nam sancta erant oĩa quæ iesu erant.Et instruxit per hoc discipulos ad supplendũ quãdoq; orationibus & adhibitione sactarũ rerum,ea quę desunt ex parte alioꝝ.ꝛ ait illi.ephphatha:qđ est adaperire.Hebraica dictio est ephphatha:quam ipsemet euangelista interpretatus est per imperatiuũ passiuum aperire. Et dirigitur iste sermo non ad aures sed ad hominẽ:cui dicit fias apertus.Et statim apertę sunt aures eius:ꝛ solutum est uinculuꝫ linguę eius:ꝛ loquebat recte.Hinc firmatur ꝙ nõ erat mutus.non enim dixit,& loquebat:sed dixit,& loquebatur recte. Vnde etiam cõsequenter habet ꝙ nõ erat surdus a natiuitate.surdi enim a natiuitate,neq; recte neq; non recte sciunt loqui.Et precepit illis.humiliatis affectu. Vide q̃ crebro vtitur iesus humilitatis affectu.ne cui dicerent. Quãto aũt eis precipiebat,tanto magis plus predicabant:ꝛ eo amplius admirabant.pro.stupebant,dicentes.bene omnia fecit ꝛ surdos fecit.pro.facit,audire ꝛ mutos loqui.Græca dictio non significat mutos,sed elingues,seu nõ potentes loqui.Directe enim respondet hoc ei quod in principio huius narrationis dictum est,surdũ impeditæ linguæ.Nec mireris pluraliter dici:quia numerus pluralis pro singulari sæpe usurpatur.

CAPVT .VIII.

In diebus illis,iterum quum turba multa esset cum iesu,nec haberent qõ manducarent,cõuocatis discipulis,ait illis.misereor super turbam. Misericordia proprie passio est. est. n.cõdolentia quædam alienæ miserię tanq̃ ꝓpriæ. Verũq; humanũ animum se habere mõstrauit miserendo. Quia ecce iam triduo sustinent me.pro.manẽt apud me,nec habent qõ manducent.Non est putandũ illos triduo ieiunasse:sed cõsumpsisse quicqd habebant alimenti duobus diebus,& tertio die nihil habuisse ad manducandũ. ꝛ si dimisero eos ieiunos in domum suam,deficient in via.quidaq; enim ex eis de longe venerunt. Et respõderunt ei discipuli eius.vñ istos quis poterit hic saciare panibus in solitudine? Discipuli minoris fidei se esse monstrant:q̃uis viderint prius miraculũ quinq; panum & duoꝝ piscium. Et interrogauit eos.quot panes habetis? Qui dixerunt.septẽ. Et precepit turbę discubere super terrã. Et accipiens septẽ panes,gratias agens fregit:ꝛ dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbę. Et habebant pisciculos paucos.ꝛ ipsos benedixit.Pronomen ipsos superfluit hic.Legendũ est enim. ꝛ benedixit ꝛ iussit apponi ꝛ ipsos.s.pisciculos. Et manducauerũt ꝛ saturati sunt.ꝛ sustulerunt qõ superfuerat de fragmentis septẽ sportas. Erant aũt qui manducauerant quasi.pro.fermẽ quattuoꝝ milia.ꝛ dimisit eos. Vide matth.15.exposita circa hoc miraculum.

Et statim ascendens nauim cum discipulis suis,venit in partes dalmanutha. Idẽ locus est qui a matthæo nominat magdala. Et exierunt pharisei:ꝛ ceperunt cõquirere.hoc est disputare. Hæc disputatio videt illa quæ descripta est ioã.6.consonat enim tẽpus:cõsonat & petitio signi de cœlo. cũ eo,querentes ab illo signuꝫ de celo:tentantes eum.Non ad hoc vt crederent petebant signum de cœlo,vel simile mãnæ in deserto,vel aliquid maius,de cœlo tamẽ. Et ingemiscens spiritu.Deest.suo. Condolentiam iesu sup pharisæoꝝ incredulitate,non insurgẽtem ex sele,sed excitatam a ꝓprio ipsius

spiritu

spũ describit. ait.Quid generatio ista signũ q̃rit? amẽ dico vobis,si dabit generationi isti signũ. Sermo mutilus est,cõsonans ingemiscẽti. Vtunt.n.ingemiscẽtes sermone trũcato,quẽadmodũ & irati. Et ꝓpterea sicut deus iratus describit dicẽs,si introibũt in requiẽ meã,ita iesus ingemiscẽs dicit,si dabit generationi isti signũ. Vtrobiq;.n.mutilo sermone significat negatiuus sensus hoc modo prolatus. Et dimittens eos,ascẽdit iterꝝ nauim:ꝛ abiit trans fretũ. Et obliti sunt panes sumere:ꝛ nisi vnũ panẽ non habebant secũ in naui. Et ꝑcipiebat eis,dicens.videte ꝛ cauete. Supfluit &.a fermẽto pharisęoꝝ ꝛ fermẽto herodis. Sicut fermentũ pharisæoꝝ appellat simulatã doctrinã,ita fermẽtum herodis appellat simulatã religionẽ. Fermenti.n.vsus in abscõsione sub farina est. & virtutẽ elementiã ad inanẽ glorã significat. Et cogitabãt ad alterutrũ.pro.ꝛ disputabãt inter sese,dicẽtes q̃ panes nõ hẽmus. Quo cognito,ait illis iesus. Quid cogitatis q̃ panes nõ hẽtis? nõdũ cognoscitis nec intelligitis? adhuc cęcatũ hẽtis cor vestrũ? Prouida dispẽsatione diuina effectũ est vt discipuli iesu visis tot miraculis,adhuc cœcatũ cor haberent:ad tollendũ a mũdo suspitionẽ oĩs humanæ artis in iesu & discipulis eius,per quos postea mũdus cõuersus est ad fidẽ iesu. Oculos hãtes nõ videtis:ꝛ aures hãtes nõ auditis:nec recordamini.q̃n quinq; panes fregi in quinq; milia,quot cophinos fragmẽtoꝝ plenos sustulistis? Dicũt ei. duodecim. Q̃n aũt septẽ panes in quattuoꝛ milia, quot sportas fragmẽtoꝝ tulistis? Illi aũt dixerũt ei.septẽ. Et dicebat eis.q̃o nõdũ intelligitis? ¶ Et venũt bethsaidã.ꝛ adducũt ei cęcũ:ꝛ rogabãt eũ vt illũ tãgeret. Et apprehẽsa manu cęci eduxit eũ extra vicũ:ꝛ expuẽs,in oculos eius ipositis manibus suis,interrogauit eũ si qd videret. In huiꝰ cęci curatiõe vtit quoq; iesus sili mõ quo vsus fuerat in curatiõe surdi impeditę linguę. Et cũ hic nõ fuerit cęcus a natiuitate,sicut nec ille natꝰ surdus,appet ꝙ in iis q̃ erãt faciliora miracula iesus difficilꝰ curat.mortuos.n.suscitat solo verbo:& his minimis adhibet tot media.vt cognoscamꝰ ꝙ nõ ex ipotẽtia iesu hoc ꝓuenit:sed qa defectũ alienę fidei supplet ad efficaciã ptãtis ordinariæ.nã & huius cęci nulla legit fides:& rogãtes petũt vt iponat illi manũ,nõ credẽtes illius impio posse cęcũ curari. Et aspiciẽs.pro.recepto visu,ait.video hoies velut arboꝛes ambulãtes. Desunt i hac ofone duę dictiões. In græco.n.hꝫ.video hoies,quũ velut arbores video ambulãtes. Ita ꝙ cęcus aliquãtulũ videns fatet se videre hoies,nõ qa visu discernat ipsos quos videt eẽ hoies (videbat.n.hoies velut arbores) sed qa videbat eos ambulãtes.ita ꝙ ex ambulatiõe discernebat illos quos sic cõfuse videbat,esse hoies. Deinde iterꝝ iposuit manus sup oculos eiꝰ.ꝛ cepit videre.pro.ꝛ fecit eũ videre.supple denuo. ꝛ restitutꝰ est,ita vt clare videret oĩa.pro.ꝛ vidit clare oẽs. supple hoies. Est in hoc miraculo singulare ꝙ paulatim iesus cęco visum restituit:prio impfecte & deinde pfecte.tũ vt intelligamꝰ quãtus erat defectus alienæ fidei.tũ vt discerẽt discipuli ẽt si impfectũ opꝰ miraculose facerẽt nõ desistere,sed iterꝝ orare,sacra adhibere & hmõi.tũ vt discerem⁹ nõ eẽ a miraculis exẽptas curatiões ipfectas,& q̃ paulati ꝓcẽdo de impfecto ad pfectũ fierẽt:quũ ad deũ seu fctõs cõfugeremus supplicãtes ꝓ sanitate,emissis vel nõ emissis votis. Et misit illũ in domũ suã,dicẽs. vade i domũ tuã. Supfluit vade in domũ tuã.ꝛ si i vicũ ierꝝ. Dissonãt inter se greci codices:dũ qdã sic hñt,alii aũt & neq; in vicũ introieris.neminꝫ dixeris. Deest.in vico.Ex quo appet ꝙ ꝓcedens lfa legẽda est vt textus nr hẽret si in vicũ introieris. Si.n. phibuisset ingressũ i vicũ,nõ subiũxisset neq; dixeris i vico.sed optime q̃drat vt postq̃ dixit & si i vicũ itroieris,subiũxerit nemini dixeris i vico. Plures expositũ est ꝓcepta hæc ex affectu ꝓdire humilitatis.

Et egressus ẽ iesus ꝛ discipuli eius in castella cesareę philippi:ꝛ in via interrogabat discipulos suos,dicẽs eis.quẽ me dicũt hoies eẽ? Qui rnderũt illi,dicẽtes. Supfluit illi dicẽtes.alii ioãnẽ baptistã:alii heliã:alii vero quasi. Superfluit quasi.vnũ de ꝓphetis. Tunc.pro. ꝛ ipse,dicit illis.vos vero quẽ me dicitis eẽ? Respõdens petrus ait ei.tu es christus. Et interminatus est eis.ne cui dicerent de illo.pro.de se. Circa hæc dicta (latius matth.16.scripta) vide quæ ibi scripsimus. Et addẽ ꝙ iõ iesus noluit añ mortẽ suã ꝓdicari a discipulis ꝙ ipse esset messias,ne impedimẽtũ pstaret euãgelio regni cœlorꝝ:ne.f.suspicarent ꝙ ambiret regnũ.messias.n.expectabat rex magnꝰ. Fuisse ãt hãc suspitionẽ tollendã,euẽtus subsecutus testat.qnto.n.die postq̃ acclamatꝰ fuit messias,põtifices & seniores tãq̃ reũ lesę maiestatis fecerunt ipsum crucifigi a ꝓside.Noluit itaq; añ electũ passionis suæ tps hoc publicari, sed cõgruo reseruari tpi. Et cepit docere eos. Post tot miracula,post fidẽ ꝓfessionẽq; discipulorꝝ ꝙ ipse esset messias,incipit aperire discipulis mysteriũ passionis & mortis suę.q̃n.pro.q̃,opꝛ filiũ hois multa pati,ꝛ reprobari a senioribus ꝛ a sũmis sacerdotibus ꝛ scribis,ꝛ occidi:ꝛ post tres dies resurgere. Et palã.pro.libere,verbũ loquebat. Significatur ꝙ iesus ea quæ erant passionis & mortis suæ, libere seu audacter sine verborꝝ inuolucro,sine timore ꝓnũciabat. Et apprehẽdens eũ petrus,cepit increpare eũ. Qui ꝓuersus ꝛ videns discipulos suos,cõminatus est petro.pro.increpauit petrũ dicẽs.vade retro me satana:q̃n nõ sapis q̃ dei sunt,sꝫ q̃ sũt hoiuꝫ. Vide hæc oĩa exposita mat.16. ¶ Et cõuocata turba cũ discipulis suis,dixit eis. Siqs vult me seq̃ deneget.pro.abneget,semetipsum:ꝛ tollat crucẽ suã:ꝛ sequat me. Qui.pro.quicunq;.n.voluerit aiam suã saluã facere,pdet eã. qui.pro.quicũq;,aũt pdiderit aiaꝫ suã ꝓpter me ꝛ euãgelijũ. Deest.hic,saluã faciet eã. Quid.n. ꝓderit hoi si lucret mũdum totũ,ꝛ detrimentũ aię suę faciat? aut qd dabit hõ cõmutationis pro.aut quã dabit hõ cõmutationẽ ꝓ aia sua? Hæc oĩa fuerũt exposita matth.16. Qui.n.me cõfes

sus fuerit ꝛ verba mea. Corrupti sunt codices (vt credit) a scriptoribus. debet legi erubuerit. in gene
ratione ista adultera. Appellat generatio illa indæoꝝ adultera/quo ad affectum: qñ relicto affectu dei
ranꝫ ꝓprii viri/adhærebat sibiipsi/seipsam solã amans. ex hoc. n. postea occiderunt christũ: restantibus
ipsis/ne forte venirent romani & tollant locũ nostrũ. ꝛ peccatrice. Ex ꝑdicto enim adulterio multitudo
oriebat peccatoꝝ. ꝛ filius hois confitebit. pro. erubescet/eũ. Similiter. n. corruptus est huc textus. quꝫ
venerit in gloria patris sui cũ angelis sanctis. Conueniens describit retributio, vt qui verecũdat in
hac vita fateri aut imitari christũ/christus quoq; quũ venerit in gl̃a verecũdet hẽre ipsum inter suos.

CAPVT .IX.

ET dicebat illis. amen dico vobis q; sunt quidã de hic stantibus qui non gustabunt
morte donec videant regnũ dei veniens. pro. venisse/in virtute. Hæc marci verba. s. ve
nisse in virtute (quæ matth. 16. nõ habent) fauent intelligẽtibus dũm loq de resurrectione
sua quũ dicit/donec videant regnũ dei venisse in virtute. Tunc. n. & nõ ante venit regnũ in
virtute ĩmortalitatis corpalis & in plenitudine ptãris iesu/quũ data est ei ois ptãs in cœlo & in terra: &
victa morte/ẽt totũ corpus iesu in regnũ dei translatũ est, nulla passibilitate animi vel corporis rema
nente. Hæc. n. ex regno peccati venerũt & excludunt a regno dei. Et post dies sex assumpsit. pro. assu
mit/iesus petrũ ꝛ iacobũ ꝛ ioãnem: ꝛ duxit. pro. subducit/illos in montẽ excelsuꝫ solos. In græco
habet seorsum solos. Videt. n. significati ꝙ non cũ aliis sed segregatos ab aliis seorsum in loco ab alioꝝ
discipuloꝝ loco remoto/duxit illos tres solos. ꝛ trãsfiguratus est. pro. trãsformatus est. Nõ. n. figura
sed forma exterior mutata est. coram ipsis. Et vestimẽta eius facta sunt splẽdentia ꝛ. supfluit &. cãdida
nimis velut nix: q̃lia fullo nõ pot sup terrã cãdida facere. Et apparuit. pro. visus est/illis helias
cũ moyse: ꝛ erãt loquẽtes cũ iesu. Et rñdens petrus ait iesu. rabbi bonũ est nos hic esse: ꝛ facia
mus tria tabernacula: tibi vnũ/moysi vnũ/ꝛ heliæ vnũ. Nõ. n. sciebat qd diceret. erant. n. timore
exterriti. Et facta est nubes obũbrans eos: ꝛ venit vox de nube/dicens. hic est filius meus cha
rissimus. pro. dilectus/audite illũ. Et statim circũspicientes, neminẽ amplius viderũt nisi iesum
tm̃ secum. Et descendentibus illis de monte/pcepit illis ne cuiq̃ qđ. pro. quę/vidissent narra
rent: nisi quũ filius hois a mortuis resurrexerit. Spectãtia ad hãc dñi trãsfigurationẽ/vide exposita
matth. 17. Et verbũ continuerũt apud se: cõquirentes qd esset quũ a mortuis resurrexerit. pro. il
lud a mortuis resurgere. Significatur. n. ꝙ isti tres discipuli inter se disputabant illud a iesu dictũ. s. a
mortuis resurgere. Dixerat. n. nisi quũ filius hois a mortuis resurrexerit: & nõ penetrantes resurrectionẽ
seu resurrectionis statũ ĩmortalẽ & gloriosum/disputabãt inter se, non qd significaret sed qd esset iesum
a mortuis resurgere. Et interrogabant eũ/dicentes. Quid ergo. Supfluit ergo. dicũt pharisei ꝛ scri
bę. Supfluunt duæ dictiones. s. pharisei &. Legendũ est. n. interrogative. qđ dicũt scribę q; heliã opor
teat venire primũ: Rõ interrogandi de aduẽtu helię & rñsio iesu/expositæ sunt matth. 17. diffuse. Qui
rñdens/ait illis. Helias quidem venerit primo restituet. pro. restituit/ois. Ptis tpis est restituit. Quo
ad sensum aũt nihil refert. qđ nobis. n. futurũ est, hoc pñs erit tpe heliæ. ꝛ quo scriptũ est in filiuꝫ. pro.
de filio/hois vt multa patiat ꝛ ptẽnat. Sed dico vobis q; ꝛ helias venit, ꝛ fecerũt illi quęcũq;
voluerũt: sicut scriptũ est de eo. Tam alieni sigdem erant discipuli a fide passionis & mortis iesu, vt
fidei de aduẽtu helię interferat iesus fidẽ passionis & mortis suę. ꝓterea quũ cõprobasset dictũ scriba
rũ de aduẽtu heliæ, statim adiungit/& quo scriptũ est de filio hois vt contẽnat &c. vt vel sic ex cõsortio
sillis credibilis incipiãt credere futurã passionẽ & mortẽ ipsius. ℣ Vbi ẽt perspice ꝙ prius pnũciauit pas
sionẽ & mortẽ suã absolute: mõ aũt reperẽdo pnunciat ꝓphetatã in sacris scripturis mortẽ passionẽq;
suã. Et qñ nesciẽtibus sacras scripturas loquebat, muniuit hoc credendũ duplici testimonio. s. sili fide
venturi heliæ, & morte ioãnis baptistæ/silr ꝓphetata: vt sicut credũt ꝓphetatũ heliam venturũ/& sciũt
ioãnẽ baptistã mortuũ, ita credant vere futurã passionẽ & mortẽ ipsius iã ꝓphetatã in scripturis.
Et veniens ad discipulos suos. alios. ttes. n. cum eo veniebãt. vidit turbã magnã circa eos: ꝛ scri
bas cõquirentes cũ illis. hoc est disputãtes cũ discipulis iesu. Et cõfestim ois populus. pro. turba/
videns iesum, stupefacta est: ꝛ expauerũt. Supfluit & expauerũt. ꝛ accurrẽtes salutabant eũ. Ratio
stupefactionis turbæ, aut inopinatus iesu aduẽtus illuc/aut nescio qd insolitũ in iesu ex trãsformatiõe
descẽdente apparuit turbæ: sicut moysi descẽdentis a colloquio diuino/facies apparuit fulgens. Vñ &
subiungit insolitus actus turbę. s. ꝙ accurrẽtes salutauerũt iesum. accursus. n. significat desideriũ pñtiæ
iesu: salutatio aũt reuerentiã. vt ex hoc facto intelligamus attractiuũ aliqd in iesu apparuisse. Et inter
rogauit eos. pro. scribas/quid inter vos. pro. aduersus illos. seu cũ illis. cõquiritis? Vt. n. dictũ est
disputabãt scribæ cũ discipulis iesu. Et q̃is iesus sciret oĩa/interrogat tm̃ scribas qua de re disputant cũ
discipulis suis: vt rñsio/occasio fiat miraculi sequẽtis. Et rñdens vnus de turba/dixit magister attu
li filiũ meũ ad te hñtem spũm mutũ: qui vbicũq; eũ apprehenderit, allidit illũ: ꝛ spumat ꝛ stri
det dentibus ꝛ arescit. ꝛ dixi discipulis tuis vt eicerent illũ/ꝛ nõ potuerũt. Hinc apparet materiã
disputationis fuisse impotentiã discipuloꝝ iesu ad curandum puerũ lunaticũ oppressum a dæmonio.
nisi. n. de hoc disputassent, quærenti dño a scribis qd conquiritis cũ illis/non diceret marcus. & rñdens
vnus/pferens dictam discipuloꝝ impotentiã &c. Rationabile aũt est ꝙ scribæ imputarent discipulis

mali aliqd: puta ꝙ vane sequerent iesum/aut aliqd hmõi, ex quo nõ poterant illũ curare. Qui rñdens
eis/dixit. O generatio incredula, q̃diu apud vos ero/q̃diu vos patiar? Apparet hinc incredu
litatẽ illoꝝ obstitisse curationi istius. afferte illũ ad me. Et attulerũt eũ. Et quũ vidisset. supple iesus.
eũ. s. lunaticũ. statim spũs cõturbauit. pro. discerpsit/illũ. Et intellige discerptionẽ non mẽbroꝝ sed vi
rium. ꝛ elisus. pro. lapsus/in terram, volutabat spumans. Et interrogauit patrẽ eius. nõ vt disce
ret ignotũ sed vt difficultatẽ curationis pr̃ pueri confiteret: & hac occasione ꝓficeret in fide. quãtum
tpis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait. ab infantia: ꝛ frequẽter eũ in ignẽ ꝛ aquã misit/vt eũ pde
ret. Sed sigd potes, adiuua nos/misertus nostri. Magna dria inter hũc & leprosum. ille dixit dñe
si vis potes me mũdare: iste nõ credit ptãtem in iesu, dicẽdo sigd potes. Jesus aũt ait illi. si potes cre
dere. Deest ꝑcedens articulus/hoc si potes credere. Apta obiurgatio, aperiens nõ ex defectu potẽtiæ eu
ratiuæ sed ex defectu fidei difficultatẽ curæ puenire. oĩa possibilia sunt credẽti. Ex parte petentis fides
reddit oĩa possibilia, & non solũ hoc. Et cõtinuo exclamans pater pueri/cũ lachrymis aiebat. cre
do dñe: adiuua incredulitatẽ meã. Fatet ipsemet semifidẽ suam: & paulatim ꝓficit, petendo vt sup
pleat iesus id incredulitatis qđ in se recognoscit. Et quũ vidisset iesus ꝛcurrentẽ turbã/cõminatus
est spũi ĩmũdo. pro. increpauit spũm ĩmundũ/dicens illi. Surde ꝛ mute spũs. Hinc hẽs & ꝙ dæ
mon reddit q̃q; hoiem surdum & mutũ: similisq; est rõ de aliis ægritudinibus. & ꝙ nõ sunt audiendi
phi deridentes eos qui dicunt ꝙ dæmon causat q̃q; hmõi ægritudines, eo ꝙ causas naturales habẽt.
Fallunt. n. ex affirmatione causarũ naturaliũ intrinsecarũ/inferendo negationẽ extrinsecæ causæ q̃ dæ
mon est. non. n. dicimus dæmonẽ sine mediis causis surdũ & mutũ efficere: sed applicando actiua pas
siuis. ex industria sigdem iesus alloquitur dæmonẽ/surde & mute spũs: ad confurandũ negantes hmõi
ægritudines a spũ malo q̃q; esse. ego ꝓcipio tibi/exi ab eo, ꝛ amplius ne introeas in eũ. Ad cumu
lum testimonii ꝙ spũs sit efficiens illũ surdum & mutũ ac lunaticũ (vt alius euangelista testat) ꝓcepto
cogit illũ ad exeũdum. ꝓcepta. n. intelligẽtibus dirigunt. Et exclamãs ꝛ multũ discerpens eũ/exiit
ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita vt multi diceret q; mortuus est. Jesus aũt tenens manuꝫ
eius/eleuauit eũ: ꝛ surrexit. Si nõ credis verbis iesu/cõsidera facta: & vel sic crede fuisse spũm. ægritudo
sigdem pura non curat clamando/discerptionẽ patiendo ita vt fiat velut mortuus: imo tunc maxima
ægritudinis vis. & tũ tunc iesus eleuauit eũ, & surrexit sanus. Et dæmon qdem forsit puerũ quia inuitus
exibat, faciẽs peius qđ potuit: iesus aũt pmisit hęc fieri vt euidẽtia miraculi magis elucesceret. Et quũ
introisset in domũ, discipuli eius secreto interrogabant eum. quare nos non potuimus eicere
eum? Et dixit illis. hoc genus in nullo pot exire nisi in oratione ꝛ ieiunio. Paulo ante iesus fidem
regri ex parte patientiũ dixerat, mõ ieiuniũ & orationẽ ex parte curantiũ regri docet: vt intelligamus
miracula q̃q; impediri ex pte agentis & q̃q; ex pte patientis. Et inde ꝓfecti ꝓtergrediebant gali
leã. Deest in medio ꝓpositio per: ꝓtergrediebant per galilęã. Significat. n. celer trãsitus per galilęã absq;
cõmoratione. nec volebat quẽq; scire. Docebat autẽ discipulos suos: ꝛ dicebat illis. qm̃ filius
hois tradet. pro. tradit/in manus hoium, ꝛ occident eũ, ꝛ occisus tertia die resurget. Ecce tertio
iesus ꝑdicit discipulis suis suã passionẽ & mortẽ. prædicit autẽ tanq̃ pñtem, vt intelligant ꝙ in ianuis
est. At illi ignorabant verbũ, ꝛ timebant eũ interrogare. Oĩs istæ octo dictiones sunt supfluę.
Et venerunt capharnaũ. Qui quũ domi esset, interrogabat eos. qđ in via. Deest inter vos/ipsos/
tractabatis. pro. disputabatis? At illi tacebãt. Inter se sigdẽ disputauerant in via qs eoꝝ maior
esset. In græco habet qs maior. cætera addidit interpres pro claritate. Et residẽs vocauit duodeciꝫ.
Hinc infinuat ꝙ priorẽ interrogationẽ (qđ in via disputabatis) dixerat cõiter ad discipulos añq̃ sede
ret: postq̃ aũt sedit nõ vocauit oĩs discipulos sed duodecim. q; accedẽtes ad eũ/dixerũt id qđ matth. 16.
legit/quid putas maior est in regno cœloꝝ? qđ marcus tacet. ita ꝙ q; prius tacuerãt prę verecũdia fateri
disputationẽ suã ꝓpriæ ambitionis, postq̃ vocati fuerũt/nõ tanq̃ rñdentes sed potius tanq̃ inuerẽtes
materiã interrogãdo petũt/nõ qs maior? sed qs maior in regno cœloꝝ? timuerũt. n. quũ se viderunt vo
catos deprehẽdi & reprehendi. ꝛ ait illis. Sigs vult. Mõstrat iesus ꝙ vidit cogitatiões eoꝝ ambitiosas
q̃is verba eoꝝ ambitionẽ non sonarent: docẽdo ꝙ quicũq; appetit primatũ/oportet esse vltimũ. pri
mus esse. nõ videri/nõ haberi. erit oĩum nouissimus ꝛ oĩum minister. Pondera ordinẽ. appetitum
primatus fundat sup esse, non sup appetitũ sed sup esse vltimũ ac minimũ: aperte docens si vis esse pri
mus, esto oĩum vltimus ordine/& minimus subiectionis officio. Et accipiẽs puerũ/statuit eũ in me
dio eoꝝ. Quẽ quũ cõplexus esset. pro. quũ posuisset in vlnis. Vñ significat puer hic infantilis ætа
tis. Et ordine ꝓpostero scripta sunt. nã prius tenuit ipsum in vlnis: & deinde statuit in medio. ait illis.
Quisqs vnũ ex hmõi pueris receperit in noie meo/me recipit. Per demonstratũ puerũ intẽdit re
presentatũ per puerũ: hoc est humilem corde. tales. n. significant per hmõi pueros. ꝛ quicunq; me su
sceperit, non me suscipit/sed eum qui me misit. In deum resoluit receptionẽ cuiuscũq; minimi: tum
vt meriti ratio ex relatione ad deum cognoscatur: tum vt omnis gloria in deum referatur.
Respondit illi ioãnes. Quia dixerat iesus quisquis receperit vnum in noie meo, intellexerat ioãnes
verbum iesu non de sola receptione ad hospitiũ aut ad cõsortium/sed amplissime de quacũq; accepta/

tione ſen approbatione: & occaſionē inde accepit nūdendi, an is qui in nomine ieſu eiicit dæmonia & tamen non eſt de cōſortio diſcipulorū ſequentium ieſum, ſit pbandus an reprobandus? Et hanc cōſultationem ꝓponere intendit narrando factum, dicens. Magiſter vidimus quēdaꝫ in noīe tuo eiicientez dæmonia. Hinc apparet ꝙ diſcipuli ieſu miracula faciebant interiecta inuocatione noīs ieſu, qui non ſequit. Legendū eſſet. ⁊ phibuimus euꝫ qz non ſequit nos. Zelo vnitatis moti videntur diſcipuli phibentes illum. Jeſus aūt ait. nolite phibere eum. Nemo eſt enim qui facit virtutē in noīe meo, ⁊ poſſit cito male loqui de me. Prima hæc ratio ex parte vitandæ detractionis ſumitur. ideo enim non prohibendū mandat, quia vtens noīe ieſu ad facienda miracula nō facile detrahit ipſi ieſu: non detrahere autē ieſu, vtile eſt chriſtianæ fidei. Et hinc habetur ꝙ iſte qui eiiciebat dæmonia in nomine ieſu, nō plene credebat: ſed erat ſicut illi qui dicent, nōne in noīe tuo virtutes multas fecimus? erat ſicut illi deſcripti in actibus apoſtolorū cap. 19. quibus dixit dæmon. ieſum noui & paulū ſcio, vos autem qui eſtis? Qui enim non eſt aduerſuꝫ nos, pro nobis eſt. Altera ratio ex negatione medii inter pro & cōtra ſumitur. ita ꝙ declarat ieſus non dari mediū in religioſis & moralibus: ſed eſſe tam religioſos q̄ morales actus, aut cōtra ipſum ieſum aut pro ipſo. Et vere ſic eſt: quoniā ſi recti ſunt mores, ſi recta eſt religio, pro ieſu eſt, pro fide chriſtiana eſt: non recta autē religio, & ſimiliter non recti mores, cōtra ieſum ſunt. Quocirca iſte qui in noīe ieſu dæmones eiiciebat, quū ſanctæ religionis actū exerceret, non cōtra ieſum ied pro ipſo erat. Et ex hoc claro ſenſu habes cōſonantiā huius dicti ad illud matth. 12. qui non eſt mecū, contra me eſt. eadem. n. eſt ratio veritatis vtriuſq;. Quiſqs enim potum dederit vobis calicē aquę frigide in noīe meo (qz chriſti eſtis) amen dico vobis, non perdet mercedē ſuam. Manifeſtat quod dixerat. ſ. eiicientē dæmonia in noīe ieſu eſſe pro eis, argumēto a minori: quia quiſqs in noīe meo dederit vobis calicē aquæ frigidæ, non perdet mercedē ſuam: vt per hoc intelligāt ꝙ multo magis mercedē ſuam recipient, qui vobis hoc pſtant ꝙ nomen meū inuocant ad expellendū dæmones: quanto longe minus eſt pbere vobis calicē aquæ frigidæ. Et docuit nihilominus per hoc ꝙ quātūcunq; minimū officium intuitu ieſu factū, dignum eſt mercede apud ipſum. Et rurſus ꝙ quilibet quantūcunq; pauper, pōt aliquod opus miſericordiæ exhibere, ſaltem calicē aquæ frigidæ.

Et qſqs ſcandalizauerit. pro. ſcandalizat, vnū ex his puſillis credētibus in me. Interciſus fuerat ſermo ieſu de paruulis occaſione verborū ioānis. & ꝓpterea modo redit ad priorem ſermonē de magni penſione paruulorū cum exēplione doctrinæ de ſcandalis: vt etiā habeē apud matth. 18. vbi hæc quæ ſequuntur expoſita vide. bonum eſt ei magis ſi circūdaret mola aſinaria. pro. ſaxum molare, collo eius, ⁊ in mare mitteret. Et ſi ſcandalizauerit. pro. ſcandalizat te manus tua, abſcide illaꝫ. bonū eſt tibi debilem. pro. mancū, introire in vitaꝫ, q̄ duas manus habentē ire in gehēnam in ignē inextinguibilē. Appellat inferni ignis inextinguibilis, aut ga perpetuus eſt, aut ga (qđ potius credidrim) alterius eſt naturæ ab igne q apud nos eſt. Vbi vermis eoꝝ non moriē, ⁊ ignis nō extinguit. Affert ſaluator autoritatē ex eſaiæ pphetæ cap. vlti. de pœnis inferni. Ex qua rōnabiliter concipitur ꝙ ſicut vermis dānatorū non eſt naturalis vermis, ita ignis eorūdem nō eſt naturalis ignis: ſed vterq; metaphorice. Et vermis quidē appellat intrinſeca pœna ſenſus, velut corrodēs internus morſus: ignis aūt exterior pœna tam vehemens q̄ ignis nos cruciat. Et attulit teſtimoniū eſaiæ, vt intelligerent a pphetis eſſe pdictas pœnas inferni quas ipſe ieſus pdicabat. Et ſi pes tuus te ſcandalizat, amputa illuꝫ. bonum eſt tibi claudum introire in vitam eternaꝫ, q̄ duos pedes habentē mitti in gehēnam ignis inextinguibilis. pro. in ignem inextinguibilē. vbi vermis eoꝝ non moritur ⁊ ignis non extinguit. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, eice eū. bonū eſt tibi luſcuꝫ introire in regnū dei, q̄ duos oculos habentē mitti in gehēnam ignis. vbi vermis eoꝝ non moriē ⁊ ignis non extinguit. ℣ Sis. n. igne ſalieē. Docuerat abſcidendā manū, ſeruendū oculū, præcidendūq; pedē, ſi ſcandalo nobis eſſent, ad euitandum ignē æternū. Et qa per abſciſionē hmōi non ſignificabant ipſæ abſciſiones mēbrorū, ſed abdicatio cōmodorū vtilium ac delectabiliū quæ afflictio eſt, ac ꝓ hoc nōnullus ignis eſt, ideo ſub ſpē ignis genus totū afflictionū & tribulationū voluntariarū cōprehendit. Et docet ꝙ oīs electus, igne tribulationis ſaliendus eſt: hoc eſt igne hmōi vtē ad ſeruandū ſeipſum a malo. igne. n. ſaliri, eſt igne vti ad ſalitionē: hoc ē ad ſeruādū ne putreſcat. Docemur ſiquidē per hoc ꝙ electus quiſq; eget volūtario tribulationis igne ad ſe ſeruandū ne corrūpat vitio aliquo. Vñ & paulus caſtigabat corpus ſuū, & accepit ſtimulū carnis ne extolleret. Et docuit per hoc diſcipulos tū neceſſitatē amplectēdi afflictiones: vtpote neceſſarias ad ſeruandū eos: qa non ſolū ſunt neceſſariæ patiētibus ſcādala, ſed vniuerſaliter oībus electis. tū ad vtendū afflictionibus rōnabiliter: iuxta illud apoſtoli. rōnabilē cultū veſtrū. Salitio ſigdem vtrūq; habet officiū: & ſeruādi & condiendi. ⁊ oīs victima ſale ſalieē. Firmat ſaluator dictum ſuū autoritate legis veteris: exponēdo myſtice ꝙ ideo in lege pceptū eſt ꝙ oīs victima ſale cōdiat, vt figuret ꝙ oīs electus vita dei victima, ſaliendus eſt. Bonuꝫ eſt ſal. ꝙ ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud pdictis? Quia documentū de abſciſione manus &c. datū eſt & cuilibet priuato hoi (vt eiciat a ſe oēs occaſiones peccādi) & pſonis publicis, vt tollāt a gregibus ſibi creditis occaſiōes peccādi, iō poſtq̄ declarauit illud reſpectu ſingulorū, mō declarat reſpectu paſtorū eccleſię. Et intēdit p ſal rōnem

vt exerceat officium tum ſeruandi ſubditos a malo, tum cōdiendi opera regiminis vt ſuauiter cuncta diſponantur. Et ſal quidē vere bonum eſt: vtpote valens ad ſeruandū & condiendū omnia alimenta. & ſi inſulſum fuerit irreparabile eſt: nihil. n. habemus quo cōdiamus illud. Et ſimiliter ratio bona eſt & ad ſuauitatem regiminis & ad ſeruandū populum a malo. ſed ſi ratio ſtulta eſt, irreparabilis eſt: vtpote defectus principii & regulę. Habete in vobis ſal. Ex parabola ſalis infert intentū. habete, vos quos elegi in paſtores mūdi, ſal, ratione, in vobiſipſis, non in libellis: ad condiendū opera regiminis, ad ſeruādum cōmiſſos vobis a cōtagione & occaſione peccatorū. Et dixit hoc ne præcipites tollerent ſcandalizātes, ſed vtantur ſale rationis. ⁊ pacem habete. Quāuis multa cōſideranda ſint a ratione pcedente ad tollendum occaſiones peccandi in populo, ieſus tamē vnius quod præcipuū eſt meminit. ſ. pacis. vult. n. ſeruari pacem: ſine qua nihil boni eſt in populo. Et per hoc prohibet rationis zelum ad tollendū ſcandala, ſi ſimul cum ſcandalis tollitur pax. Et eſt ſermo de pace ipſius eccleſiæ in ſeipſa: & nō de pace eccleſiæ cum perſecutoribus ipſius. propter hoc enim adiunxit. inter vos.

CAPVT X.

Et inde ecurgens venit in fines iudee vltra iordanē. Deſunt quattuor dictiones. Legēdum enim eſt. per locuꝫ qui eſt vltra iordanē. Significatur. n. qua venerit in fines iudee. ſ. per locū qui eſt vltra iordanē. ⁊ cōueniunt iterū turbę ad eum: ⁊ ſicut cōſueuerat iteruꝫ docebat illos. Significat euangeliſta per cōuentum turbarū iterum, & ſimiliter per chriſti doctrinam iterū, ꝙ alias ieſus ibidē docuerat turbas. quod ioan. 3. inſinuatur. Et accedentes phariſei interrogabant eū, ſi licet viro vxorē dimittere: tentantes eum. De hac quæſtione & reſpōſione dīxit diffuſe ſcripſimus matth. 19. At ille rīdens, dixit eis. quid vobis pręcepit moyſes? Qui direxerunt. moyſes permiſit libelluꝫ repudii ſcribere, ⁊ dimittere. Quibus rīdens ieſus, ait. Ad duriciam cordis veſtri ſcripſit vobis pręceptū iſtud: ab initio aūt creature maſculum ⁊ fēminā fecit eos deus. propter hoc relinquet homo patrē ſuum ⁊ matrem, ⁊ adhęrebit ad vxorē ſuam: ⁊ erunt duo in carne vna. pro. ⁊ erunt qui duo fuerant in carnē vnam. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus cōiunxit. pro. cōiungauit, homo non ſeparet. ℣ Et in domo iterꝫ diſcipuli eius, de eodem interrogauerūt eum. Et ait illis. Quicūq; dimiſerit vxorē ſuam, ⁊ aliaꝫ duxerit, adulterium cōmittit ſuper eam. pro. in eam. Aduerte ꝙ marcus non refert oīa quæ ieſus dixit, omittens exceptionē quā ieſus apoſuit. ſ. excepta fornicationis cā: vt clare patet matth. 19. vbi hæc eadem narrantur. Nec mirū: quia quod vnus euangeliſta dicit, alius quādoq; tacet: & quod vnus tacet, alius ſupplet. Vnde ecōuerſo quod matthæus tacuit (ſ. ſuper ſeu in eam) marcus ſupplenit. matthęus ſiquidem dixit abſolute, mœchatur. marcus autē ſupplet, mœchatur in eam: ne cogamur intelligere ꝙ mœchatur abſolute, ſed ꝙ mœchat in illam, dimiſſam. Multū enim refert, mœchari vel mœchari in illam. mœchatur enim abſolute qui fornicationē cōmittit: mœchatur autē in illam qui fornicationē cōmittit in iniuriam illius: hoc eſt loco illius cognoſcens aliam. Hic apparet planus literæ ſenſus. quē ideo exacte explicauerim, vt intelligatur verū eſſe quod theologi dicunt. ſ. legem de vnitate vxoris, nullibi in canonicis libris eſſe ſcriptam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, ⁊ alii nupſerit, mœchatur. Nullam exceptionē dat dñs vxori. Impares ſiquidē cenſet maritū & vxorem quo ad cauſam dimittēdi. marito enim cōceditur dimittere vxorē cauſa fornicationis: vxori autē nō permittit dimittere virū, date libellum repudii viro. Vnde & abſolute ſubiungit ꝙ mœchatur: quū de viro iniuſte dimittēte vxorē & ducente aliam non dixerit mœchatur, ſed mœchatur aduerſum illam dimiſſam.

Et offerebant illi paruulos. pro. pueros, vt tangeret eos. diſcipuli autem cōminabantur offerē tibus. pro. increpabant offerentes. Quos quū vidiſſet ieſus, indigne tulit: ⁊ ait illis. Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne phibueritis eos. talium eſt enim regnū dei. Non dicit horū ſed talium: qualitatem ſignificans innocentiæ exiſtentis in puerulis & humilitatis ſignificatæ per eorū paruitatē. Amen dico vobis: quiſqs non recepert. fide & opere. regnum dei velut paruulus. pro. puellus. quo ad humilitatē & puritatem. non intrabit in illud. Nihil enim inquinatū ingrediet regnum cęlorum. & ꝓpterea oportet recuperare puritatē puerilem. Et cōplexans. pro. ⁊ ponens in vlnis, eos. Vnde apparet paruulos iſtos infantilis fuiſſe ætatis. ⁊ imponens manus ſup illos, bñdicebat eos. oratione ſeu ſancta aliqua imprecatione. offerebant. n. eos vt oraret ſuper eos apud matth.

Et quū egreſſus eſſet in viam, procurrens. pro. accurrens, quidā genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens. magiſter bone quid faciam vt vitam eternā percipiam? Jeſus aūt dixit ei. Quid me dicis bonuꝫ? nemo bonus niſi vnus deus. Quare ieſus retulerit bonitatē in ſolum deū (qui ſolus eſt oīquaq; bonus) ſcripſimus matth. 19. vbi hæc quoq; ſcripta ſunt. Pręcepta noſti: ne adulteres, ne occidas, ne furteris, ne falſum teſtimoniū dixeris, ne fraudē feceris, honora patrē tuum ⁊ matrē. At ille rīdens, ait illi. magiſter hęc omnia obſeruaui a iuuentute mea. Jeſus aūt intuitus eum, dilexit euꝫ. Signum dilectionis vultu monſtrauit: vt adoleſcens perens pfectionis viam non retineret reſpōſione danda, ſed occaſionē haberet aggrediēdi eam. ⁊ dixit ei. Vnū tibi deeſt: vade quęcūq; habes vende ⁊ da pauperibus: ſ ⁊ habebis theſaurū in cęlo. Non dixit & affer pcium

ad me aut ad ecclesiam seu cōuentum discipulo⁹/nec da templo, sed da pauperibus: nec diuidi iussit (vt partem. s. daret pauperibus & partē daret cōuentui) sed quæcūq; habes da pauperibus. ⁊ veni/sequere me. Deest. sublata cruce. Nolo tua sed te/nec qualitercūq; sed tollentē crucem: hoc est subeuntem cruciatus famis/sitis/persecutionum &c̄. ¶ Cum contristatus in verbo/abiit mœrens. erat enim habens multas possessiones. ¶ Et circūspiciens iesus/ait discipulis suis. q̄ difficile qui pecunias habent in regnū dei introibunt. ¶ Discipuli autē obstupebant in verbis. pro. super verbis/eius. hoc est super dicto de difficultate ingrediendi regnū dei respectu habentū pecunias. At iesus rursus respondens ait illis. filioli. pro. filii/q̄ difficile est cōfidentes in pecuniis in regnū dei introire. Explanat hic iesus qđ dixerat/intelligi de cōfidentibus in pecuniis. Facilius est camelum per foramen acus trāsire. pro. ingredi. Et hinc firmat quod matth. 19. exponēdo hæc scripsimus/foramen acus esse nomen ꝓprium portæ vel certi angusti trāsitus. huic enim cōsonat vocabulū ingredi. q̄ diuitē intrare in regnū dei. Non solum cōfidentes in pecuniis sed vniuersaliter diuites explicat iesus difficile ingredi in regnum cœlo⁹: quia rarus est diues qui post aurum nō abiit nec sperauit in pecuniæ thesauris: vt dicit ecclesiastici. 3. subiungendo quis est hic & laudabimus eum? præmiserat enim beatus diues qui post aurū non abiit. ¶ Qui magis admirabant̄. pro. amplius stupebant: dicentes ad semetip/sos. ⁊ quis pōt saluus fieri? Intulerunt hoc discipuli intelligentes tali appellatione non solū diuites in re sed diuites in affectu: quorū plenus est mundus. idem enim periculū vtrorūq; intelligebāt. Et intuens illos iesus/ait. apud homines impossibile est, sed nō apud deum: omnia enim possibilia sunt apud deum. Ad intellectum discipulo⁹ respondet iesus: cōsentiens ꝙ ſm humana studia impossibilis est salus tam diuitum q̄ affectorū ad diuitias, sed ſm gratiam dei abstrahentem affectus humanos a diuitiis vtriq; saluari possunt.

Et post hec cepit ei petrus dicere. ecce nos dimisimus oīa/⁊ secuti sumus te. Respōdens autē iesus ait. Amen dico vobis/nemo est qui reliquerit domū aut fratres aut sorores aut patrē aut matrē. Deest. aut vxorē/aut filios aut agros. ꝓpter me ⁊ ꝓpter euangeliū. ¶ Occurrit hic quæstio/quo pacto hæc doctrina dñi verificetur: quū non liceat alligatū vxori dimittere illam ꝓpter affectum perfectioris vitæ. cōstat enim ꝙ petrus de huiusmodi perfectione ꝓposuerat/ecce nos reliquimus oīa & secuti sumus te. ¶ Solutio est ꝙ licet petrus causam ꝓpriam proposuerit, iesus tamē quēadmodum extendit responsionē suam respectu omniū (dicendo/& nemo est qui reliquerit &c̄.) ita extendit doctrinam ad dimissionē non solum ꝓpter frugem melioris vitæ, sed etiam ꝓpter ipsam vitā spiritualem. ¶ Dupliciter enim cōtingit relinquere suos & sua. Vel ꝓpter frugem melioris vitæ. & sic non cōprehēdit dimittere vxorē. imo nec filios/si paterna indigent cura. Vel ꝓpter ipsam vitam spūalem. & sic etiā vxor dimittenda est impediens fidem christi/qua viuit anima. Quocirca textus iste in cōmuni loquēs de dimissione, intelligendus est seruatis seruandis ſm rectæ rationis iudiciū/qui non accipiet centies tantū nunc in tēpore hoc: domos ⁊ fratres ⁊ sorores ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros cum persecutionibus: ⁊ in seculo futuro vitam eternā. Multi aūt erunt primi nouissimi, ⁊ nouissimi primi. Fabella mille annos, pmittens in hac vita cum centuplis agris/fratribus/domibus/& id genus reliquis excluditur. tum qa impossibile erit habere matrē nisi vnam: & tamē inter centupla textus numerat matres. tum quia expresse dicit cum pſecutionibus: a quibus tū illos mille annos fabulantur exēptos. Sensus itaq; literalis est ꝙ quicqd boni ex patre/matre/vxore/filiis/domibus/agris/in hac vita carnaliter a nobis habet, centuplū etiam in hac vita relinquētibus hæc ꝓpter christum/pmittitur. Et verificatur: quia in hac vita datur istis a christo spirituale bonū centuplū ad bonum corporeū, quod ex patre matre/agris &c̄. habetur: vt diffusius matth. 19. explanauimus/cum reliquis huius particulæ. ¶ Applica tū propositō: ꝙ sicut quo ad opes centuplū comprobant̄ recepisse/qui sunt vere tanq̄ nihil hñtes & oīa possidentes, ita quo ad patrē/matrem &c̄. qui vere iuncti sunt faciētibus voluntatē cœlestis patris/centuplum receperunt: dum quilibet eorum est cuiusq; soror/frater/mater ac pater: vt saluator dixit.

Erant aūt in via ascendentes hierosolymā: ⁊ præcedebat illos iesus. Et stupebant. Nō mittebat discipulos ante se quasi timens, sed antecedebat/monstrans per hoc se sponte ad passionē & mortē progredi. propter quod ipsi discipuli stupebant videndo tam prompte ire ad locū passionis & mortis. ⁊ sequentes timebant. Non ꝙ prædictū fuerit eis ipsos passuros aliqd: sed inciprunt timere tanq̄ adhęrētes iesu. ¶ Et assumens iterū duodecim, cepit illis dicere quę essent sibi ventura. Quia ecce ascēdimus hierosolymā: ⁊ filius hominis tradet̄ principibus sacerdotū ⁊ scribis ⁊ senioribus: ⁊ dānabunt eū morte/⁊ tradent eū gentibus/⁊ illudent ei/⁊ cōspuent eum/⁊ flagellabunt eū/⁊ interficient eū: ⁊ tertia die resurget. Quarto prædicit eis suam passionē explicans singula.

Et accedunt ad eum iacobus ⁊ ioānes filii zebedei/dicentes. non per seipsos sed per os matris: vt matth. 20. dicit. Magister volumus vt quodcūq; petierimus/facias nobis. At ille dixit eis. qđ vultis vt faciam vobis? Et dixerunt. da nobis vt vnus ad dexterā ⁊ alius ad sinistrā tuam sedeamus in gloria tua. Jesus autē ait eis. nescatis quid petatis: potestis bibere calicē quez ego bibo, aut. pro. ⁊ baptismō quo ego baptizor baptizari? Et intendit de baptismo sanguinis, per me/

raphoram enim potus & baptismi/passionē mortēq; suam significat. At illi dixerūt ei. possumus. Jesus autē ait eis. calicem quidē quem ego bibo bibetis, ⁊ baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autē ad dexterā meam vel. pro. ⁊ ad sinistrā, non est meum dare vobis. Superfluit vobis. sed quibus paratum est. Spectantia ad hanc particulam & sequētem de indignatione discipulorum/expolita vide matth. 20.

Et audientes decem indignati sunt. pro. cęperunt indignari/de iacobo ⁊ ioāne. Jesus autē vocans eos/ait illis. Scitis qz ii qui vident̄ principari. pro. imperare/gentibus, dominant̄ eis. pro in eos: ⁊ principes. pro. magni/eorz, potestatē habent ipsorz. pro. potestatē exercent in eis. Nō ita est. pro. erit/autē in vobis: sed quicūqz voluerit fieri maior. pro. magnus. Deest. in vobis, erit minister vester: ⁊ qcūqz voluerit in vobis. pro. ex vobis/esse primus, erit oīum seruus. Nā ⁊ filius hois nō venit vt ministraret̄ ei: sed vt ministraret ⁊ daret aiam suā redēptionē pro multis.

Et veniunt hiericho: ⁊ proficiscente. pro. egrediēte/eo de hiericho/⁊ discipulis eius ⁊ plurima multitudine, filius timęi bartimęus cęcus. Quāmis idē sonet hebraice bartimęus qđ filius timæi/sicut bar iona filius ionæ, euangelista tñ vtrunq; dixit: vt intelligeremus ꝙ erat nomen ꝓprium illius hominis. ita ꝙ vocabat̄ bartimęus & erat filius timęi: sicut bartholomeus idem significat quod filius ptolemęi, & tñ est nomen ꝓprium. Et si aliquis vocaret̄ bartholomęus/& esset filius ptolemęi, dicere/mus bartholomęus filius ptolemęi. Apud matth. duo scribunt̄ cœci hoc in loco: quoz⁹ alterius tantū meminit marcus, forte quia notior/& magis clamabat. sedebat iuxta viam mēdicans. Qui quum audisset qz iesus nazarenus esset, cepit clamare ⁊ dicere. iesu fili dauid miserere mei. Et cōminabātur. pro. increpabant/illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat/fili dauid miserere mei. Et stans iesus, pręcepit. pro. dixit/illū vocari. Et vocant cęcum/dicentes ei. anime quioz. pro. bono animo/esto: surge/vocat te. Qui ꝓiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Et rndens dixit illi iesus. quid vis faciam tibi? Cęcus autē dixit ei. rabboni vt videaz. pro. visum recipiam. Jesus autē ait illi. vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit. pro. visum recepit: ⁊ sequebatur eum in via. Expositam hanc historiam habes matth. 20.

CAPVT .XI.

Et quz appropinquarent hierosolymę. Deest. ad bethphagę/⁊ bethanię. pro. bethaniam. Colligit marcus aduentū christi in bethaniā sabbato, & ad bethphagę die sequenti: vt patet ex euangelio ioānis. ad montē oliuarum. Locus est ad insinuandū situm tam bethaniæ q̄ bethphagæ. vtraq; enim iuxta montē oliuarum sita dicit. mittit duos ex discipulis suis: ⁊ ait illis. Ite in castellū. hoc est in oppidū. qđ contra vos est. hoc est e regione ad aspectum vestrū est. Non enim misit eos in hierusalē, sed in castellū quod erat in prospectu eoz. & ꝓpterea non aliter noīauit ipsum: sed velut digito monstrauit. ⁊ statim introeuntes illuc. Intus illud oppidū non longe a porta/sed statim describit inueniendus asellus. inuenietis pullum. Marcus solius pulli meminit, matthæo pullum & asinā scribente. ligatum. Intelligo ligatum pullum pro quāto erat cum matre ligata. super quem nemo adhuc hominū sedit: solute illum ⁊ adducite. Et siquis vobis dixerit/quid facitis. Deest ꝓnomen hoc. adverbialiter. n. sumitur quid pro cur. dicite qz dño necessarius est: ⁊ cōtinuo/illum mittet huc. Et abeuntes inuenerūt pullum ligatum ante. pro. ad ianuā foris. hoc est extra stabulū. in bivio: ⁊ soluunt eū. Et quidā de illic stantibus dicebant illis. quid facitis soluentes pullū? Qui dixerunt eis sicut ꝓceperat eis iesus: ⁊ dimiserūt eis. Et duxerunt pullū ad iesum: ⁊ imponunt illi vestimenta sua. ⁊ sedit sup eum. Matthæus dicit iesum sedisse sup asinam & pullū. marcus qui solius pulli meminit/dicit ꝙ sedit sup pullum. Et vtrunq; verū est: q̄nis incertum sit super quē prius sederit. Multi autē vestimenta sua strauerunt in via. alii autez frondes cedebant de arboribus/⁊ sternebant in via. Et q̄ præibant ⁊ qui sequebant̄, clamabant dicētes. osanna/bñdictus qui venit in noīe dñi: benedictū qđ venit regnū. Deest. in noīe dñi/patris nostri dauid: osanna in excelsis. Turbæ tam præcedentes q̄ sequentes duo bñdicunt. s. ipsum iesum/benedictus qui venit: & regnum ꝓmissum/benedictū quod venit regnum. Motæ enim a spiritu sancto acclamauerūt iesum esse verū messiam & regem illum ꝓmissum dauidi regnaturū in æternum: repetendo hosiah na. Vide expolita matth. 21. Et introiuit hierosolymā in templū. ⁊ circūspectis oībus quū iam vespera. pro. vesperę. genitiui casus. esset hora, exiit in bethaniaz cum duodecim. Significatur ꝙ vespertina hora illius diei/nullus in ciuitate hierusalē inuitauit eum. hoc enim insinuare videtur ꝙ circūspectis omnibus exiuit & iuit in bethaniam.

Et alia die. pro. postero die/quū exirent a bethania, esuriit. Quūqz vidisset a longe ficum habentem folia, venit si quid forte. pro. vtiqz/inueniret in ea. Significatur ꝙ iesus exercuit actum quęrentis fructum in ficulnea: non ꝙ dubitaret aut crederet esse in ea fructū (quū non esset tēpus) sed qa totum hoc negociū vt parabola exercebat̄, ideo actionē suam exercuit tanq̄ personæ quærentis fructū. Considerādum est enī ꝙ sicut iesus verba metaphorica dicebat ꝓponendo parabolas, ita modo factis vsus est metaphorice. Significabat. n. aduentū suum esse ad quærendū fructum spiritus in synagoga in

populo iudeoꝝ/quem repꝛesentabat ficulnea habens tantū folia:vt latius expolita hęc ſunt matth.21.
Et quum veniſſet ad eam/nihil inuenit niſi folia.non enim erat tempus ficoꝝ. Et reſpondens. vel aliqui forte dicenti non eſſe ibi ficus:vel demeritis ſynagogę ſignificatæ per ficulneā.vt euangeliſta de induſtria dixerit reſpondens:ad insinuādum ꝙ demeritis hebrei populi reſpondebat maledicendo ficulneæ.dixit ei.iam non amplius in eternū ex te fructus quiſq; manducet. Verificatum eſt hoc ad literam inchoando a tpe mortis chriſti:quū cum eo mortua ſunt legalia.ita ꝙ ex eis nō eſt amplius pꝛeceptus/fructus/nec percipiet in æternū. Et audiebāt diſcipuli eius:ꝛ veniunt hieroſolymā.
Et quum introiſſet in tẽplum,cepit eiicere vendentes ꝛ ementes in tẽplo:ꝛ menſas nummulariorꝝ ꝛ cathedras vendentiū colũbas euertit.Matthæus & lucas referunt eiectionē vendentium & ementium factam fuiſſe in die palmarū:marci vero verba ſonare videnť factam fuiſſe in die ſequenti. Creditur autē rem geſtam fuiſſe in die palmarū:a marco autem cōmemoratā in contextu geſtorū die ſequenti/ad declarandū quo tenderet res geſta circa ficulneā.propterea enim poſt geſta circa ficulneam ſtatim cōmemorauit hæc geſta in tẽplo. Acſi aperte diceret ficulneā figuram tẽpli geſſiſſe.ad literā.n. figurabat cultum cęrimonialē qui in templo exhibebať.Quāuis incōueniens nullum ſit ꝙ iterū ieſus eundem actum exercuerit:& maiorē,pro quāto die lunæ adiunxit hoc ꝙ non ſinebat portari vas per templum.ita ꝙ alii euangeliſtæ deſcribant eiectionē factam die palmarū:marcus vero alterā factam die lunę.Et præter has ioānes deſcripſit tertiam/ante oēs iſtas factam:adhuc viuēte ioāne baptiſta. Et non ſinebat vt quiſq; tranſferret vas per tẽplum.Aut vaſa ipſa erant venalia/aut ponit continēs pro cōtento.prohibebat.n.tranſferri venalia in vaſis cōtenta per tẽplum. Vide hæc expoſita matth.21.
Et docebat/dicens eis.nōne ſcriptū eſt ꝙ domus mea domus oꝛationis vocabiť oībus gentibus?vos autē feciſtis eam ſpelunca latronū. Quo audito pꝛincipes ſacerdotū ꝛ ſcribę quęrebant qūo eum pderent.Modum inquirebant:iam enim deliberauerant pdere eum. Timebāt enim eum.ne turbas contra ipſos cōcitaret.propterea enim expectabant opportunū modum ſine turba capiendi eum. quoniam vniuerſa turba admirabatur ſup doctrina eius. Et quum veſpera facta eſſet,egrediebatur de ciuitate.
Et quum mane tranſirent.Marcus diſtinguit tẽpora:& ſignificat mane dici martis.viderunt ficuꝝ aridam factā a radicibus. Non diſſonat marcus a matthæo dicente ꝙ ficus aruit ſtatim.non.n.oppoſitum dicit marcus.A refactio ſiquidē ſtatim ſubſecuta eſt,ſed viſa fuit a diſcipulis mane ſequēti:qa non ſtatim ceciderunt folia/non ſtatim apparuit arida radicitus,ſed mane ſequenti viderūt ipſam aridam factam a radicibus.Et tunc dixerunt/qūo ſtatim aruit?Et tunc petrus recordatus verboꝝ ieſu,dixit ad ieſum ea quæ refert marcus. Et recordatus petrus dixit ei.rabbi ecce ficus cui maledixiſti aruit.Et rñdens ieſus ait illis.habete fidē dei. Amen dico vobis ꝙ quicūq; dixerit huic mōti tollere ꝛ mittere in mare,imperatiua paſſiua ſunt.ꝛ nō hęſitauerit in corde ſuo/ſed crediderit qa quodcunq; dixerit fiat,fiet ei.pro.ꝙ quę dicit fiant/erit illi quicqd dixerit. Propterea dico vobis.oſa quęcūq; oꝛantes petitis,credite ꝙ accipietis:ꝛ euenient vobis. Non dicit quæcunq; petitis,ſed quæcūq; oꝛantes petitis:ſignificans quæcūq; eleuata in deum mente petitis ſimpliciter & abſolute.nullus.n.ſapiens eleuata in deum mente petit abſolute/niſi ad quæ petenda a ſpiritu ſancto mouetur. Siue petantur ea quæ ſunt noſtræ ſalutis æternæ(ad quæ petenda certū eſt nos moueri a ſpiritu ſancto)ſiue petanť quæcūq; alia:ad quæ ſpūs ſanctus aliquos ſpecialiter mouet. Et quum ſtabitis ad oꝛandū.Signum ꝙ ſtantes orabant illo tẽpore.dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquez:vt ꝛ pater veſter qui in cęlis eſt dimittat vobis peccata veſtra.ꝙ ſi vos nō dimiſeritis,nec pater veſter qui in cęlis eſt dimittet vobis peccata veſtra.Diſpoſitionem adiungit neceſſariā ex parte oratis ad efficaciam petitionis æternæ ſalutis.
Et veniunt rurſus hieroſolymā.ꝛ quū ambularet in templo.Matthæus dicit acceſſiſſe pꝛincipes ad ieſum docētem. Vnde colligiť,ꝙ ambulādo in tẽplo docebat.accedunt ad eū ſummi ſacerdotes ꝛ ſcribe ꝛ ſeniores:ꝛ dicūt ei.in qua poteſtate hęc facis:ꝛ quis dedit tibi hanc poteſtatez vt iſta facias? Vide expoſita matth.21. Ieſus autē rñdens ait illis.interrogabo ꝛ ego vos vnū verbuꝝ ꝛ reſpondete mihi/ꝛ dicam vobis in qua poteſtate hęc faciam.pro.facio. Baptiſmū.pro.baptiſmus/ioānis de cęlo erat an ex hoībus?reſpōdete mihi. At illi cogitabant ſecū/dicentes. Si dixerimus de cęlo,dicet nobis/quare ergo non credidiſtis ei.ſi dixerimus ex hoībus,timemus populū.Omnes.n.habebant ioānem qꝛ vere ꝓpheta eſſet.Et rñdentes dicunt ieſu/neſcimus. Et rñdens ieſus ait illis.neqꝫ ego dico vobis in qua poteſtate hęc faciam.pro.facio.

CAPVT .XII.

ET cepit illis in parabolis loqui.Vineā paſtinauit.pro.plantauit/homo:ꝛ circūdedit ſepem/ꝛ fodit lacū.in quo excipiť vinum fluens ex vuis tritis ſeu torcis.ꝛ ędificauit turrim,ꝛ locauit eam agricolis:ꝛ peregre ꝓfectus eſt. Et miſit ad agricolas in tẽpore ſeruum,vt ab agricolis acciperet de fructu vineę qui apprehenſum eū ęciderunt: ꝛ dimiſerunt vacuū. Et iterū miſit ad illos alium ſeruū:ꝛ illum in capite vulnerauerunt.pro.ꝛ

illi iactis lapidibus caput peuſſerunt,ꝛ cōtumeliis affecerunt.pro.remiſerunt affectum contumelia. Et rurſum aliū miſit:ꝛ illū occiderunt.ꝛ plures.pro.multos/alios:quoſdam cędentes/ alios vero occidentes. Adhuc ergo vnū habens filium chariſſimū.pro.dilectū.Et deeſt.ſuum/ꝛ illum miſit ad eos nouiſſimū,dicens qꝛ reuerebunť filium meū. Coloni.pro.agricolę/aiūt dixerunt adinuicē.hic eſt hęres:venite/occidamus eū/ꝛ noſtra erit hęreditas. Et apprehendentes eum occiderūt,ꝛ eiecerūt extra vineā.Quid ergo faciet dñs vineę?veniet/ꝛ pdet colonos.pro. agricolas:ꝛ dabit vineā alijs. Nec ſcripturā hanc legiſtis?lapidem quē reprobauerūt ędificantes/hic factus eſt in caput anguli:a dño factuꝫ eſt iſtud,ꝛ eſt mirabile in oculis noſtris. Et querebant eū tenere,ꝛ timuerūt turbam.cognouerunt.n.qm ad eos parabolam hanc dixerit. Parabola hæc de vinea expoſita eſt matth.21.cum annexo lapide reprobato.
Et relicto eo abierunt:ꝛ mittunt ad eum quoſdā ex phariſeis ꝛ herodianis/vt eum caperēt in verbo.Qui venientes dicunt ei. Magiſter ſcimus qꝛ verax es,ꝛ non curas quēq;.nec enim vides in faciem hominū:ſed in veritate viam dei doces. Licet dari tributū.pro.cenſum/cęſari,an non dabimus? In græco habetur.licet cenſum cæſari dare an nō?dabimus an nō dabimus? Vbi duo interrogant.Primū circa ius/an ſit licitum vel illicitū dare cenſum cæſari:alterū circa factum/an a nobis dandus ſit cenſus vel non.vt multiplicatis quæſtionibus & vrgeant ad rñdendū/ & in aliqua earū dicat aliquid reprehendendū & accuſandum. Qui ſciens verſutiaꝫ.pro.ſimulationē/illoꝝ,ait illis. Quid me tentatis?afferte mihi denariū vt videam. At illi obtulerūt ei. Et ait illis.cuius eſt imago hęc ꝛ inſcriptio? Dicunt ei.cęſaris. Rñdens aūt ieſus/dixit illis.reddite igiť. Superfluit igiť. quę ſunt cęſaris cęſari,ꝛ quę ſunt dei deo. Aduerte reſponſionē datam a ieſu vtriq; quæſtioni facere ſatis.Nam dicendo reddite,reſpondet ſecūdæ:& dicendo quæ ſunt,ſatisfacit primæ. Significanť.n. iura. Vde expoſita matth.22. Et mirabantur ſuper eo.
Et venerunt.pro.veniunt/ſup eum ſadducei:qui dicunt reſurrectionē non eſſe.ꝛ interrogabāt eum/dicentes. Magiſter moyſes nobis ſcripſit vt ſi cuius frater mortuus fuerit/ꝛ dimiſerit vxorez/ꝛ filios non reliquerit,accipiat frater eius vxorē ipſius,ꝛ reſuſcitet.pro.exſuſcitet/ſemen fratri ſuo.Septē fratres erant:ꝛ primus accepit vxorē,ꝛ mortuus eſt nō relicto ſemine.ꝛ ſecūdus accepit eā,ꝛ mortuus eſt:ꝛ nec iſte reliquit ſemen.ꝛ tertius ſilr.ꝛ acceperūt eam ſilr ſeptē: ꝛ non reliquerūt ſemen.nouiſſima aūt oīum mortua eſt ꝛ mulier. In reſurrectione ergo quuꝫ reſurrexerint/ cuius de iis erit vxor?ſeptē enim habuerunt eam vxorē. Et rñdens ieſus/ait illis. Nōne ideo erratis,non ſcientes ſcripturas neqꝫ virtutē dei? Dicit & eos neſcire ſcripturas/& ideo errare qa neſciunt ſcripturas,declarat.n.cauſam erroris ſadducęoꝝ eſſe ignorantiā interpretandi ſcripturas. Cum enim a mortuis reſurrexerint/neqꝫ nubent neqꝫ nubētur. Greca dictio vtrobiq; cōmunis eſt maſculis & fœminis.& propterea interpres vſus eſt hoc modo loquēdi/neq; nubent neq; nubenť:intēdens negare vtriq; coniugium.ſed ſunt ſicut angeli dei in cęlis. De mortuis autē ꝙ reſurgant/non legiſtis in libro moyſi ſuper rubum quomodo dixerit illi deus:inquicūis.ego ſuꝫ deus abrahaꝫ ꝛ deus iſaac ꝛ deus iacob. Non eſt deus mortuoꝝ ſed viuoꝝ. Vos ergo multum erratis. Circa hanc ſadducęorum quæſtionem vide expoſita matth.22.
Et acceſſit vnus de ſcribis qui audierat illos cōquirentes.pro.ſimul diſputātes:ꝛ videns qm̄ bene illis rñderit,interrogauit eū qō eſſet pꝛimū oīum mandatū. Ieſus aūt rñdit ei qꝛ pꝛimū oīum mandatū eſt.audi iſrael,dñs deus tuus.pro.dñs deus noſter/dñs,vnus eſt. Et punctandum eſt ſic.dñs deus noſter/dñs. Aduerte hic ieſum ex deutero.6.explicare non ſolū pꝛæceptū ſupremū dilectionis dei,ſed obiectum ipſum(hoc eſt deum diligendū)pꝛæponendo vnitatē dei:ad ſignificandum ꝙ pꝛæcipitur dilectio cōſequens fidem dei vnius/qui ſolus eſt dñs/qui ſolus colitur a nobis.ne intelligeremus diligendū deum vage/quaſi genus deoꝝ,aut aliquid qūlibet pędens/qūlibet ſubditū: ſed illum qui adorať a populo iſrael creator cœli & terræ. Verū circa hoc pꝛæceptū & ſequens ſumptū ex leui.19. vide expoſita matth.22. Et diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo/ꝛ ex tota aīa tua/ ꝛ ex tota mente tua/ꝛ ex tota virtute tua.Hoc eſt pꝛimū mandatū.Secōm autē ſimile eſt illi.pro. hoc.diliges pꝛimum tuū ſicut teipſum. Maius hoꝝ.pro.his/aliud mandatū non eſt.Et ait illi ſcriba. Bene magiſter in veritate dixiſti,qꝛ vnus eſt deus/ꝛ non eſt alius pꝛeter euꝫ.ꝛ vt diligať pro.ꝛ diligere/ipſum ex toto corde ꝛ ex toto intellectu ꝛ ex tota aīa ꝛ ex tota fortitudine/ꝛ diligere pꝛimū tanqꝫ ſeipſum,maius.pro.plus/eſt oībus holocauſtomatibus ꝛ ſacrificijs. Ieſus autē videns ꝙ ſapienter rñdiſſet,dixit illi.non es longe a regno dei. Scriba iſte tentando interrogauerat(vt matthęus dicit)ſed audita rñſione ieſu/dedit honorē veritati.& ꝓpterea ꝓpinquus fiebat regno dei quod euangelizabať a ieſu/propinquus fiebat ad hoc vt eſſet pars regni dei:vt deus(nō peccatum/non miſdus)regnaret in illo per fidem in ieſum chriſtū. Et nemo iam audebat eum interrogare. Ratio excluſæ audaciæ interrogandi tentando erat:quia colligendo ſupradicta apparet ꝙ ſatisfecerat herodianis/ſadducęis/phariſęis ac ſcribis.
Et reſpondens ieſus. Apud matthæum apparet ꝙ phariſæis reſpōdit/non perciſctantibus de hac

subiuncta materia,sed qui interrogauerant tentando quod est mandatū magnum in lege? Ita ꝙ respō dete,est mouentibus prius quæstionē/postq̄ responsum est reddere quæstionē interrogando illos. Vel forte intercessit sermo de messia aliquis tacitus ab euangelista,cui respondisse describit iesus. Vide etiā hęc matth.22.dicebat docens in templo.Quō dicunt scribę christū filium esse dauid? Ipse enim dauid dixit in spūsancto.dixit dns dño meo:sede a dextris meis,donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ. Ipse ergo dauid dicit eum dnm.ꝛ vnde est filius eius? Et multa turba cum libenter audiret. ¶ Et dicebat eis in doctrina sua. Cquete a scribis. Hęc quę sequuntur/habentur matth.23.præter hoc.qui volūt in stolis ambulare.Per quod significatur affectus ad vestem longam vsq; ad imos pedes. ꝛ salutari in foro.pro.foris. Significatur enim ꝙ non in certo foro/sed in omnibus amabant salutari. ꝛ in primis cathedris sedere.pro.ꝛ psidentias/in synagogis,ꝛ primos discubitus in cenis.qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixę orationis pro.sub pretextu prolixe orantes . Significatur enim ꝙ prolixe orabant,non deuotionē orandi/sed ostentando prolixam orationē ad hoc vt deciperent viduas. Hi accipient prolixius.pro.abundantius/iudiciū. Significaꝫ enim maior dānatio ex diuino iudicio. ¶ Et sedens iesus cōtra gazophylacium/aspiciebat quō turba iactaret es in gazophylaciū:ꝛ multi diuites iactabant multa. Quū veniſſet autē vna vidua pauper/misit duo minuta:qđ est quadrans. ¶ Et cōuocans discipulos suos/ait illis.amen dico vobis qm̄ vidua hęc pauper plus oibus misit qui miserunt in gazophylaciū. Omnes enim ex eo qđ abundabāt illis/miserunt:hęc vero de penuria sua oia quę habuit misit/totum victū suum. Intellexisses plus oibus quātum ad affectū/non quātum ad rem,nisi dns declarasset plus omnibus etiā sm tem:ga ista dedit totū/alii partem:ista dedit totum victū suum/alii superfluū proprio victu. Hæc enim declarant/plus omnibus ex parte rei,non absolute sed proportionaliter.plus enim erat illi viduæ quadrans q̄ reliquis offerentibus quicquid dabant.

CAPVT .XIII.

Et quum egrederet de templo,ait illi vnus ex discipulis eius.magister aspice quales lapides ꝛ quales structurę. Et rndens iesus/ait illi. Vides has oes. Superluit oes magnas edificationes:non relinquet lapis super lapidē qui non destruat. Et qui sederet in monte olivarū contra templum,interrogabant eū seperatim petrus ꝛ iacobus ꝛ ioānes ꝛ andreas.dic nobis qm̄ ista fient.pro.erunt:ꝛ qđ signū erit qn hęc omnia incipient cōsummari.pro.cōsummanda sunt. Duo petunt. Primū/tempus destructionis templi. Secundo signum cōsummationis mundi:vt clare patet apud matth.c.24. Et rndens iesus/cepit dicere illis.videte ne quis vos seducat. Multi enī venient in noie meo/dicentes qz ego sum:ꝛ multos seducent. Incipit rndere primo iesus secundæ quæstioni:monendo discipulos prius quo ad partē intellectiuā/ne seducantur a multis venturis ꝓfitendo se christos. Quum audieritis aūt bella ꝛ opiniones.pro.rumores/bellorū,ne timueritis.pro.ne turbemini. Monet deinde quo ad partē affectiuā/ne turbentur timentes propinquā consummationē mundi quū audierint bella & rumores bellorum. Oportet enim.necessitate humanorū morum.hęc fieri:sed nōdum finis. Exurget enim gens cōtra gentē/ꝛ regnū super.pro.contra/regnū:ꝛ erunt terręmotus per loca ꝛ fames. Deest.ꝛ turbationes. Declarat hæc oia quæ cōiter accidunt/non esse signa cōsummationis mundi ꝓpinquæ:ne putaretur ꝙ hęc emergentia post primū christi aduentum essent signa secūdi aduentus. Initium.pro.initia/dolorū hęc. Vniuersa siquidem hæc nō sunt mala ipsa q̄ ventura sunt in cōsummatione seculi:sed sunt initia eorū. Videte aūt vosmetipsos. Nescio quare vertendū censetur videte in cauete. Asserūt.n. in græco haberi videte:& tū mutandū esse & dicendum cauete autē vos vobisipsis. Euangelicę siquidē monitioni magis quadrat videte autē vosmetipsos.nam vbi prius monuerat spectandū tum ad seductores extrinsecos/tum ad bella extrinseca,modo monet spectandum ad propria corpora.hoc enim significant quæ subiunguntur/tradent enim vos in concilia &c̄. Et monet vt sicut aduertere debent ne seducantur/& ne putent ex terræmotibus & bellis propinquum esse finem mundi,ita aduertere debent ne propter flagella & passiones inferendas propriis corporibus/semetipsos perdant. Tradent enim vos i cōcilia ꝛ i synagogas.vapulabitis:ꝛ añ psides ꝛ reges stabitis.pro.statuemini/pp me,in testimoniū illis.tum phibendū a vobis de me,tum inexcusabilis dānationis illorū principum perseuerantium in infidelitate sua postq̄ vos audierint. Et in oēs gentes primū oportet prędicari euangelium. Quarto loco ponit diuturnitas tēporis ante consummationē mundi:explicando ꝙ oportet primum prædicari euangeliū in omnes gentes. Non dicit oportet audiri famā euangelii/sed prędicari euangelium in oibus nationibus mūdi. Quod adhuc non apparet adimpletū:dum quotidie inuenitur gentes nouæ quæ nihil vnq̄ audierunt de christo. Et quū duxerint vos tradentes,nolite preco gitare.pro.ne ante soliciti.siue anxii.fitis/quid loquamini. Deest.neqz meditemini. Ita ꝙ prohibet tum anxietatem seu solicitudinē anteriorem/tum meditationē:volens illos loqui quod tunc datū fuerit a spū sancto. Et in hoc monstrat se esse deum:ꝓmittens per spiritū sanctum datum se totiēs quotiēs quid loquantur.sed qđ.pro.quicqđ/datum vobis fuerit in illa hora,id loquimini. Non enī vos

estis loquentes,sed spūs sanctus. ¶ Tradet autē frater fratrē in mortez/ꝛ pater filium:ꝛ consurgent filii in parentes/ꝛ morte afficient eos. Dixerat tradent enim vos:declarat modo a quibus trādentur.i.patribus/fratribus/filis. Et eritis odio oībus.hoibus sm hominē sapientibus.propter nomen meū. Qui aūt sustinuerit.pro.pseuerauerit/in finē,hic saluus erit. Declarat fructum tantarū passionum fore salutem æternā,si tamē vsq; in finem ꝓpriæ vitæ pseuerauerit in fide & confessione nominis iesu:vt hinc intelligerent tum perseuerantiū felicitatē,tum non perseuerantiū miseriam,quātūcunq; prius multa passi fuissent.nulla enim virtus sine perseuerantia coronatur.

Cum autē videritis abominationē desolationis.Deest.quę dicta est a daniele ppheta/stantem vbi non dz.pro.non opz/qui legit intelligat. Transit ad primam quæstionē de tempore destructionis templi. Tunc qui in iudea sunt/fugiant in montes:ꝛ qui sup tectum/non descendat in domum,nec introeat vt tollat qđ de domo sua.ꝛ qui in agro erit,non reuertat retro tollere vestimentū suum. Vę aūt pręgnantibus ꝛ nutrientibus.pro.lactantibus/in illis diebus. Orate vero vt hyeme non fiant.pro.fiat.Deest.fuga vestra. Vide hæc expolita matth.24.

Erunt enim dies illi tribulationis tales quales non fuerūt.pro.talis qualis non fuit/ab initio creaturę quā condidit deus vsq; nunc:neq; fient.pro.neq; fiet. Aduerte ꝙ particula hæc nō spectat ad destructionē hierusalem(vt diffuse declarauimus matth.24.)sed ad ꝓcedentia cōsummationē mundi. Ita ꝙ sermo iesu de cōsummatione mūdi interceptus est a matthæo & marco/interponēribus signa spectantia ad destructionē templi.cōtinuatur siquidē hæc particula post illa qui autē perseuerauerit in finē hic saluus erit,subiungendo etiam enim dies illi. Et manifestat ratio difficilis perseuerātiæ ex tribulatione quæ nunq̄ habuit parem. Et directe adiungit hæc particula ad declarandū & psequendum verba illa/initia dolorū hęc.explanatur.n.terręmotus & bella/fames & reliqua mala consueta,esse initia quædam dolorū:quia erunt dies illi oīno insolitæ tribulationis. ¶ Nec prætereas notare noīa/talis qualis.non dixit tribulationis tantæ quāta non fuit sed tribulationis talis qualis nō fuit.maior.n. tribulatio fuit omni carni sup terrā in diluuio vniuersali. In quo autē consistet hæc tribulatio/nescio: nisi ꝙ mortifera erit.nisi.n.esset mortifera,non dixisset/non fuisset salua omnis caro. Et nisi breuiasset pro.decurtasset/dns dies,non fuisset salua ois caro:sed propter electos quos elegit,breuiauit pro.decurtauit/dies. Significat enim amputationē dierum quo ad numerū. Vbi nota tribulationem hanc non esse inferendam ab hominibus/sed a deo:quia non periclitaretur omnis caro si esset ab hominibus. Rursus ꝙ ꝓpter electos deus statuit amputare dies illos,vt etiam bene sit aliis propter electos. Vide hæc diffuse expolita matth.24.

Et tunc. Tempus demonstrat nō arctatum ad dictam tribulationē,sed cōprehendit totū medium tps a primo aduētu vsq; ad secūdum. Subiungit enim hanc particulam ad declarandū id quod in principio huius sermonis dixerat. videte ne quis vos seducat, multi.n.venient in nomine meo. Explicauerat enim hoc solū ꝙ multi venturi in nomine suo/& ꝙ multos seducent:modo autē complet sermonē illum monendo a diuersitate locorū(ecce hic/ecce illic)& a prophetis falsis.vbi insinuatur etiā ꝙ pseudochristi habebunt pseudophetas quasi testes.& a signis & ꝓdigiis ita efficacibus vt seducant etiā electos si fieri posset. Si quis vobis dixerit/ecce hic est christus ecce illic:ne crediderītis. Exurgent.n. pseudochristi ꝛ pseudoprophetę:ꝛ dabunt signa ꝛ portenta/ad seducendos si fieri pōt etiam electos. Vos ergo videte:ecce prędixi vobis oīa. Vide & hæc diffuse declarata matth.24.

Sed in illis diebus post tribulationē illam sol contenebrabitur.absq; eclypsi & nubibus.ꝛ luna non dabit splendorē suum. Non dicit nō habebit:qa similiter absq; eclypsi & nubibus subtrahetur splendor eius.ꝛ stellę cęli erunt decidentes.a lucēdo nobis aere sereno.ꝛ virtutes quę in cęlis sunt/mouebunt.pro.quatientur. Significat enim ꝙ actiuæ potestates corporū cœlestium ad influendū in inferiora & mutandū illa/impedient ab actionibus suis:& ꝓpterea metaphorice dicunt cōcutiēdæ. Latius scripsimus de his matth.24. Et tunc videbunt filium hominis venientē in nubibus cum virtute multa ꝛ gloria. Et tunc mittet angelos suos:ꝛ cōgregabit electos suos a quattuor ventis/a summo terrę vsq; ad summū cęli. Hæc oīa quoq; declarata sunt matth.24.excepris illis verbis/a summo terrę:quoniā matthęus ibi dicit a summis cœlorū vsq; ad summa eorū. Idem aūt intelligo per alia verba significatū a marco:ita ꝙ intendit vtrunq; hemisphęriū significare per hæc verba. Et hemisphærium quidē appellatū inferius/significat a summo terræ.denominauit siquidē ipsum a terra:sicut & denominauit ipsum inferius,cum tamen sit superius sicut & alterū. Quia enim nobis videt inferius appellatur hemisphęriū inferius:& similiter quia ex parte subiectę nobis terrę apparet se tenere/denominatur summū terræ.hemisphæriū autem superius appellat summū cœli. Apparet aūt hunc esse sensum literalem.tum ex consensu ad matthæū.tum ꝙ sic & non aliter cōprehenditur totum vniuersum corporeū:includendo etiam infimas terræ partes/in quibus forte multi electi erunt:& quæcūq; abstrusa/in quibus forte corpora electorum erunt.

Ab ficu autē discite parabolam.pro.similitudinē. Quum iam ramus eius tener fuerit/ꝛ nata fuerint folia,cognoscitis qz in proximo sit estas. Sic ꝛ vos quū videritis hęc fieri,scitote ꝙ in pro-

mo fit in ostiis.pro.foribus. Amen dico vobis,qñ non transibit.pro.præteribit/generatio hec donec hec oia fiant.celum z terra trasibunt.pro.præteribunt:verba aũt mea non transibunt pro. præteribunt. Essent multa hic dicenda:nisi fuissent hec verba declarata matth.24. De die aũt illa vel hora nemo scit. Ne putares ex similitudine gemantis ficus ad æstatẽ/certum significari spatium tẽporis inter signa & diem aduentus christi,subiungit incertitudinẽ illius diei.neq; angeli in celo. Grece habetur/qui sunt in cœlo:vt clare intelligas de angelis beatis.neq; filius,nisi pater. Intellige neq; filius ſm humanã naturam naturali notitia. Solus.n.deus nouit ex sua naturali scientia tẽpora & momenta quæ/pater posuit in sua potestate. Et ppterea subiungit/nisi pater:significans per patrẽ deum. Videte/vigilate z orate. Colligit tria necessaria.videte/mentis oculis:vigilate/studio.nihil.n.prodest videre,nisi adhibeat studium ad exequendũ vel cauendum. Et orate/recurrendo ad deum,recognoscentes vires proprias non sufficere/recognoscentes non sufficere vestrũ videre vestrũq; vigilare. Nescitis enim qñ tempus sit. Vera est hæc nescientia tam de tẽpore vniuersalis iudicii,q̃ de tẽpore singularis ac proprii iudicii respectu singulorũ. ℣ Sicut homo qui peregre,pfectus. Parabolam adiungit. reliquit domũ suam:z dedit seruis suis ptãtem cuiuslibet operis.pro.z vnicuiq; opus suũ. Significatur.n.q̃ dedit seruis suis duo.l.potestatẽ & opus:distribuendo vnicuiq; suum opus/hoc est suum officium. z ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo.nescitis enim qñ dñs domus veniat:sero an media nocte/an gallicantu an mane.ne quũ venerit repente/inueniat vos dormientes. Qd̃.pro. quę/aũt vobis dico,oibus dico/vigilate. In hac parabola relata ad vniuersale iudiciũ homo peregre profectus est ihesus:qui in cœlum ascendit/& carnẽ velut ad peregrina loca in cœlum trãstulit. Domus eius ecclesia est:quã in hoc mundo reliquit. Serui eius/christiani sunt:quibus dedit potestatẽ filios dei fieri. Opus eius quod distribuit vnicuiq; est q̃ dedit quosdã quidem apostolos/quosdam autẽ euangelistas/quosdã pastores/quosdam doctores:& breuiter singulis sui corporis mẽbris sua distribuit officia. Ianitor aũt pastor est ecclesiæ:cui præcipit̃ vt vigilet super domũ christi. Vbi aduerte q̃ si soli ianitori præciperet vt vigilet,non subiungeret/vigilate ergo:& non cõcluderetur oĩbus dico vigilate. Vigilia itaq; primũ præcepta significat ianitori,cui pro se & pro aliis incũbit vigilare:& deinde singulis pro seipsis. Quattuor noctis partes/vniuersas tẽporis differentias significant. Et significat totum tẽpus noctur-/ppter tenebras ignorantiæ nostræ simul & peccatorũ.propter has enim opus est vigilantia. ℣ Si referatur autẽ hæc parabola tota ad singulare iudicium vniuscuiusq;,mysticus apparet sensus/ad singulos pertinere vigilantiã quæ in ipsa cõcluditur parabola. Et proculdubio vniuscuiusq; vigilãtia ne inueniatur dormiens tẽpore quo ad singulare iudiciũ in sua morte oportebit cõuenire/redundat in esse paratum tpe vniuersalis iudicii:vt patet. Et ppterea vigilia singulorũ põt etiã intelligi ad ſam distincta per quattuor dñas noctis/ad cõprehendendũ omnes dñas tẽporis & ætatis cuiuslibet hois.

CAPVT .XIIII.

ERat autẽ pascha.solẽnitas iudæorũ in memoriam exitus de ægypto.z azima. Pluralis est numeri. Significant.n.panes azimi:quibus tantũ vesci licebat septẽ diebus paschæ. Et addidit marcus azima/ad significandũ initium solẽnitatis paschalis. Pascha.n.vocabat totum illud tẽpus septem dierũ.post biduũ.hoc est diem mercurii & diem iouis illo anno. Significat.n.euangelista mane diei mercurii in quo cõgregatis summis sacerdotibus apud caiphã/cõuentum fuit cum iuda ppitote. Et querebãt summi sacerdotes z scribę qũo eum dolo tenerent z occiderent. Non solum cõferebant de modo/sed quærebant modũ quo dolose iesum cõprehenderent & occiderent.non enim audebant vim manifestã illi inferre palam. Dicebant aũt,non in die festo.pro. in festiuitate. Significat enim respectus non solum ad primũ diem paschę festiuum,sed ad ipsam festiuitatem paschalem.ne forte tumultus fieret in populo.pro.fiat populi. Timebant enim ne populus tumultuaretur contra ipsos/si vim publice in christum intulissent.

Et qui esset bethanie in domo simonis leprosi/z recũberet,venit mulier hñs alabastrũ vnguẽti nardi spicati.pro.pistici.vel vt alii volunt pistice fœminini generis. Sed nisi textus græcus cõpellat,melius legit neutri generis:qñ quadrat vt referat ad vnguentũ:& sit sensus q̃ vnguentũ erat pisticum(hoc est fidele)ac pciosum. Minus aũt consonat q̃ nardus fuerit pistica/hoc est fidelis.nõ.n.adulterina timet herba nardi,sed timetur adulterinũ vnguentum nardi.pretiosi:z fracto alabastro.hoc est aperta pixide alabastri.effudit sup caput eius. Cõmemorat marcus vnguẽtum effusum super caput iesu in bethania sabbato pcedenti,ad insinuãdam rationẽ qua motus fuit iudas ad vendendũ iesum summis sacerdotibus.propterea.n.hic hoc cõmemorat vt denotet diem proditionis fuisse biduo ante paschã/ & cõtinuet historiam:subiungendo aditũ iudæ ad summos sacerdotes cõgregatos/deserptos quærere modũ quo dolose cõprehenderent iesum. Erant aũt quidam indigne ferentes intra semetip̃os.pro.apud sese. Significat.n.q̃ non corde tantũ,sed ore colloquebant inter se.z dicentes vt quid.pro.ad quid/perditio ista vnguenti facta est? poterat enim vnguentum istud venũdari plus q̃ trecentis denarijs/z dari paupibus. Et fremebant in eam. Non audebant fremere in ieſum cõsentientem imo admittẽtem,quum tñ verba &iesum & mulierẽ carperent;vtpote concurrẽtes

ad perditionem illius vnguenti precioſi. Jesus autem dixit. Sinite eam:quid illi molesti estis:bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habebitis.pro.habetis/vobiscũ:z quũz volueritis/potestis illis bñ facere.me autez non semper habebitis.pro.habetis. Quod habuit hec/fecit:preuenit vngere corpus meum in sepulturã. Amen dico vobis:vbicũq; predicatum fuerit euangeliũ istud in vniuerso mundo,z qõ fecit hec/narrabit̃ in memoriã.pro.monumentũ/eius. Vide hæc explanata matth.26. ℣ Et iudas scarioth.pro.iscariotes.nomen enim credit̃ partium.vnus de duodecim/abiit ad summos sacerdotes,vt ꝓderet.pro.traderet/eum illis. Redit̃ ad ordinem historiæ narrando aditum iudæ ad summos sacerdotes/proculdubio cõgregatos in atrio caiphæ. Qui audientes gauisi sunt:z promiserunt ei pecuniaz se daturos. Et quęrebat quomodo eum opportune traderet.

Et primo die azimorũ. Appellat marcus diẽ iouis in quo post solis occasum incipiebat solẽnitas paschalis/primum diem azimorũ. Quæ appellatio non fuisset vsq; quaq; vera/nisi adiunctũ fuisset qñ pascha imolabant.hæc enim adiunctio explicat q̃ non loquit̃ de primo die azimorũ absolute more hebraico:quoniã primus dierum azimorũ absolute erat dies sequens,incipiens tamẽ ab occasu solis diei iouis.sed loquit̃ de primo die azimorũ quo ad vesperã illius diei in qua pascha imolabant. Et vsus est hoc modo loquendi,quia cœna quæ fit in prima noctis parte/appellat̃ cœna illius diei qui finitus est. immolatio siquidẽ paschę erat cœna agni paschalis.quãdo pascha imolabant.proculdubio indei: contra quosdã dogmatizantes ieſum præuenisse diem quo iudei imolabant pascha.dicunt ei discipuli. Deest.sui.quo vis eamus z paremus tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis:z dicit eis. Jte in ciuitatẽ:z occurret vobis homo lagenã aquę baiulans. Lagena vas est fictile cõmune aquæ & vino:sed in ꝓposito erat aquæ.sequimini eum:z quocũq; introierit,dicite dño domus/q̃ magister dicit. vbi est refectio mea.pro.diuersoriuz.& superfluit mea.vbi pascha cum discipulis meis manducẽ? Aduerbiũ vbi/manifestat q̃ non refectio sed locus quærebat̃.z ipse vobis demõstrabit cenaculũ grande stratum. Deest.paratũ. Significat enim locus non nudus,sed cum opportuna supellectili:ita q̃ non deerat nisi parare cibos.z illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius:z venerunt in ciuitatẽ:z inuenerunt sicut dixerat illis:z parauerunt pascha. Vespere autẽ facto venit cum duodecim:z discũbentibus eis z manducantibus/ait ihesus.amen dico vobis q̃ vnus ex vobis tradet me/qui manducat mecuz. At illi ceperunt cõtristari:z dicere ei singulatim.numqd ego? Deest.z alius numqd ego? Qui ait illis.vnus ex duodecim. Soli duodecim legunt ibi interfuisse.& ideo non ad distinguendũ,sed ad exaggerãdũ crimen ex beneficio electionis ad apostolatũ repetit vnus de duodecim.qui intingit manũ mecum in catino. Superfluit manũ. Prius dixerat sermonẽ cõmunem oĩbus duodecim:modo restringit sermonẽ ad eos cum quibus cõis erat ei catinus,quos rõnabile est fuisse quattuor discipulos ppinquius sedentes:inter quos erat iudas. Et filius quidẽ hois vadit sicut scriptũ est de eo:ve autẽ homini illi per quẽ filius hois tradet̃ pro.tradit̃.bonum erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Et manducãntibus illis accepit ihesus panem:z benedicens.bñdictione laudis non cõsecrationis:vt in matthæo eadẽ dictione vtente declaratum & ꝓbatum.fregit z dedit eis:z ait.sumite. Deest.comedite,hoc est corpus meuz. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo oẽs:z ait illis.hic est sanguis meus noui testamenti,qui pro multis effundet̃.pro.effundit̃. Iam enim venditus erat, & incepta erat passio eius. Et ppterea dixit effundit̃. Amen dico vobis q̃ iam non bibaz de hoc genimine vitis/vsq; in diem illum quum illud bibã nouum in regno dei. Vide expolita matth.26.

Et hymno dicto.pro.quuz hymnũ dixissent. Significat.n.q̃ non solus iesus dixit hymnũ. exierunt in montẽ oliuarum. Et ait eis iesus.oẽs scandalizabimini in me in nocte ista. Quia scriptũ est. percutiam pastorẽ,z dispergent oues. Sed postq̃z resurrexero/precedã vos in galileaz. Vide matth.26. ℣ Petrus aũt ait illi.z si oẽs scandalizati fuerint,sed nõ ego. Et ait illi iesus.amẽ dico tibi quia tu hodie in hac nocte priusq̃z bis gallus vocez dederit̃ me es negaturus. Solus marcus numerũ vocis galli explicauit:qa solus refert prima iesu verba.alii aũt euãgelistæ posterius dicta. Ita q̃ iesus prius dixit petro,anteq̃ gallus cantet bis/negabis me ter.deinde petro nimis sibi arrogante constantiã,iesus peiora ꝓnunciauit dicens/anteq̃ gallus cantet negabis me ter.qđ tres alii euangelistæ retulerunt tanq̃ vltimã conclusionẽ prædictam. Et ille amplius loquebat̃.pro.ex abũdãti dicebat.z si.pro.imo si/oportuerit me simul. Supstitit simul.cõmori tibi.hoc est quod ex abũdanti dicebat/imo si oportuerit me mori tecum.non te negabo. Similiter autẽ z omnes dicebant.

Et veniunt in prędium cui nomen gethsemani:z ait discipulis suis.sedete hic donec orem. Et assumit petrum z iacobuz z ioãnem secum:z cepit pauere z tedere.pro.cepit expauescere z graviter angi. Cruciatus ppassionis hic incepit a duabus passionibus:timoris.l.& tristitiæ tam vehemẽtis vt animus angeret̃. Collegit siquidẽ iesus corã interno suo aspectu(tum intellectus vt rationis inferioris officium exerceret:hoc est vt cõsiderantis res has inferiores.tum cogitatiuę & phantasiæ)pœnas quas passurus erat. Et propterea causabat expauescentia quędã talium tantorũq; imminentium malorũ

& tristitia angustans animum tanq̃ impotentem euadere. nulla enim (vt dictum est apud matthæū) redundabat cõsolatio ex ratione superiori. Et similiter nulla istarū passionum perturbabat rationẽ. non reddebatur. siquidẽ iesus attonitus ex his: quoniã vnicuiq; vitium eius permittebat exequi suum officium. Et ait illis. tristis est aia mea vsq; ad mortẽ: sustinete. pro. manete. hic & vigilate. Et quũ processisset paululũ, procidit super terrã: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora. Passionẽ & mortem a tempore significauit. trãsitu enim horæ virtutis passionis significat. & dixit. Abba pater. Abba syra dictio dicit: & idẽ significat quod pater. Duplicatio. n. magnitudinẽ affectus & fiduciæ filialis significat in iesu orante. Oĩa tibi possibilia sunt: transfer calicẽ hunc a me: sed non qd̃ ego volo sed qd̃ tu. Et venit: & inuenit eos dormientes. Et ait petro. simon dormis? non potuisti vna hora vigilare? Vigilate & orate vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidez promptus est: caro autẽ infirma. Et iterũ abiens orauit, eundem sermonẽ dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Denuo in textu græco refert ad inuenit, & non ad reuersus. Significatur. n. q̃ iterũ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorũ grauati: & ignorabant quid rñderent ei. Et venit tertio: & ait illis. dormite iam & requiescite. Sufficit. Apparet hinc paululũ indulsisse somni postq̃ tertio venit: & post indultũ somnum excitasse eos dicendo sufficit qa hora est traditionis meæ. Circa orationẽ christi vide expolita matth. 26. Venit hora: ecce filius hominis tradetur. pro. traditur. in manus peccatorũ. Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est.

Et adhuc. Deest cõtinuo post copulam. Ita q̃ legendũ est. & continuo adhuc eo loquente venit iudas scariot. Superfluit scariot. vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis missi. Superfluit missi. a summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autẽ traditor eis signũ dicens. quẽcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum & ducite caute. pro. abducite tuto. Et quũ venisset, statim accedens ad eum ait. Deest. illi. aue rabbi rabbi. Duplicat rabbi rabbi in signum maioris reuerentiæ & affectus: vt pfecta esset simulatio. & osculatus est eũ. At illi manus iniecerunt in iesum: & tenuerũt eum. Unus autẽ quidã de circũstantibus. pro. a stantibus, educens gladium, percussit seruũ summi sacerdotis: & amputauit illi auriculã. Et respondens iesus ait illis. Responsio refert ad tacitas a marco voces iudæorũ dicentiũ se quærere iesum nazarenũ. tunc enim iesus dixit illis quæ subiunguñt. Tanq̃ ad latronẽ existis cum gladiis & lignis cõprehendere me: quotidie eram apud vos in tẽplo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleant scripture. Truncata oratio est. subaudiendũ est sic fit. Tũc discipuli eius. Superfluit discipuli eius. & deest cõiunctio &. Ita q̃ legendũ est. tunc & relinquẽtes eum omes fugerunt. Adolescentis. pro. adolescẽtulus. Vnde apparet q̃ iste nõ fuit apostolus. nullus. n. apostolus erat adolescentulus: quũ qui credit minoris fuisse ætatis inter oes conuincat ex tẽpore mortis eius collato cum tẽpore mortis christi trãsisse annum ætatis propriæ trigesimũ: vt in quodam ientaculo deduximus. Verisimile autẽ est adolescentulum hunc fuisse, forte filiũ hortulani: qui exurgens ex lecto, linteamine sup nudũ coopertus (ad videndum forte quidnã esset auditus strepitus cohortis & ministrorũ) tanq̃ non discipulus nihil sibi timens, sequebat iesum. aũt quidam sequebat eum, amictus sindone' super nudũ: & tenuerunt eũ. Deest. adolescentuli. Significatur enim q̃ adolescentuli ministri diaboli, adolescentulum tenuerunt sequentem iesum. Erant enim cum cohorte illa & ministris etiã adolescentuli, vt moris est ad seruitia ad deferendas latemas, faces &c. vt sic etiã iesus a cuiusq; ætatis hominibus pateretur. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis.

Et adduxerunt iesum ad summũ sacerdotem: & conuenerunt. pro. cõueniunt. & deest. ad eum. s. summum sacerdotẽ. oes. Deest. summi sacerdotes. Describunt enim cõuenire ad summũ sacerdotẽ oes summos sacerdotes & scribas & seniores. Vnde apparet q̃ licet vnus fuerit apud iudæos q exerceret officiũ summi sacerdotis anno illo, plures tñ erant summi sacerdotes, suis annis successiue summi sacerdotis officio fungentes, qui hic appellant summi sacerdotes. quoq; tñ præcipui diuitiis & autoritate erant annas & caiphas: & ppterea specialiter appellant ipsi a luca principes sacerdotũ. Et bene aduerte q̃ ad caiphã conuenerũt oes summi sacerdotes: vt intelligas & summos sacerdotes fuisse corã pilato cõtra iesum & summos sacerdotes alios tunc quoq; fuisse in tẽplo coram qbus iudas dixit peccauí &c. vt in matthæo diximus: & non ex pptio cõmento sed ex autoritate huius euangelistæ. pficisci tot summos sacerdotes. & scribe & seniores. Petrus autez a longe secutus est eum vsq; intro in atrium sũm sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignẽ. Superfluit ad ignẽ. & calefaciebat se. pro & calefiebat ad lucez. hoc est ad flãmam ignis lucentem, ad differentiã carbonum ignitorũ. Summi vero sacerdotes & omne cõcilium querebant aduersus iesum testimoniũ vt eum morti traderent. Quia non poterant iesum dãnare ad mortẽ cum executione, reseruato iudicio mortis romanis, ideo quærebant testimonia qbus possent apud pfidem obtinere mortẽ iesu. nec inueniebant. Multi autem. pro. enim, falsum testimoniũ dicebant aduersus eum: & cõuentia. pro. equa. seu equalia. testimonia non erant. Significant testimonia plata nõ esse equalia ad mortẽ obtinendam a pfide: hoc est nõ esse apud præsidẽ iusta ad dãnationẽ mortis causandam. offensiones enim legis iudæorũ de

quibus ferebantur testimonia, non erant causæ apud præsidem æquales pœnæ mortis. Et quidam surgentes, falsum testimoniũ ferebant aduersus eũ, dicentes: quoniam nos audiuimus eum dicentem. ego dissoluam tẽplum hoc manufactum, & post. pro. per triduum aliud non manufactum ędificabo. Multa sunt in hoc testimonio reddentia ipsum falsum. Tum ego dissoluã. dixerat. n. christus, soluite. tum manufactũ: quod nunq̃ dixerat christus. tum aliud: quod similiter nõ dixerat. tum ędificabo: christus. n. dixerat illud excitabo. Et non erat. pro. & ne sic quidẽ erat cõueniens testimonium illorũ. Et exurgens summus sacerdos in medũ, interrogauit iesum, dicens. non rñdes quicq̃ ad ea quę tibi obiciunt ab his. pro. quid isti aduersum te testificantur? Ita q̃ sunt duę orationes. altera, non rñdes quicq̃? altera, quid (seu cur) isti aduersum te testificantur? Ille autẽ tacebat: & nihil rñdit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei. tu es christus filius dei benedicti? Jesus autẽ dixit illi. ego sum. Clare confessus est iesus se esse messiam. & videbitis filiũ hois sedentẽ a dextris virtutis dei. Superfluit dei. Significat. n. q̃ videbunt ipsum sedentẽ, hoc est regnantem, a dextris, hoc est in optimis bonis, virtutis, hoc est potestatis, nõ huius aut illius sed absolutæ: vt intelligamus regnatum ipsum in optimis bonis cuiuscũq; potestatis: hoc est ad quæcũq; potestas se extendit. Prædicit. n. se futurũ regem vniuersi & venturũ iudicem vniuersalẽ in nubibus cœli, vt non despiciant modo humilẽ: vt sic intelligant scripta de messia, in eo verificari sm diuersos aduentus. & venientez cum nubibus cęli. Summus autẽ sacerdos scindens vestimenta sua. In signũ detestationis blasphemiæ cõsueuerant aperire vestimenta supra pectus. hoc. n. appellat scindere vestimẽtum etiã si nulla scissio pprie interuenisset. ait. quid adhuc desideramus testes. pro. opus habemus testibus? ecce nos oes sumus locupletissimi testes. audistis blasphemiã: quid vobis videt? Qui oes cõdemnauerunt eum esse reũ mortis. Et ceperunt quidã conspuere eum, & velare faciez eius, & colaphis eum cędere: & dicere ei. prophetiza. Et ministri eum alapis cędebant.

Et quũ esset petrus in atrio deorsum. Hinc apparet iesum fuisse non solũ in aula interiori, sed & superiori. nisi. n. iesus fuisset superius, nõ descripsisset marcus petrũ deorsum. venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & quũ vidisset petrũ calefacientẽ se, aspiciens illum ait. & tu cum iesu nazareno eras. At ille negauit, dicens. neq; scio neq; noui. Permutatæ sunt particulæ. Legendum est. neq; noui. prius. neq; scio. nunc. quid dicas. Et exiit foras ante atrium. pro. in vestibulũ: & gallus cantauit. non rñ mutauit petrũ. Rursus autẽ quũ vidisset illum ancilla, cepit dicere circũstantibus q̃ hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Et post pusillũ rursus qui astabant, dicebant petro. Vere ex illis es. nam & galileus es. Deest. & loquela tua assimilat. supple galilęę locutioni. Ille autẽ cepit anathematizare. pro. detestari. Detestatio ista execrationẽ seu imprecationem eo modo quo solemus imprecationes malorũ in iuramentũ assumere, significat. Significat. n. q̃ petrus non simplici iuramento iurauit, sed appositis huiusmodi imprecationibus & iurare q̃. nescio. pro. non noui, hominẽ istum quẽ dicitis. Et statim gallus iterũ cantauit. Et recordatus est petrus verbi qd̃ dixerat ei iesus: priusq̃ gallus cantet bis, ter me negabis. & cepit flere. pro. & prupit in fletum. Cerne diuinę gratiæ repentinũ impetum prorũpentem in fletum. De his petri negationibus dicet tandẽ super ioãnem, qui vltimo scripsit. Circa reliqua vero supradicta vide expolita matth. 26.

CAPVT .XV.

Et confestim mane cõsilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso cõcilio. Descripserat marcus iesum dãnatum a sacerdotibus & senioribus (reus est mortis) subiectũ fuisse nocte illa sputis, colaphis & illusionibus: & tacito regressu scribarum & seniorũ ad propria, describit modo alterũ consilium, celebratũ mane cõfestim: vt exclusa omni negligentia & pigritia festinos intelligamus cõcurrisse ad cõsilium prima diei hora. Necessitas aũt huius consilii declarata est matth. 27. vincientes iesum. Prius ligatus fuerat a ministris, quũ cõprehensus fuit in horto: sed hinc habet q̃ in domo summi sacerdotis solutus fuerat. & ppterea nũc iterum ligauerũt eum: vt publice duceret vinctus ad pfidem, in signum q̃ erat dãnatus ad mortẽ. duxerunt. non miserunt: qa sacerdotes, scribæ & seniores ibant simul, tanq̃ autorizantes factũ: ne plebei auderent attentare aliqd pro libertate iesu. Et ad hoc etiã elegerunt primã diei horam: in qua populus adhuc non est cõgregatus. & tradiderunt pilato. habenti potestatẽ inferendi mortẽ. Et interrogauit eum pilatus. tu es rex iudęorũ? Hinc apparet q̃ sacerdotes & reliqui tradiderunt pilato iesum tanq̃ reum lesę maiestatis, vsurpando sibi titulum regium. At ille rñdens, ait illi. tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Tacet marcus multa gesta, quæ alii explicant euangelistæ. Pilatus autẽ rursus interrogauit eum, dicens. Non rñdes quicq̃? vide in quãtis te accusant. pro. quanta aduersus te testificant. Jesus aũt amplius nihil respondit: ita vt miraret pilatus. Per diem autẽ festum solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quẽcunq; petissent. Erat autẽ qui dicebatur barabbas: qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat. pro. fecerant, homicidium. Significatur. n. q̃ seditiosi fecerant homicidiũ. Et quũ ascendisset. pro. acclamasset, turba, cepit rogare. pro. petere. Et est locutio incõpleta. subaudiendũ est enim, vt faceret. & tunc subiungen,

dum.sicut semper faciebat illis.Est enim sensus ꝙ turba incœpit petere a pilato vt seruaret consuetudinem donandi sibi vnum vinctū quem malmissent. ¶Pilatus autē rñdit eis,ꝛ dixit.vultis dimittā vobis regem iudeoꝝ?Sciebat enim ꝙ per inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. ¶Pontifices autē concitauerunt turbā vt magis.pro.potius|barabbā dimitteret eis. ¶Pilatus autem iterum rñdens|ait illis.quid ergo vultis faciam regi iudeoꝝ.pro.quez dicitis regem iudeorū? Et subaudiendū est pronomen ei,vt congrua sit cōstructio.At illi iterū clamauerunt.crucifige eum. ¶Pilatus vero dicebat illis.quid enim mali fecit? Pilatus ethnicus horrens crucifigere hoiem sine culpa,quærit maleficiū|sciens nullum esse:vt vel sic retrahat iudeos a tanto scelere. At illi magis clamabant.crucifige eū. ¶Pilatus autē volens populo satisfacere,dimisit illis barabbā:ꝛ tradidit iesuꝫ flagellis cesum vt crucifigeret. ¶Milites aūt duxerūt eum in atriuꝫ prætorii.pro.qō est prætorium. Ipsum.n.atrium significat esse prætoriū:hoc est locum vbi cognoscebant causæ & ferebātur sententiæ in domo pilati.ꝛ cōuocant totam cohortē:ꝛ induunt eum purpura:ꝛ imponunt.pro.circūponunt|ei plectentes spineam coronā.ꝛ ceperunt salutare eū|aue rex iudeoꝝ. Et percutiebant caput eius arundine,ꝛ cōspuebant eum:ꝛ ponentes genua adorabant eū. Et postqꝫ illuserunt ei|exuerunt illū purpura|ꝛ induerunt eū vestimentis suis:ꝛ educunt illū vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntē quēdam simonē cyreneum de villa|patrē alexandri.ꝛ. Supfluit &.rufi|vt tolleret crucē eius.Ratio coactionis huius simonis & illusionis iesu|dicta ē matth.27. Et perducunt illū in golgotha locum:qō est interpretatū caluarię locus. Et dabant ei bibere myrrhatū vinum.Clare marcus explicat fuisse vinū:quod apud matthēū dubium est.Et ibi mixtum fel|ea marco autē myrrhatū dicitur:vt vel vtrāq; mixtionē fuisse,vel tantūmodo myrrhatū|sed ratione amaritudinis a matthæo appellatū mixtū cū felle intelligamus:vt omnis crudelitas in iesum exerceretur.ꝛ non accepit. Vt etiam sic impleretur quod dixerat|se non bibiturū vinum donec resurgeret a mortuis. Et crucifigentes euꝫ.pro.ꝛ quiꝫ crucifixissent eum,diuiserunt.pro.diuidunt|vestimenta eius:mittentes sortem super eis|quis quid tolleret.

Erat autē hora tertia ꝛ crucifixerūt eum.Credimus errore scriptorū mutatū sextam in tertiam propter characterū similitudinē designantium trinariū & senarium. Constat enim ex euangelio ioānis iesum crucifixum hora sexta.Et erat titulus causę eius inscriptus.Nō fuit hoc speciale in christo:sed laudabilis mos erat vt causa cuiusq; crucifixi apponeret super crucē eius. Rex iudeoꝝ.Hinc clare apparet mundo pilatum dānasse iesum rangꝫ reum lesę maiestatis,quia regem se iudæorū(hoc est messiā) professus est. Et cum eo crucifigunt duos latrones:vnum a dextris|ꝛ alium a sinistris eius. Et impleta est scriptura quę dicit.esa.53.ꝛ cum iniquis reputatus est.Et prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua|ꝛ dicentes.Vah qui destruis templum dei,ꝛ in tribus diebus reędificas:saluum fac teipsuꝫ|descendens de cruce.Similiter ꝛ summi sacerdotes illudentes|ad alterutrum cum scribis dicebāt.alios saluos fecit:seipsum non potest saluum facere.christus rex israel descendat nunc de cruce,vt videamus ꝛ credamus. Et qui cuꝫ eo crucifixi erāt conuitiabantur ei. ¶ Et facta hora sexta,tenebre facte sunt.Quando crucifixerunt eum|incipiebat hora sexta:completa aūt sexta hora facte sunt tenebre.per.pro.super|totam terram vsqꝫ in horam nonam. Et hora nona exclamauit iesus voce magna|dicens.eloi eloi.Si textus tam apud grecos q̄ latinos nō est corruptus,marcus vsus dicit dictione chaldęa|eloi:hoc est deus meus|ab eloha quod est deus.matthæus autem dictione hebrea eli:ab el|quod est deus.lāmah hasabthani.quod est interpretatum deus meus deus meus vt quid.pro.ad quid|me dereliquisti? Vox ista quærula|vox est iesu veri hominis fm partem inferiorem(hoc est corpus|& animum prout ad creatas res refertur)valde patientis,vsqadeo ꝙ nihil consolationis interius recipiebat ex parte superiori.ita ꝙ derelictus erat nō solum exterius|in vituperiis|in ignominiis|in afflictionibus clauoꝝ & reliquis,sed etiam intrus.Et ad hoc declarādum vocem hanc quærulam magno clamore expressit:ne putaremus animū eius tangꝫ stoicum quodāmodo non sentire aut non ponderate ea quæ patiebatur|vel interna consolatione refici fm gratiam quæ postea apparuit in apostolis & martyribus. Et dicit ad quid|non ꝙ iesus ignoraret ad quid:sed quia nec sensus nec rationis inferioris erat nosse ad quid fm diuinæ sapientiæ ordinem derelictio hæc ordinabatur. Et quidam de circūstantibus.pro.astantibus|audientes dicebant.ecce heliam vocat.Et significantur gentiles linguæ hebrææ ignari|putātes vocari heliam. Currens autem vnus ꝛ implens spongiam aceto|circumponensqꝫ calamo,potum dabat ei dicens.sinite videamus si veniat helias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit.Et velum templi scissum est in duo|a summo vsqꝫ deorsum. Videns autez centurio qui ex aduerso stabat|quia sic clamans.pro.quum sic clamasset|expirasset.Intellexit centurio miraculosam expirationem,ex eo ꝙ iuncta fuit clamosæ voci ipsius iesu. aut.vere hic homo filius dei erat.Hunc apparet non ignorasse gentiles milites pilati quę dicebantur de iesu|scilicet ꝙ erat messias|qui cognominabatur a iudaris filius dei. Vnde & caiphas etiam adiurauit iesum si esset christus filius dei benedicti. Et nathanael primo veniens ad iesum|dixerat tu es filius dei. Singularem

Contēditur aliq eloha esse dictionē hebraicā,sed ab ipsa nō posse formari elohi Q.d si verē, corrupti sunt texti: Et legēdū est vt apud Matheum Eli eli.

enim quandam excellentiam messiæ per hoc intelligebant,non penetrantes adhuc scripturam|ꝙ messias erat naturalis filius dei.

Erant autem ꝛ mulieres de longe aspicientes.inter quas erat maria magdalene ꝛ maria iacobi minoris.pro.parui.Forte cognomē erat iacobi:ita ꝙ vocabatur iacobus paruus,& dicitur ad differentiam iacobi filii zebedæi.ꝛ ioseph.pro.iosē|mater,ꝛ salome.nomen est mulieris vxoris zebedęi. ꝛ quum esset.Deest relatiuum quæ pluralis numeri.Ita ꝙ legendum est.quę ꝛ quum esset in galilea sequebantur eum|ꝛ ministrabant ei:ꝛ alię multę quę simul cum eo ascenderant hierosolymā. Ita ꝙ describuntur mulieres istæ ab officio sequelæ|etiam quū iesus discurreret prædicando per galilæam. ¶ Et quum iam sero esset factum.pro.ꝛ quum iam serum fieret,quia erat parasceue quę est ante sabbatum|venit ioseph ab armathia nobilis decurio.pro.honestus consul.seu senator. Describitur tum a moribus|honestus:tum a gradu seu officio|consul seu senator. Qualis esset magistratus consulis aut senatoris tunc temporis ibidem,non est perspicuum.nomen siquidem ipsum sonat magistratum. qui ꝛ ipse erat expectans regnum dei Et audacter.pro.ꝛ sumpta audacia. Timuerat enim q̄diu iesus captus & sub pilati iudicio ac in cruce viuus fuit|loqui pro iesu:sed cognita morte eius|sumpsit audaciam ad officium sepulturæ:putans hoc pietatis officium erga mortuum nō sibi imputandum a pontificibus|sacerdotibus &c. introiuit ad pilatum:ꝛ petiit corpus iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obisset. Ad certificandum iesu mortem vtilis fuit admiratio pilati. Et accersito centurione interrogauit eum fi iam.pro.dudum|mortuus esset. Et quum cognouisset a centurione|donauit corpus ioseph. Et per hoc occasiones abstulit persecutoribus iesu|ignominiose tractandi corpus eius mortuum. Ioseph autem mercatus sindonez.vt nouus linteaminibus ac sudariis inuolueret corpus iesu. Vide matth.27.reliqua exposita.ꝛ deponens eum|inuoluit sindone:ꝛ posuit eum in monumēto quod erat excisum de petra:ꝛ aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem magdalene ꝛ maria ioseph.pro.iosē|aspiciebant vbi poneretur.

CAPVT .XVI.

ET quum transisset sabbatum.hoc est post occasum solis sabbati: maria magdalene ꝛ maria iacobi ꝛ salome emerunt aromata. Tres istæ mulieres post solis occasum sabbati emerunt aromata,quia durante sabbato illicitum erat emere. Et hinc apparet ꝙ mulieres istæ q̄us viderint locum monumenti in quo ioseph & nicodemus cum suis ministris ponebant corpus iesu; non tamen viderunt ꝙ vnxerint corpus iesu aromatibus:quia si vidissent hoc, non postea solicitæ fuissent vt emerent aromata ad vngendum corpus iesu.verecundia siquidem muliebri & optimo more assuetæ procul esse a consortio virorum, non ausæ sunt appropinquare ad videndum quid facerent circa corpus iesu|ioseph & nicodemus cum suis ministris. & tanto minus potuerunt hoc videre,quanto vnctio facta forte fuit intus in monumento:quod erat velut quædam domuncula|intra quam erat sepulchrum. vt venientes.non tunc sed sequenti mane. vngerent iesum. Et valde mane vna sabbatorum.hoc est die illa quæ relata ad dies qui semper sunt sabbata|appellatur vna.vt enim diffusius declarauimus matth.vltimo,describitur certus dies qui nūc vocatur dies dominicus.veniunt ad monumentum orto iam sole.Auroræ hora describitur ab orto sole:quia re uera incipit oriri nobis sol per splendorē auroræ.ꝛ dicebant adinuicem.quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Hinc habetur latuisse mulieres istas ꝙ monumentum sigillatum fuisset| & ꝙ custodes fuissent appositi. Si enim hæc scissent, non dixissent adinuicem.quis reuoluet nobis lapidem|solius fœmineæ imbecillitatis rationem habētes:immo nec cogitassent venire ad monumētum. ¶ Hinc quoq; habetur ꝙ ante illam horam auroræ|nulla earum venerat ad monumentum. Si enim vespere præcedenti aut nocte ad monumentum prius venissent,sciuissent mane ꝙ erant ibi custodes|ꝙ sepulchrum erat sigillatum:& non redissent. Et respicientes viderunt.pro.vident|reuolutum lapidem. proculdubio ab angelo. erat enim magnus valde. Et introeuntes. ad mandatum angeli|quem marcus tacet. in monumentum,viderunt iuuenem.pro.adolescentulum|sedentem in dextris. Iste angelus aut non est ille qui apud matthæum sedebat super reuolutum lapidem:aut si est illemet,postq̄ euanuit ab oculis mulierum(cedens eis vt introirent libere in monumentū)iterum apparuit eis intus in monumento sedens a dextris sepulchri:hoc est in illa parte versus quam dextra pars corporis iesu iacuerat,vel in dextris ipsarum mulierum. coopertum.pro.amictum. Describitur enim indutus. stola candida| veste longa vsq; ad pedes ꝛ obstupuerunt. Tum ob angeli præsentiam,tum ob absentiam corporis iesu.tum ex perseuerante timore qui prius eas inuaserat. Qui dixit illis. Nolite expauescere.iesum queritis nazarenum crucifixum:surrexit non est hic:ecce locus vbi posuerant eum. Eadem dicit quæ dixerat angelus sedens super reuolutum lapidem;vt duplicato testimonio & resipiscant a timore|& credant iesum surrexisse. Sed ite,dicite discipulis eius ꝛ petro. Negauerat petrus iesum.& propterea angelus neminem nominat nisi petrum:tum vt magnam dei erga peccatores gratiam cōmendet:tum vt petrus audita ex ore mulierum angelica voce animaquior fiat.quia præcedet vos in galileam.ibi eum videbitis sicut dixit vobis. At ille exeuntes fu

gerunt de monumento. Inuaserat. pro. habebat/ cuiꝫ. Significat perseuerãtia tremoris & stuporis. eas tremor ꝛ pauor. pro. stupor. ¶Et nemini quicq̃ dixerunt. timebant enim. Silentes describuntur rediisse domum/nulli in via audentes dicere quod viderant aut audierant.

Surgens autem iesus. Aduerte hic prudens lector hieronymum habere dubium hoc capitulum. In epistola siquidem ad hedibiam super duodecim quęstionibus, soluendo quęstionem tertiam recitatis his verbis (surgens autem iesus prima sabbati/apparuit mariæ magdalene &c̃.)subiungit hęc verba. Aut enim non recipimus marci testimonium, quod in ratis fertur euangelijs: omnibus græciæ libris pene hoc capitulum in fine non habentibus. præsertim quum diuersa atq; contraria euangelistis cæteris narrare videatur. Hæc ille. ¶ Rursus in secundo dialogo contra pelagianos ait idem hieronymus. In quibusdam exemplaribus & maxime in græcis codicibus iuxta marcum in fine eius euangelii scribitur. postea quum accubuissent vndecim, apparuit eis iesus: & exprobrauit incredulitatem & duriciã cordis eorum, quia iis qui viderant ipsum resurgentem non crediderunt. Et illi satisfaciebant/dicẽtes. seculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est: quæ non sinit per immundos spiritus veram dei apprehendi virtutem: ideireo iam nunc revela iustitiam tuam. Hęc ibi. ¶ Quæ ideo attulerim vt intelligamus q̃ varie habeatur capitulum hoc. Et reuera nonnulla sunt in hoc capitulo quæ in nullo alio euangelista habentur. nihil tamen ego video contrarium manifeste aliis euangelistis. Nec quisq̃ mentis compos asserere aut credere potest hoc vltimum quod habetur apud marcum capitulum totum adiectitium esse/nisi aliud quo caremus perditum fuerit: quia sequeretur euãgelium marci terminari in sepultura christi, ita ꝙ nihil penitus de resurrectione iesu marcus scripserit. Quod non solũ stultum sed perfidum est cogitare. nam tota fides euangelii ex resurrectione christi pendet: dicente paulo. si christus nõ resurrexit, inanis est fides nostra/inanis est prædicatio nostra. Crediderim ego suspectum apud multos græcos habitum hoc capitulum propter admixtionem a nescio quibus illorum verborum quæ hierony. retulit in dialogo: & etiam propter promissionem subiunctam. signa autẽ eos qui crediderint hæc sequentur: in nomine meo dæmonia eicient &c̃. Quicquid autem sit de veritate, suspitionum tamen istarum effectus est/ꝙ hæc scripta non sunt solidæ auctoritatis ad firmandam fidem, sicut sunt reliqua marci indubitata. ¶Mane. A putantibus iesum surrexisse media nocte/referetur mane non ad participium surgens, sed ad verbum apparuit. Sed præter hoc ꝙ cõstructio hæc duriuscula est, tollit certitudinem primæ apparitionis. nam ꝑm hanc constructionem sensus est ꝙ mane prima sabbati apparuit primo magdalenę: per quod non excluditur quin prius anteq̃ esset mane apparuerit alteri. & sic tollitur cerritudo primæ apparitionis. Amplectenda est igitur suauis cõstructio hæc: referẽdo mane ad participium surgens. ita ꝙ hinc habeamus horã resurrectionis christi fuisse in aurora. Et vade congrue dies æternitatis glorioſorum corporum incipit cum aurora. resurrectio enim christi est initium vniuersalis resurrectionis omnium corporum/sicut aurora est initium diei. prima sabbati. Quã superius appellauit vnam sabbatorum, modo appellat primam sabbati: eo ꝙ dies dominicus/dies prima est relata ad sabbatũ, quæ septima dies est. in ordine siqdem ad septimã lex moysi numerabat dies. apparuit primo marie magdalene. Hæc apparitio est quæ scribit a ioãne, quum in specie hortulani apparuit. de qua ejecerat septem dęmonia. Magna dei gratia erga peccatores significatur: ꝙ primo voluit peccatrici & tali peccatrici (.s. quæ fuerat subiecta omnibus peccatis/significatis per septẽ dæmonia) apparere. Illa videns nunciauit iis qui cum eo fuerant lugentibus ꝛ flentibus. Ista annunciatio scripta quoq; est a ioanne. Et illi audientes quia viueret ꝛ visus esset ab ea/non crediderunt. Hoc scriptum est a luca/ dicente. adhuc autem illis non credentibus. ¶ Post hęc autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie. pro. forma/euntibus in villam. Hæc apparitio scripta est a luca/narrante discipulos euntes in castellum nomine emaus. ꝛ illi euntes nũciauerunt ceteris: nec illis crediderunt. Hoc quoq; ex dictis verbis apud lucam apparet.

Nouissime autem. pro. postea. Non significatur vltima apparitio in vero textu sed posterior. recumbentibus illis vndecim apparuit: ꝛ exprobrauit incredulitatem illorum ꝛ duriciam cordis: ꝙ iis qui viderant eum resurrexisse. pro. resuscitatum/non crediderunt. Collatis simul iis quæ referuntur in hac apparitione, apparet ꝙ ista apparitio est quę fuit die octauo quando erat thomas cum eis. nam expresse hic dicit ꝙ erant vndecim: & ꝙ vndecim incredulitas & duricia cordis ad credendum iis qui viderãt ipsum resuscitatũ increpata est. tunc enim increpatus fuit thomas/ne sis incredulus. & rursus/quia vidisti me credidisti. Et vel ipsa increpatio thomæ, quia tacita fuit increpatio aliorum/appellatur a marco increpatio eorum: vel occasione sumpta ex increpatione thomæ/explicite increpauit alios: reuocando ad memoriam incredulitatem & duriciam cordis ad credendũ tum mulieribus quæ eum viderant/tum discipulis redeuntibus ab emaus/tum petro qui etiam viderat iesum: vt clare lucas explicat. nam post hæc omnia lucas dicit/adhuc illis non credentibus. Et intellige increpatos eos cõmuniter. ioannes enim exemptus videtur ab huiusmodi incredulitate: quia quum vidit linteamina posita/credidit. petrus quoq; nõ fuit incredulus discipulis, sed forte mulieribus. Actus autem recũbendi/a solo marco describitur. nec hoc est mirum: quum plures quod vnus euangelista tacet alius sup-

pleat. Et dixit eis. Verba illa quæ refert hieronymus in dialogo, tanq̃ manifeste adiecta ab aliis/habentur. Euntes. Describitur mandatum ad prædicandum in vniuerso mundo: quod ab alijs quoq; euangelistis describitur. in mundum vniuersum. Finitum per hoc ostendit tempus prioris mandati. in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates samaritanorum &c̃. Sed aduerte ꝙ illis dicit/euntes in mundum vniuersum, quibus apud matthæum dixit/ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. non enim apostolis & illis discipulis ibi præsentibus præcepit vniuersum peragrare mundum per seipsos: sed præceptum factum ad illos/intelligitur factum ipsis & successoribus eorum: ita ꝙ ipsi inchoarent/& successores perficerent. prędicate euangelium omni creaturę. omni nationi/omni hominum conditioni/statu, inullam exceptionem faciendo. Et omnem hominum nationem/conditionem/statum/sexum &c̃. appellat creaturam, ad explicandum quare est illis prædicandum: ratione scilicet illius quod habent a creatore, & non ratione peccatorum quæ apposuerunt ipsi. Ac si apertius dixisset. prædicate euangelium omnis conditionis/sexus/status/nationis &c̃. hominibus: non spectantes ad eorum peccata & merita, sed ad conditiones creatas in illis/sed ad opus dei in illis. Qui crediderit. Ecce fides necessaria. ꝛ baptizatus fuerit. Ecce sacramentum fidei necessarium. saluus erit. Ecce præmium æternæ salutis. Qui vero non crediderit condemnabitur. Ne putares cõsilium non præceptum/& præmium acquiescentibus non pœnam renuentibus: adiungitur ꝙ qui non crediderit cõdemnabitur. Non dicit iudicabitur (quia qui nõ credit iam iudicatus est) sed damnabitur/in æternam ibit damnationem. ¶ Signa autem eos qui crediderint hęc sequentur. In nomine meo dęmonia eicient/linguis loquentur nouis/serpentes tollent. ꝛ si mortiferum quid biberint/non eis nocebit. super egros manus imponent/ꝛ bene habebunt. Suspecta apparet hæc clausula signorum: eo ꝙ ꝑm euangelicam doctrinam signa hæc non sunt fidei, sed magnitudinis fidei/sed donorum fidei: vt patet in pluribus locis euangelii: textus autem iste significat signa hæc consequi fidem sufficientem ad salutem. nam eisdem præcise vtitur verbis dicendo/qui crediderit & baptizatus fuerit: & dicendo/signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. Hæc tamen apparentia non solidum habet fundamentum: quoniam ioan. 14. similis sentẽtia habetur. qui credit in me, opera quæ ego facio ipse facier: & maiora horum faciet/quia ego ad patrem vado. Intelliguntur igitur promissa signa cõsequentia fidem quantum est ex parte virtutis fidei: sequentia quando & vbi opus fuerit. Cum cuius veritate promissionis stat ꝙ ex parte habentis fidem defectus accidat/seu impedimẽtum præsentur: ita ꝙ fides ipsa non deest signis, sed homo deest fidei ad efficaciam signorum.

¶ Et dominus quidez iesus. Superfluit iesus. postq̃ locutus est eis. Non dicit statim (non enim significatur ꝙ statim post hæc verba ascendit in cœlum) sed tantũmodo ꝙ post hæc verba ascendit in cœlum/non explicando quanto tempore post. assumptus est. non alieno adminiculo sed propria virtute. in cęlum: ꝛ sedet. pro. sedit/a dextris dei. Non significatur positio corporis: quoniam iesus in cœlo stat/non sedet. stare enim est naturalis situs hominis perfectus. sedere autem imbecillitatis est. Et propterea sicut per dexteram dei metaphorice significantur optima quæq; bona, ita per sessionem significatur quiete possidere/quiete regnare. & perinde dictũ est sedit a dextris/acsi dictum fuisset & quiete possedit optima quæq; bona dei: possessurus in secundo aduentu etiam reliqua minus bona. tunc enim accipiet possessionem istorum inferiorum. Illi autem profecti prędicauerunt vbiq;. non affirmatione omnium locorum/sed negatione certorum locorum. Nõ enim tempore quo scripsit marcus prædicatum fuit euãgelium in singulis locis mundi: quum postea multæ gentes quibus prædicatum non fuerat inuentæ sint: ita ꝙ nostra etiam ætate inueniuntur. Sed discipuli iesu non arctauerunt prædicationes suas ad hæc vel illa loca: sed prout facultas affuit/extenderunt prædicationes suas ad omnes mundi partes. domino cooperante. internis inspirationibus trahendo auditores. ꝛ sermonem confirmante sequentibus signis. pro. per subsequentia signa. Hæc. n. tria (.s. prędicatio apostolica/ & interna inspiratio diuina/& miracula ad cõfirmationem euangelii) conuerterunt mundũ ad fidem iesu christi. Cui est honor & gloria in secula seculorum. amen. Caietæ die. 2. decẽbris. 1527.

¶ Commentariorum thomæ de uio caietani cardinalis sancti xisti in euangelium ꝑm marcum/finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTI LVCÆ: PER DIVVM HIERONYMVM IN LIBRO DE SCRIPTORIBVS ILLVSTRIBVS.

LVcas medicus antiochensis (vt eius scripta indicant) græci sermonis non ignarus, sectator apostoli pauli & omnis peregrinationis eius comes, scripsit euangelium. De quo idem paulus. misimus (inquit) cum illo fratrem, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colo. salutat vos lucas medicus charissimus. Et ad Timoth. Lucas est mecum solus. ¶ Aliud quoq; edidit volumen egregium, quod titulo, πράξεις ἀποστόλων prænotatur. cuius historia vsq; ad biennium romæ commorantis pauli peruenit: id est vsq; ad quartum neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositum. ¶ Igitur περίοδους pauli & theclæ, & totam baptizati leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt individuus comes apostoli, inter cæteras eius res hoc solum ignorauerit? Sed & tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in asia συνδεδεκέναι apostoli pauli, conuictum apud ioannem & autor esset libri, & cōfessum se hoc pauli amore fecisse: & ob id excidisse. Quidam suspicantur, quotiescunq; in epistolis suis paulus dicit iuxta euangelium meum, de lucæ significare volumine. Et lucam non solum ab apostolo paulo didicisse euangelium (qui cum domino in carne non fuerat) sed a cæteris apostolis. Quod ipse quoq; in principio sui voluminis declarat, dicens. Sicut tradiderūt nobis qui a principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangelium sicut audierat, scripsit: acta vero apostolorum, sicut viderat composuit. Vixit octoginta & quattuor annos, vxorem non habens. Sepultus est constantinopoli. ad quam vrbem vicesimo constantii anno, ossa eius cum reliquiis andreæ apostoli translata sunt de achaia.

DIVO HIERONYMO INSCRIPTA IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM PRÆFATIO.

LVcas quum iam scripta essent euangelia, per matthæum quidem in iudæa, per marcum autem in italia, sancto instigante spiritu in achaiæ partibus hoc scripsit euangelium: significans etiam ipse in principio, ante suum alia esse descripta. Cui extra ea quæ ordo euangelicæ dispositionis expoſcit, ea maxime necessitas laboris fuit: vt primum græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnē christi dei manifestata humanitate, ne iudaicis fabulis attenti in solo legis desiderio tenerentur, vel ne hæreticis fabulis & stultis solicitationibus seducti ex parte a veritate, elaboraret. Dehinc vt in principio euangelii, ioānis natiuitate præsumpta, cui euāgelium scriberet, & in quo electus scriberet indicaret: contestans in se completa esse, quæ essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei, a perfectione generationis in christo impletę, repetendę a principio natiuitatis humanę potestas permissa est, vt requirentibus demonstraret in quo apprehendens erat per nathan filium dauid (introitu recurrentis in deum generationis admisso) indiscrepabilis dei: vt prædicans hominibus christum suum, perfecti hominis opus redire in se per filium faceret, qui per dauid patrem venientibus iter præbebat in christo.

Thomae de Vio Caietani

cardinalis sancti Xisti: in euangelium secundum Lucam commentarij.

¶ Euangelium ſm lucam.

COmpleto marco, lucas occurrit. In cuius euangelii titulo repetenda essent quæ dicta sunt in titulo matthæi.



Quoniamquidem. pro. quandoquidem. coniunctio enim causalis est. Solus lucas a præfatione incipit euangelium: in qua & causas scribendi & conditiones declarat. inchoans ab exemplo multorum qui scripserāt euangelia: excludens per hoc temeritatem seu audaciam, ne ipse primus videatur ausus scribere. **multi**. In genere tangit diuersos scriptores euangelii. aiunt enim multa scripta fuisse euāgelia: nomine bartholomæi, andreæ, matthiæ, nicodemi, & aliorū. **conati sunt**. pro. **aggressi sunt**, ordinare narrationem. in ordinem aliquem redigere res gestas. **quę in nobis completę sunt**. pro. **plenissime scitę sunt**, rerum. Hę sunt res gestę quarum narrationem ordinare alii aggressi sunt: quę. s. nobis manifestissimę sunt. Et hoc propensionis modestiæ fuit: vt non argueret scriptores alios manifeste, sed aperiēdo pleniſſimam notitiam earum rerum apud se esset insinuans per hoc non plene fuisse cognita ab aliis scriptoribus. Et in hoc tangit vera scribendi causa. nam & alii scripserint, occasio potius fuit. (**sicuti tradiderunt nobis**. Originem pleniſſimæ scientiæ declarat traditionem apostolicam. Vnde clare apparet lucam scripsisse ex auditu ab apostolis, & nō ex diuina reuelatione sibi immediate facta: diuina tamē gratia dirigente & seruante ne in aliquo erraret. **qui ab initio**. Vnde habetur & non a paulo sed a discipulis iesu, qui ab initio fuerunt cum iesu, se dicisse lucas dicit hæc quæ scripsit. paulus enim nunq̄ fuit cum iesu discurrente & prædicante. Et intelige ab initio quo iesus cœpit docere: iuxta verbum petri act. 1. oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tēpore quo intrauit & exiuit inter nos dominus iesus, incipiens a baptismate ioānis. **ipsi viderunt**. A testibus de visu didicit. **& ministri fuerunt sermonis**. pro. **verbi**. nō solū viderūt sed etiā fuerunt ministri verbi. Quod dupliciter exponit. Vel & fuerunt ministri verbi incarnati. quod verificatur quia iesus vtebatur discipulis vt ministris ad prædicandū. Vel & fuerunt instituti ministri verbi. i. sermonis euangelici: ita & describuntur non solū a visu rerum sed ab officio ministrandi euangelii. Et hoc ad cōmendandam autoritatem eorum a quibus didicit. omnis enim ratio habet, vt fides adhibeatur iis qui non solū viderunt, sed initunctum est officium testificandi aliis quę viderunt. Et hic est sensus literalis.) **visum est & mihi assecuto**. pro. **assectato**, **omnia**. Non describit lucas se cōsecutum omnia, sed studiosum fuisse ad sciendū omnia. Et hanc suam studiositatē describit a similitudine eius qui sectatur aliquē velut comes individuus. Acsi dixisset. mihi qui iui studio post omnia. Et hoc etiam ad modestiam lucæ pertiner, vt non se cōsecutum sed assectatum omnia scribat. Et dixit hoc, ne putares eum neglexisse aliqua. Et fac punctum post dictionē omnia. **a principio**. pro. **a summo**, **diligenter** pro. **exacte**. Tres cōditiones scribendi euangelii promittit. Prima est a summo. incœpit. n. euangelium ab annūciatione ioānis baptistæ, quę fuit velut summū initium materiæ euangelicæ. Secunda est exacte. scribit enim ita vt exigit euangelica historia & non pro arbitrio. Tertia est. **ex ordine**. ordinare. n. intendit tradere euangelium. **tibi scribere**. ad firmum & perpetuū testimonium. **optime**. pro. **præstantissime**. moribus ac fide. **theophile**. nomen ꝓprium est. **Vt cognoscas**. pro. **agnoscas**. Iam. n. nouerat hæc theophilus, sed legens euāgelium lucæ agnoscebat quæ prius nouerat: sicut videndo faciem hoīs olim notū agnoscimus. **eoꝝ verboꝝ de quibus eruditus es**. pro. **institutus es**. vocali instructione. **veritatē**. pro. **certitudinē**. Hinc apparet & multitudo euāgeliorū incertitudinē generabat rerū veratū. propterea. n. lucas causam finalē scribendi a se euangelii, assignat certitudinem rerū euangelicarum.

CAPVT PRIMVM.

FVit in diebus herodis regis iudee. Inter herodes solus iste fuit rex iudææ. & propterea non oportuit lucam aliter ipsum describere. & est illemet herodes idumæus, cuius meminit matthæus in aduentu magorū. **sacerdos quidaꝫ nomine zacharias de vice abia**. Hinc apparet & ex stirpe aaron descenderat zacharias. nam. 1. paralipo. 24. abias numeratur inter

filios aaron. Et dicitur de vice abia, quia (vt ibidem patet) dauid rex distinxit filios aaron sortibus ad ministrandum per vices sacerdotalia in templo domini: & octaua sors contigit abiæ. ⁊ vxor illius de filiabus aaron. Iuxta legis præceptum vxorem habebat de pontificia stirpe. ⁊ nomen eius elisabet. Erant autē ambo iusti ante deum. vt ex iustis parentibus velut hereditario iure ioānes baptista sanctus nasceretur. incedentes in omnibus mandatis. moralibus. ⁊ iustificationibus. cerimonialibus. domini sine querela. pro. irreprehensibiles. Et hoc quo ad iudicialia: quibus ad p̄ximos bene ordinamur. Et non erat illis filius. pro. proles. Significatur enim q̄ nec filius nec filia esset eis. eo q̄ esset elisabet sterilis. Ne putares mortuos esse filios aut filias: reddit rationē ex sterilitate vxoris: vt intelligamus eos nunq̄ habuisse prolem. ⁊ ambo processissent in diebus suis. Desperationem & impossibilitatem habendi amplius prolem significat ex senectute vtriusq̄.

Factum est autem quū sacerdotio fungeretur zacharias. Quæstio est an de simplici sacerdotio an de summo sacerdotio sit sermo. Cōtextus autem (vt patebit) aperit q̄ de sacerdotio summi sacerdotis quo fungebatur in festo expiationis decima die mensis septimi: loquit̄. in ordine vicis suę ante deū. Per hoc apparet q̄ zacharias non erat summus sacerdos quātum ad principatum. si enim princeps sacerdotum fuisset, non dixisset lucas: in ordine vicis suæ. sed erat vnus ex. 24. paribus. Dicitur. n. 1. paralip. 24. vbi distinguuntur. 24. sortes filiorū aaron, q̄ erant principes sanctuarii & principes domus dei: tam de filiis eleazar q̄ de filiis ithamar: qui erant duo filii aaron. quilibet enim horū in ordine vicis suæ poterat fungi officio summi sacerdotis. Vnde mar. 14. conuentus summorū sacerdotum ad principem sacerdotum describitur. Princeps siquidē sacerdotum constituebatur a regibus: & mutabatur put regi videbatur. Dauid enim cōstituit principem sacerdotū abiathar: qui descenderat ab aaron per ithamar vltimum filium. Salomon autē amouit eum: & instituit sadoch: qui descenderat ab aaron per eleazar. Vnde apparet q̄ etiam illo tēpore non seruabatur statutus ordo in lege moysi de successore in summo sacerdotio. ꝟm consuetudinem sacerdotii. Hinc quoq̄ apparet consuetudine introductum fuisse: vt quilibet horum posset fungi officio summi sacerdotis in die expiationis. sorte exiit. pro. sortitus est. Explicatur cōsuetudo vt sorte diffiniretur quis summi sacerdotis officio fungeretur. An autē sortes renouarentur tunc singulis annis: an semel per aliquot annos: puta. 24. (vt videmus distribui magistrado sumitur. Vbi prudens lector scito duplicem fuisse in veteri sacerdotio vsum thymiamatis. alterum quotidianum, imo bis singulis diebus: alterū semel in anno in die expiationis. Quotidianus vsus (vt patet exo. 30.) vocatur adolere thymiama super altare, quod in textu vocatur altare incensi. & filiorum aaron tantū erat hoc officium. Vsus vero thymiamatis in die expiationis: vocatur in lege ponere incensum seu thymiama: vt patet leui. 16. Et ponebatur in sancto sanctorū in thuribulo a solo summo sacerdote: ad hoc vt nebula consurgens ex tali fumo operiret propitiatoriū, ad hoc vt summus sacerdos non moreretur. Hæc enim omnia clare habentur in illo textu. quæ idcirco retuli, vt prudens lector discernere possit de quo vsu incensi loquitur lucas. poneret. Non dicit adoleret. hoc enim verbum manifestat q̄ non de adolere sed ponere thymiama: loquitur. ingressus in templum dñi. Si locū tantum incensi intenderet explicare, sat fuisset nominare tēplum: sed ex quo nominauit ingressum in tēplum: causam explicat ponendi incensum: ne. s. sacerdos ingressus moriatur. Hæc enim causa in præallegato capitulo dicitur. Et dixit in tēplum: non in partem vnam tantū templi: sed in tēplum absolute: vt insinuaret ingressum in totum tēplum. in quotidiano enim vsu sacerdotes adolentes thymiama, non ingrediebantur in tēplum absolute: sed in primā tantum partem tēpli: & ideo non imminebat eis timor moriendi. Sed in festo expiationis ingrediebatur summus sacerdos in tēplum absolute: ad expiandum totum templum ab iniquitatibus filiorū israel. Et propterea imminebat ei periculum mortis: vt pluries clare dicitur in eodē capitulo. Et ad euitandum periculū mortis iusserat deus fieri nebulam ex thymiamate incenso: vt dictum est. Et omnis multitudo populi. Hinc apparet q̄ solēnitas erat ad quā conuertebat omnis multitudo populi. erat orans foris. Videtur q̄ ex industria euangelista explicauerit foris, ad monstrandū obseruatam legem ibidem mandantē: nullus hominū sit in tabernaculo quando pontifex sanctuariū ingreditur. nisi enim hoc intenderet significare, superflue videretur adiunctū foris: quum constaret multitudinē populi semper extra tēplum orare in atriis templi. hora incensi. Tantus apparatus descriptus ab euangelista circa hoc incensum: manifestat q̄ singulare illud incēsum in festo expiationis describit. tanq̄ enim horam raram desideratam ac promulgatam ad orandum describit. & merito: quia cōmunis causa expiationis omnium iniquitatum totius populi agebatur.

Apparuit. pro. visus est autem. Significatur enim non phantastica apparitio, sed corporalis visio. illi angelus dñi, stans a dextris. Corporali ergo specie visum esse angelum: situs localis testatur. non. n. sedens sed stans, non a sinistris sed a dextris. altaris incensi. Altare enim hoc erat altare aureum: intus in medio inter candelabrum & panes ꝓpositionis. & est illud altare in quo sacerdotes quotidie mane & vesperi adolebant thymiama. Et zacharias turbatus est videns: ⁊ timor irruit super eum. Naturale est nobis timere & turbari in huiusmodi tam raris visionibus. Ait autē ad illum angelus. ne

timeas zacharia. Confortat angelus zachariam: forte timentem mori ex visione angeli. quoniā exaudita est. Hinc firmatur zachariam officio summi sacerdotis tūc functū esse: q̄m̄ summo sacerdoti mandatum est exo. 30. preces effundere coram deo sup altare incensi. Clare enim altare incensi ad hæc duo describitur factum. s. & ad hoc vt adoleret quotidie thymiama super ipsum: & ad hoc vt semel in anno summus sacerdos precaret deum sup cornua eius. Quocirca apparitio ista fuit facta postq̄ zacharias posuerat iam incensum & expiauerat sanctū sanctorū: & erat in oratione expiando altare incensi. orantē enim monstrant verba angeli: dicentis exaudita esse deprecationē eius. deprecatio tua. de aduentu messiæ. Q̄ enim precaret pro aduentu messię, testatur cōclusio verborū angeli. Et vxor tua elisabet. Si pro prole habenda zacharias fuisset precatus, subiunxisset angelus q̄a vxor tua: sed vbi subiunxit copulationem: monstrat alio tendisse præces zachariæ q̄ ad partū vxoris. Incipit aūt angelus explicare aduentū messię in fotibus esse, annūciando q̄ filius eius erit p̄cursor messiæ. pariet tibi. non alteri viro: concipiet ex te: non ex alio. & sic pariet tibi filium. Et vocabis nomē eius ioānem. Specialis cura de nois: monstrat qualis futurus sit filius ille. nomē. n. ioānes sonat dñi donum, seu dñi misericordia. Et erit gaudiū tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Hoc non solum impletū fuit tunc quū natus est ioānes: sed vsq̄ hodie impletur anniuersaria celebritate natiuitatis eius. ex hoc. n. textu celebrat natiuitatem ioānis baptistæ ecclesia. Erit enim magnus coram dño. Reddit rationē nominis quare vocandus est ioānes q̄a erit magnus coram dño, etsi non corā hominibus: hoc est in spūalibus bonis erit magnus: etsi non in tēporalibus. illa. n. sola est vera magnitudo corā dño: tēporalia. n. hęc non sunt partes magnitudinis apud dūm sed apud homines. Et vinū ⁊ sicerā non bibet. Dictio hebraica est sicera: significans omnē potum alium a vino valentē inebriare. ⁊ spiritu sancto replebit adhuc ex vtero matris suę. Hinc clare apparet ioānem sanctificatū in ventre matris: ita q̄ non solū fuit ab originali peccato mundatus, sed spiritu sancto repletus per infusam gratiam donorū spiritus sancti: vsq̄adeo vt nulla pars animę eius caruerit gratia spiritus sancti. ⁊ multos filiorū israel conuertet ad dñm deum ipsorū. Fructus p̄dicationis ioānis prædicitur conuersio multorū filiorū israel ad deū. Et ipse precedet. Ecce officium p̄cursoris. ante illum. Non dicit ante messiam: sed ante illū: vt intelligamus angelum respondere zachariæ qui preces fuderat pro aduentu messiæ: ante illū pro cuius aduētu precatus es. in spiritu. non in p̄sona: nō in anima seu naturali spiritu, sed in spiritu gratiæ. ⁊ virtute. pro. fortitudine. elię. Prædicit angelus ioannem præcessurū messiam in gratuito spiritu eliæ: non eodē sed simili. & similiter in fortitudine eliæ: non eadē sed simili. Et fortitudo quidē eliæ clara apparet tum in sustinendo persecutiones: tum in aggrediendo ardua. qua non minor apparuit in ioāne: & in aggrediendo ardua reprehensionis officia: & in sustinendo vsq̄ ad mortem: etiā herodiadis insidias. Spiritus aūt peculiaris elię fuit vt ꝟm spūs sancti motionē dirigeret gressus suos: ita q̄ videbat magis agi a spiritu sancto q̄ agere se ipsum. Similis in ioāne spiritus p̄dicitur: quū (vt ipsemet testat) missus est a spū sancto ad baptizandū populum & ad cognoscendū iesum facie corporea & ad monstrandū ipsum. Significatur. n. per hæc q̄ ioānes præcedet messiam actus nō a seipso sed actus a spiritu sancto, nō segniter sed forti aio exequens officium p̄cessionis: sicut elias vtroq̄ dono (fortitudinis & spūs) polluit. ℣ Et hæc dicimus referendo ad spiritum & fortitudinem in elia præterito. Si autē intelligantur verba angeli de eodē elia venturo ante glorioſum iesu aduentū, tunc sensus est q̄ ioānes p̄cedet iesum in hoc humili aduentu in p̄misso spiritu & p̄missa fortitudine eliæ venturi ante glorioſum iesu aduentum. Et promissus in elia spūs (vt patet malach. vlti.) est ad cōuertendum corda patrū in filios & ecōuerso: hoc est ad cōcordandū fideles veteris & noui testamenti in vnā vtriusq̄ veritatē: ne imparati inueniant a iudice. Hic idē spiritus apparuit in ioāne: qui ad iesum (patrē noui testamenti) corda iudæorū præparauit: vt apparati susciperēt fidem iesu. Et quoniā angelus expresse subiungit officiū hoc, ideo ille amplectendus est sensus literalis. Et huic consonat q̄ ioannes dicit elias in spiritu. ℣ De fortitudine aūt futura in elia: nihil scio scriptum. Sed tū constat q̄ erit fortitudo ad aggrediendū tam arduū officium: & ad sustinēdum quæcūq̄ imminentia ꝓpter hoc pericula: etiā mortis. quæ in ioāne manifeste apparuit. vt conuertat corda patrum. Declarat ad qd spiritus & fortitudo eliæ in ioānis præcursione etunt. s. vt cōuertat corda patrum: hoc est hominū veteris testamenti. in filios. hoc est hoies noui testamenti. Et merito illi vocant patres & isti filii: quia nouum testamentū genitum est ex veteri. Et declarat per hoc angelus nō solum officium ioānis, sed etiam similitudinē ad officium eliæ. de elia. n. scriptū est malachiæ. vlti. q̄ præcedet aduentum messiæ ad iudicium vt cōuertat corda patrum in filios & ecōuerso: sed hic tacetur secūdum. ⁊ incredulos. Non solum ad cōuertendum corda patrum proborū hominū veteris testamenti ad fidē iesu christi, ad gratiā noui testamēti, sed etiam ad cōuertendum incredulos iudæos, incredulos respectu iesu. ad prudentias iustorū. per fidē iesu christi. Qui. n. apud iudæos increduli erant iesu christo, indigebant vt reducerent ad rectam rationē eos qui iusti erant: sicut ioānesmet cōuertebat discipulos suos incredulos ad rectam rationē sequacium iesu. tum dum inuidia mouebant̄ tum in carcere. parare. pro. vt paret. dño plebem perfectā. pro. apparatā. Non significatur q̄ ioānes studebit ad hoc vt plebem

reddat perfectam sed ad hoc vt reddat eam adornatam/apparatam ad suscipiēdum iesum. apparatam procul dubio pœnitentia peccatorū & dispositione ad credendū iesum esse verum filium dei.

Et dixit zacharias ad angelum. vnde hoc sciam. pro. in quo hoc cognoscam? Signū quærit certificans ipsum de filio sibi promisso ex elisabet/futuro præcursore &c. **ego enim sum senex: & uxor mea processit in diebus suis.** Rationē reddit incredulitatis suæ. **Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel.** Certificat zachariam angelus ex autoritate propriæ personę: explicans seipsum ex nomine quo significatur fortitudo dei/ad faciendum hæc & longe maiora. **qui asto ante deum.** Simul sum hic & asto ante deum: non sum angelus electus a facie dei, sed qui semper asto/videndo fruendoq; ipso. **& missus sum.** nuncius eius sum. Autoritati propriæ adiungit autoritatem dei, vt indubie credat. Missio angeli non impedit visionem fruitionēq; continuam quā habet de deo: quoniam nulla loci differentia impedit intellectualem visionem ac fruitionē dei vbiq; præsentis. **loqui ad te, & hęc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens: & non poteris loqui vsq; in diez quo hęc fiant.** Petisti signum/ecce signum pœnale in promptu. pro eo q; non credidisti verbis meis. Nisi zacharias peccasset non credendo, nequaq; angelus mutum prædixisset eo q; non crediderit. Non tamē per hoc intelligas peccatū mortale. paruitas enim pœnæ monstrat peccatum veniale/**quę implebuntur.** Incredulitas tua non impediet impleri quæ dixi: non obstante enim tua incredulitate implebunē verba mea. **in tępore suo.** quo adimplenda sunt. Natiuitas.n. filii adimpleta fuit eodē anno: ante quā per aliquot menses repletus est infans spiritu sancto in materno vtero. Et reliqua successiue impleta sunt: quędā in deserto/quędam in iordane &c. ¶ **Et erat plebs expectans zachariam.** Et attestatur hæc plebis expectatio ſūmi sacerdotii officio. **& mirabantur q; tardaret ipse in templo.** quia nulli licebat intrare in templum summo sacerdote ibi exercente officium: ac per hoc nullus poterat reddere rationem quare tardabat. **Egressus autē non poterat loqui ad illos.** quia statim fuerat effectus mutus. **Et cognouerunt q; visionem vidisset in templo.** aut ex hocipso q; non poterat loqui/aut ex adiuncta aliqua innuitione: puta q; zacharias manu aut oculis innuebat desuper obuenisse sibi impedimentū loquendi. Et hoc videtur insinuare euāgelista subiungendo. **Et ipse erat innuens illis.** tanq; reddens rationē sui silentii: ne putarēt eum egritudine aliqua repentina effectum elinguē. alioquin non cognouissent q; visionē vidisset in tēplo, sed dubitassent de repentina ægritudine. **Et permansit mutus.** ad verificandū verbum angeli. Nec dicit & permansit impotens loqui/sed mutus: vt significet perfecte mutus: hoc est vt significet per hoc q; nō solum fuit mutus sed surdus. vt clarius apparet infrius, ex eo q; quum imponēdum esset nomen nato infanti/non loquebantur sed innuebant illi quē vellet vocari eum. **Et factum est vt impleti sunt dies officii.** pro. **ministerii eius.** Dies multi ministerii sacerdotalis conuenientis zachariæ/testantur ipsum non solum summi sacerdotis prosecutū officium in die expiationis quantūcunq; esset mutus, sed etiā exercuisse officium non ſūmi sacerdotis sed sacerdotis ex stirpe aaron aliquot certis diebus: quoq; numerum nescimus. Paucos tñ dies fuisse/testatur natiuitas ioānis baptistæ octauo calēdas iuliii. nam post illos dies cōcepit elisabet: vt textus subiungit. **abiit in domum suam.**

Post hos autē dies concepit elisabet uxor eius. & occultabat se mensibus quinq;. Erubescebat. tā in senili ætate dedisse operā amplexibus virilibus/vt vterus testabat. **dicens.** Quanis se occultaret grauidam hoibus, gratias tñ agebat deo. **q; sic fecit mihi dñs in diebus quibus respexit auferre.** pro. **vt auferret/opprobrium meum inter hoies.** ob sterilitatē. maledicta.n. erat sterilis in lege. Et nōnulla ignominia est mulieri plem nō habuisse: quū non ob aliud sexus muliebris legat a deo creatus.

¶ In mense autem sexto. Post conceptionem ioānis baptistæ certa tēporis distantia significatur ad conceptionem mesiæ. **missus est angelus gabriel.** Idem angelus qui zacharię prędixerat aduentum mesiæ/mittitur modo ad beatam virginē ad annūciandum conceptionē mesiæ. Et denominatur a fortitudine dei. tum qa in mysterio incarnationis verbi dei/tota ratio facti est fortitudo seu potētia faciētis. nullum siquidē opus comparabile est operi quo verbū caro factum est. Tum qa annūciabat mesiā non solum fortissimū ad debellandum quæ sunt carnis/quæ sunt mūdi & quæ sunt dæmonū/ac ipsos etiā dęmones, sed patrē totius verę fortitudinis. christianorū siquidem virtus ppria/vera fortitudo est. quę apparuit in apostolis & martyribus: & apparere cōtinuę debet in veris christi sequacibus. **a deo in ciuitatē galileę cui nomen nazareth. ad virginem desponsatā viro cui nomē erat.** Superfluit erat. **ioseph.** Explicauit virginem/ad testificandū q; virgo concepit: despōsatam autem ne infamis redderetur ex tumescente vtero. & similiter ne proles illegitima haberetur. ¶ Virginem despōsatam intelligimus nō solum integritate carnis/sed etiam ætate nubili: qua scilicet ſm rectę rationis ordinem virgines habiles sunt ad nuptias. quæ ætas exigit saltem cōpletum motum augmenti: qa naturalis ordo habet vt prius perficiatur persona q; detur opera ad cōseruandum speciem. Et dico saltem: quia ratio suadet q; natura exigit plus ætatis: videlicet vsq; quo firmata sint ossa: ad quod quattuor septēnium dicitur requiri in viris. Quocirca certum est beatam virginē fuisse tunc ad minus annorū decem & nouem. & hoc si mulieris tertio senario annorū completur augmētum: sicut secundo senario pubescit. Et rationabile est vt fuerit tunc annoꝝ vigintiquattuor: vt perfecta etiam ſm ossa mulier/perfecta materi

perfectum gigneret filium. **de domo dauid.** vt legitima successione filius dauidis haberet iesus. **& nomen virginis maria. ¶ Et ingressus angelus ad eam.** Hinc incipit describi corporalis species angeli. ingressus enim corporale motum significat. ita q; non apparuit tanq; ex improuiso in aula, sed gradiens ad virginis aulam introiuit. Ex hoc itaq; p̄ describitur ingressus/ambulatio, ex hoc vero q; ad eā/locus propriæ mansionis significatur: hoc est q; non in via occurrit/non in synagoga moranti apparuit, sed ad eam intus in propria mansione manentem ingressus est. **dixit. Aue.** Dictio græca significat gaude vel salue vel vale. interpres autem elegit medium (scilicet salue) ea ratione quia hæc significatio propria est salutantis. angelum enim salutantis officio intellexit fungi. Et vere a salutatione incoepit: quam nihil refert significare per salue seu aue. vtraq; enim dictio propria est salutanti. ¶ Vbi aduerte q; nusq; alias inuenitur in sacra scriptura angelum huiusmodi salutationis verbo vsum fuisse. reseruata siquidem est hæc angelica veneratio beatæ virgini. **gratia plena.** In græco habetur vna sola dictio quæ est participium præteriti temporis passiuum: quam interpres carens vocabulo latino exposuit. Potuisset tamen fingi participium passiuum & dici gratificata. hoc enim passiue acceptum significat dictio græca. quod latine dicitur gratiosa facta. Et significatur per hoc q; erat facta gratiosa, eo solito loquendi genere quo personam multum dilectam ab aliquo dicimus gratiosam illi/seu apud illū. saluauit siquidem angelus virginem nō solum gratiosam (hoc est acceptam/placentem & dilectam) sed effectam gratiosam: vt donum dei significaretur quo reddita est gratiosa. nō enim ex seipsa erat gratiosa, sed ex diuinæ gratiæ dono effecta erat gratiosa. Et propterea interpres non falso exposuit gratia plena, sed explicauit illud quo effecta est gratiosa. ex plenitudine enim donorum diuinæ gratiæ in ipsa effecta est gratiosa. Nec explicat angelus apud quem aut quos reddita sit gratiosa. tum quia ſm veritatem effecta erat gratiosa absolute, & non apud hunc vel illum. tum quia hoc reseruabat sequentibus verbis explicandum. ¶ Et recole q; proprie loquendo gratiosi nomen passiue intelligitur/non actiue: quis in psalterio nouo coacti fuerimus vsurpare illud actiue. nam proprie significat eum non qui facit gratiam/sed qui acceptus est apud alios: qui vulgariter dicitur habere apud alios gratiam. **dominus tecum.** Imprecatorie dicitur salutantis more/dominus sit tecum. intendens tamē singularissimo modo: hoc est per incarnationem in vtero tuo. sed modum explicandum postea reseruauit. Et nota differentiam: dum gratiosam asseruit factam, dominus autem tecum/nō dixit fuit aut est: quia ſm rei veritatem iam erat effecta gratiosa apud oculos diuinæ maiestatis, vsq; adeo vt mitteret ad eam angelū annunciantem incarnationē filii dei ex ea. nisi enim apud deum fuisset tam gratiosa non misisset deus angelum ad hoc/non elegisset eam tunc in matrem. Sed dominus adhuc non erat illo singularissimo modo cum beata virgine. **benedicta tu in mulieribus. pro. inter mulieres.** Et hoc quoq; imprecatorie dictum est. benedicta sis tu inter mulieres. Et significatur q; laudata erit supra omnes mulieres. Quod implendum esse ex cōceptione filii dei, ipsamet beata virgo postea explicauit dicens. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Que quum audisset. pro. vidisset. Sensus visus describitur: sicut de zacharia scripserat q; vidit angelum. Et ex sensu visus corporalis species angeli alloquentis virginem describitur. **turbata est in sermone eius.** Adiungitur visui auditus sermonis ad comprobandam corporalem speciem angeli. Turbata autem describitur in sermone angeli, aut quia complementum turbationis inchoatæ ex viso angelo fuit sermo: aut quia non turbata est ex viso angelo sed ex sermone eius. Primum tamen rationabilius apparet: quoniam virginis est ad insoliti viri ingressum non nihil mutari. **& cogitabat qualis esset.** Ratio inquietæ cōmotionis interne assignatur prudentia virginis cogitantis qualis (bonus ne an malus) esset huiusmodi sermo. Supperebat siquidem ratio cogitandi ad vtranq; partem. nam verbum medium: scilicet (dominus tecum) sonabat bonum: extrema autem verba cōmunia erant & bono & malo. Potest enim adulatorie dici/benedicta tu inter mulieres: & similiter blandiendo dici/aue gratiosissima. **ista salutatio.** Hinc habetur q; verba hactenus ab angelo dicta, salutatorie sunt intelligenda vt exposuimus. ¶ **Et ait angelus ei.** Nihil respondit beata virgo angelicæ salutationi: sed cogitatione circa qualitatem salutationis occupata/timebat nequid mali accideret. **Ne timeas.** Videbat angelus virginis animum pauentem & timentem malam esse salutationem. Et propterea confortat eam/monendo ne timeat: vt etiam ex hocipso q; virgo perciperet affectum suum internum cognosci ab angelo nunciante/secura fieret. **maria.** Proprium adiicit nomen/ad maiorem propulsationē timoris & fiduciam habendam, ex hocipso q; velut a familiari/nomine proprio appellatur. **inuenisti enim gratiam apud deum.** Reddit rationem angelus verborum quæ dixerat salutando: vt satisfaciat virgini cogitanti qualis esset ista saluratio/monstrando q; est bona. Et quia primo dixerat/aue gratificata seu gratiosa facta/nec dixerat apud quos aut quem, modo hoc explicat. Quo explicato constat salutationem fuisse bonam. inuenisti enim/ideo non est tibi timendum quia inuenisti gratiam. Quod dixerat superius gratiosa facta/hoc modo dicit inuenisti gratiam: idem enim significant. Sed modo explicat apud deum: non apud hominē aliquem te concupiscentē/sed apud deum. sed ideo dixi aue gratiosa effecta quia facta es gratiosa apud deum/quia inuenisti gratiam coram oculis dei/quia valde grata qa valde

Universidad de Deusto Biblioteca

aeceptra es apud deum. Ecce. Postq̃ securam reddidit beatam virginem de qualitate salutationis/pro/greditur ad principale intentum, qđ imprecando dixerat dominus tecum. ecce demonstrantis est/nũc nunc. **concipies in vtero.** non in mente/non in corde(vt nouelius error somniauit)sed in loco natu/rali conceptionis prolis. ⁊ **paries.** tempore suo. paries inquit, non emittes per os/sed naturali partu gi/gnes. **filium.** non filiam. Rursus ex hoc ꝙ dicit filium/excluduntur omnes hæreses putantium beatam virginem non veram matrem iesu, sed in ea velut in vase iesum fuisse/& per eam quasi per fistulam tran/fisse. Hæc enim omnia confutat angelus/materna beatę virginis officia explicans, non solum concę/ptionis & partus nominibus/sed explicando filium: vt hinc intelligamus concępturam & pariturам filium veris maternis officiis in generatiua parte ipsius beatæ virginis: alioquin non verificaretur ꝙ conciperet & pareret filium. ⁊ **vocabis nomen eius.** Instruit quoq; angelus virginem de nomine filii. **iesum.** Hebraice/latine saluatorem: eo ꝙ saluator esset populi a peccatis: vt alibi angelus exposuit. **Hic erit magnus.** Declarat angelus conditiones filii generandi. Prima conditio est magnitudo, non mole corporis sed virtute. Ita ꝙ sub magnitudine comprehenditur ꝙ erit potens in opere & sermone/in fa/ciendis miraculis/in debellando mũdum/& reliqua huiusmodi. ⁊ **filius altissimi.** Eundem dicit filium altissimi quem dixerat filium virginis: vt duas illius naturas/duasq; natiuitates vnius significet. alterã ſm naturam humanam qua est filius virginis: alteram ſm naturã diuinam qua est filius altissimi. **vocabitur.** Et quia non falso vocabitur, habetur hinc ꝙ vere filius beatæ virginis est filius altissimi. Nec dixit erit/ne intelligeres nouitet futurum filium altissimi: quia ab æterno est filius altissimi. sed dixit vocabitur, quoniam appellatio futura erat. **Et dabit illi dominus deus.** Describit tertio adimpletiones scripturarum & desideriorum omnium expectantium promissum dauidi messiam ex ipsius stirpe. Et dabit inchoatiue tempore resurrectionis eius: complete autem in secundo aduentu. Dabit inquã quum dicet data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra/dabit benemerenti per passionem & mortẽ suam. **sedem dauid.** regnum promissum dauidi in proprio semine. Et dixit hoc angelus ad declarandum ꝙ filius iste esset verus messias promissus dauidi. **patris eius.** Hinc clare apparet beatam virginem ex da/uide descendisse: alioquin falsum esset verbum angeli/patris eius. non enim aliter dauid est patet iesu q̃ ſm carnem ex beata virgine sumptam. Et dixit patris eius/ad declarandum ꝙ iesu ſm ꝙ homo, put erat filius dauidis danda erat regia autoritas, & non ſm ꝙ erat filius altissimi. **Et regnabit in domo iacob pro. super domum iacob.** Non super solam tribum iuda/sed super vniuersam domum iacob(compre/hendentem omnes tribus israel)regnaturus describitur: ad explicandum adimpletionem scripturarũ. **in eternum. pro. in secula.** Hæc duo(scilicet promissus ex proprio semine dauidi rex/& regnum inte/grum totius israel)expectabantur cõmuniter ab omnibus in messia adimplenda. & propterea horum duorum angelus meminit/specialiter describens messiam regnaturũ in secula: & nõ sicut quilibet alius rex regnat suo tantum seculo. Et hæc(vt dictũ est) de regno iesu in domo iacob & super sedem dauidis non sunt adhuc impleta, sed inchoata fuerunt in resurrectione christi/implenda in secundo aduentu: tunc enim veniet rex qui in primo venit subditus. ⁊ **regni eius non erit finis.** Ne dubitares antedicta secula quandoq; finienda, explicat angelus ꝙ nullus erit finis regni iesu.

Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet. pro. **erit/istud.** Non dubitat maria/non quærit si/gnum sicut zacharias, sed quærit modum quo erit istud: scilicet concipere nunc in vtero. Et ex hoc ipso ꝙ inquirit modum/non quo fieri potest sed quo erit, manifestat se credere/fide quæ præbetur auditis. Aesi aperte diceret. credo quæ dicis, sed modum quo hoc erit non audio/nescio, nosse velim. **quoniam virum non cognosco.** Rationem quare quærit modum, subiungit quia expers sum virilis cõmercii. Non dixit non cognoscam sed non cognosco: ga intellexerat verba angeli tunc implenda: dicente an/gelo ecce cõcipies. Maximam affero rationem inquirendi modum quo nunc concipiam: quoniã vsq; in præsens viri cognitionem non habeo: hoc est ga virgo sum. **Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te.** Ecce modus quo nunc concipies in vtero. spiritussanctus nõ spiritus humani seminis. Apte enim spiritũsanctum loco humani seminis posuit: quoniam prolificum semen spirituale valde est, hoc est spiritibus plenum: vt philosophi tradũt. Loco ergo humani seminis super/uenientis in alias mulieres ad hoc vt concipiant, superueniet in te spiritussanctus: hoc est nullam ha/bens immunditiam cuiuscũq; generis(hoc est neq; corporis neq; animæ)sed omnino eleuatus ab omni immundicia. ⁊ **virtus altissimi obumbrabit tibi.** Ad hoc ꝙ mulier concipiat requiritur nõ solum se/men virile, sed actio virtutis generatiuæ mulieris. Et quia ad hanc concurrunt duo(scilicet applicatio digestorum humorum ex corpore mulieris ad substantiam prolis/& delectatio sensibilis concomitans huiusmodi applicationem)ideo ratione vtriusq; dicitur obumbrabit tibi: tanq̃ præseruando quidem velut vmbra ab æstu & ardore concupiscentiæ/quo ad secũdum: tanq̃ veto fouendo & trahendo velut tegens in vmbra/quo ad primum. Sicut enim in seminibus terræ mandatis videmus requiri quasi vm/bram tegmen terræ(sub quo vires terræ colliguntur & attrahuntur ad concipiendum quodãmodo ex semine/& sic terra germinat)ita in mulieris vtero præter virile semen velut obumbratio quædam gene/ratiuæ partis mulieris cum virili semine fit/fotiua & attractiua naturalium humoꝝ & virium mulieris

ad concipiendum. Ita ꝙ intendit angelus dicere ꝙ vltra spiritumsanctum loco seminis, virtus diuina dabit tibi actualem efficaciam concipiendi seruando te a delectatione venerea. **Ideoq;.** ex hoc singu/larissimo modo generandi. ⁊ **ꝙ nascetur.** Cum hoc ꝙ supnaturalis erit modus/ipsum tamen fieri erit naturale. Et vere naturalis fuit productio iesu ex virgine: quoniã in naturali loco/naturali materia/na/turalibus actionibus partis vegetatiuæ beatæ virginis, pductus est. & ppterea vere dicitur natus/pro/pterea angelus vere dixit nascetur. **ex te.** Superfluit. Nõ limitauit verbũ suum angelus ad natiuitatẽ ex ea: vt cõprehenderet natiuitatem in ea. iuxta verbum angeli ad ioseph matth. 1. quod enim in ea natũ est. Satis fuit angelo dicere nascetur: ad declarandũ naturalitatem fieri/postq̃ declarauerat supernatu/ralitatem modi **sanctum.** Non solum significat sanctitas prolis, sed significat modus sanctitatis: ꝙ. s. nascetur sanctum/ad differentiã cuiuscunq; alterius nascentis. quilibet enim nascitur obnoxius origi/nali peccato ac pœnis cõcomitantibus/etiam si in eodẽ instanti diuina gratia sanctificaret: iesus autẽ nascitur sanctus/nulli obnoxius culpę aut pœnę. **vocabitur filius dei.** Non vocabitur tantũ filius ho/minis/sed filius dei. Et ad hoc directe refertur cõiunctio ideo. ex singulari. n. modo(. s. ꝙ de spiritusancto conceptus est)congruissima ratione subsecuta est appellatio filii dei. Talis enim & non alia natiuitas congruit filio dei/talis enim modus adminiculat ad cognoscendũ credendum atq; cõfitendum filium mariæ esse filium dei. Repetiit autẽ angelus vtranq; in iesu naturam, nõ vt magis imprimeret vtriusq; naturæ fidem beatæ virgini: sed vt explicaret ꝙ ab initio conceptionis vnio fieret naturatũ(diuinæ & humanę)in vna persona. hoc enim significatur dicendo/quod nascetur vocabitur filius dei. Nisi enim ab initio quo nascitur esset filius dei, falso appellaret filius dei quod nascitur. ℣ **Et ecce elisabet.** Sup/naturalem modũ generandi confirmat angelus testimonio alterius modi supernaturalis: cuius minus. Supernaturale siquidẽ fuit elisabet sterili & seni habere vim generandi: cuius naturalis fuerit vsus con/cessa ei vi generandi, quoniã ex viro concepit. Nec hæc in testimonium attulit angelus ad tollendum a beata virgine aliquid ambiguitatis: sed ad etiã suauiter humano more per exẽplum sensibile firman/dam integram beatæ virginis fidem. habet enim hoc suauis diuinæ sapientiæ dispositio, vt hominem naturaliter per sensibilia cognoscentẽ/sensibiliter quoq; exẽplis instruat/firmet/consolet. **cognata tua.** Certa est cognatio inter mariam & elisabet: sed incertum est quo mõ. genealogias. n. earum ſm vtriusq; sexum certas nescio. Hoc tamen certum in sacra scriptura est ꝙ domus dauidis mixta erat cum domo aaron. vxor enim ioiadę pontificis fuit soror ochoziæ regis iuda: vt patet in. 4. lib. reg. Vnde nihil ob/stat huic cognationi ꝙ elisabet fuerit de tribu leui ac filiabus aaron, beata autẽ virgo de tribu iuda ac filiabus dauidis. ⁊ **ipsa concepit filium in senectute sua.** Vna miraculi ratio. ⁊ **hic mensis est sextus illi.** Explicat patentem ad sensum vterũ grauidum. **que vocatur sterilis.** Altera miraculi ratio. **Quia non erit impossibile apud deum.** Hinc clare apparet ꝙ ad suauiter firmandã per sensibilia integram beatæ virginis fidem/angelus adduxit prædictum testimoniũ. ad hoc. n. refertur ratio angeli/quia non erit. refertur nãq; ad demonstratũ testimonium sensibile per aduerbium ecce. Et est sensus. ecce testimo/nium sensibile quia non erit impossibile apud deum omne verbũ. Intendit. n. angelus ex hoc testimo/nio sensibili instruere ꝙ omne verbũ possibile est apud deum: vt suauiter confirmet possibilẽ esse apud deum etiam mirabilem modũ quem annũciauit virgini. **omne verbum.** Nihil excipitur nisi quod im/plicat cõtradictoria. quod etiã non excipitur/sed nõ includitur: quia non cõprehenditur sub verbo ali/quo: vtpote quod non põt intelligi. ℣ **Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi.** Non plus interrogat, sed promptam se exhibet: & quãto magis se audiuit eleuandã in matrem messię filii dei, tanto magis ad hu/militatis gremiũ confugit: & se ancillam recognoscit & offert. **fiat mihi.** Non solum assensum prebet, sed preces adiungit ad tantũ donum consequendũ. **ſm verbum tuum.** Prudentia simul & modestia loquendi cõprehenditur, in hoc ꝙ breuissimo sermone & vniuersa nunciata cõplectitur/& angelũ qui nunciauit honorat. ℣ Vbi scito nos credere ꝙ statim ꝓlatis his verbis concepit in vtero filium dei: & impletum est verbũ angeli ecce cõcipies in vtero. Quod etiã apparet ex eo ꝙ octauo calendas apri/lis annũciatio hæc fuit/& octauo calendas ianuarii iesus est natus. Et nihilominus in prõptu est ratio: quia nulla erat differendi ratio, completa angelica annũciatione/& virginei atq; humilis assensus ob/latione consummata. **Et discessit ab illa angelus.**

¶ **Exurgens autẽ maria in diebus illis, abiit in montana.** pro. **in montanã.** supple regionẽ. **cum festinatione.** tum ad celeriter visitandã cognatam senẽ. tum vt in itinere nõ moraret: instruens exẽplo virgines festinas esse in itinere, & non morosо gradu spectandas se exhibere. **in ciuitatẽ iuda: ⁊ intra/uit in domum zacharie: ⁊ salutauit elisabet. Et factum est vt audiuit salutationẽ marię elisabet, exultauit.** pro. **salut.** seu subsiliit. Describitur. n. motus infantis saltantis in vtero. Describit euangelista ordinem effectuũ. Et primum effectum auditæ salutationis ex ore beatæ virginis/explicat esse saltum ioãnis baptistæ in vtero. Tunc. n. impletũ est quod dixerat angelus ad zachariã de illo. & spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suę. Iesus enim qui conceptus matris carnem statim sanctificauerat (extinguendo in ea fomitem)modo incipit exterius operari/sanctificando præcursorem suum. Hęc si/quidem sanctificatio causa fuit ꝙ saliret **infans in vtero eius. Et repleta est spiritusancto elisabet.**

Universidad de Navarra
Biblioteca

Postq̃ repletus est ioannes spiritusancto, repleta quoq; est elisabet spiritusancto: vt ordine quodam distributus intelligatur spiritussanctus ex voce mariæ. ℣ **exclamauit voce magna.** Intellige tamẽ/modestia feminea: quoniam spiritussanctus nullius imoderaminis causa est. ℣ **dixit. Benedicta tu inter mulieres.** Non imprecatiue sed assertiue dicuntur hæc verba. tam enim conceperat filium dei: & erat super omnes mulieres benedicta merito, etsi non adhuc alioꝝ vocibus. ℣ **benedictus.** Hoc addidit spiritussanctus per os elisabet ad verba angeli. nõ solum ipsam beatam virginem benedictã/sed iesum in vtero eius manentem benedictũ clamat. Sed vide differentiã. nam mariam benedictã cum limitatione (inter mulieres) dicit: iesum autẽ benedictum absolute absq; vlla limitatione. **fructus ventris tui.** Vtẽ naturali vocabulo fructus, vt vere productũ fructũ vẽtris naturalibus officiis significaret. ℣ **vñ hoc mihi.** Vbiq; apparet spiritussanctus/spũs humilis cordis. In beata virgine apparuit/decce ancillæ & postea in submissione ad visitandã elisabet. & modo apparet in ipsa elisabet/recognoscente se indignam vt ad eam veniat beata virgo. **vt veniat.** quũ ego debuissem puenire. **mater.** Hinc apparet beatam virginem veram ac naturalẽ genitricem iam tunc fuisse: & cognitã esse reuelante spiritusancto ab elisabet. **domini mei ad me!** Cognouit etiã cuius esset mater. didicit a spiritusancto q̃ erat mater dei & hominis. propter naturam enim humanã dixit fructus ventris tui: propter diuinam dñi mei. Hinc habetur q̃ in principio quo concepit beata virgo/verbum caro factũ est. Si enim imperfecta quedam inchoatio prolis fuisset tunc in vtero virginis (quẽadmodũ in aliis mulieribus est informis materia) non dixisset elisabet, imo spiritussanctus per eam/mater domini mei: quia adhuc tunc nõ fuisset mater dei. Dicta sunt enim hæc verba paucis diebus post annũciationem. Fundatã itaq; hic habent doctrinã formati corporis iesu christi (& cõsequenter in⁹ susc animę intellectiuæ in principio cõceptionis) theologi: quia ex tunc vere fuit mater dñi nostri. ¶ **Ecce enim vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis.** Testem affert dictoꝝ suoꝝ saltationem filii ex salutatione beatæ virginis. Acsi aperte diceret. nõ solum ego ex aduẽtu tuo cognoui hæc spiritusancto reuelante, sed etiã infans in vtero meo hæc sensit: quoniam vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis/ianteq̃ mihi reuelatent hæc, infans in vtero meo saltauit in gaudio. **exultauit in gaudio.** pro. **saliit in exultatione.** quæ effectus est letitiæ seu gaudii. Duo dicit: q̃ saliit/& q̃ in exultatione. Ex quibus iunctis cum prædictis ab angelo (q̃ in vtero matris replendus esset spiritusancto) apparet q̃ exultatio hæc/exultatio spiritusancti fuerit, causantis saltum illum corporalẽ ad sensibiliter modo quo poterat testificandũ matri/& per ipsam mundo vniuerso, quãto repletus sit interno gaudio ob præsentiam iesu christi gestati in vtero a beata virgine: ac per hoc q̃ ioãnis baptistæ anima donata tunc fuerit cognitione actuali iesu christi/& actuali letitia de illius præsentia. ¶ An autẽ donum hoc collatũ ei fuerit per modum passionis trãsitoriæ/an per modum doni permanentis (hoc est q̃ ex tunc pseuerauerit in soluto vsu mentis) incertũ habeo. Q̃z.n. tũc hoc donum habuerit/ratio spiritussancti indicat. nam spiritussanctus primo & directe respicit mentem, & per diffusionẽ partem sensitiuã: ac per hoc non prius causauit lætitiam in parte sensitiua (vt more pecudis ioãnes exultasset) q̃ in parte intellectiua. Rursus nulla ratio lætitiæ in parte sensitiua hic interuenit/quẽadmodum blandum aliquid lætificare videmus infantulos: sed tota lætitiæ ratio/psentia iesu christi tanq̃ sonans per os virginis in auribus elisabet fuit. constat autẽ huiusmodi p̃sentię peceptionem non ad sensum sed ad intellectũ pertinere. Deniq; si ioãnes non fuisset gaudens de cognita psentia dñi, non attulisset elisaber in testimonium dictoꝝ suoꝝ/tantam infantis in suo vtero lætitiam. **infans in vtero meo.** ¶ **Et beata quę credidisti.** pro. **credidit.** Alloquit beatam virginẽ in tertia persona/meritum fidei (dicendo quæ credidit) & præmiũ beatitudinis futuræ explicans. Vnde apparet fuisse reuelatum elisabet non solũ beatam virginem esse matrẽ dei, sed etiam dicta ab angelo/& fidem beatæ virginis. **Quoniã perficientur ea quę dicta sunt tibi.** pro. **ei.** virgini. Rationẽ beatitudinis reddit: pphetans & ipsa/cõplenda esse omnia nunciata ei per angelũ. a **domino.** explicat nunciata per angelũ processisse a dño/domini nomine & autoritate fuisse dicta. Et hoc ad significandũ infallibilem veritatẽ dictorum: vtpote quę a dño emanarunt. ¶ Ex hoc q̃ elisabet mutat personam secũdam in tertiam/dicendo & beata quæ credidit &c̃. apparet q̃ aliæ psonæ erant præsentes huic colloquio: ad quas conuersa elisabet dixit de beata virgine/& beata quæ credidit &c̃.

¶ **Et ait maria.** Tempus iam erat vt prodiret etiã in sermonẽ diuinitas qua repleta erat maria. Vnde laudata ab elisabet/cognoscens verba illius verba esse a spũsancto, non respondet elisabet/sed prorũpit ad gratiarũactiones deo: laudando illũ ob beneficia sibi/timentibus deũ/humili corde populo israel ac vniuerso præstita. **¶ magnificat.** hoc est extollit: seu tangendo radicẽ/magnificat. ex magnificere. n. oriẽ magnificare pro extollere. **anima mea.** Manifestat internã animæ suæ actionẽ. **dominus.** non seipsam/non me, sed eum qui est vniuersoꝝ dñs. hac. n. appellatione noiare consueuerant hebrei deũ. ¶ **Et exultauit.** Magnificere & extollere internũ/cognoscitiuæ partis est: exultare aũt volitiuæ seu affectiuę. Est. n. exultatio plus q̃ letitia. exundans siquidem letitia velut in gesticulationẽ exultatio est. **spiritus meus.** Ne intelligeres exultationẽ corporalem, remotissimo a corpore animæ noie vtitur: dicendo spũs meus. anima. n. spũs rationẽ habet vt corpus supergredi: vnde & statum spũs separata a corpore sortitur. Et

discerne q̃ anima magnificat & spiritus exultat: quia res illa quæ est anima vtriusq; significaturi & vt rẽ spicit hęc inferiora & vt respicit superiora. nam vt est anima/vt exercet viuificandi officiũ, non æstimat non extollit aliquid eoꝝ quæ spectant ad viuere nisi dñm: vt vero est spiritus/vt officium exercet spũs/vt superioribus intendit, non solũ amat/desiderat/delectatur & gaudet, sed exultat. **in deo.** non in seipso spiritu/sed in deo: qui purissimus spũs est. **salutari.** pro. **saluatore.** Quãuis. n. deus ex quo mũdum condidit/semp fuerit saluator, officium tñ saluandi personaliter tunc assumpsit quũ caro factus est. & propterea hoc speciali modo saluator significat. Et vere in deo saluatore spũs beatæ virginis exultauit: qa exultauit in deo incarnato. Saluatore autẽ non huius vel illius sed mũdi. **meo.** Possessionẽ significat saluatoris tanq̃ proprii. Vere. n. meus inquit maria: qm̃ totum corpus eius mediãte quo saluat mũdum/meum est: nullam in eo partẽ habet vir aliquis. **¶ Quia respexit.** pro. **aspexit.** Rationẽ magnificationis & exultationis & ꝓpriatis reddit ex parte dei: qa aspexit. **humilitatẽ.** pro. **ad humilitatẽ.** i. exiguitatẽ seu paruitatem. **ancillę suę.** Dictio græca interpretata humilitatẽ non est nomen illius virtutis animi quã humilitatẽ appellamus: sed est nomen conditionis qua aliqd est imum seu exiguũ seu paruũ. Est. n. sensus. qua aspicere dignatus est ad exiguitatẽ seu infimitatẽ (si dici licet) ancillæ suæ. Nec propterea interpres arguendus est: qa fm nois proprietatẽ/esse humilem non est habere virtutẽ, sed est esse imum. quis theologi vsurpauerint humilitatẽ pro virtute animi. ¶ Et aduerte q̃ in his beatæ virginis verbis/virtus humilitatis non significat voce, sed exercetur opere. nã hic est intimæ humilitatis actus, estimare se infimã/exiguam/paruam cõ. Et hoc magis quadrat humilitati maximæ beatæ virginis q̃ cantare virtutem humilitatis suæ esse aspectam a deo. hoc. n. sonat ad meritũ propriæ virtutis respexisse deum: quod dicere ꝑcul est ab humilibus. illud autẽ/cordis humilitas est in actu exercito. Magnitudinẽ igitur beneficii diuini erga se explicat, dicendo qa aspexit ad exiguitatẽ ancillę suę. ita q̃ non sat fuit dicere qa aspexit ad ancillã suam, sed apposuit ad exiguitatẽ ancillæ suæ. ¶ Et intellige exiguitatẽ quo ad merita. estimabat siquidem se nullius meriti nulliusq; virtutis. Nec ficte aut falso: qm̃ cõsiderabat seipsam ex ꝑte sui, non ex parte donoꝝ dei in ipsa. hæc. n. cõsideratio mater est humilis cordis/quũ in anima radicata est. **¶ Ecce enim ex hoc.** Deest. nunc. Manifestat ab effectu magnitudinẽ beneficii diuini in se: qa ex isto nunc (& demonstrat nunc quo cõcepit filium dei) quo tantum beneficiũ contulit mihi deus. **beatam me dicent oẽs generationes.** Prophetat beata virgo fœlicem se habẽdam ab oĩbus generationibus. Quod verificat tum cõprehensione oĩum nationũ/tum successione cuiusq; futurę generationis. **¶ Quia fecit.** Explicat quare beatã illam dicent oẽs generationes. **mihi magna** pro. **magnalia.** hoc est ingẽtia **ille potens.** Deum noĩat a potentia tanq̃ excellẽtissime seu solus potens. reliqua. n. oĩa mendicãt posse ab eo. Et denoĩauit deum a potentia, qa tota ratio facti in mysterio incarnationis est potẽtia facientis. **℣ sanctum.** Laudat secundo deum a celsitudine naturæ. Sanctum. n. eleuatũ ab oĩ impuritate significat deum, qui solus est actus purus. **nomen eius.** Nullũ nomen deo cõuenit nisi sanctũ: hoc est nisi infra latitudinẽ actus puri. Et ꝓpterea oẽ nomen dei est sanctũ: & ideo ꝓprium est deo habere nomẽ sanctum. & ꝓpterea beata virgo a spũsancto edocta/descripsit deũ ex hoc q̃ sanctũ est nomen eius. ¶ **Et misericordia eius.** Laudat tertio dei misericordiã. Ita q̃ tria spãliter laudat de: potẽtiam/naturã/& misericordiam. Et naturam quidẽ laudauit noĩatam: hoc est ꝓpur cognosci noĩariq; põt. potentiã vero absolute: misericordiam autẽ cum extensione subiuncta. **a progenie in ꝓgenies.** pro. **in generationẽ ℣ generationẽ.** Extensio misericordię ad quãlibet successionẽ generationis significat. Est. n. sensus. in generationẽ & generationẽ sine defectu: ita q̃ nulli generationi deficit. **timentibus eum.** Quãuis misericordia dei diffusa sit super oĩa opera eius/& fm aliquos effectus cõis sit timentibus & non timẽtibus deum: fm tñ effectum subleuationis a vera miseria (quæ est sola miseria æternæ dãnationis) propria est timentibus eum timore filiali. & talis misericordia cantat indeficiens cuilibet generationi. Nec arctat textus ad generationes futuras, sed absq; limitatione aliqua cõprehendit oẽm generationẽ: præteritam/præsentẽ & futuram. Laudat enim beata virgo benefactorẽ suum ab huiusmodi æterna misericordia.

¶ **Fecit potentiã.** pro. **robur.** siue imperiũ. vtrunq;. n. græca dictio significat. Ab hinc ꝓsequit vtriusq; attributi (. s. potentię & misericordię) opa respectu rõnalium creaturarũ vt referunt ad beatitudinẽ vel miseriam æternã. ¶ Vbi aduerte q̃ si opa hæc intelligant in sua latitudine & ꝑterita vt sonant, appellatione superboꝝ & humilium/diuitum & esurientiũ, non solum cõprehenduntur homines sed etiam angeli mali & boni. Angeli siquidem superbi fuerunt primi dispersi & detracti ex sedibus & emissi inanes: & per oppositum/angeli humiles & esurientes diuinam gloriam exaltati sunt & repleti sunt bonis. Ante aduentum quoq; christi/superbos electos legimus etiam de temporali statu: vt nabuchodonosor & saul. sed hoc extra ꝓpositum est æternæ fœlicitatis vel miseriæ: nisi pro quanto hæc signa quædam sunt testificantia quantum deo superbia displiceat/quãtumq; humilitas placeat. Directe tamen præsenti cantico congruit vt intelligantur hæc opera facta in mysterio incarnationis. ita q̃ cantantur hæc opera vt fructus verbi incarnati: & asseruntur facta quia iam erant facta inchoatiue/erant facta in radice. Intendit siquidem beata virgo declarare quid in hoc mysterio incarnationis fecit (hoc est

faciendum in radice stabilinit)erga genus humanum.q̄ scilicet decreuit vti potentia cōtra superbos q̄ primates & diuites,exaltare autem humiles & replere bonis esurientes.Hęc enim est dispositio propria nouo testamento.nam in testamento veteri diuitiæ promittebanturin nouo nulla habetur diuitiarū ratio,sed pauperrimi piscatores exaltati sunt.℣ Vide singula iuxta hunc sensum:quem literalem credimus.Primum itaq; opus potentiæ est q̄ fecit robur. **in brachio suo.** Verbum incarnatū brachium diuinum appellatur:iuxta illud esa.53.& brachium domini cui reuelatum est.est enim velut brachium quo operatur deus.Perspicacius autē appellatur brachium ratione humanæ naturæ:quæ est velut organum cōiunctum dei/sicut brachium est organum coniunctū hominis.est enim organum iunctum in persona/ad differentiam organi separati:quale est quodcunq; instrumentū artificiale:puta serra/malleus &c.Fecit inquā deus in homine assumpto robur,tum fortitudinis meritoriæ,tum potentiæ/operę & sermone:sed præcipue robur vniuersalis dominii,robur efficiendi omne opus tam iustitiæ q̄ gratiæ. **℣Dispersit superbos.**Ecce opus robusti brachii,ad corporei brachii robusti dispergentis conantes ipsum superare/similitudinem. Quum enim cætera vitia fugiāt,sola superbia se opponit deo.& ꝓpterea actio iesu christi in totum genus perseuerātium in iniquitate/describitur a capitibus eorum superbis: quos dispergit in æternos cruciatus. **mente.**pro.**cogitatione/cordis sui.** Significat non diuina mens/sed cogitatio cordis superborum.& dispersio robusta declaratur actio iustitiæ. Est enim sensus q̄ dispersit superbos merito cogitationis cordis eoꝝ.Quāuis possit etiam significari vnde dispersi sunt:scilicet a cogitatione cordis eorum.dispersi sunt enim a celsitudine & gloria cogitata & affectata corde eorū. Vterq; siquidem sensus quadrat proposito.℣ **Deposuit potentes de sede.**pro.**detrarit primores a sedibus.** Significatur.n.ad literam q̄ deiecit eos qui potestate fungūtur publica a sedibus suis.Quod ad literam verificatum est quum deiecti sunt magistratus iudæorum quia occiderunt christum:& exaltati sunt humiles christi discipuli/vniuerso orbi euangelizantes.Potest nihilominus vniuersalius intelligi de eisdem superbis:vt non solum sint dispersi a cogitatis & affectatis celsitudinibus, sed etiam detracti a sedibus quas habent.omnibus enim bonis priuati sunt.z **exaltauit humiles,**corde. Exaltauit inquā ad cœlorum regnū.Et hinc apparet eosdem appellatos superbos & potentes/dispersos & eiectos. nam solos humiles corde e regione apponit. Et propterea secunda expositio amplectenda tanq̄ literalis insinuatur.℣ **Esurientes.**non corporis cibum/sed iustitiam/sed panem cœlestem.**implenit bonis:** regni cœlorum.quæ sola sunt vere bona. **Et diuites.**mente & animo:qui se non recognoscunt indigētes diuina gratia/euangelica doctrina:existimantes se abundare diuitiis ingenii/sapientiæ/prudentiæ/ sagacitatis,cognitione & acquisitione fœlicitatis absq; christo. **dimisit.**pro.**emisit/inanes.** eiecit a se vacuos veris bonis.Et nihilominus cum his intellige q̄ elegit pauperes & infimos ſm mundū homines/significatos per esurientes(hoc est indigentes pane)magnos autem ſm mundū nominatos diuites non elegit sed emisit vacuos:pro quāto nec electi sunt ad apostolatū/& rari sunt qui saluātur:iuxta verbum dñi.facilius est camelū transire per foramen acus q̄ diuites intrare in regnum cœlorū.

℣ **Suscepit.**more succurrentis ac manum porrigentis. Postq̄ opera declarauit gratiæ & iustitiæ noui testamenti, adimplerionem subiungit testamenti veteris perfectā in hoc mysterio incarnationis.**israel pueruꝫ suum.**populum israelitam seruum suum. **memorari.**pro.**vt recordaretur.**Loco cuius/nescio quis in ecclesia introduxit cantandum recordatus:quum interpres trāstulerit memorari,& textus græcus habeat recordari.**misericordię sue.** Superfluit suæ.Et est sensus q̄ succurrit populo israel ad hoc vt recordaretur opere & effectu misericordię exhibendę abrahę & semini eius in seculum/sicut locutus est ad patres nostros.Iste est verus ordo constructionis literæ.nam abraham datum casus est:nec potest cōstrui cum patres nostros. Rursus etiam non quadrat sicut locutus est semini eius in seculum:sed bene quadrat q̄ suscepit populum israel per mysterium incarnationis succurrendo/ad hoc vt recordaretur misericordiæ exhibendæ abrahæ & semini eius in seculum.promiserat enim deus exhibiturum se misericordiam abrahæ & semini eius in æternum.& propterea per modum recordationis exhibenda describitur misericordia.Expectabat quoq; & abraham misericordiam iesu christi liberaturam se de limbo.Semini quoq; abrahæ non quodam tempore sed in æternum exhibetur misericordia:dum ad cœlorum regnum pro parte perducti est,& reliquū perducetur per iesum quum intrauerit plenitudo gentium.& nihilominus quotidie aliquis eoꝝ perducitur. **Sicut locutus est ad patres nostros.**prophetas qui scripserūt de messia & gratia eius. **abraham z semini eius in secula.**pro.**in seculum.**

Mansit autem maria cum illa quasi.pro.**fere/mensibus tribus.z reuersa est in domum suam.** Vnde apparet q̄ non interfuit beata virgo natiuitati ioānis baptistæ.nā quū octauo calendas aprilis audierit ab angelo/ecce elisabet cognata tua/& in illis diebus surrexerit & venerit ad elisabet,si fuisset cū elisabet in natiuitate ioānis/proculdubio perstitisset per aliquot dies:saltē donec elisabet plene conualuisset ex partu.& sic fuisset cū ea tribus mensibus & amplius:cuius oppositū euangelista dicit.qui videtur ex industria hoc dixisse vt significaret mariam non interfuisse partui elisabet.

Elisabet autem impletum est tempus pariendi:z peperit filium.Et audierunt vicini z cognati eius quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa. nō solum tollendo opprobrium

sterilitatis in senectute,sed donando filium masculum. z **congratulabantur ei. Et factum est in die octauo.**iuxta legis præceptum. **venerunt circūcidere.**pro.**vt circumciderent/puerum:z vocabant eum nomine patris sui zachariā.Et respondens mater eius/dixit.nequaq̄ sed vocabitur ioānes.** A spiritu sancto didicerat elisabet hoc nomen imponendum filio.zacharias enim mutus non poterat ei hoc dixisse.**Et dixerunt ad illam/quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.Innuebant autem patri eius quem vellet.**pro.**quid vellet/vocari eum.** Ita q̄ non ostendebant diuersos homines quærentes si vellet vocari eum nomine istius vel illius,sed nutibus quærebant quid esset nomen imponendum infanti. **Et postulans pugillarem.** hoc est nutibus petita tabella in qua scribitur.huiusmodi enim tabella pugillaris vocatur.quæ forte tunc tēpotis erat cerea. **scripsit dicēs.** Mutus erat:& scribere quidem poterat/dicere autem non.& propterea dicens/casus est accusatiui.Et est sensus.scripsit scripturam dicentem.**ioānes est nomen eius.** Acsi aperte diceret.non ego illi imponomen,sed ioānes est nomen eius:vtpote impositum ab angelo. **Et mirati sunt.** de conuenientia patris & matris in nomine nouo cognationi illi. **vniuersi.**

Apertum est autem ilico. Tunc enim completa sunt quæ dicta sunt per angelum de natiuitate ioānis.ante diem siquidem octauum quo in circuncisione nominabatur infans/quia anonymus erat/fere vt non natus habebatur.**os eius z lingua eius:z loquebatur benedicens deum.**An præter subiectum canticum aliqua prius dixerit zacharias gratias agendo deo/incertum est. **Et factus est timor super omnes vicinos eorum:z super omnia montana.**pro.**in tota montana,** scilicet regione. **iudee diuulgabantur omnia verba hęc. Et posuerunt omnes qui audierant,in corde suo/dicentes.quis putas puer iste erit?** Timor dei/diuulgatio,gestoꝝ/& expectatiua admiratio dicentium quis nam puer iste erit,post canticum zachariæ fuerunt ſm ordinem historiæ.imo canticum ipsum/vnum erat eorum quæ diuulgabantur:& magna erat pars testimonii/q̄ manus domini erat cum illo pueto. **Etenim.**superfluit coniunctio enim.Non redditur ratio quare illi dicebant/quisnam puer iste erit:sed vbi euangelista gesta descripsit natiuitatis/circūcisionis & nominationis pueri,ordinate describit qd est subsecutum in audientibus/quid in ipso infante/quid in patre.Et de auditoribus quidē dixit timorem &c.de infante vero subdit. z **manus domini erat cum illo.** significans specialem curam diuinā de infante/velut sub manu dei.De patre autē subiungit. **Et zacharias pater eius repletus est spiritu sancto:z prophetauit.**tum de messia/tum de ioanne.dicens.

Benedictus. benedictione laudis. **dominus deus israel.** per gratiā specialis cultus. **quia visitauit.** mittendo.z **fecit redemptionem.**ad differentiam priorum visitationum quibus visitauerat mittēdo prophetas:modo enim visitauit faciendo redemptionem mysterio incarnationis. **plebis sue.**pro.**populo suo.**hoc est ad libertatem populi sui. **Et erexit cornu salutis nobis.** non solum libertatē dedit/ sed erexit cornu/potentiam. Ipsum messiam appellat cornu salutis:quia vere fuit potentia saluationis nostræ. **in domo dauid.** quia ſm carnem ex domo dauid ortus est. **pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius.**pro.**fuerunt prophetarum suorum.** ⌊**Salutem ex inimicis nostris:z de manu omnium qui oderunt nos.** Declarat cuius salutis cornu erectum est. Vnde ſm grāmaticam legendum esset salutis/referendo ad id quod dixerat cornu salutis. Ac si dictum fuisset/salutis inquā ex inimicis nostris.℣ Vbi etiā scito q̄ græca dictio tam hic q̄ ibi & inferius/potius significat saluationis q̄ salutis.& optime quadrat vt sit cornu saluatiōis/saluationis inquā ex inimicis nostris:primum quo ad spiritū & demum quo ad omnia.℣ Et similiter intellige de manu/ hoc est de potestate odientium. In primo siquidem aduentu saluati sumus ab iis qui aduersantur spiritui:in secundo autem ab omnibus quomodoliber contrariis. **Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.** Misericordiam dicit/non iustitiam:quia nō ex meritis patrum sed ex diuina gratia misericorditer patres nostri & nos liberati sumus per incarnationis mysterium. z **memorari.**pro.z **ad recordandum/testamenti sui sancti.** Prius dixerat misericordiam:modo adiungit iustitiæ speciem in executione testamenti. Vbi nota appellari hic primum testamenti nomine/promissionem factam abrahæ a deo de benedicto semine in quo omnes gentes benedicentur.℣ **Jusiurandum.** Explicat testamentum scriptum gen.22.Et grāmatice similiter legendum esset iurisiurandi/appositiue ad testamēti sui sancti.**qō iurauit ad abraham patrem nostruꝫ,daturum.**pro.**vt daret/se.** Supfluit se. **nobis.** Iungi debet hæc clausula cum sequēti.Et est sensus.vt daret nobis hæc sequētia:scilicet. **Vt sine timore/de manu inimicorū nostrorum liberati/seruiamus illi.in sanctitate z iustitia coram ipso,omnibus diebus nostris.** Vbi colligere potes septem conditiones gratuitas. Prima est libertas.libertati de manu inimicoꝝ nostrorum. Secūda est diuina seruitus.seruiamus illi. Tertia est exclusio timoris seruilis.sine timore.Quarta est mundicia.in sanctitate.Quinta est iustitia fidei/dando vnicuiq̄ quod suū est.Sexta est veracitas.coram ipso.vt excludat omnis fictio:& simul significet reuerentia tanq̄ præsente deo.Septima est perēnitas seu iugis cōtinuatio.oībus diebus nostris. Hæc.n.omnia per incarnationis mysterium olim ꝑmissa/adimpleta sunt intrinsecus:exterius autē consūmabuntur in secūdo aduentu.

℣ **Et tu puer.**pro.**puelle.** Prophetat apostrophando ad infantē. Vnde nōnullum sumit argumentū q̄

Nota septem conditiones gratuitas. Adde nobis donatas in incarnatione filij sui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

donum solutæ mentis pseuerauerit in ioãne baptista. Et propterea tãꝫ ad intelligentẽ paterna verba zachariæ conuertit sermonem. **prophęta.** imo etiam plusꝫ propheta. **altissimi vocaberis.** præibis enim ante faciem domini parare. pro. ad parandum/viãs eius. Dono prophetię adiungit officiũ præcursoris. Et vtrunq; ad literam impletum est. nam & plusꝫ propheta fuit monstrando iesum: & velut ante faciem iuit præparando viam/prædicando & baptizando, ad hoc vt disponeret auditores ad christum statim subsequẽtem. **Ad dandam scientiam salutis plebi.** pro. populo/eius in remissionem peccatorũ eorum. Superfluit eorum. Particula in remissionem peccatorum/potest construi cum salutis: vt determinetur qualis salus: scilicet interna/in remissionẽ peccatorum. Et potest construi cum scientiam seu cognitionem: ad significãdum cognitionem salutis tendere in remissionem peccatorũ. **Per viscera misericordię dei nostri in quibus visitauit nos.** Apostrophat hic ad ipsum saluatorem messiam. Ita q̃ ordo literæ ſm constructionem est iste. O oriens ex alto, per viscera misericordiæ dei nostri in quibus visitauit nos/illucesce in tenebris & vmbra mortis sedentibus, ad dirigendum pedes nostros in viam pacis. Incipit itaq; apostrophatio literæ ad saluatorem ab obsecratione. per viscera/hoc est intima, misericordiæ dei nostri: in quibus/visceribus, visitauit nos/deus noster. Obsecrat per intimum affectum diuinum mõstratum in tam misericordi visitatione per mysterium incarnationis factæ. **oriens.** Substantiuum est: & casus vocatiui ex subsequente imperatiuo insinuatur. Quãuis careat articulo seu aduerbio vocatiuo. nam non semper hoc aduerbium apud græcos præponitur: vt patet apud ioannem/domine ostende nobis patrem. & iterum/philippe qui videt me. Et ille significatur de quo scriptum est zacha. 6. ecce vir oriens nomen eius. & zacha. 3. ecce adducam seruum meum oriẽtem. **ex alto.** Perinde dicitur o oriens ex alto acsi diceret o sol ex alto/ex excelso, nẽpe patris sinu. in quo iesus erat velut sol, latens tamen. & propterea subiungitur petitio. **Illuminare.** pro. illuce. seu illucesce. **iis qui in tenebris.** ignorantiæ. & **vmbra mortis.** Peccata præ se ferentia mortem æternam/vmbra mortis sunt. tum quo ad rem: quia se habent ad mortem ętternam sicut vmbra ad corpus. tum quo ad officium terrendi: quia terrent cultores dei/vt existimatæ vmbræ mortuorum exterrere solent. Similitudo hæc sumpta est ex sensibilibus tenebris ita horribilibus, vt si non mors/vmbra tamen mortis appareant. **sedent.** pro. **sedentibus.** In textu græco habetur. illucesce in tenebris & vmbra mortis sedentibus. At si contendatur non posse transferri infinitiuum in imperatiuum, facilis est constructio: omissa apostrophatione ad saluatorem/& legẽdo oriens in nominatiuo. vt illuminet &c. **ad dirigendos pedes.** hoc est affectus. **nostros/in viam pacis.** spiritus: quæ vere est pax. non pacis mundanæ/plenæ immundicia & malis moribus.

¶ Puer. pro. **puellus/autez crescebat & confortabatur.** pro. **potens fiebat/spiritu.** Attestatur hoc libero vsu mẽtis in puello. fieri enim potentiorem ſm spiritum/meriti est: quod non est sine libero vsu mentis. & **erat in desertis.** vt non ab homine sed a deo instructus cognosceretur: vt a pueritia iugum domini portaret ac contemplationi vacaret. **vsq; in diem ostensionis suę ad israel.** hoc est vsq; ad annum vigesimũnonum suæ ætatis: tunc enim manifestatus fuit populo israel qualis esset.

CAPVT .II.

Factum est autem in diebus illis. scilicet anno quadragesimosecũdo vel circiter imperii octauii/qui cognominatus est augustus. **exiit edictuz a cęsare augusto vt describeretur.** per capita. **vniuersus orbis.** Secundum veritatem subintelligitur/subiectus romano imperio: ad differentiam vniuersi orbis simpliciter. nam vniuersus orbis simpliciter non erat subditus romano imperio: q̃uis augustus ad gloriam sui imperii scriberet absolute vniuersum orbem describẽdum, tanꝫ esset dominus vniuersi orbis: cuius tamẽ nullus vnq̃ imperator fuit dominus. Cõstat enim omnes quartas terræ nulli vnq̃ fuisse subditas: præter hoc q̃ scriptores tradunt multas nationes istius nostræ quartæ non fuisse tunc subditas augusto. **¶ Hec descriptio prima.** ad differentiam subsequentium. **facta est a pręside.** pro. **agente pręsidem/syrię.** Iudæa enim comprehendebatur sub syria, vtpote pars eius: nec tunc temporis habebat præsidem proprium. herodes enim erat tex iudææ. **cyrino.** ¶ **Et ibant omnes vt profiterẽtur.** propria nomina & cognomina: & forte subiectionem. **suam in suam ciuitatem.** Ignotæ sunt nobis cõditiones decreti illius: quãtum tamen ex relatis a luca coniicitur, quilibet ibat in ciuitatem vnde erat oriundus/q̃uis alibi natus fuisset. hoc enim insinuatur assignando rationem quare ioseph venerit in bethlehem eo q̃ esset de domo & familia dauid: nec dicitur eo q̃ natus esset in bethlehem. Quia ergo stirps eius bethlehemitica erat, ideo bethlehem ciuitas eius dicitur. Similis est autem ratio de cuiuslibet ciuitate sua. **Ascendit autem & ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem.** Deest præpositio in. primo enim describitur regio & deinde ciuitas: dicendo in iudæam in ciuitatẽ. **dauid quę vocatur bethlehem.** Dixit hoc lucas ad differentiam sion quæ appellata est ciuitas dauid: vt patet. 2. reg. 5. Bethlehem. n. fuit ciuitas dauid ſm originem: sion autẽ ſm regiam habitationẽ. **eo q̃ esset de domo & familia dauid.** Descẽdentes per mulieres a dauide/erant de domo sed non de familia dauidis: descẽdentes autẽ per lineam masculinã/erant de domo & familia dauidis. ideo vt significaret ioseph per lineam masculinã descendisse a dauide/dr de

domo & familia dauid. **vt profiteretur cum maria.** Hinc etiam habetur alia cõditio decreti/q̃ etiam mulieres describebantur: alioquin non ducta fuisset beata virgo tam vicina partui/in bethlehem. **desponsata sibi vxore.** Nõ ideo q̃ traducta adhuc non fuisset in viri domum (ioseph enim monitus ab angelo acceperat iam eam in cõiugem) sed ideo vt ſm rem non vxor, sed vxor desponsata/hoc est incognita significetur. **prægnante.** pro. **que erat prægnans.**

Factum est autẽ qui essent ibi impleti sunt dies vt pareret & peperit. naturali via per genitalia mẽbra genuit: aliogn non peperisset. **filium suũ primogenitũ.** ante quẽ nullum alium genuit/siue sequat alius siue non. Quod diffusius matth. 1. declaratũ est. **& pannis eum involuit.** pro. **& eum infasciauit.** Nullus dolor matris/nulla obsequia obstetricis aut alterius mulieris/nullũ balneum, sed sola fasciatio maternis manibus interuenit. **Et reclinauit eum in presepio: qz non erat ei.** pro. **eis.** scilicet mariæ & ioseph. Ratio quare nõ erat eis locus in diuersorio, nescitur an fuerit paupertas soluendi/an multitudo hospitum. **locus in diuersorio.** Hinc apparet q̃ præsepiũ erat extra diuersoriũ/hoc est hospitium. ex eo enim q̃ dicitur q̃ non erat eis locus in diuersorio/significatur q̃ nõ erat eis locus in hospitio: ex eo autem q̃ hinc redditur ratio quare posuerit infantẽ in præsepio/significatur q̃ præsepiũ erat extra hospitium. Si enim intra diuersorium fuisset, non dixisset non erat eis locus/sed non erat eis locus alius in diuersorio. In loco itaq; non hominũ sed animalium brutorũ erant beata virgo & ioseph. & ideo reclinatus est iesus in præsepio (hoc est in loco in quo pabulum apponitur animalibus) vt in fœno quietius esset infans & minus frigus sentiret. aptior siquidẽ locus in stabulo nõ est. Abstinuit autẽ ab hospitii nomine/quia ciuis nõ hospes erat ioseph berhlehẽ: sed vsus est diuersorii nomine ad significandũ q̃ domum ꝓpriam non habebat ioseph in bethlehẽ: & (quod amplius est) in publico hospitio non poterat habere locum in quo cõmoraretur per aliquos dies. ¶ An autẽ stabulum hoc fuerit intus in bethlehem an extra muros, incertum habeo. Hinc enim textus dicit eos ascendisse in bethlehẽ/& dum essent ibi peperisse mariam: inde difficile apparet magos intus in ciuitate adorasse iesum & obtulisse munera aperris thesauris/& latuisse herodẽ: qui diligenter inquisiuit vbi fuerant magi/vt verisimile est. Hęc aũt difficultas cessat si extra muros adoratus est iesus in stabulo/sine arbitris bethlehemitis. Nec propterea contradicit textui: quia ad hoc iuerunt vt morarentꝫ intus: sed quia non erat eis locus/morabantꝫ foris. tum quia etsi essent foris/non erant foris vt essent foris, sed vt describerentꝫ intus tanꝫ oriundi ex ciuitate. & ꝓpterea erant ibi in ciuitate quãtum ad officium ꝓfessionis & per se: q̃uis per accidens/præter intentionem morarentꝫ extra muros. **Et pastores erant in regione eadẽ vigilantes.** pro. **in agro stabulantes.** Significatur enim q̃ morabantꝫ circa ouile agreste. & **custodientes vigilias.** pro. **custodias/noctis super gregẽ suum.** In diuersas enim custodias distribuebantꝫ a lupis & id genus reliquis. **Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos.** Aiunt dictionẽ græcam significare magis angelum iminuisse ex alto supra illos q̃ stetisse iuxta illos: ita q̃ in aere corporali spẽ tanꝫ ex cœlo descendens sterit angelus eminentius iuxta illos. & **claritas.** pro. **gloria/dei circũfulsit illos.** Duo nominat. s. gloriam dei/& actionẽ circũfulgendi. Ex hoc secũdo apparet corporalis splendor circumcirca illos: ex primo autẽ apparet q̃ species quædã corporea apparuit quæ fulgebat. & q̃ illa species erat species glorię dei: hoc est erat res quędam præ se ferens statum glorioſum dei. Qualis autẽ fuerit illa species/eu angelista non dicit: sed solum dicit q̃ erat gloria dei. ne intelligeremus lumẽ sydereũ aut solare aut lunare aut igneum fulsisse, sed rem velut gloriam dei/velut gloriosam apparitionẽ dei: ad differentiam apparitionum nõ ſm statum gloriosum. Hæc est prima in tota sacra scriptura apparitio angelica cũ splendore: reseruata iure natiuitati filii dei. **& timuerunt timore magno.** Recolendo oẽs supradictas angelicas apparitiones/semp inuenitur timor in hoibus. timuit zacharias/timuit maria/timent modo pastores. Insolita enim & diuina/tremẽda aduenientia nobis. & nihilominus timor ipse reuerẽtiæ signũ est. **Et dixit illis angelus. nolite timere.** Confortat eos angelus. **Ecce enim euangelizo vobis.** non pontificibus/non sacerdotibus/non scribis/non phariseis/non optimatibus: vt hinc percipiamus q̃ chari sint deo etiam vilissimi hominum: vtpote ad quos dirigit angelos/quibus primũ manifestat mysterium nati filii. **gaudium magnum, qđ erit omni populo.** Vobis quidem annũcio, sed non erit ꝓprium vobis sed cõmune omni populo gaudium magnum. Nec dixit omni populo bethlehẽ aut israel/sed absolute vt intelligamus omni populo mundi. in omni. n. mundi populo saluantꝫ aliqui habentes gaudium magnũ de natiuitate christi. **Quia natus est vobis.** pro vestra salute. **hodie.** Vnde apparet nocte eadem natum fuisse iesum & non ante mediam noctem: quia tempus ante mediam noctem cõputatur ſm cõmunem morem loquendi/cum die præcedẽti: vt testatur cœna nocturna. Si. n. ante mediam noctem diei vigesimi quinti decẽbris natus fuisset, non hodie sed heri natus fuisset: sicut heri cœnauit qui tũc cœnauit. Nec obstat q̃ apud hebreos dies inciperet a vespera: ga hoc erat spãle quãtum ad celebrationẽ festoꝝ: nunc autẽ sermo de cõi supputatione & non quo ad festa est. **saluator.** Merito dixit natus est vobis saluator: quia nõ erat natus saluator angeloꝝ sed hoium. saluator siquidem angeloꝝ natus erat non hodie/sed ab eternitate. Quãuis etiã ideo dixerit natus est vobis hodie/vt significaret natiuitatẽ ſm carnem. Si. n. diceret natus est hodie, ansam dedisset hęreticis putandi q̃ hodie incœpisset esse: sed adiungendo vobis/

reſeruauit locum intelligendi prius fuiſſe natum in æternitate. Nec dixit ſaluator ab hoc vel illo malo/ ſed abſolute: ad ſignificandum ꝙ ſaluator eſt ab omni malo: vt in reſurrectione vniuerſali manifeſta/ bitur. **qui eſt chriſtus.** Explicat angelus infantem natum eſſe meſſiam. **dominus.** explicat ipſum eſſe verum deum. **in ciuitate dauid.** hoc eſt in bethlehem. Et cognominauit ipſam/ciuitatem dauid, quia omnes expectabant meſſiam ex dauid: vt etiam paſtores capaciores redderentur annũciandę veritatis. **Et hoc vobis ſignum.** Vere omnia diſponit ſuauiter diuina ſapientia: ruralibus ſiquidē hominibus ſignum dedit ſenſibile/ꝙ in promptu cōperirent quod dicebatur. **inuenietis infantem.** quem dixi na/ tum hodie. **pannis inuolutum.** pro. **infaſciatum.** non purpura aut auro tectū/ſed ſimplicibus faſciis inuolutum. **& poſitum in præſepio.** non in cunis. Hinc inſinuat ꝙ præſepe illud notorium erat/vnicū ac cōmune: alioquin angelus aliquā particulatem conditionē addidiſſet ad diſtinguendū illud præſe/ pe ab aliis. Ex eo enim ꝙ nullam aliam conditionē appoſuit, apparet ꝙ ſolum erat/notorium & cōmu ne: alioquin dicēdum fuiſſet in præſepio talis domus aut talis domini: quoniā non eſt veriſimile non fuiſſe multa præſepia in ciuitate bethlehem. Et hoc forte atteſtatur ꝙ hoc erat vnicum/publicum/iuxta muros notorium, ꝙ velut per antonomaſiam appellabatur ibidem præſepe ſeu præſepium: & ideo an gelus more illorum loquens/ dixit in præſepio abſolute. **Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militię cęlestis, laudantiuz deum & dicentium.** Hic apparet ꝙ in corporali ſpecie affuit multitudo cœleſtis militiæ. Et notandō verbū euangeliſtę dicentis cum angelo, ſit/matur quod diximus angelum in aere ſubſtitiſſe: & cōpleta euangelizatione ſubito ſimul cum ipſo apparuiſſe multitudinem angelorū dicentium. **Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hominibus bone volūtatis.** In greco ſic habe/ tur. gloria in altiſſimis deo, & in terra pax/in hominibus bona voluntas. Ita ꝙ tria bñficia/tres effectus incarnati verbi ſignificantur: gloria/pax/& bona voluntas. gloria in excelſis/pax in terra/& bona volun tas in hominibus. Et quælibet deo. ita ꝙ deo ſemper ſubintelligitur repeti. Et eſt ſenſus ꝙ myſterium hoc eſt ad efficiendū, in ſuperioribus quidē gloriam dei/in terra vero (hoc eſt in infimis) pacem. i. tranquil litatem ordinis deo/ & ſi non ipſis: in hominibus autē bonam voluntatē dei/ac per hoc reliquis. Bo/ nam autē dicit/non vtilem: quia volūtas vtilis plęrūq; mala eſt: t. ſtante ſcriptura de conſilio achito/ phelis. 2. reg. 17. ℣ Et ſi perſpiciaciter cōſideratieris, inuenies in his tribus vniuerſum incarnationis effe ctum cōprehendi. Ordinatur ſiquidē incarnationis myſterium primo ad gloriam dei in ſuperioribus. vbi cōprehenduntur omnes beati. Deinde ad trāquilitatē ordinis in inferioribus, nomine terrę ſignifi catis/eo ꝙ terra infima eſt vniuerſi pars. vbi cōprehenditur vniuerſa diſpoſitio inferiorū/etiam dāna/ torum: qui etſi nō glorificabunt deum, velint tū nolint/vniuerſa inordinatio criminū ad tranquillum ordinem per pœnas reducetur. & propterea tranquillus ordo inferiorū qui pax vocatur, licet non ipſis/ attamē deo erit. Ordinatur tertio ad bonam voluntatē in hominibus: qua genus humanū ſine chriſto carebat & caret. & ſingula deo: quia finis incarnationis eſt vt deus ſit omnia in omnibus: vt dicit. 1. ad corin. 15. Hunc eſſe literalē ſenſum huius angelici tituli/apparet ex eo ꝙ ſic cauſæ vniuerſali inſtaurādi mundi (qualis eſt myſterium incarnationis) intelliguntur aſſignati effectus vniuerſales cōprehendentes totum vniuerſum. ℣ Vbi etiā aduerte. Tum ꝙ nō interponit coniunctio & inter terram & hoies, ſicut interponit inter excelſa & terrā: dicendo & in terra/nec dicendo & in hoibus. ad ſignificādum ad candē vniuerſi partē (inferiorem. ſ.) pertinere vtrūq; ſ. tam pacem q̄ bonā in hoibus voluntatē. Tum ꝙ diuer ſa eſt præpoſitio p̄poſita altiſſimis & p̄poſita terræ. nam dicit in altiſſimis & ſup vel in terra. præpoſi/ tio ſiquidem ſecūda potius ſignificat ſuper q̄ in. Et inſinuatur per hanc diuerſitatē/ꝙ gloria quidē in al tiſſimis hinc eſt deo, pax aūt non tam in terra q̄ ſup terrā: eo ꝙ pax eſt eminens totius terrę virtus.

Et factum eſt vt diſceſſerunt ab eis angeli in cęlum, paſtores loquebant ad inuicē. tranſeamus vſq; bethlehem: & videamus hoc verbum. ideſt hanc rem. Verbum enim pro re geſta in ſcriptura poni conſtat. 2. reg. 1. interrogante dauide, quod eſt verbū quod factum eſt indica mihi. **qđ factuz eſt] qđ fecit dñs & oſtendit nobis.** Multæ ſunt hic particulæ ſuperfluę. nam in greco habetur/quod dñs notificauit nobis. **Et venerunt feſtinantes: & inuenerunt mariam & ioſeph/& infantē poſitum in præſepio. Videntes.** pro. **quū vidiſſent/autē, cognouerunt.** pro. **diuulgauerunt.** ſeu notificauerunt. **de verbo qđ dictuz erat illis de puero hoc.** Significat ꝙ manifeſtauerūt angelica verba illis dicta de hoc puero. **Et oēs qui audierunt, mirati ſunt & de iis quę dicta erant a paſtoribus ad ipſos.** Superfluit ſecūdum &. Significatur enim ꝙ audientes mirati ſunt de iis quæ dicebantur a paſtoribus ad ipſos audientes. Qui autē aut quot fuerint iſti (præter ioſeph & beatam virginē) neſcitur. **Maria autē conſeruabat omnia verba hęc.** relatura poſt glorificationē ieſu/apoſtolis. **conferens in corde ſuo.** Officium contēplationis exercebat, conferendo dicta ſibi cum dictis a paſtoribus. Et rurſus cōfe/ rendo viliratem præſepii cum celſitudine angelorū annunciantiū chriſti natiuitatē. **Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudantes deum in omnibus.** pro. **ſuper omnibus/quę audierant.** ab angelis. **& viderant.** in præſepio. **ſicut dictum eſt ad illos.**

Et poſtq̄z conſummati ſunt dies octo vt circūciderētur puer. Conſūmatio non refert ad octauū diem: quia non ſignificatur ꝙ poſt cōſummatum octauum diem: fuiſſet enim dies nonus. ſed refertur

ad numerum dierum. Vnde non dixit poſtq̄ cōſummatus eſt dies octauus/ſed poſtq̄ cōſummati ſunt dies octo: vt conſummatū octonariū dierum numerū ſignificaret. impletus ſiquidē eſt numerus octo/ narius/ſtatim vt octauus inceꝑit dies. Propter quod euāgeliſta apponit vt circūcideretur puer: vt ſic conſummatos dies octo ſignificaret vt exiguntur ad circuncisionē. quod eſt aduenīſſe diem octauū: qa die octauo ſm legem p̄cepta erat circūciſio. **vocatuz eſt nomen eius ieſus.** Deeſt cōiunctio &. Vnde apparet ꝙ textus cōciſus eſt. nam ſubintelligitur circūciſus eſt: & poſtea ſubditur & vocatū eſt nomen eius. ℣ Circūciſus eſt ieſus/vt ex tunc inciperet ſeruare legem. **qđ vocatum eſt ab angelo priusq̄z in vtero cōciperetur.** ℣ **Et poſtq̄z impleti ſunt dies purgationis eius.** Varia eſt lectio apud græcos codices: aliis in ſingulari/aliis in plurali hñtibus ꝓnomen eius. referēdo purgationis eoꝝ ad matrem & filium. ſm legem moyſi. leui. 12. vbi quadraginta dies purificationis aſſignant genito maſculo. **tu/ lerunt illum in hieruſalē vt ſiſterent eum dño. Sicut ſcriptū eſt in lege dñi. qz omne maſculinū adaperiens vulūam.** Alterum præceptū in lege erat exo. 13. de præſentando dño primogenitū. preſen tabatur enim dño propter interfectionē primogenitoꝝ in ægypto & redimebatur precio: vt ibidē ha/ betur. Et ratione huius præcepti exhibitus fuit dño in templo infans ieſus/velut redditus deo tanq̄ de/ bitus. A quo tamē præcepto etiam ſm verba legis exēptus erat ieſus: quoniā lex non cōprehendit niſi maſculinum quod aperit vulūam/hoc eſt matricem. ieſus autē ſicut natus clauſo genitali mēbro ma/ tris/ita etiā clauſa vulua eſt. & ꝓpterea non erat ſubiectus legi illi: quā tamen voluit obſeruare qui non venerat ſoluere legem ſed adimplere. **ſanctum.** hoc eſt conſecratū ſeu dicatum. **dño/vocabitur. Et vt darent hoſtiam ſm qđ dictuz eſt in lege dñi.** Alia lex erat de ſacrificio offerendo/ſcripta leui. 12. par **turturum aut duos pullos columbarū.** Dicit lex ꝙ offerat agnum & turturē aut pullum colūbæ: ſubiungendo ꝙ ſi pauper fuerit ita ꝙ non poſſit offerre agnū/offeret par turturū aut duos pullos colū barum. Et hanc pro pauꝑibus legem refert lucas: ſignificans per hoc paupertatē ioſeph & mariæ. Vbi cernere potes prudens lector ſeruatam vtranq; legem: tum hanc cōmunem mulieribus pariētibus ſiue maſculum ſiue fœminā: tum illam ꝓpriam primogenitis maſculis. ℣ **Et ſcito** ꝙ etiam ſm verba legis non tenebatur beata virgo ad oblationē huius ſacrificii: quia expreſſe lex dicit/mulier ſi ſuſceꝑto ſemi/ ne &c. conſtat enim exēpram eſſe beatam virginē, quæ conceꝑit abſq; ſuſceꝑto ſemine. Nec eſt dubiū a ſpū ſancto fuiſſe appoſita illa verba in lege/ad excipiendū beatam virginē: alioquī ſuperflua eſſent. ma nifeſtum. n. erat mulieres reliquas non aliter poſſe parere q̄ ſuſceꝑto ſemine.

Et ecce homo erat in hieruſalē cui nomen ſymeon. Et homo iſte iuſtus & timoratus. pro. **pius.** ſeu religioſus. Deſcribitur enim ſimeon non ſolum iuſtus ſm cōmunem iuſtitiam, ſed pietate flagrans erga cōe patriæ bonum. **expectans conſolationē iſrael.** Inſtante meſſiæ tēpore, ſimeon aut intellectis hebdomadibus danielis aut ſolo ſpiritus ſancti inſtinctu/expectabat conſolationē iſrael: hoc eſt meſſiā ad conſolandū populum iſrael. Et hæc eſt tertia virtus ſimeonis. & **ſpiritus ſanctus erat in eo.** pro. **ſu per eum.** Significatur quarto ꝙ ſimeon habebat ſpiritū ſanctum velut ſuperintendentē/gubernātem & fouentem ipſum. **Et reſponſum acceꝑerat ſimeon a ſpiritu ſancto non viſurum ſe morte niſi prius videret chriſtum dñi.** Vnde apparent ſupplices p̄ces expectantis/tam digne dei auribus vt re/ ſponſum meruerint promiſſiuū vitæ corporalis vſq; quo videret chriſtū. **Et venit in ſpū.** hoc eſt actus a ſpiritu ſancto/non vocatus nec excitatus ab homine. **in tēplum. Et cū inducerent puerū ieſum parentes eius vt facerent ſm conſuetudinē legis pro eo.** Certę ſignificant actiones cerimoniales conſuetæ ſeruari in huiuſmodi oblatione primogeniti. & ipſe ſimeon ſacerdos. **acceꝑit eum in vlnas ſuas: & benedixit deū/& dixit. Nunc.** Spiritu ſancto reuelāte cognouit ieſum eſſe meſſiam: & exhibito iam ei quod ꝓmiſſum fuerat, nihil vltra expectans videre/offert ſe morti. **dimittis ſeruz tuum dñe.** Detentum ſe in hac vita ſignificat/qui mori appellat dimitti. **ſm verbū tuum.** hoc eſt promiſſionem tuam. **in pace.** ſaciato iam apperitu meo. **Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.** Ieſum ab officio ſaluandi denominat, eo ꝙ venit vt ſaluū faceret quod perierat. **Quod paraſti ante faciem oīum po/ pulorū.** Ieſus prout ſalutaris eſt/ꝓpoſitus eſt a deo non iis vel illis ſed in cōſpectu omniū populoꝝ. Sa lutem ſiquidē attulit omnibus populis: & publice manifeſtatus eſt in cōſpectu oīum populoꝝ ꝙ ipſe eſt ſaluator mundi/ꝙ ipſe eſt quē deus præparauit gratia vnionis p̄ſonalis & gratia virtutū omnium & meritoꝝ ad hoc vt ſalutaris ſit mundo. **Lumen.** Non ſolum ſaluator ſed lumen appellatur ieſus, qui vere eſt lux mundi. **ad reuelationē gentium.** hoc eſt non cōcluſum infra populū iſrael/ſed extēſum ad reuelationē gentium: hoc eſt ad reuelatæ veritatis fidem in gentibus quæ modo ſunt infideles. & **glo/ riam plebis tuę iſrael.** Cerne differentiā. Salutare dicit cōmune omnibus populis: lumē appropriat gentibus quibus nō fuerat reuelata diuina veritas per ꝓphetas. gloriam appropriat populo iſrael: qa gloria illius populi eſt meſias, ortus ex illo/ꝓmiſſus illi/& p̄ſonaliter in primo aduentu tantūmodo in/ ret illos. ℣ **Et erāt pater.** pro. **ioſeph/& mater eius mirantes ſup iis quę dicebant de illo.** Digna. n. erant admiratione etiā apud ioſeph & matrē ſcientes illū eſſe meſſiam: tum qa ma magna erant: tum qa ad ſenſum audiebant q̄ in priculari neſciebant. Et refert hęc admiratio ēt ad ea q̄ ſubiungit euangeliſta di cta a ſimeone & anna. **Et bñdixit illis ſymeon.** Hinc apparet ꝙ ſimeon fuit ſacerdos. nā ſacerdotib⁹ in

lege mandatum erat benedicere filiis israel nume.6.Et hoc tāto magis significatur/ q̄ in templo bene/
dixit.imo significatur q̄ pars cerimoniarū erat huiusmodi benedictio/ex hoc q̄ vtriq; parenti benedi/
xit. Intendit enim euangelista dicere q̄ vsus est forma benedictionis statuta in dicto capitulo.& pro/
pterea non aliter explicat quomodo benedixit eis. **ꝛ dixit ad mariam matrē eius. Ecce positus est**
hic in ruinam ꝛ in resurrectionē. Prophetat simeon de iesu contrarios effectus:ruinā.s.& resurrectio/
nem.Et quia resurrectio spiritualis est(.s.a peccatis)cōsequens est vt ruina spiritualis quoq; intelligat/
in cęcitatem & interitum æternum.Nec dicit q̄ iesus sit facturus ruinā/sed q̄ positus est in ruinā:occa
sionem enim accepit ruina ex iesu. **multorum in israel.** Dixerat & gloriam plebis tuæ israel:ne autem
intelligeremus saluādos omnes israelitas per iesum/explicauit ruinam multoꝝ israelitarū sequendam
ex iesu.ꝛ **in signum.** recōciliationis humani generis ad deum. **cui contradicet.** pro. **contradicit.** Expli
cat modū quomodo iesus positus est in ruinā:quia.s.positus est in signum cui cōtradicitur. Iesus pau
perculus tot & tanta miracula faciens/postea crucifixus ac resurgens ex mortuis,appellatur signū:non
q̄ non fuerit vera res/sed quia fuit etiā signum:qa significat adimpletas esse scripturas pphetarum/qa
significat pacē inter deum & humanū genus perfectā/quia significat īmēsam dei gratiam erga mundū
iam exhibitā. Vnde & tunc dixit cōsummatū est.Contradicitur aūt huic signo a iudæis dicentibus ie
sum nazarenū crucifixū,crucifixum quidē fuisse sed non esse signū adimpletarū scripturarū/diuinæ eum
hoibus pacis/ac gratiæ cū mundo.Et hic est modus/hęc est tō ruinę.Nec dixit cōtradicetur/sed cōtradi
citur:qa iam cōtradictio inchoata erat:iam aduenerant magi/& turbata fuerat ois hierosolyma cum
herode cōtra iesum. **Et tuam ipsius.** Sonaret ſa/& ipsius.s.iesu/gladius ptransibit tuam animā:nisi ip
sius generis fœminini esset.Et pinde sonat acsi diceret & tuāmet. **animā.** non corpus:ne hinc intellige
retur corporeo gladio ipsam ferendā. **pertransibit.** hoc est penetrabit. **gladius.** Metaphorice gladius
appellat cruciatus cōpassionis quem sustinuit vsq; ad intima beata virgo in passione filii.signific.n.
per hoc simeon christi futurā passionē ac mortē talem ex magnitudine cruciatus matris. **vt reuelent**
ex multis cordibus cogitationes. Status mūdi sequens christi mortē(significatā in cruciatu mis)
prophetat futurus in exteriori professione interioꝝ cogitationū:hoc est in professione fidei christianæ
vel pfessione incredulitatis christo. Ante mortē siquidē christi/soli iudei exteriori ,pfessione manifesta/
bant cogitationes cordis sui erga deum salutēq; animæ:alii autē si vere fuissent iusti apud deū/nullum
habebant vinculū aliquius exteriotis ,pfessionis.Sed vbi christus exaltatus est in cruce/& omnia ad se/
ipsum traxit,constituit vt reuelentur exteriori ,pfessione fidei in sacramento baptismi ex multitudine
omnium humanorū cordium cogitationes de deo deq; propria salute. Necessaria siquidē fidei ,pfessio
exterior reuelat cogitationes omnium hominū:dum manifestat profitentes recte sentire de deo & salu
te propria,& non profitentes male sentire de deo ac propria salute.Comprehendit itaq; simeon non so
lum cursum vitę iesu cum contradictione & mortem crudelem,sed & israelitarum multorū ruinam/&
statum humani generis in professione fidei christianæ.

Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser. Hinc apparet multos israelitas ex decem tri/
bubus quæ nunq̄ reuersæ sunt/in iudæa habitasse. **Hęc processerat in diebus multis:ꝛ vixerat cuꝫ**
viro suo annis septem a virginitate sua. Et hęc vidua vsqꝫ ad annos. pro. **circiter annorum/**
octoginta quattuor. Non significat q̄ erat annoꝝ.84.sed circiter.**que non discedebat de templo ieiu**
nijs ꝛ obsecrationibus. pro. **deprecationibus/seruiens nocte ac die.** Hinc apparet q̄ erat vna mu/
lierum de quibus scribitur.1.reg.2.q̄ obseruabant ad ostium tabernaculi dñi. **Et hęc ipsa hora super/**
ueniens. pro. **assistens/confitebatur dño.** Deest vna particula significans q̄ respōdendo confitebat.
quod quidā interpretati sunt vicissim cōfitebatur:hoc est postq̄ simeon laudauit deum confessus q̄ est
mysteria iesu,anna prosecuta est confessionē simeonis respōdendo illi/confirmando dicta illius appo/
nendo confessionē propriam cōfessioni simeonis.Et est sermo de cōfessione mesiæ laudando deum.ꝛ lo
quebatur de illo omnibus. subaudi pśentibus. **qui expectabant redemptionē israel.** pro. **in hieru**
salem. Et significatur q̄ per mesiam redēptio expectabatur in hierusalē:quoniam in hierusalē erat tē/
plum & solium regni dauidis,super quod regnaturum omnes expectabant mesiam.

Et vt perfecerunt omnia ſm legem dñi. Narrauerat solam oblationē primogeniti:nihilq; dixerat
de hostia/tum holocausti tum pro peccato.& pptera modo omnia perfecta dicit. Nec mireris hostiā
pro peccato oblatam vbi nullum erat peccatū:quoniam cōmuni lege & remediis peccatoꝝ vti volue
runt mater & filius,tum ad euitandū scādalum,tum ad exēplum humilitatis nobis præbendū. **reuersi**
sunt in galileam in ciuitatē suā nazareth. Suam dicit quātum ad habitationē.An ista reuersio in na
zareth fuerit tunc īmediate post præsentationē in templo/an interceſſerit fuga in ægyptum,euāgelista
nō dicit. Ex iis tamē quæ refert matthæus(.s.q̄ ioseph rediens ex ægypto,timuit ire in iudæā/audiens
q̄ archelaus ibi regnaret)coniicimus q̄ ioseph volebat tunc ire in iudæam ad habitandū ibi.quod est
signum q̄ ex iudæa recesserat iens in ægyptū:& consequenter non regressus fuerat in nazareth galilææ
postq̄ inde iuit in bethlehem.Si enim ex nazareth iuisset in ægyptū,rediens ex egypto venisset recto tra
mite in nazareth:& non intendisset ire in iudæam/vbi domū nullam habebat.præcipue q̄ in nazareth

habebant

habebant domum propriam:iuxta illud præcedentis capituli/teuersa est in domum suam:habebāt &
sorores matris &c. **Puer autē crescebat ꝛ confortabatur.** pro. **corroborabatur spiritu.** Ita q̄ in re/
xtu nostro deficit spiritu. Crescebat corpore & non spiritu/sed robore spiritus:hoc est robore ad officia
spiritus.vt intelligamus iesu sensus in puerili ætate profecisse ad exercenda officia spiritus. **plenus sa/**
pientiā. Apte roborationi ad officia spiritus/adiungit plenitudo sapientiæ:vt nulla pars expers sapiē
tiæ intelligat/vt non pfecisse eum in sapientia sed iam plenū esse sapientia describat. **ꝛ gratia dei erat**
in illo. pro. **super illum.** tanq̄ superintendens/gubernans ac fouens illum.

Et ibant parentes eius per oēs annos. pro. **annue.** seu quotānis. **in hierusalem in die solēni pa/**
schę. Et quū factus esset annoꝝ duodecim,ascendentibus illis hierosolymā ſm consuetudinē
diei festi. proculdubio solēnitatis paschalis:ex eo q̄ dixerat parentes eius singulis annis solitos ascen/
dere in hierusalē paschali tēpore/& nunc dicit ſm consuetudinē. **consummatisq; diebus.** septem pa/
schatis.**quū redirent illi/remansit puer iesus in hierusalē:ꝛ non cognouerūt parentes eius.** pro.
ioseph ꝛ mater eius. Existimantes autē illum esse in comitatu/venerunt iter diei. Aiunt fuisse cō
suetudinem vt seorsum viri & seorsum mulieres iter agerent in solēnitatibus/pueroſq; impuberes licite
cum vtriusq; iuisse.quo factum est vt beata virgo existimaret illū esse in comitatu ioseph/& ioseph existi
maret esse in comitatu mulierū. Et pptera pegerunt iter vnius diei/existimantes illū esse in comitatu.
ꝛ requirebant eum inter cognatos ꝛ notos. Et non inuenientes. Deest. **euꝫ.** Vespere sigdem quū
hospitarentur & colloquerent mutuo ioseph & maria,quū neutet ex altero cognosceret vbi esset iesus/
requirebant illum nō solum inter cognatos sed etiā inter notos:nec inuenerūt illum. **regressi sunt.** se/
quenti die.**in hierusalem,requirentes eum.** per viam & in hospitio aut vicinia vbi hospitati fuerāt
in hierusalē.oportuit.n.alterū diem occupari itinere regressus. **Et factū est post triduū.** Nō post diem
tertium/sed post ternarium numerū dierum.tertio.n.die mane(hora.s.qua doctores residebāt docēdo)
inuenerunt eum in tēplo sedentem. vt gtauitatē pueri intelligas. **in medio doctoꝝ.** vt oēs doctores
audirer.**audientes.** Deest cōiunctio &.Legendū est.**ꝛ audientem illos ꝛ interrogantē eos.** Prius au/
diebat,& sup auditis interrogationes formabat. **Stupebant autē omnes qui euꝫ audiebant super**
prudentia. pro. **intelligentia.** Monstrabat.n.magnā intelligentiā eoꝝ quæ audiebat/formādo interro/
gationes.**ꝛ responsis eius.** Hinc habemus q̄ doctores non solum interrogabant a iesu,sed visa tanta
eius intelligentia interrogabant eū:alioqn non adiunxisset euangelista/& responsis eius. **Et videntes.**
Deest. **eum/admirati sunt.** pro. **attoniti facti sunt.** hoc est ad similitudinē atronitoꝝ valde obstupue/
runt,præter opinionē videntes in illa ætate iesum in medio doctoꝝ incipere monstrare sapientiā suā.
Sciebāt.n.ioseph & mater eius ipsum esse filium dei:sed nō putabant in ætate illa ipsum sic se demon/
straturū. **Et dixit mater eius ad illum.fili quid fecisti nobis sic.** Non arguit,sed querulā nescientiæ
propriæ vocē depromit:nec quęrit causam cur fecerit/cur intulerit eis dolorē,sed affectum manifestat.
Vnde & subiungit. **Ecce pater tuus.** nō generatione/sed legitima appellatione.erat.n.maritus beatæ
virginis:ac per hoc legitimus pf iesu merito appellabat.prer hoc q̄ officio curę pf erat.**ꝛ ego dolētes**
quęrebamus te. **Et ait ad illos. Quid est q̄ me quęrebatis?** Nō reprehendendo q̄rendi officiū qđ
exercuerant/sed manifestādo id qđ erat ex parte sui(.s.q̄ nō egebat vt ingrederet)/supfluam ingsitionē di
cit.Et hūc sensum sequētia verba porrigunt. **Nesciebatis q̄ in iis quę patris mei sunt opꝫ me eē?**
Non assertiue sed interrogatiue dr.hębant.n.rōnem sciendi/etsi nō illud pticulare,tū in genere sciendi
q̄ nō poterat esse nisi in iis q̄ dei sunt/& q̄ oportebat ipsum esse in iis q̄ dei sunt:sed nesciębāt q̄ in isto
exercitio(.s.audiēdi & interrogādi doctores)esset tūc futurus. Vū & iesus nō dixit/nesciębatis q̄ in istis
spālibus nunc oportuit me esse/sed in genere in iis q̄ patris mei sunt oportet me esse.hoc.n.ostendit ex
parte sui nō oportuisse ipsum ingredi,tanq̄ difficilē ad inueniendū. **Et** Vbi etiā nota q̄ ab ætate puerili
incœpit iesus appellare deū patrē suū:vt hinc hæreticos confundat audientes ex ore matris de ioseph/
ecce pf tuus.patris mei dicit/non patris nostri:qa solius ipsius/deus est pf naturalis. **Et ipsi nō intelle**
xerūt verbū qđ locutus est ad eos. Si parētes monstrant,intellige verū per synecdochen:qa ioseph
nō penetrauit hęc:beata aūt virgo intellexit,quę plenius didicerat diuinitus īcarnati verbi mysteriū.
Si aūt audiētes monstrant/pater sensus:qū non intellexerūt ipsum esse naturalē filiū dei. **Et descēdit**
cū eis ꝛ venit nazareth:ꝛ erat subditus illis. Quāuis ad horā iesus exemerit se a parētibus vt velut
ptęludiū quoddā futuroꝝ ostenderet:statim tū regrediē ad solitam subiectionē parētibus debitā a filiis
illius ætatis. Nec mirū q̄ puer subdiē parentibus:quū tot claris miraculis resuscitans mortuos/subdi/
derit se principibus sacerdotū & herodi atq; pilato. **Et mater eius cōseruabat oīa verba hęc in cor/**
de suo. Hinc apparet q̄ intellexerat verba iesu:& frequēti meditatione contēplabat & cōseruabat illa.
Et iesus proficiebat sapientia ꝛ ętate ꝛ gratia. Non est īmemor suoꝝ verboꝝ euangelista:vt quem
paulo superius dixerat plenū sapientia/mō oblitus dicat proficere sapientia.plenus siquidē fuit semper
habitu sapientię:proficiebat aūt actibus sapientię/procedendo de sapientibus actibus ad sapientio/
res.Et similiter intellige de profectu gratiæ. **apud deum ꝛ homines.** quoniā erat in veritate pgressus
ad ampliora merita apud deum/& apparebant apud homines.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT .III.

Anno autē quintodecimo imperii tiberii cesaris/procurante.pro.presidē agente. ḡuis etiam ꝓcurator diceref.pontio pilato iudeam. Sublato.n.archelao ab octauio augusto/& in exilium misso ad viēnam galliæ ciuitatē,iudæa tributaria facta est/& iuncta dispēsationi syriæ:& non amplius per principem aliquē sed per procuratorē seu presidē gubernata.post multos autē procuratores succesiue missos/pontius pilatus missus est a tiberio cæsare ad gubernandā iudæam.tetrarcha aūt galileę herode:philippo aūt fratre eius tetrarcha ituręę trachonitidis regionis:ꝛ lysania abilinę.iubaudi regionis.tetrarcha. Tetrarchia nomen est principatus(vt testat plinius li.5.c.18.&.23.)ad instar regni. Vnde & tetrarcha nomē est principis sicut rex.pilatus.n.nō erat tetrarcha(hoc est princeps)sed præses. Isti aūt tres fratres(.s.herodes/philippus & lisanias)erāt tetrarchæ:qa erant principes velut reges.Et vere quo ad potestatē erant reges: ꝓpter quod qnq; appellant reges.titulum aūt regium nō habebant.sub principibus sacerdotū anna ꝛ caipha.Nō ꝙ essent simul principes sacerdotū annas & caiphas,sed alternatim:iuxta illud/quū esset pontifex anni illius.factum est verbum dñi super ioānem zacharię filium in deserto. More antiquorū prophetarū a tempore principum &(quod plus est)pontificū descripsit lucas initium p̄dicationis ioānis baptistæ.nisi enim lucas tēpus hoc significasset/fluctuaremus circa tēpus prædicationis iesu christi:quū tantūmodo hic a sacra scriptura habeaf. Appellatur autē diuina inspiratio/instructio atq; missio verbum dñi.omnia siquidem sub hoc nose cōprehendit:significans ꝙ tunc deus misit ioānem ad prædicandū,instruendo eum de p̄dicatione/baptismo & demōstratione iesu. Et venit. Manifestat ad quid factum est verbū/vt veniret.in omnē regionem iordanis.pro.circa iordanē/p̄dicans.Ecce primum officium.baptismum.Plus intēditur q̄ significef:quoniā baptismus non solum prædicabaf sed exercebaf.quod est secundum ioānis officium.penitentię. Qualitas baptismi significaf.baptismus siqdem ioānis erat baptismus pœnitentiæ/hoc est quoddā initium pniæ:ad differentiam baptismi christiani,in quo sine aliqua pœnitētiali satisfactione remittunf peccata merito christi.in remissionē peccatoꝝ.Non refertur ad baptismū sed ad pniam.Explicat.n.pœnitentiā non qualēcunq;,sed in remissionem peccatoꝝ.

¶ Sicut scriptum est.ca.40.in libro sermonū esaię ꝓphetę.Deest.dicentis.Vox. Ioānis officium appellaf vox:qa non scripturæ ꝓphetiā suam cōmendabat sicut alii ꝓphetæ,sed missus erat ad hoc vt viua tantū voce p̄dicaret.clamantis.Nō sola magnitudo affectus plonç ioānis sed publica declamatio significaf.ita ꝙ nō vox dicentis priuatim/sed publice p̄dicantis significaf per clamorē.in deserto. Etiā locus describif vnde ad lram incœpit p̄dicare.parate viā dñi.Ecce qd clamat vox.parate viā dñi/in cordibus vestris ad hoc vt dñs veniat ad corda vestra:parate/ꝓculdubio actibus virtutū.rectas facite semitas eius.Ordo ꝓposterus.prius est rectificare vias & deinde parare. Vel pro explicatione apparatus subiungif rectitudo. Acsi apte diceret.parate nō corporeis ornatibus/sed rectitudine semitarū dei nostri.lucas.n.loco dei nostri posuit ꝓnomē eius.Ois vallis implebif:ꝛ ois mons ꝛ collis humiliabif.Quattuor difformitates viarū per quas corporaliter gradimur/corrigendas dicit ꝓpheta ad hoc vt via sit oīno suauis.Difformitas.n.viarū est vel ꝓpter montes seu colles quos oportet ascendere. & hanc difformitatē corrigit dicendo ꝙ ois mons & collis humiliabif. Vel ꝓpter valles in quas oportet descēdere.Et hanc difformitatē corrigit/dicendo ois vallis implebif.montibus.n.& collibus depressis/& vallibus impleris,reducif via ad ęqualitatē. Vel ꝓpter obliquitatē viarum.& hanc difformitatē corrigit dicendo.Et erunt prava in directa.pro.ꝛ erunt obliqua in directā.subaudi viam. Vel propter asperitatē vię.& hanc difformitatē corrigit dicendo.ꝛ aspera in vias planas.seu lenes.dicēte.n. lene opponif aspero/sicut rectum obliquo. Significatur autē per huiusmodi metaphoras tollenda ois difformitas morū:tollenda pusillanimitas/superbia/iniustitia/& asperitas morū. Prophetanturq; hæc esse futura quū messias venerit:vt ex his materialibus dispositionibus viæ intelligamus necessarias nobis dispositiones ad recipiendū messiam.qnæcūq; enim harū conditionū defuerit/non erit in nobis parata via vt messias veniat ad nos.Et merito:quia gratia præsupponit naturā,& bonitas meritoria præsupponit bonitatē moralem.Et videbit omnis caro.Ecce aduentus messiæ omnibus carnalibus oculis manifestus:& propterea dicit omnis caro. Venit enim messias in vero corpore visibili:& sic publice conuersatus est vt potuerit(quātum est ex parte sui)ab vniuersis carnalibus oculis videri.& propterea dicit & videbit omnis caro.salutare dei.In propheta habetur quod os dñi locutū est:lucas exponēdo dixit salutare dei. Iesum appellauit salutare dei,quia venit diuinam afferens salutem.

¶ Dicebat ergo ad turbas quę exibant vt baptizarentur ab ipso.Genimina viperaruꝝ.Prædicatio ioānis recitatur quo ad partem reprehensiuā & cōminatiuam. Et appellat(vt matthęus cap.3. explicat)pharisæos & sadducæos genimina viperarū. Et ne eadem repetantur, vide hanc particulam totam expositam ibidem.quis ostendit.præteritū est.vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentię:ꝛ ne ceperitis dicere. Deest. in vobisipsis.patrem habemus abrahā. Dico enim vobis qꝛ potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahę. Datiū casus est abrahæ.Jam enim.pro.iam vero/ꝛ securis ad radicem arboris.pro.arborum/posita est. Omnis

ergo arbor non faciens fructū bonum,excidetur.pro.exciditur/ꝛ in ignem mittetur.pro.mittif. Parabola enim dicif non applicaturi sed qui iam applicauit securim ad radicem/nō vnius sed multarum arborū. Vnde infertur ꝙ omnis arbor infructuosa non excidenda est sed exciditur/non est mittenda sed mittitur in ignem:vt in promptu hæc oīa esse significentur. Et interrogabant eum turbę/dicentes.quid ergo faciemus? Dixerat in genere ioānes facite fructus dignos pœnitentia.& propterea turbę interrogant in specie/quid faciemus? Respondens aūt dicebat.pro.dicit/illis. Qui hz. Opera misericordiæ explicat exercēda.duas tunicas. Non dixit tres/quattuor aut decē,sed duas:ad significandum vt sis cōtentus vna/vt sis cōtentus sufficienti tibi vestimento. Det.pro.impiatur/non habenti. hoc est indigentinō hystrioni/& aliis hmōi.ꝛ qui habet escas/silr faciat.Non dixit escam(ne necessarius tibi cibus/tribuendus alteri prædicef)sed escas plr/vt tibi nō necessariā indigenti tribuas.

Venerunt autez ꝛ publicani. exactores tributoꝝ/vectigalium & huiusmodi.vt baptizarentur:ꝛ dixerunt ad illum.magister quid faciemus? At ille dixit ad eos.nihil amplius qz qđ cōstitutum est vobis faciatis.pro.exigatis. Non phibet officium sed iniustam exactionē:vt.s.non plus exigant q̄ statutum fuerit. Interrogabant autē eum ꝛ milites/dicentes.quid faciemus ꝛ nos? Et ait illis. neminem concutiatis/neqz calūniam faciatis/ꝛ contenti estote stipendiis vestris. Tria præcipit militibus/concernentia eorū statum.Primo prohibet violentiam inferre.neminē concutiatis. Deinde fraudem.neq; calūniam faciatis,siue facto siue verbo/imponendo alicui crimen. Et demū vt sint cōtenti stipendiis suis.ꝑ In his.n.tribus genus militum peccare cōsueuit.nam & crebras violentias inferunt rusticis & hosibus humilibus viribus:calūniantur quoq;/imponētes aliis ea quæ non fecerūt;& rarissimus est qui ꝓpriis stipendiis sit cōtentus.Et si perspicaciter hæc tria cōsiderentur,ordinaf animus militum in tercio:& vterq; modus iniuriandi(.s.manifeste vel occulte/vi vel dolo)tollitur.

Existimante.pro.expectante.seu sperante.autē populo ꝛ cogitātibus omnibus in cordibus suis de ioanne/ne forte ipse esset christus. Significatur ꝙ populus expectabat videre euentum seu successum aliquē quo cognosceref ꝙ ioānes esset messias.dubitabant nanq; an ipse esset messias. respondit ioānes. Instructus ioānes a spiritu sancto de cogitationibus & expectatione populi/respondit. dicēs omnibus. non aliquibus sed publice corā omnibus. Ego quidem. Differentiam inter se & messiam manifestat ex differētia baptizandi.aqua baptizo vos. Incœpit differentiā a baptismo,quia nouitas baptismi non parua erat occasio cogitandi ꝙ ioānes esset messias. Nullus.n.venerat ꝓpheta cum hac aut simili nouitate.nam nec moyses simílem nouitatē induxit.circūcisio enim non fuit ex moyse sed ex abraham/inchoata non in populo sed in familia domestica. Ioānes autem nouitatē baptizandi populo attulit.vnde & baptistæ cognomē accepit.Ne itaq; ex hac nouitate putarent ipsum esse messiam/vilificat suum baptismū respectu baptismi christi:dum se abluere eos dicit solo corporeo elemēto aquæ. Acsi aperte diceret.ego abluo vos solum corporaliter.veniet.pro.venit.Et est præsentis temporis. Non est venturus sed in præsenti venit tēpore.autem fortior me. Vere fortior:tum ad debellandū mūdum & diabolicas potestates:tum ad sustinēdū ignominias/passionē & mortem &c.post me. Vtraq; dictio superflua est. cuius non sum dignus. Dixerat fortior me/ne intelligeretur cōparationem aliquā esse inter ipsum & messiam(tanq̄ ipse sit fortis & messias aliquāto fortior)sed intelligeretur maximū esse & incōparabilem excessum messiæ ad ipsum,declarat se indignum esse ad minimū ministerium(vrpote soluendi corrigiam calciamentoꝝ)exhibendum illi.soluere corrigiam calciamentoꝝ eius. Ad literam calciatus incedebat iesus:vt textus iste significat.& ratio cōprobat:quia sicut manducauit & bibit sicut cæteri israelitæ,ita etiā vestitus ac calciatus intelligif more israelitarū suæ conditionis. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto. Explicata distantia personali maxima inter se & messiam,explicat consequenter alteram inchoatā differentiam quo ad officium baptizādi:de quo dixerat/aqua baptizo vos: de christo modo dicens/ipse vos baptizabit in spiritu sancto. Quanta ergo est differentia inter aquā & spiritū sanctum/tanta est differentia inter baptismū meum & baptismū christi. Et per hoc significat ꝙ ego abluo corpora,ille autē abluet animas.spiritu enim sancto anima abluitur.Et significatur per hoc potestas christi ad abluendū animas a peccatis:quod manifeste est solius dei.per hæc enim ioānes significabat christum esse verū deum. ꝛ igni. Ad literam prædicit ioānes missionem spiritussancti/quæ post christi resurrectionē in die pentecostes facta est:declarans ꝙ illam faciet messias/declarans illā missionem esse christi ablutionem spiritu sancto.tunc enim in corporali ignis specie spiritu sancto abluit christus homines:attestante ipso iesu act.1.ioānes quidem baptizauit aqua,vos autē baptizabimini spiritu sancto nō post multos hos dies. Vbi clare vides christum exposuisse ista ioānis verba. Et ex tūc iesus baptizauit non solum iudeos,sed totum humanū genus spiritu sancto.dicitur enim ioā.7.ꝙ nōdum erat spūs datus,qa iesus nōdum erat glorificatus.ꝑ Et disposuit deus vt ioānes baptista p̄diceret missionem spiritussancti a iesu christo in visibili specie ignis,vt inexcusabiles sint nō credentes christo postq̄ viderint apostolos baptizatos spiritu sancto in specie ignis/prædicantes iesum glorificatum.vt vel tunc postq̄ crucifixerint ipsum/credant in eum qui noluerint credere in ipsum prædicantē & miracula facientem. Vnde significanter dixit vos/demōstratione simplici monstrando iudæos illius ętatis.

quis etiã multos credamus illic affuisse/qui postea fuerunt inter iesu discipulos baptizatos spiritu sancto & igne in die pentecostes. **Cuius ventilabrũ in manu eius.** Tertium quod de christo dicit ioannes/est aduentus ad iudiciũ.ita ꝙ qui de primo aduentu dixerat venit fortior me,& de ipso per resurrectionem glorificato dixerat/ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni:modo de aduẽtu ad iudicium dicit cuius ventilabrũ in manu eius.Metaphorice a ventilabro segregatiuo palearum a granis,separationem reproboꝝ a iustis describit in manu/in potestate & officio christi esse. ℣ **purgabit aream suam.** ecclesiam suam(in qua mali bonis mixti sunt)purgabit tunc electis paleis.℣ **congregabit triticum.** hoc est electos.**in horreum suum.** in locum cõgruum ad hoc paratum:hoc est in regnum cœlorũ paratum electis a cõstitutione mundi.**paleas.** pro.**paleam**/autẽ. Hebræo more multitudinem significat numero singulari.Reprobi paleis assimilant:vt cognoscamus eos fuisse ꝓpter electos/sicut paleæ sunt ꝓptet grana,& intelligamus verũ esse quod postea scripsit apostolus.diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum.**cõburet igni inextinguibili.** Duo dicit:combustionẽ & inextinguibilitatẽ.vt combustionem non finiri sed in perpetuũ durare intelligamus:ita ꝙ absq; cõsumptione aliqua cõbustionem sentient in perpetuum.Pœna enim inferni ad literam describitur per hanc metaphoram. **℣ Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.**

Herodes autẽ tetrarcha quum corriperetur ab illo de herodiade vxore fratris sui/& de oibus malis quę fecit herodes. Solus lucas meminit ꝙ ioanes reprehenderit herodem de aliis criminibus. matthæus.14.& marcus.6.c.tractant de correctione ꝓpter incestum cum herodiade. Quæ aũt fuerint ista alia herodis crimina/nescimus.fuisse tamẽ ipsum virum malum,non solum ex dñi verbis(appellãtis ipsum vulpem inferius.ca.13.)sed ex pœna priuationis tetrarchiæ & exilii perpetui apud lugdunũ a caio imperatore inflicta/haberi pōt.**adiecit & hoc super oĩa:& inclusit ioanem in carcere.**

Factum est autẽ quum baptizaretur omnis populus/& iesu baptizato & orante. Hoc solus lucas explicat.alii quidem cõfitebantur peccata sua:eius autẽ fine peccato orationi vacauit. **apertum est cęlum.** Qualiter apertum sit diximus mar.1.& matth.3. Vbi etiã de qualitate colũbæ & voce paterna scriptum est.℣ **& descendit spiritussanctus corporali specie sicut columba in ipsum:& vox de cęlo facta est.** Deest.dicens.**tu es filius meus dilectus,in te complacui mihi.**

Et ipse iesus erat incipiens quasi. pro.**fere me**/annorũ **triginta.** Ætas iesu tempore baptismi a solo luca describitur/ꝙ erat prope inchoationẽ trigesimi anni.non enim dicit ꝙ erat incipiẽs trigesimum annum,sed ꝙ erat incipiens fere seu(vt alii dicunt)circiter annoꝝ triginta.**vt putabat filius ioseph:** qui fuit heli. Obiectio de diuersitate patrum ioseph apud matthæũ & lucam(vt matth.1.dictum est) soluitur per hoc ꝙ iacob fuit pater ioseph ℈m carnem,heli autẽ ℈m legem. **qui fuit mathat:qui fuit leui:qui fuit melchi:qui fuit ianne:qui fuit ioseph:qui fuit matthatię:qui fuit amos:qui fuit naum:qui fuit esli:qui fuit nagge:qui fuit maath:qui fuit matathie:qui fuit semei:qui fuit ioseph:qui fuit iuda:qui fuit ioãna:qui fuit rhesa:qui fuit zorobabel:qui fuit salathiel:q fuit neri:** qui fuit melchi:qui fuit addi:qui fuit cosam:qui fuit elmadam:qui fuit her:qui fuit ieso:q fuit heliezer:qui fuit iozam:qui fuit mattha:qui fuit leui:qui fuit symeon:qui fuit iuda:qui fuit ioseph:qui fuit ionam:qui fuit heliachim:qui fuit melea:qui fuit menam:qui fuit mathatha.q fuit nathan:qui fuit dauid. Maior est hæc quæstio ꝙ matthæus ioseph filiũ dauidis per salomonẽ/ lucas autẽ filium dauidis per nathan dicit:cõstat enim nathan filium legitimũ ac naturalem fuisse dauidis ex bersabee genitum.1.paralip.3. Nec veritas huius scripturæ(quæ etiã habetur.2.reg.5.vbi nathan inter filios natos dauid in hierusalem cõputatur)vertenda est in disputationẽ/propterea ꝙ prouerb.4.dicit salomon.ego filius fui patris mei tenellus & vnigenitus coram matre mea & docebat me. Tum quia vnigenitus pro primogenitus intelligit/hebraico more vnũ nõ pro solo sed pro primo ponendo:iuxta illud.factum est vespere & mane dies vnus. Tum quia secũdum tẽpus ætatis tenellæ quo instruebatur a matre/loquit.stat autẽ ꝙ tunc fuerit vnigenitus/& postea geniti sint fratres eius & sorores vt liber parali.clare dicit. Tum quia ℈m affectum & diligentiã cutæ maternæ erga ipsum tanq; si esset vnigenitus loquit.nam non dicit vnigenitus matris meæ,sed corã matre mea/de institutione materna tractans.℣ Sed qũo deducat stirps ista non cõstat.diuersi.n.diuersa sentiunt:& tandẽ nihil certi habetur. Putant nõnulli ioseph ℈m carnẽ fuisse filium salomonis iuxta genealogiã apud matthæũ:eundemq; ℈m legalem patrẽ qui est heli descendisse ℈m carnẽ a nathan:hoc est ꝙ pater eius legalis descendit ℈m carnem a dauide per nathan/iuxta hanc apud lucam genealogiam.Et addunt ꝙ hæc est carnalis generatio beatæ virginis.ita ꝙ iesus ℈m carnem descendit a dauid per nathan:℈m vere legalem patrem(ioseph scilicet)descendit a dauide per salomonem.Et hæc opinio si constaret amplectenda esset: quoniam nulla apparet inter ipsam & sacram scripturã contradictio.Reliquas pręterea opiniones,eo ꝙ a sacta scriptura dissonare videnť.Consilio tamẽ pauli apostoli ad ti.vlt.quæstiones de genealogiis vitabimus. **qui fuit ieſſe:qui fuit obed:qui fuit booz:qui fuit salmon:qui fuit naasſon:qui fuit aminadab:qui fuit aram:qui fuit esrom:qui fuit phares:qui fuit iuda:qui fuit iacob:qui fuit ysaac:qui fuit abraha:qui fuit thare:qui fuit nachor:qui fuit saruch:qui fuit ragau:qui fuit phā**

lec:qui fuit heber:qui fuit saleh:qui fuit cainan. Cõfer tam cum vulgata editione q̃ cum hebraica veritate:& inuenies hanc generationem superfluam esse.nam inter patrẽ heber & arpachsad nulla est media generatio:sed arpachsad genuit saleh qui fuit pater heber.Excusatur tamẽ lucas:quia recensuit genealogias vt inuenit eas scriptas a septuaginta:apud quos scripta legit hæc genealogia superflua. Et merito excusatur:quia tunc tẽporis interpretatio septuaginta erat magnæ autoritatis apud græcos & nationes alias.℣ Prouiditq; per hoc spiritussanctus:ne sanctis doctoribus inputaretur ꝙ expositum est textum sacrę scripturę iuxta interpretationẽ cõiter receptam & vsu cõi ꝓbatam.q̃quidem lucæ euangelistæ hoc idem fecisse licuit absq; ꝓprio errore.℣ Et hæc dixerim si vere ista generatio abundat. Posset nãq; dici textus hebręos modernos esse mãcos/& textum interpretatũ a septuaginta fuisse integrũ. Et hoc credibilius est:præsertim ꝙ apud septuaginta scribuntur etiã anni quibus vixit cainan/medius inter arpachsad & saleh patrẽ heberitam anteq̃ genuit saleh q̃ post.Rationi siquidem consentaneũ est vt credant potius manci moderni codices q̃ ꝙ tot viri insignes studuerint ad figmentũ hoc cõstruendum. **qui fuit arpachsad:qui fuit sem:qui fuit noe:qui fuit lamech:qui fuit mathusala:qui fuit enoch:q fuit iared:q fuit mahalalel:q fuit cainan:q fuit enos:q fuit seth:q fuit adã:q fuit dei.**

CAPVT .IIII.

Iesus autẽ plenus spiritu sancto egressus est. pro.**regressus est**/a **iordane:& agebatur in spiritu in deserto.** pro.**in desertũ.** Significatur.n.iesum actum fuisse a spiritu sancto quo erat plenus in desertũ.**diebus quadraginta.** Tempus moræ in deserto/non tẽpus ductionis significatur. Verũtamẽ quia sub actione spũs sancti intendit cõprehendere tum ductionem tum moram.40.dierũ,ideo lucas sub eodem cõstruxit verborac si dixisset spiritu sancto agebat in desertum ad morandũ ibi.40.diebus.Apponitur autẽ præpositio in/dicẽdo in spiritu: ad significandũ ꝙ non velut nesciens agebat,sed in spiritu/in spirituali intentione/intellectu ac ratione. **Et tentabat.** post.40.dies. ꝙ diabolo. Græca dictio est/ab infamando seu criminando denominans dæmonẽ:eo ꝙ vniuersa intentio eius tendit ad criminandũ homines apud deum.ad nihil.n.aliud conat/nisi vt possit reddere hoĩes vituperabiles apud deũ. **Et nihil manducauit in diebus illis:& consummatis illis.** Deest.postea/esuriit. Dixerat ꝙ tentabat:explicat mõ occasionẽ tentandi. **Dixit autẽ illi diabolus. si filius dei es/dic lapidi huic vt panis fiat.** Hinc apparet intellectũ dęmonum ligatũ seu impeditũ esse a deo in pœnã sui peccati.ita ꝙ non solum potentia eoꝝ est ligata,sed etiã intellectiua vis:vt non possint cognoscere quæ ex vi naturalis sui luminis cognoscere possent. Ex eo.n.ꝙ post verba gabrielis ad beatam virginẽ/post verba angeli ad pastores/post verba de cœlo in baptismo/diabolus nõ cognoscit iesum esse filium dei/& hoc tentat cognoscere ex miraculo dic vt lapis iste panis fiat,habeẽ ꝙ non intellexit tot testimonia.nam non maiorẽ habuisset certitudinẽ ex isto miraculo ꝙ iesus esset filius dei q̃ ex illis testimoniis intellectis habeẽ.sciebat.n.diabolus angelos cœlestes nõ mẽtiri. **Et rndit ad illũ iesus.** scriptum est q; nõ in pane solo viuit.pro.**viuet**/**homo,** sed in omni verbo dei. **Et duxit illũ diabolus in montẽ excelsum/& ostendit illi oĩa regna orbis terrę in momento.** pro.**puncto**/**tpis.** Metaphorica est locutio a mathematico ꝓcepto sumpta/ad significandũ breuissimum tẽpus. **Et ait illi.** Deest.diabolus. **Tibi dabo potestatẽ hãc vniuersam & gloriam illoꝝ:q; mihi tradita sunt/& cui volo do illa.** pro.**illã.**f. vniuersam potestatẽ ac gloriam. Iactabat se diabolus de dño orbis terræ/vsque adeo ꝙ daret illud cuicũq; veller:sed mendaciter.Et hoc ipsum arte dicebat,vt sic magis provocaret iesum ad manifestandũ seipsum:vt matth.4.diffuse vniuersa hæc tentatio tractata est.& ad euitandam repetitionẽ vide ibi. **Tu ergo si adorueris procidens coram me,erunt tua oĩa.** pro.**erit tua oĩa.**f. potentia ac gloria regnoꝝ terrę. **Et rndens iesus/dixit illi.** Deest.vade post me satana.Quod etiam matth.4.expositũ est. **Scriptum est enim.dñm deum tuũ adorabis,& illi soli seruies. Et duxit illum in hierusalẽ:& statuit eum super pinnaculũ templi:& dixit illi.si filius dei es/mitte te hinc deorsum.** Scriptuꝫ est enim ꝙ angelis suis mandauit.pro.**mandabit**/**de te vt cõseruent te:& qz.** Superfluit qa.**in manibus tollent te,ne forte** pro.**neqñ**/**offendas ad lapidẽ pedem tuum. Et respondens iesus ait illi.dictũ est/non tentabis dñm deum tuum. Et cõsummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsqz ad tempus.** Quando autem redierit ad tentandũ per seipsum/non scriptum est:plures tamen dæmones tentasse ipsum per ora dæmoniacoꝝ/legimus.

Et regressus est iesus in virtute spiritus in galilęam. Venerat a galilęa ad ioanis baptismũ/nihil virtutis suæ monstrans:regressus autẽ est prædicans & miracula faciens.& propterea dicitur regressus in virtute spiritussancti,ad prædicandũ/ad miracula faciendũ/ad trahendum hominesad deum & sui sequelam.℣ Vbi ponderando verbũ regressus est,apparet ꝙ post ieiunium.40.dierum ioãne baptista adhuc baptizante/aduentus iste in galilęam fuerit.Et consonat hoc tam scriptis a ioãne q̃ verbis petri apostoli.act.1.oportet ex his viris qui nobiscum cõuersati sunt &c.incipiens a baptismate ioannis. Ibi enim clare apparet ꝙ paulo postq̃ ioãnes incepit baptizare/iesus cõgregauit discipulos:alioquin non oportuisset testem resurrectionis eius eligere ab illo tẽpore.& fama exiit per vniuersam. Deest.finitimam/regionem de illo. Hoc fuit in secũdo anno:postq̃ scilicet cõuertit aquã in vinum.postea enim

exiit fama eius in finitimas vndiq; nationes galileę & non solũ per ipsam galileam. Et ipse docebat in synagogis eorũ: & magnificabatur. pro. glorificabat/ab omnibus. Et venit nazareth/vbi erat nutritus: & intrauit ſm consuetudinẽ suam die sabbati. pro. sabbatoꝝ/in synagogaꝫ. Inter diem sabbati & diem sabbatoꝝ hęc est differentia: q̃ omnis dies sabbatoꝝ est dies sabbati/sed non ecõuerso. nam dies sabbati significat quẽcunq; diem festum: dies autẽ sabbatoꝝ significat solum diem septimũ. qui ideo vocatur dies sabbatoꝝ quia semper est dies sabbati: ad differentiã diei sexti/quinti/quarti &c. quoꝝ nullus est semper/sed quãdoq; sic & quãdoq; non dies sabbati: hoc est quietis. Et surrexit. Corporalis situs describitur. federat enim eam aliis. legere. pro. vt legeret. & traditus est illi liber ysaię p̃phetę: & vt reuolut. pro. explicuit/librum. inuenit. Primus occursus significatur dicẽdo/vt explicuit inuenit. locum vbi. scilicet esa. 61. scriptum erat. Spiritus dñi super me. gubernando/monendo/dirigendo me hominẽ. propter qõ. Subsequentiũ causa significatur. Et est sensus. propterea vnxit me. s. spiritus domini/vt euangelizarẽ/vt sanarem & reliqua. vnxit me. Hinc nomen messiæ apud hebręos/& christi apud græcos. De hac vnctione inquit petrus apostolus act. 10. vnxit eum deus spiritu sancto & virtute. Vnctus fuit oleo vnionis personalis & omnis gratiæ ac veritatis. Euangelizare. pro. vt euangelizarez/pauperibus. hoc est etiã pauperibus. misit me. prius vnxit/postea misit ad euangelizandũ. Vnctus quũ verbũ caro factum est/missus ad euãgelizandũ fuit anno trigesimo. Sanare. pro. vt sanarem. seu medicarẽ. contritos corde. hoc est pœnitentes vere peccatoꝝ suorum. attulit enim pœnitentibus salutarem medicinã fidei in se. Prędicare. pro. vt prędicarez/captiuis. sub seruitute peccati & diaboli. remissionem. a captiuitate. Hanc enim prædicauit christus futurã. nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. & rursus. liberi eritis si filius liberabit vos. & cęcis. mentes visum. Dictio greca proprie significat redditũ visum. humanum enim genus priuatum erat spirituali visu: quem iesus prædicabat restituendum/imo & restituit. aperuit enim illis sensum vt intelligerẽt scripturas: & venit lux mentium, q̃nis homines dilexerint magis tenebras q̃ lucem. Dimittere. pro. vt dimittere/confractos. magno pondere legis mosaicæ. in remissionem. pro. in remissione. ab oneribus legalibus. Quod fuit adimpletũ per passionem christi. Prędicare. pro. vt prędicarẽ/annum dñi acceptum. tempus gratiæ noui testamẽti. De quo apostolus/ecce nunc tẽpus acceptabile. & diem retributionis. supfluunt hæ tres dictiones. Et quum plicuisset librum, reddidit ministro. nõ proprio (iesus enim non habebat seruitores: quia non venit ministrari sed ministrare) sed ministro synagogæ. & sedit. Stans legit omnibus audientibus textum esaiæ/ad reuerenter legendũ publice pphetam: & deinde sedit docturus & prædicaturus super verba pphetæ. & omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cępit aũt dicere ad illos, q̃ hodie impleta est hęc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimoniũ illi dabant. Multa narrantur de omnibus plenius in synagoga. primum attentio, quũ dictum fuit q̃ oculi omniũ erant intendentes in eum. secũdum acceptio dictorũ iesu, vsq; adeo vt signis testarentur q̃ iesus verũ diceret dicendo q̃ hodie cõpleta est scriptura hæc. Et hæc significat euangelista/dicendo q̃ omnes testimoniũ illi dabant: & propterea nõ dicit dicebant/sed dabant. Describit enim lucas per hoc q̃ fuit tam acceptus oĩbus/vt monstrarent se assentire illi. & mirabãtur in verbis gratię quę procedebant de ore ipsius. Tertium est admiratio de tanta gratia eloquii: hoc est de gratioso apud omnes sermone. Et dicebant. Ratio admirationis quarto loco subiungit. Quia autem sequentia verba cõtemptiue & cum scandalo dicta sunt (vt patet matth. 13. & mar. 6.) subintelligendum reliquit lucas q̃ postq̃ tam acceptus fuerat iesus omnibus in synagoga existẽtibus, mutati sunt & versi ad despiciendũ iesum fabrum filium fabri: vilem. s. personã. Ratio autẽ mutationis nõ scribitur. Forte fuit q̃ subiunxit iesus prædicando aliqua reprehensiua, vel q̃ aliqui superuenerunt inuidi. qui ex duobus capitibus mutauerunt animos pexistentium in synagoga: primo ex vilitate personæ quia erat faber filius fabri. secundo calũniando miracula/dicendo q̃ non vere faciebat miracula: quia si vera essent quæ narrãtur miracula ab ipso facta/faceret in patria sua. Et hæc videtur vera ratio mutationis prædictæ, ex eo q̃ hæc duo tangunt ab euangelista/& nihil de prædicatione reprehensiua dr̃: & expresse dixerat q̃ omnes testimonium dabant illi. Ex his enim simul iunctis apparet q̃ inuidi superuenerunt dicentes hæc duo, & sic mutantes animos bene dispositos. nõne. contemptiue dicitur ab inuidis. hic est filius ioseph. personæ vilis: vtpote fabri.

Et ait illis. Vtiq;. pro. omnino/dicetis mihi hanc similitudinem. Hinc apparet q̃ non solum dixerant verba despectiua, sed etiam verba calumniantia miracula. nisi enim illi hanc calumniam dixissent, non diceret iesus cum aduerbio confirmandi/omnino dicetis mihi. Hæc enim confirmatio præsupponit eorum dictum. Medice cura teipsum. Medico patienti ægritudinem quã patiuntur alii/& non curanti seipsum, non creditur q̃ possit curare alios: sed ad cognitum scientiæ eius dicitur illi medice cura teipsum. Iuxta hanc similitudinẽ dicebant nazareni ad iesum. si potes facere miracula in aliis/fac in teipso: hoc est in ciuitate tua. Quanta. pro. quę (siue quæcunq;) audiuimus. Et explanat similitudinem/medice cura teipsum. facta in capharnaum, fac & hic in patria tua. Non enim iuit iesus ad nazareth in principio prędicationis suæ/sed post multa alibi facta miracula: vt vel sic disponerent ẽ cor

cites ad credendum, sed preualuit inuidia. Hæc enim verba quãtum ad sensum fuerant nazarenorum: recitata autem a iesu sub hac similitudinis forma.

Ait autem. Interponit hæc euangelista ad significandum verba præcedentia, relata tantum a iesu/dicta autem a nazarenis: sequentia vero esse responsionem iesu. Amen dico vobis q̃ nemo propheta acceptus est in patria sua. Respondet iesus ad verba contemptiua/nõne hic est filius ioseph? Et quia directe dicta fuerant in despectionem personæ eius, ideo directe respondet manifestissime/non esse hoc nouum: quia cõmune est q̃ nemo propheta acceptus est in patria sua/propter velut cõnaturalem inuidiam inter conciues. In veritate. Deest. autem/dico vobis. Respondet calumniæ miraculorum secũdo loco obiectæ. quãta audiuimus facta in capharnaũ/fac & hic in patria tua. Et directe declarat duobus exemplis sacræ scripturæ hoc prouenire non ex sua impotentia, sed quia ipsi non merebãtur/quia indigni erant propter suam incredulitatem. & tamen hæc eorũ demerita sine contumelia/sola allatione historiarum sacræ scripturæ profert. multę viduę erant in diebus elię in israel quando clausus est cęlum annis tribus & mensibus sex. Metaphorice describitur negatio pluuiæ per clausum cęlum: quia apparet pluuiam descendere de cœlo/ac per hoc impediri ne descendat ex clausura cœli: quo contra quando multum pluit dicimus q̃ apertæ sunt cataractæ cœli. quũ facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est elias/nisi in sarephtha sidonię. pro. sidonis/ad mulierem viduaꝫ. Hanc historiam habes. 3. reg. 17. Et multi leprosi erant in israel sub eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Historia hæc scribitur. 4. reg. 5.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira/hęc audientes. Vide mirabilem mutationem/non aliquorum sed omnium ægre ferẽtium alios sibi anteponi. & hoc velut ex diuina electione: sicut diuinitus electa fuit vidua sidonia/& sanatus naaman syrus. Et surrexerunt. ex furore. & eiecerunt illum. ducentes illum eiiciendo. extra ciuitatem: & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ędificata. Si verum est q̃ nazareth sit ædificata ad latera seu radices montis tabor, mons iste tabor est. vt precipitarent eum. Lege vniuersam scripturã euangelicam: & nullibi inuenies fuisse iesu iniuriam facti irrogatam vsq; ad tempus mortis suæ/nisi a propriis conciuibus: imo nec tẽpore passionis seuierunt in iesum nisi mediantibus ministris curiæ. conciues autem proprii furiis actis ad præcipitandum eum de supercilio montis concurrunt/factoq; ducunt: & non solum attentant, vt hierosolymitæ postea bis attentarunt lapidare. Et gerasem quidem q̃nis passi fuerint dãnum duorum milium porcoꝝ/non tamen ausi sunt attentare aliquid contra iesum, sed rogauerũt eum vt discederet ab eis: nazareni vero nullam passi iacturam/præcipitare iesum conantur. Ipse autem transiens/per medium illorum ibat. Inuisibilem illis se reddidit postq̃ fuit in supercilio montis: & sic per medium transiens iuit quo voluit/remanentibus illis delusis: vt vel sic occasionem resipiscẽdi haberent. Noluit iesus tunc nec tali morte nec ibi mori: & propterea sic euasit.

Et descendit in capharnaum ciuitatẽ galileę: ibiq; docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. hoc est q̃ solo sermone faciebat miracula. hoc est. n. sermonem esse in potestate. Et huiusmodi potestas concessa sermoni/reddebat doctrinam eius stupendam. non sic enim prophetæ alii docuerant. Et in synagoga erat homo habens dęmonium immundum. pro. spiritum dęmonii immundi. Dæmonium ſm proprietatẽ nominis/est cõmune bonis & malis spiritibus. nam significat scientem. & propterea lucas addidit immundi/ad distinctionẽ a spiritibus mundis. Vsus tamen christianorũ appropriauit dæmoni & dæmonis nomen spiritibus malis. & exclamauit voce magna, dicens. sine. Græca dictio/aduerbium seu interiectionem sonat exclamantis seu dolentis. loco cuius interpres posuit imperatiuum sine: ad significãdum affectum eius qui torquetur/desiderantis vt iesus qui torquebat ipsum desisteret a tortura. Huiusmodi enim affectui attestantur sequentia verba. quid nobis & tibi iesu nazarene! venisti perdere nos! Ac si aperte diceret, nos te non offendimus/tibi non nocemus/nulla inter nos & te est lis, quare venisti perdere nos! Scio te q̃ sis. pro. scio te quis es. Tentando mentitur dicendo se scire quis est. intendebat enim vel sic explorare quod in deserto non valuit. sanctus dei. Punctandum est inter præcedentia verba & hęc. sunt enim hęc verba assertiua/velut appositiue adiecta. Quum siquidẽ dixisset scio te quis es, adiungit explicationem assertiuam/q̃ est sanctus dei: hoc est ille sanctus dei qui expectatur a iudæis: messias scilicet filius dei. Et increpauit illum iesus/dicens. obmutesce. Iubet silere/nolens testimonium a dæmone. & exi ab eo. Et quum proiecisset illum dęmonium in medium/exiit ab illo: nihilq; ei nocuit: scilicet proiectio in terram. Intendit enim q̃ quis proiecerit eum in terram discerpendo ipsum (vt mar. 1. dicitur) ipsa tamen proiectio in terram nihil illi nocuit. Et factus est pauor in omnibus. pro. super omnes. Describitur superueniens passio quædam maior tum rimore tum admiratione: velut stupor ex viso miraculo imperatiue facto a iesu. Et colloquebantur adinuicem/dicentes. q̃d est hoc verbum: quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. pro. finitimę regionis.

Surgens autem iesus de synagoga/introiit in domum simonis. Socrus autẽ simonis tene-

batur magnis febribus.pro.febre magna.ꝛ rogauerũt illum pro ea. Et stans super.pro.supra illam.Non.n.erat sup illam cõtingendo.imperauit febri.pro.increpauit febrem. Significat enim ꝙ velut percipientẽ rem eiecit febrem increpando velut puerũ molestum.ꝛ dimisit illam.ꝛ ꝛt inuto surgens ministrabat illis.Quum autẽ sol occidisset.pro.occideret,oẽs qui habebant infirmos variis languoribus,ducebant illos ad eũ.At ille singulis manus imponens,curabat eos. Exibãt aũt ꝛ dęmonia a multis,clamãtia ꝛ dicẽtia qꝛ tu es.Deest.christus,filius dei. ¶Et increpans nõ sinebat ea lõq qꝛ.pro.ꝙ sciebant ipsum esse christũ.Non sunt hæc verba euãgelistæ reddentis rõnem quare non sinebat ea loqui,sed sunt verba eiusdẽ significantis quid non permittebant loqui. Est enim sensus,non sinebat ea loqui hoc.s.ꝙ sciebant ipsum esse christũ.tum quoniã dicebant mendacium:quoniam dicebant se scire quod nesciebant.tum quoniã nolebat testimoniũ ab illis.tum quoniã sciebat ꝙ tentando,hoc dicebant,ad explorãdum an ipse esset vere christus.¶ Facto aũt die,egressus ibat in desertum locũ.Ad exẽplum aliorũ doctorũ,posit tot miracula petit locum desertũ:tum ꝓpter quietem orationis,tum ob fugam gloriæ humanæ. Et turbę regrebant eum:ꝛ venerunt vsqꝫ ad ipsum:ꝛ detinebant illũ ne discederet ab eis. ¶Quibus ille ait:qꝛ ꝛ aliis ciuitatibus opꝛ me euangelizare regnum dei. Et hoc quoꝙ ad aliorũ exemplum doctorũ, vt non quiescant ibi vbi se acceꝓros conspiciunt. imo ꝙ nec petmittant se detineri ab illis,sed memores sint aliorum locorum, quia ideo.pro.ad hoc,missus sum.ꝛ erat prędicans in synagogis galilęę.

CAPVT .V.

Factum est autẽ quum turbę irruerent in eum vt audirent verbũ dei:ꝛ ipse stabat secus stagnũ genezareth.ꝛ vidit duas naues stantes secus stagnũ:piscatores autẽ descenderant.Deest.ex illis:ꝛ lauabant retia. Ascendens autez in vnam nauium quę erat simonis,rogauit eũ a terra reducere pusillum:ꝛ sedens docebat de nauicula.pro.nauu turbas.Nullus locus ineptus ad docendũ quæ dei sunt censetur:modo in synagoga,modo in monte,modo in campo,modo de nau secus stagnũ prædicat iesus. Vt cessauit autẽ loqui dixit ad simonẽ. duc in altum:ꝛ laxate retia vestra in capturã. Et rñdens simon dixit illi. ¶Dęceptor.pro.pfecte. Quãuis non oino sonet præfectũ:sed honorabilior noie ꝺ̃ præceptoris vsus est petrus.per totam noctem laborantes nihil cepimus.Hinc apparet ꝙ petrus adhuc non erat assiduus sequax iesu,sed piscationi vacabat.in verbo autẽ tuo laxabo rete.Et quũ hoc fecissent,cõcluserunt piscium multitudinem copiosam.¶Rumpebatur autẽ rete eoꝝ.Et annuerũt sociis qui erant in alia.pro.altera nau,vt venirent ꝛ adiuuarent eos.pro.sẽ.ꝛ venerũt:ꝛ impleuerũt ambas nauiculas.pro.naues. ita vt pene.Superfluit pene.mergerent. Non significat naues fuisse adeo plenas vt submergerent,sed vt mergerent:hoc est ꝙ vsqꝫ ad summitatẽ laterum naues erãt sub aquis. Quod quũ videret simon petrus,procidit ad genua iesu,dicens.exi a me dñe,qꝛ homo peccator sum. Indignũ se recognoscit præsentia iesu:& cõferens peccata sua cum sanctitate quã conspiciebat in iesu ex tanto miraculo timet sibi a ꝓpinquitate tam sancti viri. Sacrilegiũ ęstimabat proximitatẽ suam ad virũ tam sanctũ. Stupor enim circũdederat eum ꝛ oẽs qui cuz illo erant,in captura piscium quã ceperant. Similiter autẽ iacobum ꝛ ioãnem filios zebedęi: qui erant socii simonis. ¶Et ait ad simonem iesus.Noli timere.Confortat petrum iesus annũcians ei bonum hinc ipsi futurũ. ex hoc iam.pro.ex hoc nunc.ac si dixisset posthac.homes eris capiens.pro.vivos capiens. Et significãter iesus vsus est vocabulo significante capturam vitiorũ:quoniã ad vitam ac libertatẽ non ad mortem ac seruitutẽ capturus erat homes petrus.pisces enim capiunt ad mortem,& homes in bello capiuntur ad seruitutẽ:iesus autem misit petrum ad capiendos vivos homines,hoc est ad liberã vitam. Et subductis ad terram nauibus:relictis omnibus,secuti sunt eum. Ecce fructus miraculi.

Et factuz est quũ esset in vna ciuitatũ,ꝛ ecce vir plenus lepra:ꝛ videns iesum,ꝓcidens in faciẽ suam rogauit eũ,dicens.dñe si vis,potes me mundare.Mirum est ꝙ leprosus in ciuitate veneretur iesum:quum leprosi ab vrbibus excluderent̃ ẽm legem moysi. Verum lex exclusionis quãtum ad habitandum intelligenda est:nec tam arcte excludebant ab vrbibus quin per modum trãsitus via publica incedere potuerint:sicut etiã hodie permittit̃. Vnde leprosus iste non in domo sed in publica occurrit via:non ꝙ habitaret in ciuitate. Et extendens manum,tetigit eum,dicens,volo,mundare. Imperatiuum passiuũ est hic mundare. Et cõfestim lepra discessit ab illo. Et ipse ꝓcepit illi vt nemini diceret:sed vade ostẽde te sacerdoti:ꝛ offer pro emũdatione tui sicut ꝓcepit moyses,in testimoniuz illis.De cura huius leprosi dictũ est matth.8.& mar.1. Vide expolita ibi. ¶Perambulabat aũt magis fermo de illo:ꝛ cõueniebant turbę multę,vt audirent ꝛ curarent̃ ab infirmitatibus suis. ¶Ipse autẽ secedebat.Ratio secessus erat fũga humanæ glorię: vt clarius habetur mar.1.in desertum.pro.in deserta.supple loca.ꝛ orabat. Verum hominẽ se exhibebat orando:& exẽplum prędicatoribus dabat, non ita vacandi prædicationis officio vt obliuiscantur recurrere ad cõtemplationis prędicatoribus dabat, non ita vacandi prædicationis officio vt obliuiscantur recurrere ad cõtemplationis quietem,eleuando in deum mentem.vtriusꝙ enim vitæ(actiuæ scilicet & cõtemplatiuæ)actiones iungi oportere in prædicatore astruit exemplo proprio.

Et factum est in vna dierum:ꝛ ipse sedebat.pro.erat,docens. Et erant pharisei sedentes ꝛ legisdoctores qui venerant ex omni castello galilęę ꝛ iudęę ꝛ hierusalẽ. ¶Et virtus domini erat ad sanandũ eos. Intellige quo ad executionẽ:quoniã quãtum ad posse,semper virtus dñi est ad sanandũ sed tunc exequebatur sanationes. Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus:ꝛ quęrebant eũ inferre ꝛ ponere ante eũ. Et non inuenientes quã parte illuz inferrent prę turba, ascenderunt super tectũ:ꝛ per tegulas submiserũt.pro.demiserunt.cum funibus,eum cum lecto pro.lectulo,in mediũ ante iesum. Quoꝝ fidem vt vidit,dixit.Deest.ei.homo remittant̃ tibi peccata tua.Et ceperunt cogitare scribe ꝛ pharisei,dicentes.quis est hic qui loquit̃ blasphemias:qs põt dimittere peccata nisi solus deus?Vt cognouit aũt iesus cogitationes coꝝ,rñdens dixit ad illos.Quid cogitatis in cordibus vestris?quid est facilius:dicere dimittant̃ tibi peccata,an dicere surge ꝛ ambula?Vt autẽ sciatis qꝛ filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata,ait paralytico.tibi dico,surge,tolle lectũ.pro.lectulũ,tuum,ꝛ vade in domũ tuam.Et confestim surgens coram illis,tulit lectũ in quo iacebat:ꝛ abiit in domũ suam,magnificans.pro.glorificans,deum.De gestis & dictis in cura huius paralytici matthęus.9.& marcus.2.latius scripsit.vide ibi exposita.Et stupor apprehendit oẽs:ꝛ magnificabant.pro.glorificabant,deũ.Et repleti sunt timore. Significant̃ isti primo magna admiratione stupentes,& deinde repleti timore:vt intelligatur fructus miraculi in aspicientibus. dicentes qꝛ vidimus mirabilia.pro.inopinabilia,hodie. Valde enim aliena ab humana opinione sunt ambo visa:scilicet solo imperio curatum esse paralyticũ tam perfecte vt tolleret & portaret ipsemet lectum proprium,& hoc fuisse factum in testimonium ꝙ iesus habet potestatem in terra dimittendi peccata.

Et post hęc exiit.versus mare.ꝛ vidit publicanũ nomine leui sedentẽ ad telonium. Pro reuerentia euangelistæ & apostoli,lucas matthæum nominat leui,ne matthęum publicanũ dicat.erat.n.infame officiũ apud iudæos.Et ait illi.sequere me.Gesta quoꝙ in vocatiõe matthæi exposita sunt matth.9. Et relictis oibus,negociis,surgens secutus est eũ.ꝛ fecit ei cõuiuium magnũ leui in domo sua. Ex hoc ꝙ matthęus & domum ꝓpriam habebat,& fecit ei cõuiuium magnũ proprio sumptu,patet ꝙ quãdo dictum est relictis oibus,sermo fuit non de rebus,sed de negociis. Et erat turba multa publicanoꝝ ꝛ aliorũ qui cum illis erant,discũbentes. Et murmurabant scribe ꝛ pharisei aduersus discipulos eius,dicentes.quare cũ peccatoribus ꝛ publicanis manducatis ꝛ bibitis?Et rñdens iesus dixit ad illos.non egent qui sani sunt medico,sed qui male habent.non enim veni vocare iustos sed peccatores in pęnitentiã. ¶At illi dixerunt ad eum. Confer hæc cum scriptis marci.2.& matth.9.& cognosces phariseos & scribas discipulosꝙ ioãnis conuenisse ad hanc quęstionẽ:sed lucas introducit verba hęc plata a primatibus phariseoꝝ & doctoribus,directe cõtra iesum ꝙ male instruat discipulos suos. Quare discipuli ioãnis ieiunant frequenter. Non interrogando sed reprehẽdendo dicunt.ꝛ obsecrationes faciunt. Solus lucas adiungit obsecrationẽ.matthęus.n.& marcus solũ ieiunium pferunt.similiter ꝛ phariseoꝝ:tui autẽ edunt ꝛ bibunt?Non dicunt non orant.ita ꝙ quum duas virtutes discipuloꝝ ioãnis & pharisæoꝝ proposuissent(.i.ieiunium & orationes)cõtra ieiunium dicunt ꝙ discipuli iesu edunt & bibunt:hoc est non ieiunant.contra obsecrationes vero nihil dicunt: vt intelligamus nõ fuisse reprehensibiles iesu discipulos etiã apud phariseos & scribas circa orationẽ: sed ad ostentandã sanctitatem suoꝝ discipuloꝝ,scribæ & pharisæi apposuerunt illoꝝ ieiunio etiã obsecrationes. Quibus ipse ait.nunqd potestis filios sponsi.pro.thalami nuptialis,dum cuz illis est sponsus facere ieiunare?Venient autẽ dies:ꝛ quũ ablatus fuerit ab illis sponsus,tunc ieiunabunt in illis diebus.Nota iesu mansuetudinẽ:ꝙ rñdendo excusat quare discipuli sui nõ ieiunant? & tacet ꝙ vacant orationi. Vniuersa hæc doctrina exposita est matth.9.diffuse exceptis vtrimis.

Dicebat autẽ ꝛ similitudinẽ ad illos:qꝛ nemo cõmissuram a vestimento nouo.pro.immissuram vestimenti noui,immittit in vestimentũ vetus:alioquin ꝛ nouũ rumpit,ꝛ veteri non cõuenit immissura ex nouo. Et nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres:alioquin rũpit.pro.rũpet,vinuz nouum vtres:ꝛ ipsum effundet̃,ꝛ vtres peribunt.Sed vinũ nouum in vtres nouos mittendũ est:ꝛ vtraqꝫ ꝓseruant̃. ¶Et nemo bibens vetus,statim vult nouũ. dicit enim vetus melius.pro suauius,est.Hæc in matthęo non habent̃.Præcedens doctrina ex similitudinibus vestium & vtrium, ex parte doctoris monstrat & rationẽ continet claram quare iesus non faciebat discipulos tũc ieiunare:hæc autẽ parabola ex parte affectus discipuloꝝ se tenet.In prioribus siquidẽ parabolis ex parte ꝓpis nuptialis & ex parte impfectionis discipuloꝝ,sapientia magistri cõmendatur.in hac autẽ explicat̃ indispositio discipuloꝝ ex cõsuetudine. Sicut.n.gustus assuetus vino veteri recusat statim mutationẽ in vinum nouũ(eo ꝙ suauius gustatur vetus)paulatim aũt assuefactus ad nouum,sentit suauitatẽ nouã, ita discipuli assueti veteri legi nõ gustant adhuc suauitatẽ noui testamenti.¶ Considera ꝓudens lector iesum per has parabolas non tantũ voluisse reddere rationẽ quare discipuli sui nõ ieiunabant tunc,sed ꝙ occasione sumpta ex verbis scribarũ & phariseoꝝ,extendit doctrinam suam ad declarandũ quare ea quæ sunt nouæ

legis non exigebat a discipulis suis. Immo per hanc vltimam parabolam/rationem reddit literalem quare etiam post missionem spiritussancti nō statim abstraxit fideles suos a legalibus cerimoniis. Suauiter siquidem assuetos homines veteri legi disponens/paulatim & nō statim abstraxit a legalibus: quī (vt parabola ista dicit) assuetis veteri vino/non statim sapit nouum.

CAPVT .VI.

Factum est autem in sabbato secundoprimo quum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas: & manducabant/confricantes manibus. Dictio vna composita est secundoprimo/significans secundoprimū. Et hebræum quid sonat/græca tamen dictione. Et quoniam in libris moysi non inuenitur sabbatū aliquod sic nominatum, non facile est diiudicare quid significetur per sabbatum secundoprimū. Conferendo autem hūc textum cum textu matthæi. 12. & mar. 2. (vbi transitus hic per sata/describitur non sabbato sed sabbatis: hoc est in festiuitate constante ex multis sabbatis/vt ibidem declaratū est) apparet q̄ sabbatum secundoprimū appellatur vltimus dies festiuitatis cōstantis ex multis sabbatis. Vltimus siquidē dies erat sabbatum (hoc est dies festus) sicut & reliqui illius solēnitatis dies: & quod plus est/erat præcipuum seu principale sabbatum: quoniam erat celebrior & sanctior reliquis diebus post primū. Et quia erat æqualis primo diei, ideo dicitur secundoprimū: hoc est præcipuum seu principale. Primus enim dies solēnitatis/erat sabbatū primoprimum/hoc est primoprincipale: vltimus autē erat sabbatum secundoprimū/id est secundoprincipale. Et in proposito ad literam significatur vltimus dies solēnitatis paschalis. tūc enim non adhuc perfecte maturis spicis/oblato iam secūdo die solēnitatis paschalis manipulo primitiarū ℈m legem, vesci licebat spicis conspicatis. Quidam autem pharisęorum dicebant illis. quid facitis qō non licet. Deest. facere/in sabbatis? Apud matthæum & marcum alloquuntur iesum cōtra discipulos: hic vero arguunt discipulos. nulla tamē est dissensio: quia vtrūq; verum est. nam & discipulos arguerunt (quod lucas refert) & iesu dixerunt/ecce quid faciunt discipuli tui: quod alii euangelistæ referunt. Reliqua circa rem hanc vide exposita matth. 12. & mar. 2. Et respōdens iesus ad eos/dixit. nec hoc legistis qō fecit dauid quūz esuriret ipse & qui cum eo erant: quō intrauit in domum dei/& panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit. Deest. etiam/ius qui cum ipso erant, quos nō licebat manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis/q; dñs est filius hominis etiā sabbati.

Factum est autē & in alio sabbato/vt intraret in synagogam & doceret. Et erat ibi homo: & manus eius dextera erat arida. Curatio istius habentis manum aridam/mar. 3. & matth. 12. exposita est. Obseruabant autē scribę & pharisęi si in sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eū pro accusationem eius. tanq̄ sacrilegi violatoris sabbati. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam. surge & sta in medio. Et surgens stetit. Ait autē. pro. ergo ad illos iesus. Interrogo. pro. interrogabo/vos. Facto enim constitutionis ægri in medio/& verbo mouendæ quæstionis attentos omnes reddit: vt vel sic scribæ & pharisæi respiscant, aut saltem cessent ab huiusmodi obseruatione/videndo q̄ nō occulte sed palam & ratione adiuncta curat iesus sabbato. si licet. pro. vtrum liceat. id est quid horum duorū liceat. sabbatis benefacere an male. Deest. facere, animam saluam facere an perdere. pro. occidere! Et circūspectis omnibus. Deest. illis. si aliquis vellet aliquid rūdere. dixit homini. extende manū tuam. Et extendit. pro. ille autē fecit sic. i. extendit manum suam. & restituta est manus eius. Deest. sana vt altera. Ipsi autez repleti sunt insipientia. pro. amentia. quæ deterior est insipientia. & colloquebantur adinuicem quidnam facerent de iesu. Superfluit præpositio de. Machinabantur enim quid facerent contra iesum/vt eum occiderent. ita q̄ repleti (quo ad partem intellectiuam) dementia & (quo ad partem affectiuam) odio, malignitas eorū prodiit in colloquium ad tractandum de morte iesu.

Factum est autē in illis diebus/exiit in montē orare. pro. vt oraret. Describit iesus electurus duodecim ex discipulis suis in apostolos/prius ad orationē recurrens in loco solitario: in mōte scilicet. & erat pernoctans in oratione dei. Non solum orauit/sed nocte tota in oratione perseuerauit: docens ecclesiam suam vt promotura aliquos/orationē præmittat, non pro cerimonia/sed vere recurrendo pro diuinæ gratiæ inspiratione & aspiratione. Iesus enim non indigebat vt oraret, sed ad nostrā instructionē pernoctauit in oratione. Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim. Ipse eos elegit & non ecōuerso: ipse eos promouit & non ecōuerso. ex ipsis. Vt discamus q̄ ex græmio ecclesiæ eligēdi sunt præpositi. quos & apostolos nominauit. Solam ac primam apostolatus dignitatem a iesu inuenimus nominatam in ecclesia eius. quā non a gradu aliquo nominauit/sed a passiua missione: quæ subiectionē sonat. apostolus enim græce/latine dicit missus. Simonē, quem cognominauit. pro. quē & nominauit/petrum. Vnde nosario sortita est effectū: dum tam cōiter non appellatur simon petrus sed petrus. & andream fratrē eius: iacobum & ioānem: philippū & bartholomeum: matthęum & thomam: iacobū alphęi & simonē qui vocatur zelotes: iudam iacobi & iudam scariot. pro. iscarioten: qui fuit proditor. Et descendens cū illis de monte. Hic apparet q̄ apostolos elegit in monte vt ex loco celsitudo apostolatus significaret. stetit. nō sedit: ad differentiā sermonis

relati matth. 5. 6. & 7. quem habuit iesus sedens. in loco campestri. ad differentiam montis: in quo dictum sermonē apud matthæum habuit. & turba discipulorum eius. & multitudo copiosa plebis. ad differentiam dicti sermonis ad quē audiendum describūtur tantū accedentes discipuli eius. ab omni iudea & hierusalez & maritima & tyri & sidonis. Superfluit cōiunctio & ante dictionem tyri. Significatur enim ora maritima tyri & sidonis. Et est sermo non de mari galilææ quod est lacus: sed de vero mari mediterraneo. qui venerant vt audirent eum & sanarentur a languoribus suis. Non solum venerant vt audirent iesu doctrinam sed vt sanarentur a suis ægritudinibus. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Deest etiam. Legendum est. etiam curabantur. Ita q̄ non solum sanabantur ægritudines ex naturalium agentium exorbitātia causatæ: sed etiā vexationes hominum ab immundis spiritibus. Et omnis turba quærebat eum tangere. Quādoq; iesus curat solo imperio/quandoq; tactu: vt mōstret & autoritatem diuinam & sanctitatem humanitatis suæ. propterea enim tactu vtitur ad curandum/vt cognoscamus naturam humanā in ipso esse organum cōiunctum deitatis: sicut manus mea est organum cōiunctum personæ meæ: seu sicut lingua est organum cōiunctum intellectus humani. coniunctū autem non organice sed personaliter. q̄ virtus de illo exibat. quo ad actionem, sanationem scilicet & curationem. & sanabat omnes. nullo excepto.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos. Si dixisset in cœlum/clara esset necessitas eleuationis oculorū: sed dicendo in discipulos/insinuat q̄ demissis oculis iesus prædicabat. & ꝓpterea eleuare dicit oculos a solita modestia demissorū oculorū. in discipulos suos. Vt intelligamus principiū sermonis subiuncti/dirigi ad discipulos eius. dicebat. Beati pauperes. Discipulos suos quos ad voluntariam paupertatem quātum ad bona temporalia/& a carnalibus cōmoditatibus quātum ad corpus/& a delectabilibus mundi quātum ad animum abstraxerat/& ad patiendū mala omnia ꝓpter se iesum asciuerat, alloquitur: & beatos fore ex singulis horū prænunciat. Vnde non dicit beati pauperes spiritu (vt in monte dixerat) sed beati pauperes: vt ad literā intelligamus de paupertate opposita diuitiis. Procul dubio tamē loquitur de paupertate voluntaria: sed hoc non explicauit, quia discipulos alloquebat voluntarie pauperes. Est enim sensus/beati vos met discipuli pauperes. iam enim dixerat euāgelista eleuatis oculis in discipulos suos. Beati autē modo in spe/& demū in re. Et rursus perspicacius/beati inchoatione cœlestis beatitudinis. Significatur enim tanta virtutis perfectio vt inchoatio quædā sit æternæ fœlicitatis: sicut gēma arboris inchoatio est fructus. Summa enī virtutis celsitudo in hac vita/per beatitudines tam apud matthæum q̄ lucam scriptas significatur. quę perfectissimis a deo cōceditur: ita q̄ eorū amor/contēplatio & agendi patiendiq; ratio/in confinio est beatorū & viatorū. q̄ vestrum. Clare patet ad discipulos eius dirigi sermonē. est. Non dicit futurū est/sed iam est: propter celsitudinē virtutis in qua inchoatum est regnū dei. regnum. Non dixit quia vestræ sunt diuitiæ/paruipendens reddere diuitias pro paupertate: sed redditū regnum pro paupertate declarat. dei. Apud matthęū dicitur regnum cœlorū/hic vero regnum dei. Quod q̄uis idem sit regnū, excellentior tamē denominatio est a deo q̄ a cœlis: ad significandū summos esse qui ad perfectionē discipulorū suorū perueniunt. Beati qui nunc esuritis. Non dicit esuritis iustitiā (vt in monte dixerat beati qui esuriunt iustitiā) sed dicit qui nunc esuritis/ad literā loquens de corporali fame. In qua cōprehendit volūtariam abstractionem ab iis quæ sunt carnis. Similiter enim non oportuit exprimere volūtarie esuritis: qa ad discipulos suos loquitur/qui voluntarie amplexi sunt statum esuriendi: hoc est subeundi necessitates quascūq; necessariorum ad corpus. quorū quia maxime necessarius est cibus/ideo in esurie omnia cōprehenduntur. q̄ saturabimini. Non dicit quia saturamini/sicut dixerat quia vestrū est regnum: sed quia saturabimini. nulla enim quantacūq; inchoatio cœlestis fœlicitatis in hac vita saturat: sed cœlesti patriæ sacietas reseruatur. Beati qui nunc fletis. Gradatim post abdicationē rerum per voluntariam paupertatem/adiunxit mortificationē carnis per voluntariā esuriem: & nunc tertio ad animū ascendit, cuius est tam videre q̄ flere. Et simili ratione de volūtario fletu/subiungante quæcūq; mundi oblectamenta: famā/honorem/gloriam/amari/& reliqua huiusmodi. Congruit autē huiusmodi perfectis flere. tum ꝓpter impedimentū carnis: iuxta illud. infelix ego homo/quis me liberabit de corpore mortis huius? tum ꝓpter dilatam gloriam cœlestem. spes. n. quę differt affligit animā. tum ꝓpter infinitos laqueos mundanorū omnium/& his similia. q̄ ridebitis. Sicut metaphorice risu significat gaudiū, ita fletu significata est interna ℈m deum tristitia. Beati eritis. Quarto loco beatitudo in patiendo ꝓpter ipsum iesum describitur: vt intelligamus christi discipulos beatos nō solum volūtariis actionibus, sed etiā voluntarie sustinendo passiones illatas ab aliis. quū vos oderint homines. Ecce primū malum/odio haberi ab hominibus. & quum separauerint vos. Ecce secūdum malum sequestrationis carceris/exilii. & exprobrauerint. pro. probris affecerint/& eiecerint nomē vestrū tanq̄ malum ꝓpter filium hominis. Quēadmodum duo mala (odii. s. & sepationis) cōtra ipsos discipulos, ita duo mala cōtra nomen eorū prædicit. s. affectionē probri/& eiectionē. Et primum quidem experimentū probauit: quoniā nominati sunt superstitiosi/magicæ artis &c. Eiectum quoq; christianū nomen tanq̄ malum/antiquorū gesta testantur. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cęlo. Secundū hęc

enim faciebant prophetis patres eoꝝ. Consolatur discipulos passuros a iudæis/ab exẽplo prophetarũ priscorum: insinuando eis ꝙ succedunt priscis prophetis in patiendo/& iudæi qui persequent eos succedent patribus suis persecutoribus propheratum. Acsi aperte diceret. non eritis primi patientes hæc a vestris, quoniam iudæi etiam antiqui similiter persecuti sunt propheras.

Verũtamen vę vobis diuitibus. Considera prudens lector hæc quattuor væ: & clara luce cõperies literalem sensum antedictarũ beatitudinum esse quẽ diximus. Clare siquidẽ contra pauperes/e regione ponit diuites: cõtra esurientes/saturatos: cõtra flentes/ridentes: contra exosos & separatos/laudatos ab hominibus cum exẽplo pseudoprophetarũ. ¶ Iuxta quattuor itaq; rationes beatorũ/ quattuor quoq; rationes reproboꝝ subiunguntẽ per quattuor væ. & vbi prius allocutus fuerat discipulos suos/mõ vertit sermonẽ ad filios perditionis. Sicut pauperes voluntarii dicti sunt beati, ita væ æternæ damnationis prædicit diuitibus: hoc est affectis ad diuitias/qui seruiunt diuitiis. qui habetis. pro. q; recipitis/consolationẽ vestram. ideo erit vobis væ in alia vita ga in hac vita recipitis consolationẽ veltram: id est recipitis a deo quicqd cõsolationis vobis debetur. nullaq; supererit vobis in alia vita debita cõsolatio. Vbi prudens lector indicium hinc habes æternæ dãnationis in pperis successibus iniquoꝝ. recipiũt enim hic mercedem aliquoꝝ bonoꝝ operum quæ faciunt seu fecerunt. Væ vobis qui saturati estis. Intellige etiã affectu: quoꝝ. l. desideria carnalia in hac vita adimplentẽ. q; esurietis. ¶ Væ vobis qui ridetis nunc. hoc est qui fruimini hoc mũdo. q; lugebitis ꝛ flebitis. ¶ Væ quũ benedixerint vobis. Contra omnia mala inferẽda discipulis suis ponit vnũ. l. benedicit: hoc est laudari/cõmendari. omnes homines. vt distinguuntur cõtra deum. mundani.n. homines nõ laudant nisi mũdanos. Secũm hęc enim faciebant pseudoprophetis patres eoꝝ. Vt nihil desit huic contrapositioni/sicut discipulos assimilauerat in patiendo veris pphetis, ita laudatos ab hoibus assimilat pseudoprophetis priscis: dicendo ꝙ similiter antiqui iudæi approbauerũt laudarũtq; pseudoprophetas: vt patet in. 4. lib. reg.

Sed vobis dico qui auditis. Post specialem sermonẽ prius ad discipulos suos de securitate æternæ beatitudinis/& deinde ad cõtrarios de certitudine æternæ dãnationis, ad oẽs auditores dirigit sermonem. Diligite inimicos vestros. Inchoat ab actu charitatis erga inimicos. Nec est sermo de inimicis inquãtum inimici sunt: sed de ipsis hoibus qui sunt inimici/vt non obstante inimicitia illorũ ad nos diligamus. Et huiusmodi diligere aliquo modo est præceptũ/& aliquo modo est cõsultum. præceptum quidẽ in genere: hoc est vt a generali dilectione qua diligimus omnes homines/oẽs christianos/ omnes cõciues/omnes cõsanguineos, non excludamus inimicum/hominẽ/christianum/cõciuem/consanguineũ/& sic de aliis genericis cõionibus. Consultum autẽ in speciali. sub cõsilio enim diuinæ charitatis cõprehenditur vt diligam in particulari inimicũ: sicut siquidẽ non teneor in particulari diligere singulos hoies/nec singulos christianos/cõciues aut cõsanguineos, ita nec teneor in particulari diligere inimicũ. ¶ Incœpit autẽ ieſus a dilectione inimicoꝝ: quia iuternus actus diligẽdi ad solos amicos aut non inimicos/naturalis est: ad inimicos autẽ/diuini præcepti seu cõsilii est. nulla enim ratione ducimur ad diligendũ inimicos nisi ꝓpter deum. benefacite iis qui oderunt vos. Non sufficit intus diligere sed oportet exterius bñfacere. Quod cum prædicta distinctione intelligendũ est: cum hac subdistinctione de diligere & bñfacere in particulari/vel regulariter vel in articulo vrgentis necessitatis. nã regulariter cõsilii non præcepti est tam diligere q̃ benefacere in particulari: sed si articulus vrgentis necessitatis cõtingeret, sub præcepto teneor esurientẽ pascere/sitientẽ potare/submergẽdum erigere/& sic de similibus. benedicite maledicentibus vobis. Præceptũ hoc (sicut & præcedentia & subsequẽtia), quia affirmatiuũ est/non obligat pro semp & pro vbiq;, sed pro loco & tẽpore: quando. l. oportet. extra tempus siquidẽ necessitatis quãdoq; consilii est/quãdoq; imprudentiæ esset. Vnde & dñs ieſus non benedixit (siue imprecando siue laudando) eos qui tẽpore passionis eius illi maledicebant: ga nec oportebat nec expediebat. Benedicite ergo quũ oportet vel expedit. ꝛ orate pro calumniantibus vos. Et hoc quoq; affirmatiuũ est præceptum: & cum distinctione superius dicta (in genere vel in specie) intelligendum est. Consilii siquidẽ est diuini orare in speciali pro caluniantibus nos: præcepti autẽ vt a cõmunibus orationibus non excludamus eos: vt declaratũ est de benefacere & diligere. Et qui te percutit in maxillã vnam, præbe illi ꝛ alteram. Post charitatẽ ea quæ sunt patientiæ subiungit. Præceptũ hoc quia affirmatiuũ est, non obligat nisi quũ oporter: neq; cõsulit nisi quũ expedit. Vnde & ipse ieſus ga nec oportebat nec expediebat/percussus i maxilla nõ præbuit alteram: sed dixit/si male locutus sum &c. Et ab eo qui aufert tibi vestimentũ. pro. tunicam pallium. Pallium enim est summa vestis: sub qua est tunica. etiam tunicã noli phibere. pro. ne phibeas. Præceptum est negatiuũ: & propterea obligat semper & ad semp. Sed bene nota quid ꝑcipitur. Sola.n. voluntaria phibitio inhibetur/ad differẽtiam prohibitionis rationabilis. Quũ enim ratio cogit aut consulit ad prohibendũ, non est voluntas quæ prohibet sed ratio/non fit cõtra hoc præceptũ. Porro quũ nec oportet nec expedit phibere/precipiẽ vt voluntatem nostrã non expleamus phibendo. nam peccatũ esset phibere sicut & mentiri. ¶ Si autẽ petenti te tribue. Hoc affirmatiuũ est/& ad misericordiã spectat. nec obligat nisi quũ oportet/nec cõsulit nisi quũ expedit ꝙ omni petenti a te tribuas quod petit. Et qui aufert quę tua sunt ne repetas. Præ-

ceptum hoc negatiuum est: & consequenter obligans semper & ad semper. Sobrie tñ intellectum. Considerandum est enim ꝙ non repetere suum non est negatio actus ex ꝓprio genere mali/sicut non furari & non mœchari. nam repetere suum/nullum crimẽ est ex proprio genere: quum iustitiæ innitat. Sicut autem omnia affirmatiua præcepta & cõsilia dantur de solis actibus virtutum, ita nullũ negatiuum tam præceptum q̃ consilium datur contra virtutẽ. & propterea præceptum siue cõsilium hoc nouę legis (quæ est lex gratiæ/quæ non aduersat naturæ sed perficit illam) intelligitur de nõ repetere suũ citra præiudicium virtutis/imo virtuoso. Et quoniam repetere suum implicitam habet negationem relinquendi suum in potestate eius qui abstulit seu qui habet, consequens est ꝙ qñcunq; negatio ista occurrit necessaria aut expediens ſm rectam rationẽ/non præcipitur neq; consulitur non repetere suum: quia tunc præceptum seu cõsilium militaret contra virtutẽ. Tunc ergo ꝓcipitur aut cõsulitur non repetere suum quũ recte rationi consonat vt necessariũ aut expediens. vt necessarium quidẽ præcipit: vt expediens autẽ consulitur. Sicut ieiunare tunc præcipitur aut cõsulitur quum virtuosum est: & non quũ comedere infra diem/necessariũ aut expediens est ſm rectam rationẽ. Et ꝓout vultis vt faciant vobis homines. Præceptum hoc affirmatiuũ generale est/cõprehendens omnia: & est iuris naturalis. Quod ideo subiunxit ieſus, vt manifestaret præcepta sua/præcepta euangelica nõ aduersari præceptis naturalis iuris sed perficere illa. Quum autẽ audis quæcũq; vultis, intellige de voluntate regulata naturali iure rectæ rationis. ꝛ vos facite illis similiter. similitudine ꝓportionali. Non.n. præcipitur dominis qui recta ratione volunt seruiri sibi a subditis/vt subiiciantur illis: sed vt ꝓportionaliter exhibeant seipsos illis subditis, vt quẽadmodum volunt subditos facere quod debent/ita ipsi quod debent subditis faciãt. hoc est enim similiter facere. Et quod diximus de dominis & subditis, intellige similiter de viro & vxore/& reliquis disparibus conditionibus. ¶ Et si diligitis eos qui vos diligunt. Reddit rationem præceptoꝝ suoꝝ. Et ratio vrgens ad reddendam rationẽ est: quia præcepta hæc erant noua. In veteri siquidẽ lege dictum erat/diliges amicũ tuum & odio habebis inimicũ tuum. similiter dictum erat. mutua fratri tuo/ab extraneo autẽ accipies vsurã. Reddit itaq; rationẽ suoꝝ præceptoꝝ ex parte meriti. Et intendit ꝙ diligere amicos/& benefacere ac mutuare rependentibus, actio cõmunis est meẽtibus & non merentibus cœlestem beatitudinẽ. Diligere aũt inimicos & benefacere ac mutuare oibus, actio est propria merentibus vitam æternam. quę vobis est gratia. reddenda a deo: quasi dicat nulla. Nam ꝛ peccatores diligentes se diligunt. Hoc est ga cõmunis est huiusmodi dilectio vobis ac peccatoribus: ac per hoc non est meritoria. Et per hoc patet sensus sequẽtium. Et si benefeceritis iis qui vobis bñfaciunt, quę vobis est gratia: siquidẽ ꝛ pctores hoc faciunt. Et si mutuũ dederitis iis a quibus speratis recipere. l. alia vice mutuũ. quę gratia est vobis: nã ꝛ peccatores pctoribus fenerant. pro. mutuũ dant/vt recipiant ęqualia. hoc est non vltra sortẽ/sed æquum beneficium.

Verũtamen diligite inimicos vestros. Post rationẽ redditam repetit præcepta sua tanq; ex ratione meriti illata. benefacite. Deest cõiunctio &. Legendũ est. ꝛ benefacite ꝛ mutuũ date/nihil inde sperantes. Subintellige ab hoibus quibus benefacitis & quibus mutuatis. Parem dñs legem statuit bñfacientibus & mutuantibus quo ad hoc ꝙ nihil inde sperent: ga ad literã loquitur de benefacere & mutuare meritorie. Et ꝓpterea vult nihil sperari inde: hoc est ex mutuo/ex beneficio. ¶ Et bene nota ꝙ etiã interdum spem aliqd inde habendi ꝓhibet/& non solum pactũ: quia spes aliquid inde habendi ab hoibus tollit meritum tam in beneficio q̃ in mutuo. & præter hoc in mutuo cõstituit peccatũ vsuræ mẽtalis. Et erit merces vestra multa. Quia dixerat si dilexeritis amicos/si benefeceritis & mutuaueritis repẽdentibus quæ vobis est gratia? & intulerat diligendos inimicos/benefaciendũ & mutuandũ omnibus sine vlla spe humanæ retributionis, declarat nõ solum manere eos gratiã sed mercedẽ: vt intelligamus debitam fore talibus retributionẽ ęternam. merces enĩ debita est. Propterea dicebat paulus. reposita est mihi corona iustitiæ quã reddet mihi iustus iudex. ꝛ eritis filii altissimi. non solũ merces multa, sed dignitas filialis ꝓmittitur altissimi dei. q; ipse benignus est sup ingratos ꝛ malos. Rationẽ filiationis diuinæ ex assimilatione ad deum reddit. ex hoc enim ꝙ deus benignus est sup gratos & ingratos/& vos diligendo inimicos benefaciendo & mutuãdo omnibus/assimilamini illi, ideo filii eritis altissimi. ¶ Estote ergo misericordes. Infert vniuersale præceptum misericordiæ ex hoc ꝙ in filios dei asciti estis. sicut ꝛ pater vester misericors est. Ex iure imitationis paternæ tenemini ad misericordiã/quia pater vester misericors est. Et est præceptum hoc affirmatiuũ: obligans pro quãdo oportet, & cõsulens pro quãdo expedit/etiã si non oporteat. Nolite iudicare. pro. ne iudicate. Prohibet iudicium voluntarium: hoc est non ex ratione sed voluntate ꝓcedens. quod iniquũ valde est. Vnde & præceptum hoc negatiuum est (obligans semper & ad semp) tam de iudicio publico q̃ priuato. ꝛ non iudicabimini. hoc est & hinc nõ merebimini iudicari. Nolite condẽnare. pro. ne condẽnate. Prohibet condẽnationem ex voluntate nõ ex recta ratione procedentẽ: quia hoc est iniquissimũ. & ideo præcepto negatiuo prohibetur. ꝛ non condẽnabimini. hoc est & hinc nõ merebimini cõdemnari. Dimittite. offensas & iniurias vestras/offendentes & iniuriantes vobis. Sed præceptũ hoc affirmatiuũ est: obligans pro loco & tempore quãdo oporteat: & consulens quando expedit/etiã si non oporteat. Aduerte tamen ꝙ in hoc

ptæcepto elauduntur duæ negationes.s.non habere odio offendentes & iniuriantes/& nõ iudicate pri uata potestate iniurias & offensas acceptas. Et quo ad vtrũq; præceptũ hoc obligat semp & ad semp. quo ad tertium autẽ quod affirmatiue faciendum præcipitur(.s.parcere seu donare) obligat pro quã oportet,& consulit pro qñ expedit: vt dictum est.¶ dimittemini.hoc est & merebimini vt dimittantur vobis iniuriæ & offensæ vestræ in deum. Date.bona fortunæ/doctrinæ/& ministerii gratiæ. Et hoc si militer quia affirmatiuũ est,obligat pro quãdo oportet/& cõsulit pro quando expedit.¶ dabit vobis. Ecce merces.& merebimini vt detur vobis. Mensuram bonam ¶ cõfertam ¶ coagitatam ¶ superfluentẽ.Quattuor cõditiones materialis mensuræ describunt.primo q̃ sit non auara seu adamussim iusta/sed bona.Secũdo q̃ sit conferta:hoc est pressa.quã mensurantur.n.arida non numero aut põdere/ sed vase continente,pressio eoꝝ quæ mensurant auget bonitatẽ mensuræ.Tertio q̃ cõcutiatur vas in ter mensurandũ.post præssionẽ siquidem si agitetur vas/maiorem quantitatẽ capit.& hoc significat & coagitatam. Quarto q̃ superfluat/dicendo & superfluentẽ. dabunt. vestra merita/vestrum dimittere/ vestrum dare. et similiter vestra demerita/vestrum volũtariũ iudicare/vestrum volũtarium cõdemnare. Dabũt inquit,non dabit deus/nec dabunt iudicati/cõdemnati/dimissi & donati(quã istos non oportet esse de numero electoꝝ)sed dabunt meritorie vestra bona & mala opera.propterea.n.omnes retributiones passiue sunt dictæ(non iudicabimini/non cõdemnabimini/dimittemini/dabitur vobis)vt omnia hæc ad merita referri intelligamus/vt meritorie intelligant.Merita itaq; datura significant mẽsuram bonam &c. Intendit.n.ad literã describere ac declarare tam præmia q̃ pœnas futuræ vitæ respectu earũ quæ sunt in præsenti pœnarũ & similiter præmioꝝ,fore ad similitudinẽ mensuræ bonæ/cõfertæ/coagitatæ & superfluentis.incõparabiliter siqdem excedunt hæc bona & mala pœnæ ꝓsentis vitæ a bonis & malis futuræ vitæ.in sinum vestrũ. Eadem quippe mẽsura qua mensi fueritis,remetietur vobis.Ne crederes puniendos aliquos supra cõdignum,declarat q̃ mensura qua mensi fueritis bene vel male operando/eadem ꝓportionaliter fiet retributio tam ꝓnæ q̃ prẽmii. Ita q̃ iustitia mensuræ seruabit:hoc est iuxta quãtitatem meriti vel demeriti/respõdebit ꝓportionaliter prẽmiũ & pœna. Sed res pœnales & similiter res prẽmi in alia vita erunt velut mensura bona/conferta/coagitata & superefluens,relatæ ad pœnas & bona præsentis vitæ.

¶Dicebat autẽ illis ¶ similitudinẽ. Nunqd põt cæcus cæcum ducere:nõne ambo in foueam cadunt.pro.cadent? Tribus similitudinibus contiguis declarat tria crimina eoꝝ qui alios regunt.Et prima quidẽ similitudine declaratur ignorantia ꝓlumens regere alios cum dãno vtrorũq;. Et clara est/de cæco cæcum ducente.¶ Non est discipulus supra magistrũ.Deest.suum.Secũda similitudine declaratur crimen nimis sapiendi:quod incurrunt rectores illi qui dum plus volunt sapere q̃ oportet/nõ seruant leges sed detrahunt illis.Contra hoc.n.affertur similitudo/q̃ non est discipulus supra magistrum suum.perfectus autẽ omnis.supple discipulus.erit si sit.supfluunt duæ dictiones/si sit.Legendum est. erit sicut magister eius.Et est clarissima sentẽtia q̃ tunc omnis discipulus erit perfectus quũ erit sicut magister eius.discipulus.n.inquãtum discipulus/non põt peruenire ad maiorem perfectionẽ q̃ sui magistri. Vnde hic reprehenduntẽ qui volunt nimis sapere tam supra leges q̃ supra prẽlatos suos.nã tam leges q̃ prẽlati/magistri locũ tenent.¶ Quid autẽ.Tertia similitudine dãnat crimen hypocrisis facto. tum in actu interiori,dicendo quid vides festucã & non vides trabem.tum in actu exteriori/subiungẽdo qño potes dicere sine eiiciam festucã.Clare siqdem per hanc similitudinẽ dãnantur inuoluti maioribus criminibus/qui vident seu corrigunt minora in fratribus. vides festucam in oculo fratris tui. Non est sermo de videre.i.scire,sed de videre.i.ponderare.Dãnantur.n.qui magnipendunt parua aliorꝝ crimina/quũ ipsi habeant magna: trabem autẽ que in oculo tuo est non cõsideras? Aut qũo potes dicere fratri tuo/frater sine eiiciam festucã.Deest.quꝝ/in oculo tuo est,ipse in oculo tuo trabẽ non videns? Hypocrita.Appellat crimen hoc hypocrisim:qa facto exercet officium boni viri/ponderando & corrigendo peccata fratris,& similiter facto est malus vir:vtpote hũs in se maiora crimina. Quia itaq; officio ponderandi & corrigendi alienos defectus agit virum bonũ & non est vir bonus, ideo hypocrita dicit.eiice primũ trabem de oculo tuo. Ordinem damnat cœlestis magister/dicendo eiice primum. Ita q̃ non damnat reprehensionem aliorum/sed ordinem reprehendendi:quia primum debes videre & purgare teipsum, & deinde videre & purgare alios. ¶ tunc perspicies vt educas.pro. eiicias/festucam quę est in oculo fratris tui.

¶Non est enim arbor bona.Subiungit demũ tria generalia documenta.Primũ de cõnexione inter bonam voluntatẽ & bonum opus/ex similitudine arboris & fructus. quę facit fructus malos.pro.fructum malum.neqꝝ arbor mala faciens fructũ bonum. Per arborẽ intelligi voluntatẽ ipsemet dñs exponit/subiungens thesaurũ cordis:per fructum autẽ intelligi non solum exteriorẽ operationem sed etiam locutione exponit/subiungendo ex abũdantia cordis os loquitur. Et aduerte vt distinguas inter fructum & effectum cõsequentem fructũ/inter operationis q̃ locutionis ꝓducere:cum quo tamen stat q̃ ex illa operatione seu locutione sequat̃ bonus effectus. Verbigratia euangelizans ꝓpter inanẽ gloriam

malum fructum producit/quia prædicatio ipsa peccatum est:effectus tamẽ concomitans(puta cõuersionis auditoꝝ ad pœnitentiam)bonus est:sed non a mala volũtate prædicãtis/sed a bona volũntate audientis.Et similiter quũ aliquis dat eleemosynã propter inanẽ gloriam/eleemosyna ipsa peccatũ est, releuatio autẽ pauperis subsequens bona est:sed non est fructus malæ voluntatis dantis/sed est fructus rei quæ datur.Manet ergo semp solida iesu christi regula/q̃ non põt mala voluntas bonũ opus facere neq; bona malum. Vnde quũ ad bonum finem malas operationes ꝓprias homo ordinat/non est hic fructus bonæ volũtatis. Unaqeqꝝ enim arbor ex fructu suo cognoscit. Non solũ quãtum ad esse/ sed etiam quãtum ad cognitionẽ,regulam infallibilis cõnexionis inter bonam voluntatẽ & bonã operationem/malam voluntatẽ & malam operationẽ tradit dñs. Ita q̃ non est temerariũ iudicium a propria operatione iudicare voluntatẽ. Neqꝝ enĩ de spinis colligunt ficus:neqꝝ de rubo vindemiãt vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bonũ:¶ malus homo de malo thesauro ꝓfert maluꝫ.Ex abundantia enim cordis os loquit̃.Legendũ est.loquit̃ os eius.¶ Quid autem vocatis me dñe dñe,¶ non facitis quę dico.Secũdum generale documẽtum est de vanitate professionis fidei sine opere. Est.n.sensus q̃ frustra vocatis me dñe dñe(hoc est ꝓfitemini me dñm/duplicando orationẽ orationibus/precibus/exteriori cultu/& similibus)si nõ facitis quę dico.¶ Omnis qui. Tertium generale documentũ est de stabili ꝓposito benefaciendi/fundato super christũ. Intendit siquidem declarare quis est bñfaciens apud deũ. Dixerat.n.priore documento q̃ pfessio fidei sine facere ea quæ iesus dicit/vana est:nunc autẽ declarat q̃ non quilibet modus faciendi præcepta christi sufficit ad hoc vt sit bñfaciens apud deũ,sed requiritur q̃ habeat cor fundatũ/firmum/& quãtum est ex se imutabile ad facienda ꝓcepta iesu christi. Et docet hoc distinguendo inter bñfacientes quo ad hoc q̃ aliq bona opera faciũt sine deliberato imutabiliter ꝓposito pseuerandi contra tentationes mundi/carnis & dæmonis:aliqui autẽ bona opera faciunt cum deliberato ꝓposito pseuerandi & pugnandi cõtra tentationes.Primi.n.assimilant ædificanti domũ super terram sine fundamẽto:alteri autẽ assimilantur ędificanti domũ super petram. venit ad me.fide.¶ audit.studio.sermones meos.¶ facit eos.vere coram deo.ostendam vobis cui similis sit.Similis est homini ędificanti domũ,qui fodit in altuꝫ. Legendum esset/qui fodit & ꝓfundauit. Significat.n.q̃ fodit in ꝓfundum pro fundamento ponendo. Per quod intelligit̃ hominis ꝓpositum ad intima cordis penetrare debere.¶ posuit fundamentũ supra.pro.super/petrã.Per quod significat̃ soliditas ac firmitas ꝓpositi manendi in christo innixi christo. Vbi aduerte in similitudine hac tria dici de fundatione domus.s.fossionẽ/profundationẽ/& petratum positionem pro fundamẽto. Inundatione autẽ facta illisum est flumen domui illi. Vniuersę tentationes per hoc significantur.¶ non potuit eam mouere.¶ fundata enim erat super petram. Bene nota dici q̃ exterior illisio nõ potuit eam mouere/ad differentiã casus seu ruinæ ꝓuenientis desuper.Et hoc dicimus ꝓpter petrum/dauidẽ/moysen/& similes,qui deserente eos diuina gratia/ceciderunt.q̃is enim ędificassent domos suas super petrã/& ab exterioribus tentationibus non fuissent moti,deserente tñ modicũ eos diuina gratia ceciderunt. Cuius signũ est q̃ minimis occasionibus non magnis tentationibus ceciderunt.Qui autẽ audit ¶ non facit.cum firmo ꝓposito oia seruandi q̃is velleitatẽ habeat oia seruandi.similis est homini ędificanti.pro.qui ędificat/domũ suam super petrã sine fundamento.in quã illisus est fluuius:¶ ꝓtinuo cecidit:¶ facta est ruina.pro.fractura/domus illius magna. Vbi e regione describi vides ruinã hominis qui cõgeriem operũ suoꝝ ædificauit sup non integrum seu non firmũ vsq; ad intima cordis penetrans ꝓpositum pseuerandi in oĩbus.vel propositum non fundauit sup christũ:hoc est non est fiducia eius innixa sup christũ/sed super viribus ꝓprii animi. Vtroq;.n.mõ deest verum fundamentũ.Propter primũ siqdem deest ꝓfunditas:& ꝓpter secũdum deest petra.Nec aliunde ruina domus describit̃ q̃ ex impetu fluuii:imo adiungit̃ q̃ cõtinuo cecidit ex fluuii illisione.vt intelligamus ex defectu fundamenti,puenire ruinã:cuius oppositũ est in domo fundata sup petram.At si duriusculã forte putas hanc expositionẽ,considera diligentius textũ:& vbi cõpereris audi tores iesu distinctos penes facere vel nõ facere(quæ sunt extrema cõtradictionis,inter quę nullum põt etiã fingi mediũ)& oẽs qui faciunt cõprehensos explicite sub iis qui ædificarunt sup petrã,perpendes reliquos oẽs appellari nõ facientes/& cõprehendi sub iis qui ædificarunt sup terram sine fundamento. nec miraberis si magna multitudo christianoꝝ sub hoc mẽbro a iesu describit̃:quũ pauci sunt electi.

CAPVT .VII.

Cum autẽ implesset omnia verba sua in aures plebis/intrauit capharnaũ. Centurionis autez cuiusdam.Hæc gesta & dicta circa curationẽ serui centurionis/exposita vide matth.8.Ordo tũ rei gestæ hic explicatur.seruus.Clare hinc cõstat non filium fuisse centurionis,sed seruũ seu famulum. male habens.erat moriturus. hoc est in periculo mortis. qui illi erat prẽciosus.hoc est charus & in precio habitus. Et quũ audisset de iesu.miracula & aduentum eius in capharnaũ. misit ad eum. Hæc prima missio a matthæo significat̃ accessus centurionis: quia vere accessit per seniores iudæoꝝ ad iesum,q̃is non per seipsum.seniores iudeoꝝ.Centurio gẽtilis recognoscens seipsum inferiorẽ iudæis electis a deo ad cultum vnius dei/arbitratus est se non esse

dignum ad hoc vt accederet ad iesum:& propterea misit ad eum seniores iudæoꝝ tanꝯ personas ido/
neas. Vnde non accessit sed plusꝯ accessit ad iesum.& ꝓpterea matthæus dicit ꝙ accessit/intẽtionem
describens centurionis.rogans eum vt veniret ⁊ sanaret seruũ suum. Quia non quadrat intẽtioni
& verbis centurionis subiunctis istam petitionẽ iniunctam fuisse a centurione,ideo intelligendum est
lucam scripsisse petitionẽ centurionis ꝑm sensum/quo intellecta est a senioribus iudæoꝝ qui erant nũ/
cii. Centurio siquidẽ misit seniores ad iesum:nec aliud eis iniunxit nisi quod matthæus refert a centu/
rione dictum.s.puer meus iacet in domo paralyticus & male torquet.sed seniores iudæorũ nescientes
magnitudinẽ fidei & humilis cordis centurionis,intellexerunt centurionẽ cupere vt iesus veniret/& sa
naret illum:quũ tñ centurio non cuperet nisi vt sanaret.Et ꝓpterea lucas describit petitionẽ centurio/
nis ꝑm sensum quẽ intellexerũt & executi sunt seniores/dicẽdo rogans eum vt veniret & sanaret. At illi
quũ venissent ad iesum,rogabant eũ solicite.pro.studiose.seu sedulo.dicentes ei. Supfluit ei.q2 di/
gnus est vt hoc illi ꝓstes. Apposuerunt seniores rõnes.tum ex pte animi.diligit.n.gentẽ nostrã.In
quo aperiẽ ꝙ centurio nõ erat iudæus. Tum ex parte opis religiosi.⁊ synagogã ipse ædificauit nobis.
erat.n.synagoga locus publicus dicatus ad doctrinã diuinę legis & orationẽ. Jesus aũt ibat cũ illis.
Et quũ iam non longe esset.pro.abesset/a domo,misit ad eũ centurio. Altera hæc missio scribit a
matthæo sub forma rñsionis:qa vere rñsio fuit ad verba & aduentũ iesu ad domũ centurionis. Annue/
rat.n.iesus senioribus/& veniebat cum illis versus domũ centurionis:quo audito centurio misit istos
amicos ad obuiandũ ne veniret.quod fuit vere respõdere oblato & inchoato aduentui.amicos.pecu/
dubio etiã iudæos.dicens. Dñe noli vexari(non enim sum dignus.pro.idoneus.seu sufficiens. vt
sub tectũ meum intres. Ꝓpter qõ ⁊ meipsum non sum dignũ arbitratus vt veniré ad te. Hinc
clare apparet quod supra diximus.s.ꝙ centurio nõ petiit vt veniret.manifestat.n.his verbis ꝙ a princi
pio quo misit/arbitratus est se non esse dignũ vt cõpareret coram iesu:& ꝓpter eandem rationẽ arbitra
ri se indignũ tanto hospite.)sed dic verbo ⁊ sanabit puer meus. Profitet centurio nõ solum ꝙ põt
sanare(quod etiã leprosus pfessus fuerat)sed ꝙ solo imperio poterat absens sanare. Nam ⁊ ego hõ
sum sub ptãte constitutus/habens sub me milites:⁊ dico huic vade/⁊ vadit:⁊ alio.pro.asi/veni
⁊ venit:⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit. Quo audito/iesus miratus est. Deest.enim. Significat.n.mate/
ria admirationis ipse centurio/per amicos tantã profitens fidem & humilitatẽ. Et conuersus/sequenti/
bus se turbis.pro.sequenti se turbe/dixit.amen. Supfluit amen.dico vobis/nec in israel tantã fidẽ
inueni. Et reuersi qui missi fuerant domũ,inuenerunt seruũ qui languerat sanum. Tacet hic lu/
cas multa iesu verba a matthæo relata.inter quæ continetur ꝙ dixit iesus centurioni per amicos illos:
vade/sicut credidisti fiat tibi. Secũdum rem iesus dixit vadite(quoniã amicos centurionis remisit)sed
matthæus coactus est vti numero singulari/quia introducit centurionẽ accessisse.ita ꝙ centurioni in
amicis dictum intellige vade.Reliqua(vt diximus)expositasunt matth.8.

Et factum est deinceps/ibat iesus in ciuitatẽ quę vocat naim. Ciuitas dicit in galilea in sorte za/
bulon/sita sub monte tabor. Et ibant cum eo discipuli eius. Deest.multi/⁊ turba copiosa. Cum
autem approp̃inquaret portę ciuitatis,ecce defunctus efferebat filius vnicus.pro.vnigenitus/
matris suę.⁊ hęc vidua erat:⁊ turba ciuitatis multa cũ illa. Quã qñ vidisset dñs,misericordia
motus sup eam. Materia misericordiæ manifesta est:vidua.s.priuata vnigenito filio adolescentulo.
ita ꝙ ex ætate apparet ꝙ nõ relinquebat matri nepotẽ.dixit illi.noli flere.qa nunc restituet tibi filius.
Et accessit:⁊ tetigit locũ. Ji aũt qui portabant/steterunt. Et ait.adolescens.pro.adolescentule/
tibi dico surge.Considera modũ resuscitandi.non sicut elias aut eliseus precando aut incũbendo sup
puerũ/sed impetando,solo verbo/non tangendo etiã adolescentulũ: solum.n.locutũ tetigit.statim resu
scitauit,non adhuc iacentẽ in lecto/sed extra portã ciuitatis iam delatum vt sepeliretur. Et resedit. vt
clara pateret resurrectio.qui erat mortuus.pro.qui fuerat mortuus:⁊ cepit loqui.vt clare oẽs perci
perent vere viuũ. Et dedit illum matri suę.Fructus miraculi/fructus misericordiæ significat per hoc ꝙ
datur matri. Accepit aũtẽ oẽs timor.dei.Hic est fructus miraculi in aliis,intus timor/& foris glorifica
tio dei. ⁊ magnificabant.pro.glorificabant/deũ,dicentes q2 prophẽta magnus. ꝓmissus a moyse
deute.18.surrexit in nobis Jt q2 deus visitauit.tanto prophẽta.plebẽ suam. Et exiit hic sermo in
vniuersam iudęã de eo,⁊ omnẽ circa regionẽ.pro.⁊ omnem circũiacentẽ regionem.Miraculum
siquidem hoc tam publice patratum est & tam stupendum fuit/vt non sit admiranda diuulgatio eius.
Et nunciauerunt ioãni.in vinculis constituto.discipuli eius de omnibus his.

Et conuocauit duos de discipulis suis ioãnes:⁊ misit ad iesum/dicens.tu es qui venturus es
pro.q venturus erat. seu ille veniens. an alũ expectamus? Quũ aũt venissent ad eũ viri/dixerũt.
Joãnes baptista misit nos ad te/dicens.tu es qui venturus es.pro.ille venturus.seu veniens.an
aliũ expectamus? In ipsa aũt hora multos curauit a languoribus suis ⁊ plagis.pro.flagellis.
Significant.n.morbi flagella diuina.⁊ spiritibus malis:⁊ cęcis multis donauit visum. Et ridens
dixit illis. Euntes renũciate ioãni quę audistis ⁊ vidistis:q2 cęci vident/claudi ambulãt/lepro si
mundant/surdi audiunt/mortui resurgunt/pauperes euangelizant.⁊ beatus est quicũq; non

fuerit

fuerit scandalizatus in me. Et quum discessissent nuncii ioãnis,cepit de ioanne dicere ad tur
bas. Quid existis in desertu videre,arundinẽ vento agitatam? sed quid existis videre,hominẽ
mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa.pro.gloriosa/⁊ deliciis sunt,in domi/
bus regũ sunt. Sed quid existis videre,prophẽtã? vtiq; dico vobis ⁊ plus q̃ ꝓphetã. Hic est
de quo scriptũ est.ecce mitto angelũ meum ante faciẽ tuam,qui pręparabit viam tuam ante te.
Dico enim vobis maior inter natos mulierũ prophẽta ioanne baptista/nemo est:qui autẽ mi
nor est in regno dei,maior est illo. Historia hæc cum oibus hic dictis,matth.xi.exposita est:& ꝓpter/
ea non repetenda duximus. Et omnis populus audiens ⁊ publicani. Intermpit lucas sermonẽ iesu
vt reddat rationẽ sequentium verboꝝ iesu.interrũpit aũt declarando q̃ acceptę fuerint laudes ioannis
baptistæ apud populũ & publicanos baptizatos a ioãne:distinguẽdoq; eos a phariseis & legisperitis
non baptizatis a ioãne. Contra hos.n.phariseos & legisperitos non acquiescentes ioanni nec ipsi iesu
rendunt directe verba sequentia.s.cui ergo assimilabo. iustificauerũt deũ baptizati baptismo ioãnis.
id est iustum(hoc est veracẽ)laudauerunt deũ super baptismo ioãnis.audientes.n.ioãnem sic laudari a
iesu,laudauerunt deũ tanꝯ veraciter adimpleturũ promissa baptizatis a ioãne. Pharisei aũt ⁊ legis/
periti cõsilium dei sprenerunt in semetipsos. hoc est aduersus semetipsos:hoc est in malum ꝓpriũ.
Significat.n.q. spernendo baptismũ ioãnis spreuerunt cõsilium dei in suum propriũ malum. non ba
ptizati ab eo. Dixit aũt dñs. Istæ tres dictiones non sunt de textu:sed interpositæ sunt ab interprete ad
claritatem cõtinuationis. Euangelista.n.interiecta distinctione legisperitorũ a plebe/continuat sermo/
nem iesu. Cui ergo similes dicaꝫ.pro.assimilabo/hoies generationis huius:⁊ cui similes sunt?
Similes sunt pueris sedentibus in foro,⁊ loquẽtibus.pro.acclamãtibus/adinuicẽ,⁊ dicẽtibus.
Cantauimus vobis tibiis ⁊ non saltastis:lamentauimus. Deest.vobis/⁊ non plorastis. Venit
autẽ.pro.enim/ioãnes baptista neq; manducans panẽ neq; bibens vinũ:⁊ dicitis demonium
habet. Venit filius hois mãducans ⁊ bibens:⁊ dicitis.ecce homo deuorator.pro.edãx/⁊ bibẽs
vinum.pro.vinipotor,amicus publicanoꝝ ⁊ peccatoꝝ. Et iustificata est sapientia ab oibus filiis
suis. Explicata phariseoꝝ & legisperitoꝝ generatione mala/explicat generatio acquiescentium ioãni
baptistæ & iesu,appellando eam ꝙ sunt filii sapientiæ. Est.n.sensus ꝙ quis repulsa sit diuina sapientia
per ioãnem & iesum ꝓdicata,est tñ iustificata/hoc est verax facta,ab oibus filiis suis/ab oibus(nullo ex
cepto)filiis sapientiæ:hoc est electis.vere filiis diuinæ sapientiæ:dum credentes ioanni & iesu,exercent
opera ꝑm diuinæ sapientiæ dispositionẽ/regulas & ordinem.Reliqua vide exposita matth.xi.

Rogabat autẽ illum quidã de phariseis. Nomen huius phariseꝰ inferius explicat simon. vt man
ducaret cuꝫ illo. Et ingressus domũ phariseꝰ/discubuit. Et ecce mulier. Nomẽ mulieris huius ta
cetur a luca ꝓpter honorẽ mulieris/quũ describitur peccatrix:quã tñ ioãnes.12.nominat mariã/descri/
bendo eam a laudabili officio ꝙ vnxerit dñm & exterserit pedes eius capillis suis:vt ibi declarabit. Lu
cas.n.sicut tacuit nomen vsitatũ matthei describendo eum publicanũ,ita modo tacet nomen mariæ
describendo eam peccatricẽ.quę erat in ciuitate.Nomen ciuitatis tacet,forte quia in partibus illis ap
pellatione ciuitatis intelligebat hierusalẽ.Ex eo.n.ꝙ ciuitatis mentionẽ facit & nullam nominat,videt
principalem ciuitatẽ significare:sicut etiã inferius ca.zz.dicit.ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ/oc/
curret vobis homo.Et cõstat ꝙ de hierusalẽ loquebatur. Aduerte tñ plus posse ex textu græco intelli/
gi.nam legit.Et ecce muli:r in ciuitate quæ erat peccatrix.vbi in ciuitate/põt iungi tam cum antecedẽ
tibus q̃ cum sequentibus.Et si quidẽ sequentibus iungat(vt interpres iunxit)expositũ est.Si autẽ ante/
cedentibus/demonstrando mulierẽ in ciuitate,significat ꝙ non peregrina nec rusticana sed ciuilis erat
hæc mulier.peccatrix.Genus peccati nõ explicatur:sed quũ mulier absolute dicitur peccatrix,peccata
carnis intelliguntur:vtpote mulieribus ꝓpria quo ad infamiã.vt cognouit ꝙ iesus accubuisset in do/
mo phariseꝰ.Nacta cõmoditas mulieri huic significat ex accubitu iesu in domo phariseꝰ,aut ex vici/
nitate/aut ꝙ in eadẽ domo in alia tñ contignatione habitaret:& forte sanguine iuncta erat phariseo.
omnino.n.necessitudo aliqua inter eos coniicit/ex eo ꝙ mulier hæc ausa est phariseꝰ domum introire
tanꝯ cõmodam:ptæcipue quum phariseꝰ huiusmodi cõsortia horreret/aut horrere se simularet.An
autẽ domus hæc phariseꝰ fuerit in ciuitate hierosolymitana an in castello bethaniæ, incertũ habeo.
textus iste non dicit domũ istam fuisse in ciuitate/sed mulierem peccatricẽ in ciuitate:significãs ꝙ erat
peccatrix in ciuitate hierosolymitana,& nõ explicans an tunc fuerit in bethania an in ciuitate. attulit
alabastrum.piridẽ ex alabastro.vnguenti. Et stans. Corporalis situs significat.retro.ne inuerecun/
dam putares & impudentis audaciæ. Idẽq; significat ex eo ꝙ non iuxta caput aut latus/sed iuxta pedes
iesu se locauit.secus pedes eius. Deest.flens/lachrymis cepit rigare pedes eius:⁊ capillis capitis
sui tergebat/⁊ osculabat pedes eius/⁊ vnguento vngebat. Nõ dicit rigauit sed cepit rigare:quia
stans in tantũ prompsit fletum/vt anteq; se inclinaret inciperet rigare lachrymis pedes eius. Quattuor
officia hic cõspice:abluere lachrymis pedes iesu/capillis tergere/osculari eosdẽ/& demum vngẽto vn
gere. Nouum & inauditũ genus oblationis ac sacrificii pro peccatoꝝ venia adinuenit hęc mulier,pro/
cul dubio a spũsancto inspirata. Videns aũt phariseus qui vocauerat eũ,ait intra se dicens. hic si

esset prophetā,sciret vtiq; que ⁊ qualis est mulier que tangit eum:q2 peccatrix est. Ignorantiæ personæ ascribit pharisæus q̄ iesus permittat pedes suos tangi a peccatrice:putans q̄ si sciret iesus illā esse peccatricem non permitteret se tangi ab illa.Et hinc minorem concipit de iesu opinionē,non arbi trans etiā cum esse ꝓphetam. Quum tñ etiam in hoc erraret pharisęus:quia etiam veri ꝓphetæ igno rant aliqua quæ sunt facti:vt patet de eliseo/dicente.aīa illius in amaritudine est/& dñs celauit a me.

Et rñdens iesus/dixit ad illū.simon habeo tibi aliq̄d dicere.At ille ait.magister dic. Duo debi tores erant cuidā feneratori.pro.creditori:vnus debebat denarios q;gentos,⁊ alius.pro.alter/ quinquaginta. Non habentibus autē illis vnde redderēt/donauit vtriq;.Quis.pro.vter/ergo Deest.ipsorū. Ita q̄ legendū est.vter ergo ipsorū dic plus eum diligit.pro.diliget:Rñdens simon dixit.estimo.pro.existimo/q2 is cui plus donauit. At ille dixit ei.recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē/dixit simoni. Vides hanc mulierē:intrauī in domum tuam:aquā pedibus meis non dedisti:hec autez lachrymis rigauit pedes meos,⁊ capillis suis.pro.capillis capitis sui/ter sit. Osculum mihi non dedisti:hec autez ex quo intrauit/non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti:hec aūt vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi:remittunt ei.pro.eius/peccata multa,qm dilexit multū. Inuersa cōclusio infertur.nam ex dictis inferendū erat. quoniam remittunt peccata eius multa/ideo diligit multū:& rñ infertur q̄ quia dilexit multum,ideo dimittunt peccata eius multa. ℣ Solutio est q̄ hec duo cōuertibiliter sese cōsequuntur.Et ꝓpterea licet vtrunq; inferre,& vtrunq; iesus intulit.multa remissio & multa dilectio/mutuo se inferunt:& filt parua remissio & parua dilectio. Sed vltra hoc docuit iesus in his verbis rationē causalitatis:q̄.ſ.dilectio est causa remissionis velut pficiens:remissio autē est causa dilectionis velut disponens.disponimur enī ad amandum benefactorē ex accepta remissione debiti:sed nō petficitur in nobis peccatorū remissio/nisi charitate diuina infusa.Ne itaq; intelligeremus similitudine de remissione debitarū pecuniarū/per oīa currere cum remissione peccatorū,mutauit iesus causalitatē. In remissione.n.debitarum pecuniarū,ex remissione sic disponimur ad amandū/vt amor non perficiat remissionē sed sequatur ad eam ex nostra voluntate:in remissione aūt peccatoꝝ aliter est.nam remissio non petficitur nisi in dilectione.que etiā magis ex deo est q̄ ex nobis:quia infundit gratuito a deo. Et ꝓpterea dñs intulit/remittunt eius pecca ta multa quoniā dilexit multū. ℣ Vbi etiam nota q̄ non dixit qa dilexit multotiens/sed multū:vt hinc discas non oportere ad delendū centū peccata/exigi centum actus diligendi/exigi centum cōritiones; quoniam semel diligere multū/delet innumerabilia peccata. Cui autē minus.pro.parū.seu paulum. dimittit,minus.pro.parum/diligit.Ecce altera cōclusio adequans dilectionē remissioni. ℣ Vbi ma gna occurrit quæstio:qa sequitur q̄ ioānes baptista cui parū dimittitur parū diligat,si verū est vniuer saliter q̄ cui parū dimittit parum diligit. ℣ Solutio est q̄ sermo iesu est formalis:hoc est de debitoribus quatenus debitores sunt/de peccatoribus inquātum peccatores sunt.infra siquidē hanc latitudinē fo lam loquendo/vniuersaliter verū est q̄ cui parum dimittitur parū diligit:quod est dicere q̄ quātum est ex beneficio remissionis/parua remissio parit paruam dilectionē. Cum quo tñ stat q̄ aliūde cui parum dimittitur/maxime diligit.& sic ioānes baptista maxime dilexit aliunde q̄ ex remissione peccatoꝝ eius. Dixit autē ad illam.remittunt tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. quis est hic.Paulo ante simon nec ꝓphetam reputabat iesum:modo aūt stupens cogitat quis est hic! Et vere stupendū erat:quia non homo tantū sed deus erat hic.qui etiam peccata dimittit! Dixit autē ad mulierez.Fides tua te saluam fecit.Præter officia exteriora/duas in hac muliere internas virtutes habes ex verbis iesu:fidem.ſ.& charitatē.Spes.n.in officiis eius satis patebat.nisi.n.ſperasset veniam,nō tot fecisset.Fides igitur per dilectionē operans te saluam fecit. ℣ Vbi prudens lector co lige diuinā mi sericordiam remittentē peccata/non remittere peccata nobis dormientibus,sed cooperātibus fide/spe ac dilectione:sine qua nulla est remissio,quantacūq; sit fides ac spes.Et signū in nobisipsis hinc datum/ ad cognoscendū si nobis dimissa sunt peccata multa.ſ.si diligimus multū.nam si nō diligimus multū/ non remittunt peccata nostra multa:& si remittūtur nobis multa nostra peccata/diligimus multum, iuxta has dñi regulas. vade in pace. Sentiebat intus mulier fructum magnū ex præsentia iesu:& pro pterea percepta venia peccatoꝝ & cōmendata eius fide,non recedebat/nisi iesus suauī pcepto recessum imperasset. Vnde nō absolute dixit vade/sed addidit in pace.tum ad cōtinuandum internam mulieris consolationē.tum futurum illius statum pfigendo pacificū:quod postea rei pbauit successus.

CAPVT .VIII.

ET factum est deinceps:⁊ ipse iter faciebat per ciuitates.Deest singulas.Legendū est.per singulas ciuitates.vt intelligamus sigillatim visitari ciuitates a iesu,& nō in genere prędi casse ipsum ciuitatibus.⁊ castella ꝓdicans ⁊ euangelizans regnū dei. Materia pdica tionis & annūciationis significat regnum dei/non regnū mundi. In quo cōprehenduntur oēs virtutes in hac vita:& oīs felicitas in futura. Et duodecim cum illo.Comitantē iesum prædicātem vt discant oīa & vbiq; duodecim apostoli. Et mulieres aliquę. Fœmineus sexus non repellit a socie tate iesu.quę erant curatę.dupliciter.Quo ad animā.a spiritibus malignis.Et quo ad corpus.⁊ in

firmitatibus. Intelligo tamen hæc respective: non q̄ omnes fuerint ægrotæ. Ydaria que vocatur magdalene.Magnum argumentū hinc habetur q̄ hæc matia est illa peccatrix descripta in præcedēti capitulo:quoniā in appellatione nominū vsus præfertur.cōstat autem cōmuni vsu nominū appellari mariam magdalenā peccatricem illā.sic enim accepimus a patribus nostris/& illi ab auis/& illi ab atta uis &c.ita q̄ vsus iste ab apostolorū rempore videt incepisse.Propter quod lucas tanq̄ a notissima ap pellatione describit eam/quæ vocat magdalene.Dicitur aūt q̄ vocatur magdalene a magdalo galileæ oppido cuius erat dña.nullam.n.aliam cōis vsus vocat magdalenā.de qua septē dęmonia exierant. Perseuerat lucas in abstinentia a turpibus adiectiuis huius mulieris.Noluit dicere quæ subiecta fuerat vniuersis vitiis:sed excusando quodāmodo eam & dæmones accusando,dicit de qua exierant septem dæmonia/septē vitia quibus possidebat a dæmoniis.Septenarius.n.numerus vniuersitatis est index he breo more.vnde & septem angeli & septē candelabra &c. describunt.quia septē dies apud moysen vni uersa cōprehendūt.⁊ ioāna vxor chuzę procuratoris herodis.Non sine mysterio euangelista etiam coniugatam mulierē describit sequacē iesu:non q̄ inuito viro hoc faceret(quoniā iesus non venit ad dirimendum cōiugia/qui venit ad adimplendū legem)sed vt deuotionē mulieris simul & viri hoc cō cedentis/ad aliorū exēplum scriberet.⁊ susanna ⁊ alię multe. Que ministrabant ei.More fuisse aiunt apud hebræos vt honestæ mulieres sequerentur spirituales doctores qui discurrebant pdicando/& mini strarent eis de facultatibus suis. Et ꝓpterea antiquū sectantes morē mulieres istæ sequebant iesum. de facultatibus suis.Hinc apparet q̄ nō erant pauperes:imo siquæ pauperes quādoq; comites erant(vt salome mater filiorū zebedęi)quæ non ad hoc ibant vt ministrarent de suis facultatibus/sed solum vt audirent verbum dei,viuebant vt verisimile est sumptibus istarum diuitum.

Quum aūt turba plurima cōueniret ⁊ de ciuitatibus.pro.⁊ de singulis ciuitatibus/propera rent ad eum,dixit per similitudinē. Exiit qui seminat seminare.pro.vt seminaret/semen suū. Et dum seminat.pro.seminabat/aliud cecidit secus viam:⁊ conculcatū est:⁊ volucres celi comede runt illud. Et aliud cecidit supza.pro.super/petrā:⁊ natum aruit,q2 non habebat humorez. Et aliud cecidit inter spinas:⁊ simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrā bo nam:⁊ ortum fecit fructū centuplum. Hęc dicens clamabat.qui habet aures audiendi audiat. ℣ Interrogabant aūt eum discipuli eius que esset hęc parabola.Quibus ipse dixit. Vobis da tum est nosse mysteriū.pro.mysteria/regni dei:ceteris aūt in parabolis:vt videntes nō videant ⁊ audientes nō intelligant.Hæc verba vide expolita mar.4. Reliqua spectantia ad hanc parabolam vide expolita matth.13.Est aūt hęc parabola. Semen est verbum dei.Qui autem secus viam,hi sunt qui audiunt:deinde venit diabolus ⁊ tollit verbum de corde eorū/ne credentes salui fiant. Nam qui supza.pro.qui aūt super/petram:qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. ⁊ hi radices.pro radicē/non habent:q2.pro.qui/ad tēpus credunt,⁊ in tēpore tentationis rece dunt. Quod aūt in spinas cecidit:hi sunt qui audierunt ⁊ a solicitudinibus ⁊ diuitiis ⁊ volu ptatibus vitę euntes suffocant,⁊ non referunt fructum. Quod aūt in bonam terrā:hi sunt qui in corde bono ⁊ optimo.pro.honesto ⁊ bono. Significatur enim cor honestū a morali virtute,bo num aūt ab exercitio vtili.Diuersitas siquidē cordium diuersis gradibus electoꝝ significatur.alii enim sibiipsis tantū/alii sibi & aliis boni sunt in studiis suis:dum alii cor applicant cōtemplatiuæ vitæ aut soli propriæ saluti,alii vitæ actiuæ aut aliorū incūbunt spirituali saluti.audientes/verbum retinent. ⁊ fructum afferunt in patientia. Non sufficere cor honestum & vtile nisi adsit patientia in sustinen do aduersa & iniurias quascunq;,edocet dominus a similitudine terræ quæ quantūuis optima non af fert fructum nisi patiendo aratrum & similia.

Nemo aūt lucernam accendens operit eam vase,aut subtus.pro.subter/lectū ponit:sed super candelabrū ponit,vt intrantes videant lumen. Dixerat vobis datum est nosse mysteria regni dei:ne intelligerent sibi solis credita hæc mysteria/sed ad hoc manifestata vt pdicent mundo,monstrat ex tri plici capite q̄ debent hæc pdicare aliis. Primum caput penes intentionē ipsius iesu attendit:& decla ratur ex similitudine accendentis lucernā. Sicut enim accendens lucernā non accendit vt occultet/sed luceat,ita ego non accendo lucernā/euangelicā lucem in vobis ad operiendā eam,sed ad ponēdum sup candelabrū ecclesiæ meæ:vt intrantes in ecclesiam meā videant euangelicū lumen. Non est enim oc cultū qđ non manifestet:nec absconditū qđ non cognoscat,⁊ in palam.pro.apertū.seu ppatulū. veniat. Secūdum caput penes naturā seu conditionē rerum euangelicarū attendit:quia ex natura sua sunt honesta necessaria & vtilia ad salutē humani generis.hæc.n.ratio significat dicendo.non est enim occultum/euangelicū aliquid,quod nō manifesterur &c. Videte ergo quid.pro.qđo/audiatis.Hinc clare apparet q̄ de doctrina sua/de mysteriis euangelii dixit,non est aliquid occultū quod non manife stetur:aliqn nō intulisset monitionē hanc videte igitur qđo audiatis/ad prędicandū aliis & non pro vobis solis. ℣ Qui.pro.quicūq;/enim habet,dabit illi:⁊ quicūq; non habet,etiā qđ putat se ha bere,auferetur ab illo.Tertium caput penes eoꝝ proprium dānum & lucrum attenditur. Et intendit q̄ quicunq; mysteriorū notitiam habet recto vsu/lucrabitur:dabit enim recte vtenti habitis/ampliot

adhuc nouria. ab eo autem qui non habet per rectum vsum/qui habitis non recte vtitur(quod pinde est ac non habere)etiam quod putat se habere, auferet ab illo. datur. n. in reprobum sensum vt abutat habitis aut etiam naturalibus: vt latius matth. 13. declarauimus.

Venerunt autem ad illum mater ⁊ fratres eius. Hic aduētus matris clarius describitur mar. 3. Intelige autem fratres hebraico more consanguineos. ⁊ non poterant adire eum pre turba. Et nuncium est illi/mater tua ⁊ fratres tui stant foris/volentes te videre. Qui respōdens/dixit ad eos. mater mea ⁊ fratres mei hi sunt, qui verbum dei audiunt ⁊ faciunt. Prædicabat actu iesus dum hoc ei diceretur: vt matthęus. 2. testatur. Et propterea ꝑm naturam negocii diuini/matrem & fratres appellauit audientes & facientes verbum dei.

Factum est autē in vna dieꝝ: ⁊ ipse ascendit in nauiculam. pro. nauim/⁊ discipuli eius: ⁊ ait ad illos. transfretemus trans stagnū. Et ascenderunt. pro. recesserunt. Significatur enim executio navigationis/non cōscensus discipulorꝝ in nauim. Nauigantibus autez eis/obdormiuit: ⁊ descendit procella venti in stagnuꝝ: ⁊ cōpellebantur. pro. cōplebantur. supple aquis. ⁊ periclitabant. Accedentes autē suscitauerunt euꝝ/dicentes. preceptor. Reperendū est: & legendū. preceptor preceptor perimus. Timor & instantia suscitantium duplicatione significatur. At ille surgens. pro. exper gefactus/increpauit ventū ⁊ tempestatē aque: ⁊ cessauit: ⁊ facta est tranquillitas. Dixit autē illis. vbi est fides vestra? Qui timentes/mirati sunt, adinuicē dicentes. Quis putas hic est? quia ⁊ ventis ⁊ mari imperat/⁊ obediunt ei. Vide matth. 8. & mar. 4. exposita circa hoc miraculū in nauicula.

Et nauigauerunt ad regionē gerasenorꝝ. pro. gadarenorꝝ: que est contra galileā. Et quū de nauigressus esset ad terrā, occurrit illi vir quidā. Deest. e cuitate. Significatur. n. homo ciuilis. qui habebat dēmoniū. pro. dēmonia iam. Deest. a. Legendū enim est. iam a tēporibus multis. vt antiqua significet vexatio. ⁊ vestimento non induebat: neqꝫ in domo manebat, sed in monumētis. Is vt vidit iesum/procidit ante illū: ⁊ exclamans voce magna/dixit. quid mihi ⁊ tibi est iesu fili dei altissimi? obsecro te ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab hoie. Hinc clare patet præceptū iesu ad exeundum fuisse tormentū diaboli. erat. n. cōpulsiuum ad exeundū contra libertatem tum potentiæ tum voluntatis ipsorꝝ dæmonū: & ꝓpterea torquebat eos. Multis. n. tēporibus arripiebat. pro. corripuerat/illuꝝ: ⁊ vinciebat catenis/⁊ cōpedibus custodiebat: ⁊ ruptis vinculis agebat a dēmono in deserta. Interrogauit autē illum iesus. Non interrogat vt cognoscat ignotum aliqd/sed vt magnitudo miraculi cognoscat: & humana miseria qua vnus homo multitudini subiectus erat dæmonū perpendat ex hac occasione. dicens. qō tibi nomen est? At ille dixit. Legio: qz intrauerunt dēmonia multa in eū. Et rogauerūt illum ne imperaret illis. experimento enim sentiebant ꝙ solo imperio poterat illos cōpellere. vt in abyssum irent. Non ꝙ timerēt submergi aut suffocari in aquis: sed ne in locū carceris vbi olim ligata esset eorꝝ potentia mitterent. Erat aūt ibi grex porcorꝝ multorꝝ pascentium in monte. Marci. 5. dicitur circa montē: vt intelligamus in infima parte montis porcos fuisse. ⁊ rogabant eū vt pmitteret eis in illos ingredi. Hinc clare apparet potestatem dæmonū ligatam esse nō solum respectu hominū sed etiam rerū aliarum: aliogn nō rogassent iesum vt pmitteret eis ingressum in porcos. naturali siquidē sua potentia hoc possunt. Et pmisit illis. Exierunt ergo dēmonia ab hoie/⁊ intrauerūt in porcos: ⁊ impetu abiit grex per preceps in stagnum: ⁊ suffocatus est. Si rationē dāni quæris/nulla est quæstio: quia dns vniuersorꝝ est iesus. Si vero rationē facti ad literā quæris, apparet hoc ideo pmissum vt cognoscamus quātum debet humanū genus diuinæ puidentiæ, quæ non pmittit hoies qui a dæmoniis vexantur/occidi ab illis. facillime. n. potuissent hominē illum quē tanto tēpore vexauerant/occidere, qui tam facile potuerunt duo milia porcorꝝ submergere. Vt diuinæ itaqꝫ gratiæ tribuamus qeqd non patimur a dēmoniis/docere voluit hoc facto. Quod vt viderunt factū qui pascebant, fugerūt/⁊ nunciauerūt in ciuitatē ⁊ in villas. Exierunt aūt videre. pro. vt viderent/qō factū est: ⁊ venerūt ad iesum: ⁊ inuenerūt hominē sedentez a quo dēmonia exierant vestitū ac sana mente ad pedes eius: ⁊ timuerūt. Nunciauerunt aūt illis. qui venerāt ex ciuitate. ⁊ qui viderāt qūo sanus factus esset a legione. pro. a dēmoniis agitatus. Et rogauerūt illuꝝ ois multitudo regionis gerasenorꝝ. pro. circūiacentis regionis gadarenorꝝ vt discederet ab ipsis. Vide differentiā inter istos & nasarenos. isti. n. quis dānum passi/rogant iesum vt recedat: illi aūt nullo dāno affecti ad præcipitandū eum cōcurrerunt. qz magno timore tenebant̄. ne iacturam maiorē incurrerent. Reliqua circa gesta in hac regione gadarenorꝝ/vide exposita matth. 8. & mar. 5. Ipse aūt ascendens nauim/reuersus est: ⁊ rogauit illū vir a quo dēmonia exierant vt cum eo esset. Dimisit aūt euꝝ iesus/dicens. redi in domū tuam: ⁊ narra quāta tibi fecit deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem/predicans quāta illi fecisset iesus.

Factum est autē quū redisset iesus/excepit illū turba. erant enim oēs expectantes euꝝ. Deuotio populi galileī (non phariseorꝝ & scribarū) significat. Et ecce venit vir cui nomē iairus/⁊ ipse princeps synagogę erat: ⁊ cecidit ad pedes iesu/rogans eum vt intraret in domū eius: qz vnica filia erat ei fere annorꝝ duodecim, ⁊ hec moriebat. Et cōtigit. Supfluit & contigit. Dum aūt ipse iret/a turbis comprimebatur. pro. turbę suffocabant euꝝ. Describit euangelista iuxta humanum morem loquendi cōcursum turbarū/ita constrictionibus solemus dicere ꝙ suffocant illum. Et mulier quędā. pro. quę/erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim. Æquale tempus ætatis puellæ & ægritudinis huius mulieris/non casu narratur/sed ex intellecto ab euangelista mysterio quare diuina puidentia miracula hæc ꝑm hanc tēporis æqualitatem disposuit. ad mysterium. n. mystici sensus hæc spectare cognouit. Quod clare manifestatū est a sacris doctoribus: sed a nobis tacetur, quia solus sensus literalis sub nostri ꝓpositi intentione cōprehenditur. quę in medicos erogauerat. pro. insumpserat. nō enim donauerat sed sumptu cōsumpserat. omnem substantiā suam/nec ab vllo potuit curari. accessit retro/⁊ tetigit fimbriā vestimenti eius: ⁊ cōsestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait iesus. quis est qui me tetigit? Negantibus autē omnibus. Horū negatio referēda videtur ad cōtactum ex ꝓposito/ad differentiam cōtactus ex impulsu/rita ꝙ oēs negarunt ex proposito illum cōtigisse. Petri autē & discipulorꝝ verba de contactu quomodo intelligenda sunt: vt sic vtrique verum dixerint. dixit petrus ⁊ qui cum illo erant. Precęptor turbę te cōprimunt ⁊ affligūt. pro. afflictant. Crebra enim afflictio significat. ⁊ dicis quis me tetigit? Et dixit iesus. tetigit me aliquis. Assertiue legenda sunt. affirmat enim iesus ꝙ aliquis tetigit eum tactu ex ꝓposito. Quod & manifestat̄ subiungens. naz ⁊ ego noui virtutē. sanatiuam. de me exisse. exequēdo effectum sanationis. Videns autez mulier qz non latuit, tremens venit ⁊ procidit ante pedes eius: ⁊ ob quā causam tetigerit eum/indicauit cozaz omni populo: ⁊ quēadmodum cōsestim sanata sit. Quia miracula sua iesus ordinabat magis ad propagandā fidem noui testamenti q̄ ad salutem corporꝝ/& sciebat futurum tunc esse vt nunciaretur iairo mors filiæ/& ꝓpterea oportere iairi fidem cōfortari, ideo miraculū hoc manifestari voluit ꝑsente iairo/vt fides illius roboraret & augeretur. At ipse dixit ei. filia. Deest cōfide. Legendū est. Confide filia. Tremebat. n. mulier illa: & ꝓpterea cōfortat a iesu. fides tua te saluā fecit. Eriā verbo manifestat corā iairo quo tendit sua intētio/& quo obtinent miracula. Audientes. n. ꝙ fides illius mulieris in ipsum iesum sanauit eam, discere debebant credendū esse in ipsum. vade in pace.

Adhuc illo loquente venit quidam ad principē. pro. a principe/synagoge. Non ꝙ ab alio principe nuncius veniret ad iairū, sed ꝙ a domo ipsius iairi principis nuncius veniebat. Et significat per hoc ꝙ erat certus nūcius mortis/domesticus & nō casu nuncians mortē puellæ. dicens ei qz mortua est filia tua, noli vexare illum. pro. magistruꝝ. Sperabant enim ꝙ posset forte illā sanare dum viueret: sed postq̄ mortua est/nullā habebant spem ꝙ posset ipsam resuscitare. & ꝓpterea dicunt noli vexare magistrum. Acsi dicant. negocium est desperatū. Jesus autez audito hoc verbo, respondit patri puellę. Noli timere. Inuaserat enim eum timor irreparabilis vitæ ꝓpriæ filiæ. Crede tantuꝝ. Ecce ꝓpter quid voluit manifestari miraculū curatæ mulieris. ⁊ salua erit. Et quū venisset ad domū, non permisit intrare secum quēq̄ꝫ. in aulam in qua iacebat mortua puella. nisi petrū ⁊ iacobum ⁊ ioānem/⁊ patrem ⁊ matrez puelle. Flebant autē omnes/⁊ plangebant illam. At ille dixit. nolite flere: non est mortua puella. mihi/seu apud me, q̄uis vere sit mortua. sed dormit. quoniā tam facile possum eam suscitare a morte q̄ excitatur aliquis a somno. Et deridebant eum. non intelligentes mysterium verborꝝ iesu. Et hæc derisio ad cumulū spectat testimonii veræ resuscitationis subsecutæ. scientes qz mortua esset. Ipse aute. Deest. ejectis foras oibus. Ejecit siquidē omnes quos inuenit in aula in qua iacebat puella mortua: & remansit cum iis qui cū eo ingressi erant quinq̄ personis/in textu nominatis. tenens manum eius, clamauit/dicens. puella surge. Imperando suscitat acsi a somno excitaret/tenēdo manum & clamando: vt experimento cognoscerent mysterium verborū quæ dixerat/non est mortua puella sed dormit. Et reuersus. pro. conuersus/est spiritus eius. Describit enim lucas spiritū puellę ad similitudinem cōuersi ad corpus: tanq̄ prius auerlus fuerit a corpore. Et vere quadrat similitudo. nam in morte spiritus auertitur a corpore desinendo animare ipsum: in suscitatione autē quasi conuertitur ad viuificationem corporis. ⁊ surrexit continuo. Vt perfectum miraculū non solum restitutæ vitæ sed valetudinis monstraretur. Surrexit enim & ambulauit: vt alter euangelista testatur. Et iussit illi dare manducare. pro. ad manducandū. Vt omniquaq; veritas miraculi cōprobaretur: & nullus relinqueretur locus suspicandi phantasma esse. Et stupuerunt parentes eius. Quibus precepit ne alicui dicerent qō factum erat. Semper prudens magister inuenit iesus. quum oportuit manifestari miraculū curatæ fœminæ voluit non latere: mō autē quia non iminebat ibi necessitas firmandi fidem præsentium, indicit silentium/humilitatis affectu vero: vt alias declarauimus.

CAPVT .IX.

Conuocatis autē iesus duodecim apostolis/dedit illis. Vere deum se esse cōprobat/dando aliis potestatē super dæmones & ægritudines. vix enim inuenti sunt aliqui qui haberent huiusmodi potestatē: iesus autē non solum habet sed dat aliis. virtutez ⁊ potestatē. pro. potestatem ⁊ autoritatē. Data potestas/clare monstrat cōcessum apostolis vt ex potestate miracula facerent, & non solū precando. Data vero autoritas monstrat dignitatē ac præsidentiā quādam. super oia dēmonia ⁊ vt languores curarent. Crediderim ego distribuendas potestatē & autoritatē

ſic vt auctoritas intelligatur ſuper omnia dæmonia, poteſtas vero ſuper curandos langwores. Quadrat ſiquidem hic intellectus illi ſententiæ qua dñs dixit. hoc genus dæmoniorꝫ non eiicitur niſi in oratione & ieiunio. **Et miſit illos prædicare.** Hactenus duxerat ſecum duodecim apoſtolos vt diſceret a doctrina & exẽplo ipſius: modo inſtructos mittit ad prædicandũ. **regnum dei.** Illud idem quod ipſe prædicat, mandat ab apoſtolis prædicandũ: non reſeruans ſibi altius aliquid. ⁊ **ſanare infirmos.** Non ſolum dedit poteſtatẽ curandi: ſed etiã præcepit vſum poteſtatis. ¶ **Et ait ad illos.** Poſt inunctum officium poſt datam poteſtatẽ, modum eundi diſponit expeditũ. **Nihil tuleritis in via.** pro **in viam.** hoc eſt pro via pro viatico. Vniuerſa enim ſolita deferri a viatoribus prohibet. Et vt clarius intelligat diſcendit ad ſpecies quinq; vt ex his alia quæ nõ nominant intelligamus: puta poculum cuius nulla fit in ſpecie mentio. **neqꝫ virgam.** pro. **virgas.** hoc eſt arma quæcunq; etiã minima: qualia ſunt virgæ. **neqꝫ peram.** cum cibariis. **neqꝫ panem.** Non ſolũ diuerſa cibaria ſed etiã panem portandũ prohibet. **neqꝫ pecuniam.** pro ſumptu occurrente. **neqꝫ duas.** pro. **binas tunicas habeatis.** Duplicata prohibet veſtimenta: hoc eſt vnam tunicã pro itinere & alterã pro quiete. non enim prohibet veſtiri diſcipulos pluribus veſtimentis, ſed mutatoria phibet indumenta. **Et in quãcunqꝫ domum intraueritis, ibi manete: ⁊ inde ne exeatis.** Legendũ eſt affirmatiue & inde exite. Non præcipit ieſus clauſos manere domi, ſed præcipit non mutari domũ q̃diu in eadem eſſent ciuitate. Hoc enim ſignificeat dicendo. Et inde hoc eſt non ex alia domo, exite quũ migrabitis in aliam ciuitatẽ. Si. n. mutata fuiſſet domus, non manſiſſent in eadẽ donec exirent ex ciuitate: & ſic nõ inde exirent. **Et quicunqꝫ non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa etiã pulueré pedũ veſtroꝝ. pro. e pedibus veſtris excutite in teſtimoniũ ſupra. pro. aduerſus illos.** tanq̃ indignos regno cœloꝝ tanq̃ nihil cõe hãtes cũ ciuibus cœleſtibus.

Egreſſi autẽ circũibant per caſtella euangelizantes ⁊ curantes vbiqꝫ. Efficaciam poteſtatis acceptę, executione curationũ non in vno loco ſed vbiq; circũeundo caſtella cõprobãt. ¶ **Audiuit aũt herodes tetrarcha oſa quę fiebant ab eo: ⁊ hęſitabat.** Hinc apparet q̃ verba herodis relata matth. 14. (.ſ. hic eſt ioãnes baptiſta ipſe ſurrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo) non aſſerendo ſed cõferendo cum ſuis domeſticis dicta ſunt: vt dubiæ mentis homines ſolent in aliquã partem argumẽtando declinare. **eo q̃ diceretur a quibuſdam quia ioãnes ſurrexit a mortuis: a quibuſdam vero q̃ helias apparuit: ab aliis autem q̃ propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait herodes. ioãnem ego decollaui: quis eſt autem iſte de quo ego talia audio?** ¶ **Et quærebat videre eum.** vulpino conſilio, non ſtudio vitæ aut doctrinæ bonæ.

Et reuerſi apoſtoli narrauerunt illi quęcũq; fecerant. Ideo hoc ſcriptũ eſt vt inde diſcant miſſi referre geſta & prælati ſtudioſos ſe exhibere ad audiendum quæ prædicatores eorũ dicunt & faciunt. **Et aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum qui eſt bethſaide. pro. ciuitatis que vocatur bethſaida.** Significat. n. q̃ eſt locus infra diſtrictum ſeu territoriũ illius ciuitatis. **Quod quũ cognouiſſent turbę ſecutę ſunt illũ. Et excepit eos ⁊ loquebat illis de regno dei.** Quamuis ſeorſum quęrentis cauſa ſeceſſiſſet, deuotione tamẽ turbarum vincitur: & omiſſa orationis quiete, ſuſcipit benigne turbas docens eas de regno dei. ⁊ **eos qui cura. pro. curatione indigebant ſanabat. Dies autẽ cęperat declinare: ⁊ accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villaſq; quę circa ſunt diuertant ⁊ inueniant eſcas: q̃r hic in loco deſerto ſumus. Ait autẽ ad illos. vos date illis manducare. At illi dixerunt. non ſunt nobis plus q̃ quinq; panes ⁊ duo pisces. niſi forte.** Superfluit forte. **nos eamus ⁊ emamus in omnem hanc turbam cibas.** Hæc verba ad monſtrandam impoſſibilitatẽ dandi ad manducãdum turbæ illi, apponuntur ab apoſtolis. primum enim excuſarunt ſe qa non habent niſi quinq; panes & duos piſces: & modo apponunt rationẽ omnimodæ impoſſibilitatis qa nec habent vnde poſſint emere. Hoc enim reuerenter ſignificant, ſubiungendo niſi nos eamus & emamus: ſubaudientes quod tu noſti eſſe nobis impoſſibile. Vnde etiã lucas ſubinngit magnam multitudinis quãtitatem: vt intelligamus impoſſibilitatẽ ſignificatam tali loquendi modo hominibus referentibus cõſueto. **Erant autem fere virorũ quinq; milia.** ¶ **Ait autẽ ad diſcipulos ſuos. facite illos diſcumbere per cõuiua. pro. per diſcubitus quinquagenos.** Significatur enim q̃ diſtributi ſunt ſic q̃ quinquaginta in ſingulo erant diſcubitu. omnia enim ordinate ieſus diſponebat. **Et ita fecerunt: ⁊ diſcubuerunt. pro. fecerunt diſcũbere omnes.** Effectus ſubſecutus præſidentibus diſcipulis ſignificatur. **Acceptis autẽ quinq; panibus ⁊ duobus piſcibus reſpexit. pro. ſtupefactus in cęlum.** vt omnes viderent diuina virtute fieri ſubſecutũ miraculum: ⁊ **benedixit illis.** hoc eſt multiplicauit. benedictionem enim ad multiplicationẽ ſpectare ſacra ſcriptura in multis teſtat locis. ⁊ **fregit.** propriis manibus: vt etiã ſic virtutem naturæ aſſumptæ monſtraret. ⁊ **diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes ⁊ ſaturati ſunt.** ¶ **Et ſublatum eſt q̃ ſuperfuit illis fragmentoꝝ cophini duodecim.** Vt ſuperflua fragmenta cõprobarent etiam non fuiſſe phantaſma, ſed veros panes & veros piſces.

Et factum eſt quum ſolus. pro. **ſolitarie.** hoc eſt ſine turba. nam diſcipuli erant cum eo. **eſſet orans erant cum illo ⁊ diſcipuli ⁊ interrogauit illos.** Hinc apparet q̃ non de actuali oratione dixit quum

ſolitarie eſſet orans, ſed de tempore & loco electo ad vacandum orationi. nam ſtultum eſt intelligere q̃ quum actualiter oraret interrogauit diſcipulos: ſed deſcribitur q̃ in loco & tempore electo ad orationis quietem ſine turba medio tempore quo repetenda intermittitur oratio, interrogauit ieſus diſcipulos ſuos de ſeipſo. Et apte orationis tempori miſcetur huiuſmodi interrogatio: vt inde incipiat manifeſtare eis myſterium paſſionis & mortis ſuæ ſimul & accendat eos ad martyrium. hæc enim omnia intermedio orationum tempori congruunt. **dicens. quem me dicunt eſſe turbę? At illi reſponderunt ⁊ dixerunt. ioãnem baptiſtam: alii autem eliam: alii vero q̃ vnus prophęta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis. Vos autem quẽ me eſſe dicitis?** ¶ **Reſpondens autem ſimon petrus dixit. chriſtum dei.** Lucas nec petri reſponſionem integre nec verba domini ſubiuncta narrat. & propterea vide hæc matth. 16. integre & diffuſe ſcripta. **At ille increpans illos. pro. interminatus illis.** Significatur enim cõminatio quædam adiecta præcepto. **præcepit ne cui dicerent hoc.** ſcilicet q̃ ipſe eſſet meſias. Sciebat enim hoc non eſſe prædicandum vſq; poſt reſurrectionem: quoniam (vt rei probauit euẽtus) ſtatim vt acclamatus eſt meſias, fuit delatus ad pilatum tanq̃ reus leſę maieſtatis, & crucifixus. Verum conſidera q̃ ieſus prædicabat factis miraculorũ & nouæ doctrinæ regni dei & doctrinæ diuinitatis ſuæ, ſe eſſe meſiam: q̃uis nec prædicaret nec vellet prædicari ſub titulo meſiæ. Cum hoc tamen priuatis ſermonibus aſſerebat ſe meſiam. **dicens q̃ oportet filiũ hominis multa pati ⁊ reprobari a ſenioribus ⁊ principibus ſacerdotum ⁊ ſcribis ⁊ occidi ⁊ tertia die reſurgere.** Poſtq̃ diſcipulos inſtruxerat & illi crediderant ipſum eſſe verum meſiam, incipit eis aperire futuram paſſionẽ & mortem ſuam: vt abſtraheret eos ab appetitu gloriæ humanæ & aliorꝫ temporalium bonorꝫ comitantium humana regna. expectabat. n. meſias rex magnus redintegratus regnum iſrael. Ne itaq; intrent in ambitioſas aut mundanas appetitiones, proponit eis ſtatim ignominias paſſionis & mortis ſuæ.

¶ **Dicebat autem ad omnes.** Tacet lucas hoc in loco verba petri (abſit a te domine) & reſponſionem ieſu ad eum: & tranſit ad ſubiuncta verba ieſu ad oẽs diſcipulos & nõ ad ſolũ petrũ. **Siquis vult.** Non ſuffecit cœleſti magiſtro prædicere eis mortem propriam, ſed adiunxit neceſſitatem imminẽtem cuiq; ſuo diſcipulo patiendi: vt non ſolum abſtrahantur ab appetitu vanorum ſed præparent ſe ad perpeſſionem malorum. **poſt me venire.** Dixerat q̃ tertia die eſſet reſurrecturus, proculdubio ad immortalem vitam & regnum ęternum, ſciebat q̃ omnes cupere participes fieri tantę fœlicitatis. & propterea viam veniendi ad corregnandum ſecum intendit declarare: proponens ſub cõditionali, q̃ ſiquis vult poſt me reſuſcitatum & regnantem venire, oportet opus eſt vt faciat hæc. **abneget ſemetipſum.** Eccę primum. Magnum eſt hominem abdicare a ſe exteriora bona, ſed lõge maius eſt abdicare a ſe ſeipſum: hoc eſt proprium velle proprium ſapere & alia huiuſmodi ſpectantia ad interiorem animi partem. & tamen hoc eſt primum quod exigitur ad perueniendum ad ieſum regnantem. ⁊ **tollat crucem ſuam quotidie.** Superfluit quotidie. Secundũ quod exigitur ad corporis cruciatus ſpectat: quos oportet vel voluntarios ſubire exercitationibus pœnitentialibus vel illatos ab aliis ſuſtinere. regulare enim eſt electos pati in hac vita. Et omnes paſſiones appellatione crucis cõprehenduntur. ⁊ **ſequatur me.** Non corporali greſſu, ſed q̃ ratio actionum & paſſionum eius ſim ego: alioquin fruſtra abnegaret ſeipſum & tolleret crucem ſuam. ¶ **Qui. pro. quicunqꝫ enim.** Rationem neceſſitatis horum trium reddit ex lucro & damno. Et inchoat a ſecundo: ſcilicet tollat crucem ſuam, quæ contrariatur vitæ corporali. **voluerit.** ſine me. **animam ſuam.** hoc eſt vitam ſuam. **ſaluam facere.** ſimpliciter & abſolute non hic aut nunc non certo loco aut certo tempore, vt dei cultores intendunt ſaluare vitam ſuam. ad fideles enim loquitur credentes & ſperantes veram ſalutem in alia vita. **perdet illam.** æternaliter. **Nam qui. pro. quicunqꝫ autem perdiderit animam ſuam.** hoc eſt vitam ſuam. **propter me.** Hic prudens lector perpendere potes q̃ ex iſta particula propter me habetur q̃ quum dixit quicunq; enim voluerit intelligitur ſine me. **ſaluam.** Præponi debet pronomen hic: & legi. **hic ſaluam faciet illam.** ad emphaſim faciendam eius quod inopinabile apparet: vt qui perdit vitam ſuam, ipſemet ſaluet eam in æternum. Hęc enim eſt noua ieſu chriſti doctrina ſalubertima. ¶ **Quid enim proficit homini ſi lucretur vniuerſum mũdum.** Reddit rationem primi. ſ. abneget ſemetipſum: cõparando lucrum totius mundi ad damnum ſuiipſius ſatis clare: ſupponendo (vt eſt) q̃ abnegans ſeipſum hic ſeruat ſeipſum, non abnegans autẽ ſeipſum perdit ſeipſum aut iacturam ſui facit. **ſeipſum autem perdat ⁊ detrimentum ſui faciat.** pro. **aut iacturam ſuiipſius faciat?** Vterq; modus ruinæ propriæ ſignificatur: vel tanq̃ voluntarie perdendo ſeipſum vel tanq̃ incurrendo ſeu patiendo iacturam ſuiipſius. Altero enim iſtorũ modorum reprobi omnes dãnantur. Et alludit hic ſermo ad negociatores: qui ob ſpem magni lucri aut ſponte nõnulla a ſe abdicant, aut nõ curant incurrere illoꝝ iacturam. Similiter enim reprobi vel tanq̃ voluntarie poſtponunt ea quæ ſunt ſpiritus, vel appetitiones malas ꝓſequentes incurrunt æternæ dãnationis iacturam. **Nam qui me. pro. quicunqꝫ enim me ⁊ meos ſermones.** Reddit rationẽ tertii (.ſ. & ſequatur me) ex pœna & præmio. Et pœna quidẽ clare ſignificatur in litera: præmium autẽ per locum ab oppoſito ſubintelligendum reliquit. **erubuerit.** Non dicit quicũq; non crediderit ſed qui eru-

buerit me: hoc est erubuerit confiteri fidem meam/laudem meam/doctrinam meam/& huiusmodi. est enim de necessitate salutis exterior confessio: quam omittit erubescens. Intellige concurrentibus debitis circumstantiis: quia est præceptum affirmatiuum. Erubescere tamen christum/importat actum semper vitiosum: quoniam importat actum positiuæ erubescentiæ de re optima. Et propterea erubescere christum/ex suo genere peccatum mortale est. posset tamen propter imperfectionem actus/esse peccatum veniale. **hunc filius hominis erubescet.** Metaphorica est locutio/sicut deus dicitur irasci. iesus enim erubescet quo ad effectum/illum qui erubuit christum hic: quia non agnoscet eum inter suos/abiiciet illum a suis/indignum suis habebit illum. **quum venerit in maiestate.** pro. gloria/sua ⁊ patris ⁊ sanctorum angelorum. ¶ **Dico autem vobis vere, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum dei.** Ne putaretur longiore spe expectandum esse promissum in præmium regnum dei, subiunxit tam propinquum esse vt aliqui ex illic stantibus visuri sint regnū dei anteq̄ moriantur. Et vere adimpletum est: quoniam multi ex illis viderūt christum post resurrectionem/& ascendentem in cœlum. Constat autem regnum dei gloriosum/in christi resurrectione inchoasse, quum mortale corpus induit immortalitatem: testante ipso domino/inferius dicente. non bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat.

Factum est autem post hęc verba fere dies octo. Non discrepat numerus iste a numero sex dierum scripto ab aliis euangelistis. nam alii post diem illum quo loquebatur iesus/numerauerūt dies sex: & sic post sex dies octauus illucescebat dies/cuius meminit lucas. Meminerunt autē euangelistæ numeri horum dierum non ea ratione ꝙ in transfiguratione christi adimpleta describatur promissio antedicta de regno dei videndo a quibusdam: sed ea ratione quia in transfiguratione christi monstrata est quædam species regni dei. fuit enim velut quædam prælibatio visus regni dei. **⁊ assumpsit petrum ⁊ iacobum ⁊ ioānem, ⁊ ascendit in montem vt oraret. Et facta est dum oraret.** vt etiam animus totus in diuina actualiter tenderet. **species vultus eius altera.** Propriissime locutus est, accidentalē mutationem significans dicendo alteta. subst antiæ enim vultus figura eadem perseuerauit/sed qualitas altera fuit: quoniam splendida facta est facies eius. **⁊ vestitus eius albus ⁊ refulgens.** pro. **fulgurans.** Tam temperata fuit lux illa vt colorem permitteret/& fulgorem simul emitteret: alioquin non potuissent discipuli in tantam lucem figere oculos. **Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autē moyses ⁊ elias visi in maiestate.** pro. **gloria.** Describitur enim ꝙ apparuerunt gloriosi moyses & elias. **⁊ dicebant excessum.** pro. **exitum/eius.** hoc est mortem. loquebātur enim de morte iesu qua exiturus erat de hoc mundo. **quem cōpleturus erat in hierusalem.** ¶ **Petrus vero ⁊ qui cum illo erant, grauati erant somno.** Hinc apparet aut nocte aut matutina hora octaui diei hæc gesta fuisse: & propterea lucas dixit fere dies octo. Iesu siquidem orante petrus/iacobus & ioānes a prolixa oratione repēte somno retrahuntur. propter quod verisimilius est ꝙ post aliquas noctis horas hoc fuerit. **Et euigilantes.** Nō solum fuerunt grauati somno/sed dormierunt iesu orante. **viderunt maiestatem eius.** hoc est gloriam eius. **⁊ duos viros.** scilicet moysen & eliam. Incertū est de moyse an cum naturali corpore an cū aereo corpore apparuerit. vtroq; enim modo vere appellantur duo viri. elias quidem integer: moyses autem ſm id quod præcipuum est in viro, ſm animam, si corpus suum naturale non habuit. **qui stabant cū illo.** Corporalis situs describitur. Et dixit hoc euangelista, ne intelligeres euigilasse apostolos & vidisse moysen & eliam venientes vel in fine rei gestæ. **Et factum est quum discederent ab illo.** quum valerent. **ait petrus ad iesum.** ¶ **Præceptor bonum est nos hic esse, ⁊ faciamus tria tabernacula: vnum tibi ⁊ vnum moysi ⁊ vnum elię.** Hinc clare apparet ꝙ anteq̄ discederent quū essent discessuri moyses & elias, petrus dixit hæc verba præoccupans discessum/vt impediret licentiam. ¶ Si quæris quomodo petrus cognouit illos esse moysen & eliam. reſpōdetur ꝙ vel ex verbis eorum vel ex similitudine ad pictos moysen & eliam/agnouit eos. Testatur enim ambrosius, quum reuelata ei fuerunt corpora gerualii & prothasii/apparuisse sibi paulum apostolum qualem eum pictura docuerat. **nesciens quid diceret.** Vere nesciebat quid diceret: proponens impedire discessum illorum/proponens habitandum in monte tribus tabernaculis. **Hęc autem illo loquente facta est nubes.** lucida. **⁊ obumbrauit eos.** discipulos: hoc est temperamentum præstitit discipulis vmbræ suæ, ne a multitudine luminis splendentis in facie iesu sicut sol/opprimerentur oculi corporei. **⁊ timuerunt intrantibus illis in nubem.** Quia nubes non obumbraret discipulos/nisi media esset inter lucem & ipsos, ideo explicando vndiq; rem gestam/subditur ꝙ illi tres visi in gloria (scilicet iesus/moyses & elias) intrarunt in nubem. Et quia non dicitur ꝙ nubes descendit ad eos/sed ꝙ ipsi intrauerunt in nubem (quæ teste petro apostolo in. 1. cap. 2. epist. supereminens describitur/dicendo de cœlo. nisi enim fuisset eminentior, non sonuisset vox de ipsa exiens tanq̄ de cœlo) ideo intelligendum est ꝙ illi eleuati sunt a terra paulum vsq; ad nubem illam inclusiue. & hoc significatur per hoc quod dicitur illis intrantibus in nubem. Vnde hinc dicit lucas causatum timorem discipulorum. Et merito. timebant enim se relinqui videndo iesum cum moyse & elia intrare in nubem. **Et vox facta est de nube.** non a moyse/non

ab elia, sed ab obumbrante superius nube. **dicens. Hic est filius.** Persona patris manifeste hic loquitur, dicendo de iesu. hic est filius/naturalis. **meus.** mei solius. **dilectus.** omniquaq;. **ipsum audite.** Præcedentia verba dixerat quoq; pater in baptismo: hæc autem primum dixit quādo iam iesus docendi officium exercebat/quando doctorem se mundi iam manifestauerat. Præceptum diuinum datur primis apostolis de audiendo iesum. Vnde & petrus apostolus postea scripsit ꝙ non indoctas fabulas secuti/manifestam facimus iesu virtutem: quoniam nos audiuimus cœleste testimoniū, quū essemus in monte sancto cum ipso. 2. pe. 1. **Et dum fieret vox. pro. ⁊ dum facta esset vox.** Significatur enim ꝙ statim completa voce cœlesti/inuentus est iesus solus: hoc est sine moyse & elia. Vnde habetur ꝙ apostoli nec viderunt incipere gloriam iesu nec desinere illam: sicut nec viderunt venire nec recedere moysen & eliam. **Et ipsi tacuerunt: ⁊ nemini dixerunt in illis diebus quicq̄ ex iis quę viderant.**

Factum est autem in sequenti die. Et hoc attestatur ꝙ nocte facta est transfiguratio: & sequens dies est dies artificialis/hoc est ab ortu solis. non enim est verisimile ꝙ tota illa die & nocte sequenti pertenerauerint soli in monte. **descendentibus illis de monte/occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit/dicens. magister obsecro te/respice in filium meum: quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum: ⁊ subito clamat ⁊ elidit.** Superfluit & elidit. **⁊ dissipat eum cum spuma: ⁊ vix discedit.** Deest. ab eo/dilanians. pro. **conterens/eum. Et rogaui discipulos tuos vt ejicerent illum: ⁊ non potuerunt. Respondens autem iesus/dixit. O generatio.** Hinc apparet ꝙ ex defectu eorum proueniebat ꝙ filius eius non curaretur. **infidelis.** Ecce defectus fidei/non in vno sed in multis, per generationem significatis. **⁊ peruersa.** pro. **distorta.** Non solum deficiunt in intellectu sed etiam in affectu: vtpote non recto sed distorto. a rectitudine siquidem regulæ diuinę declinabant, tum non credendo in iesum/tum non sectando sanctorum patrum mores. **vsq; quo.** Non sunt hæc impatientis aut irati animi verba: sed arguentis tarditatem indeorum ad credendum/& recta via incedendum. **ero apud vos ⁊ patiar vos?** Magna enim afflictio est sanctorum virorum iniquitas eorum apud quos conuersantur: sicut vniuersaliter contrarium a contrario iuxta posito patitur. Et dixit hoc vt vel hinc resipiscant/vt tantam tolerantiam agnoscant. **Adduc hunc filium tuum. Et quū accederet, elisit illum demonium ⁊ dissipauit.** pro. **laniauit illum demonium ⁊ concerpsit.** Et intelligo scissionem referri non ad membra/sed ad vires. Ita ꝙ tunc quū duceretur ad iesum, dæmonium apprehendit illum/ex integro scindendo interiores vires: & sic proiecit in terram ita vt voluta/retur spumans: vt marcus refert ca. 9. **Et increpauit iesus spiritum immundum.** Qualis fuerit increpatio a marco recitatur. **⁊ sanauit puerum: ⁊ reddidit illum patri eius.** Eleuauit enim puerum propria manu iesus de terra qui erat velut mortuus: & propterea dicitur/& reddidit illum patri. Vide historiam hanc latius mar. 5. Et dicta subsecuta circa hoc matth. 17. **Stupebant autē omnes in magnitudine.** pro. **magnificentia/dei.** Significantur enim magnifica facta diuina per iesum.

Omnibusq; mirantibus in omnibus. pro. **super oībus/quę faciebat, dixit ad discipulos suos.** Exemplum se iesus humilis cordis monstrat: dum mirantibus atq; stupentibus oībus super operibus eius mirabilibus/ipse sermonem conuertit ad humilitatem passionis suæ futuræ. ¶ **Ponite vos.** Non dico hæc ad turbas/sed vobis electis ad notitiam mysteriorum regni dei. **in cordibus vestris.** pro. **in aures vestras/sermones istos.** applicate aures vestras non ad humanas laudes quibus oēs me cōmendant, sed ad sermones quos dicam de passione mea. Attentos enim studuit reddere discipulos ad verba passionis: sciens eos valde remotos esse ab intellectu passionis eius. **Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.** Prædicit secundo passionem suam: vt quum viderint eum crucifixum/recordentur verborum eius. **At illi ignorabant verbum istud.** Quāuis iesus clare loqueretur/discipuli tamen non intelligebant: dubitantes ꝙ parabolice loqueretur de seipso/& non ſm proprietatem verborum. **⁊ erat velatum ante eos.** pro. **ab eis/vt non sentirent illud.** Explicat euangelista quare non intelligebant: scilicet non ex parte verborum christi/sed ex parte discipulorum. Et ratio quidem ex parte intellectus eorum iam dicta est: ex parte autem affectus/erat quia adhuc carnales non sapiebant ea quæ mysterii crucis sunt. Verum super hæc omnia præcipua ratio erat negatio diuini luminis/& diuini spiritus interius in eorum anima operantis. relinquebantur enim a deo sibi ipsis quo ad notitiam & affectum huius mysterii & propterea euangelista dicit & erat absconditum ab eis vt non sentirent illud. Sentire. n. non puræ notitiæ/sed notitiæ affectæ est: iuxta illud ad phil. 2. hoc sentite in vobis quod & in christo iesu. **Et timebant.** ne forte audirent quod nollent: scilicet repeti sermonem de morte. Sciebant enim ꝙ petrus quum ægre tulit futuram mortem iesu, reprehensus fuerat/& id idem retulit. **eum interrogare de verbo hoc.**

Intrauit autem cogitatio in eos quis eorū maior esset. Marci. 9. latius narratur nō solum cogitatio sed disputatio inter discipulos de maioritate. Audierant petro dictum tibi dabo claues regni cœlorū/viderant iesum soluisse censum pro se & petro/& cum hoc viderant tres discipulos (petrum iacobū & ioānem) ductos in montē: vnde humanæ ambitionis passio orta est/prorūpens etiam in disputationē. **At**

ihesus videns cogitationes. pro. cogitationē/cordis illoꝝ. Vna cōmunis ambitiosa cogitatio significatur. Significantiusq; euangelista dicit iesum vidisse cogitationem cordis eoꝝ, vt intelligamus q̄ ad cor eoꝝ loquitur, q̄is ipsi verba inuerterint/scripta matth. 18. apprehendit puerum. pro. puellum: & statuit illum secus se: & ait illis. Quicunq; suscēperit puerum. pro. puellum/istum in nomine meo, me recipit: & quicūq; me receperit/recipit eum qui me misit. Idiotas discipulos a parua quātitate pueruli instruit & monet ad affectum humilium ministeriorū: vt non appetant magna & celsa sed parua & humilia, vt corde sint nō elati & magni/sed humiles & parui. Et ad hoc affert rationē: quia quicūq; est sic paruulus/vices meas gerit, ac per hoc vices dei qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior. pro. magnus/est. Rationē quā adduxerat ex parte sui habitantis in paruulo, confirmat ex parte eoꝝ/soluendo eis quæstionē de qua disputauerant. Declarat. n. quis eorū est maior: dicendo q̄ qui minor est inter vos/ille est magnus. Et loquitur p̄culdubio de minore ſm cor: hoc est de affectante minoritatem. talis enim ſm veritatem est magnus apud deum.

Respondens autem ioānes. Dixerat iesus quicūq; receperit puellum istum in nomine meo: & intelexerat ioānes (& bene) non de sola receptione ad hospitium/sed in instructorē aut doctorem aut etiā quomodolibet approbando. & ꝓpterea inquirit de eiiciente dęmonia in nomine iesu/an sit prohibendus an approbandus. dixit. Præceptor, vidimus quēdam in noie tuo eiicientē demonia: & prohibuimus eum. Petit post factum edoceri: quoniā ex his verbis iesu incœpit dubitare/benene an male fecerit. in quo ostenditur & q̄ bono animo fecerit/& q̄ paratus est corrigi. qz non sequitur nobiscuꝝ. Videbatur ioāni q̄ ille esset velut schismaticus/q̄q; vsurparet inuocationem nominis iesu: eo q̄ corporali conuersatione non sequebaꝫ iesum sicut alii discipuli. Et ait ad illos. pro. ad illū. i. ioānem. ihesus. Nolite prohibere. Nō dixerat ioānes prohibui/sed prohibuimus: multos prohibentes significans. & propterea iesus pluraliter rñdet. qui. n. non est aduersuꝫ vos. pro. nos/pro vobis. pro. nobis/est. Nullus est medius inter eos qui sunt pro christo & inter eos qui sunt cōtra christū/tam in moralibus q̄ in religiosis actibus. & ꝓpterea qui nō est cōtra nos pro nobis est. Quilibet exercens rectos actus moris aut religionis/vt sic est pro christo. & ꝓpterea iste qui sanctæ religionis actū exercebat/pro christo erat.

Factum est autez dum cōplerentur dies assumptionis eius. Futuram passionē & mortem vocat assumptionē, quia per eam assumendus erat ex hoc mūdo. Et describitur tēpus non solum ꝓpinquum passioni eius sed prædiffinitum, dicendo dum cōplerentur dies assumptionis eius. & ipse faciem suam firmauit vt iret in hierusalez. Magnanimitatem quā monstrabat etiam exterius iesus volendo ire in hierusalem non obstante q̄ iudæi in hierusalē vellent ipsum occidere/describit euangelista a firmitate facici. prætendebat enim etiam in facie/animi cōstantiam & magnitudinē. Et misit nuncios ante cōspectum suum. ad disponendum animos hominum vt audirent verbum dei ex ore tanti magistri. Et euntes intrauerunt in ciuitatez. pro. castellum. erat enim oppidulum. samaritanoꝝ. Qui nec gentiles nec iudæi erant, sed simul colebant deum verum & propria idola: vt patet in. 4. lib. reg. vt pararent illi populum auditorem. Et non receperunt eum. noluerūt ipsum audire. q̄ facies eius erat euntis pro. iens/in hierusalem. Indignatio samaritanorū ea ratione significatur quia iesus tendebat in hierusalem. erat enim lis specialis inter samaritanos & iudæos de loco adorandi deum: vt patet ex verbis samaritanæ ioan. 4. patres nostri in monte hoc adorauerunt, vos autem dicitis q̄ in hierosolymis est templum in quo oportet adorare. Iesus enim ibat tunc ad solēnitatem paschalem ad adorandum in hierusalem. & propterea tanq̄ directe euntem contra ipsos samaritanos/noluerunt recipere eum. Quū vidissent autē discipuli eius iacobus & ioannes/dixerunt. domine vis dicimus. pro. dicamus/vt ignis descendat de celo & consumat illos. Desunt quattuor dictiones. sicut & elias fecit. Iacobus & ioannes zelo accensi vindictæ/afferunt exemplum elię scriptum. 4. reg. 1. & magna fide credentes se solo verbo posse simile efficere si iesus vult/consulunt voluntatē iesu. Et conuersus increpauit illos. Non simpliciter respondit sed increpando. dicens. nescitis cuius spiritus estis vos. Hic apparet intellectum in culpa fuisse/non discernendo spiritum gratiæ in nouo testamento a spiritu concesso in veteri testamento. Acsi aperte diceret, adhuc non discernitis differentiam inter impulsum consonum gratię quā ego affero mundo/ab impulsu gratiæ concessę eliæ & patribus veteris testamenti. in illis. n. fuit impulsus ad iustitiam vindicatiuā: sic. n. congruebat illi tēpori. modo autē vniuersus impulsus est ad miserendum & saluandū. Filius hominis nō venit animas perdere sed saluare. Declarat spūm nouū testamenti a proprio spiritu/a proprio officio. Et abierunt in aliud castellum.

Factum est autē ambulantibus illis in via. Nota tria hæc genera circa sequelā christi. dixit quidā. non plebeius/sed scriba/sed doctor fuit iste: vt apud matth. 8. patet. ad illū. Sequar te quocūq; ieris. I Dixit illi iesus. Vulpes foueas hūt & volucres celi nidos. filius aūt hois non hz vbi caput suū reclinet. Hinc apparet q̄ lucri gfa scriba iste offerebat se ad sequendū iesum. nisi. n. lucro studeret, nō repelleret allegando q̄ ipse iesus cū tot officiis & laboribus p̄dicando tam alienus est a lucro vt paupior vulpibus & auibus sit. Et exēplum reliquit posteris p̄latis & p̄dicatoribus/non admittendi ad cōsortiū suū homes lucri cupidos. Multo ergo magis nō sunt ad p̄dicandū mittēdi inhiātes lucris, quū repellant

a consortio prædicatoꝝ. Alit autem ad alterum. Hic discipulus erat/matthæo teste. sequere me. Seribam cupidum/q̄is offerētem se/repellit: discipulum inuitat ad corporalem sequelam/ad indiuiduum consortium. Ille autem dixit. domine permitte mihi primū ire/& sepelire patrem meum. Ab officio sepulturæ inducias petit tēporis totius vitæ paternæ: ficut euthitia luciæ mater ab officio tegendi oculos petebat, etiam inducias tēporis totius vitæ suæ. tege inquit primum oculos meos. Affectus. n. carnalis ad patrem significatur. Verisimile autē est q̄ patrem haberet senem: & ꝓpterea non videbatur sibi petere moram multi tēporis. Dixit autem ei iesus. sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Metaphorico sermone intēdit dicere. Sine vt similes similium curam habeant. Et accepit metaphoram a morte/appellando homines mundanos mortuos: eo q̄ studium eorū circa mortalia est. Vnde non intendit per mortuos reprobos, sed homines mundanis curis occupatos. omnium enim horū cura circa mortalia est: diuerso tamē affectu. nam aliqui citra præiudicium diuinoꝝ præceptoꝝ occupantur circa mortalia: aliqui cōremptis seu neglectis diuinis p̄ceptis. Quia tamen cōmune iis omnibus est fluere & laborare circa hæc mortalia, ideo cōmuni nomine appellantur mortui. tu autē vade, & annuncia regnum dei. E regione contra mortuos distinguit ordo perfectorū: quorum studium totum est ad annunciandū aliis regnum dei. vt hinc cognoscas nō reprobos, sed (vt diximus) studentes mortalibus appellatos mortuos. Et optime quadrat vt relicta cura tēporalium & mortalium omniū/officium exercatur prędicandi regnum dei. ℣ Habetur quoq; hinc q̄ non erat sermo de modico tēpore occupando in officio sepulturæ patris iam mortui, sed (vt dictum est) de toto tēpore vitæ paternæ: quia de tempore impediente officium annūciandi regnum dei est sermo. constat autem modicū illud sepulturæ tempus pro nihilo reputandum: ac per hoc non esse inter impedimenta cōputandum. ℣ Et ait alter. Istius tertii conditio scripta non est. Sequar te domine. Proculdubio de sequela corporali ad indiuiduā societatem more discipuloꝝ sequacium/loquitur, p̄mittendo sequelam. sed permitte mihi primū renunciare. pro. vt valedicam/iis qui domi sunt. Dictio gręca significat non solum dicere vale, sed datis manibus dicere vale. Vnde intelligimus q̄ iste petiit tempus cōponendi negocia sua domi/seu cum domesticis: & cōpositis negociis secuturum se iesum pollicebatur. Ait ad illuꝫ iesus. Nemo mittens. pro. qui misit. manum suam ad aratrū & aspiciens retro. Ex hac responsione apparet primo hunc fuisse de numero discipulorū: alioquin non assimilaretur ei qui applicauit manum suam ad aratrū. ℣ Apparet secundo quod diximus. s. velle prius cōponere negocia sua/& non tantum dicere vale: alioquin non dixisset de eo dominus/& aspiciens retro. Intendit enim per hanc metaphoram: q̄ qui applicauit se ad officium prædicandi, si affectu reuertitur ad mundana negocia/ineptus fit ad euangelizandū regnum dei. Et in promptu rō est: quia vincitur ab affectu mundano/intantum q̄ non afficitur ad euangelium propter mundana negocia. Secūdum enim metaphoram/habens manum ad aratrum & retro aspiciens, ineptus est ad arandum: quia arandi opus exigit applicationē non solum manus sed oculi ad arandum. Quātum vero ad sensum intentum/aspicere retro est mentem affectūq; habere ad impertinentia & contraria euangelizandi statui & officio: qualia sunt mundana negocia. aptus est regno dei. subaudi euangelizando (ad hoc enim discipuli eligebantur ad sequelam iesu) sicut non est aptus ad arandum/prosequendo metaphoram.

CAPVT .X.

Post hęc autez designauit dominus & alios septuagintaduos. Superfluit dictio duos. Quis autem ipsam addiderit tam hic q̄ inferius/nescimus. Et misit illos binos. Mutuum testimonium/mutuam custodiam morum/mutuāq; consolationē statuit iesus in suis discipulis peregrinantibus: exemplum præbens posteris/similibus officiis addictis. ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. Et hoc ad cumulum vrgentis stimuli ad recte exequendum iniunctum officium. scientes enim discipuli q̄ subsequeretur magister/cogebant omni studio bene exequi iniuncta sibi. Et dicebat illis. messis quidem multa. Metaphorica est locutio/assimilans prædicationē euangelicam messi ratione fructus. non enim euangelizatur nisi ad referendum fructum ex fidelium cordibus: sicut meritur ad referendum fructum granorū tritici/ordei/& similia. Multa autem dicitur ex parte metendorū: quia multitudo magna humanorū cordium ex quibus euangelica prædicatione quærendus esset fructus/erat & est. Et apte officium euangelizandi vt exercet per discipulos/assimilat messioni: vt aūt diuina in eo opatur virtus/assimilatū est seminationi. vt intelligamus q̄ sicut metens/fructus nō suos sed seminis refert, ita discipuli fructū non suum sed diuini seminis in cordibus auditoꝝ vegetati referunt. operarii aūt pauci. Non dicit p̄dicatores sed operarii: vt intelligamus paucos esse qui opere se exhibent p̄dicatores, q̄is exercitatione vocis multi p̄dicent. Rogate ergo dominū messis. Primum p̄ceptum quod datur prædicatoribus/est vt orent pro seipsis & pro populo in ordine ad deū. vt mittat. pro. emittat. Significatur enim non simplex missio, sed cum celeritate vel impulsione. operarios. Ecce preces pro seipsis, vt mittat euāgelizantes non verbo sed opere: hoc est/vt & faciat ipsosmet operarios/& multiplicet operarios. in messem. Ecce vtilitas populi. corda enim populorum fructificantia sunt messis. suam. Ecce relatio ad deum: vt totum studium &

intentio operis referatur ad deum, cuius sunt/cuiq; debentur humana corda. ℣ Vbi ptudens lector advertere duo. Primum q̄ deus vult rogari a nobis pro messe tua: contra incutiam dicētium de deo/res eius agitur. propterea enim in oratione dominica/primas petitiones docuit de iis quæ dei sunt. Alterum q̄ hoc rogate necessario incūbit nobis. nam huiusmodi necessitas significatur ex nota illationis/dicendo rogate ergo. Ex hoc enim q̄ multitudo magna populoꝝ dispositra est ad fructum diuinę gratię/& vere operarii sunt pauci, coguntur veri discipuli christi (qui vere amant & quærunt non quæ sua sunt sed quæ iesu christi) rogare deum vt emittat operarios in messem suam ne pereat.

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos. mā suetos sine offensione & defensione. **inter lupos.** pro. **in medio lupoꝝ.** declarauit q̄ vorandos eos destinabat. Et vere præparatos ad martyriū oportet esse eos qui a christo mittuntur ad prædicandum. **Nolite portare.** pro. **ne portate.** Optime explicat lucas p̄cepta sequentia, dicendo ne portate. Voluntaria. n. portatio phibet/eoipso q̄ præcepta ad electionē referuntur. nihil enim præcipitur quod in electione hominis non cōsistat. Et hinc habetur q̄ gratia materiæ fm se indifferentis/in hoc & similibus præceptis excludit vrgens necessitas. **sacculum.** locum pecuniæ. **neq3 peram.** cum cibariis. **neq3 calciamenta.** mutanda. Non prohibet enim calciamenta quibus erant calceati: vt clare patet apud mat. **7 neminem per viam salutaueritis.** Qui iubet diligere inimicos & benefacere illis, non prohibet nesalutemus homines: sed ad literā/ociosa verba in via (vtpote familiaria viatorib⁹) prohibet a salutationibus: quæ videntur minus ociosæ & humanitate quadā excusari. Ita q̄ prohibendo vanas salutationes in via, vult intelligi q̄ multo magis prohibeat omnē vanam fabulationem. **In quācunq3 domum intraueritis, primum dicite.** Prohibuit in via salutationes vanas: præcipit autē ante omnia/ in ingressu domus salutare: vtpote cōgruum loco & hospitibus. **pax huic domui.** Optima salutatio/ imprecatiua omnis boni sub vno nomine pacis. pax enim fert secum omne bonū: quoniam fert secū tranquillitatem animorū etiam deficientibus rebus. **Et si ibi fuerit.** Hinc apparet q̄ vanas salutationes vanaq; verba prohibuit in via: dum tanto studio declarat fructum verborū quæ præcepit dicere salutando. nisi enim ad hoc renderet q̄ omnia discipuloꝝ verba essent fructuosa, non tanto studio declararet iussam salutationē/in omnem euentum fructuosam fore. **filius pacis.** Hebraico more sicut dicitur filius nuptiarū/filius mortis/& huiusmodi, ita dicit filius pacis dignus pace/vacans paci. **requiescet super illum pax vestra.** Ecce fructus salutationis. **Sinautem.** pro. **sin minus.** hoc est si non fuerit dignus pace in quo possit quiescere pax vestra. **ad vos reuertetur.** supple pax vestra/quo ad meritum: hoc est non perdidistis meritum salutationis, quis non acquisieritis fructum in salutatis. **In eadem autem domo manete.** Præcipit discipulos non diuidi quo ad hospitium: sed sicut bini eunt/ita bini hospitentur. **edentes 7 bibentes quę apud illos sunt.** pro. **quę ab illis sunt.** Vult cœlestis magister vt cōmedant & bibant quæ a dominis domus offerūtur. Per quod vetat eos inquirere hoc vel illud: sed cōtenti sint iis quæ illis offerūtur. **Dignus est enī operarius mercede sua.** Declarat per hoc q̄ iuste vesci possunt iis quæ ab illis offeruntur. Dico autem iuste/non vt distinguitur cōtra illicitum sed vt distinguitur cōtra gratuitum. Docet enim debita esse suis discipulis alimenta ab iis quibus prædicant. Et ad hoc affert metaphoram de operariis mercēnariis, & propterea adiunxit mercede sua, vt debiti rationem clare significet. ℣ Et bene nota q̄ parabolica seu metaphorica doctrina est hæc. Absit enim vt operarii christi pro mercede habeant alimenta. non est hic sensus inseritus ad literā: sed a similitudine mercedis debitæ operariis/intelligi vult deberi operariis alimenta, non tamē tanq̄ mercedem/sed tanq̄ necessaria adminicula vitæ. Prædicatores enim operarii sunt ad vtilitatē audientium: sicut operarii in vinea/agris/& huiusmodi/operantur ad vtilitatem cōducentium eos. **Nolite transire.** pro. **nē transite.** **de domo in domum.** Mutationem hospitii in eadē ciuitate prohibet. Verum prohibetur hic voluntarius transitus de domo in domū/non autē necessarius. possent enim multi euenire casus vrgentes ad transitum ad aliam domū. Vnde & paulus act. 18. mutauit hospitium corinthi. ℭ **Et in quancunq3 ciuitatem intraueritis/7 susceperint vos, manducate quę apponuntur vobis.** Nullam cibi speciem iesus prohibet. **Et curate infirmos qui in illa sunt.** in testimonium euāgelii. **Et dicite illis.** Materiam porrigit prædicandam. **appropinquabit.** pro. **appropinquauit.** Ecce materia prædicāda/propinquitas regni dei. appropinquauit inquā per aduentum iesu, quod ab initio mundi vsq; mō distans fuit. **in vos.** non ad vestras res/non ad vestras opes, sed ad vos/ad vestra corda. **regnum dei.** non regnū humani principis aut humani potentatus: hoc est q̄ deus regnet in humano genere/in humanis mentibus & cordibus, in quibus regnauit & regnat peccatū/regnat diabolus/regnāt vitia &c̄. Hoc regnum per aduentum christi factum est propinquū hominibus, fide/spe ac charitate iesu christi ptopinquatum illud reddente. & ita propinquū vt statim post mortem fruantur homines regno dei/nisi obicē ponant: quod præteritis ante christum seculis cōcessum non erat. **In quācunq3 autem ciuitatē intraueritis/ 7 non susceperint vos, exeuntes in plateas eius/dicite etiam pulueres qui adhesit nobis de ciuitate vestra/exterginius in vos.** Cerne dñam. In ciuitate suscipiente discipulos māducant/curant infirmos/& p̄dicant regnū dei appropinquasse illis: in ciuitate aūt non suscipiente/non manducant/non

curant infirmos: sed publice protestanē nihil illis secum cōmune, nō solum verbo/sed opere exterionis pulueris de pedibus. **Tamen.** pro. **verūtamen/hoc scitote.** Benignus dominus non vult obstante repulsa priuare eos notitia eius quod repellunt: vult eis manifestari materiam quæ erat illis prædicāda, vt sic vel resipiscant/vel sibiipsis imputent inexcusabiliter ꝑpriam damnationē. **q3 appropinquabit** pro. **appropinquauit/regnum dei.** Non additur in vos/quod additū est in ciuitate suscipiente. Et in promptu est ratio disparitatis: quia ciuitas suscipiens dispositra est ad fructificandū regno dei, ciuitas autē repellens indispositra est. **Dico vobis, q3 sodomis in illa die remissius.** pro. **tolerabilius.** quātum ad genus peccati. **erit ꝝ illi ciuitati.** Ciuitas enim sodomoꝝ rea est peccatoꝝ in proximū, ciuitas autē repellens apostolos rea est peccati in deū: vtpote repellens altitudinē diuini consilii circa salutem humani generis per fidē iesu christi. ℣ **Uę tibi chorozain/vę tibi bethsaida.** Ad demōstrandū grauitatem criminis repellentiū euangelicam prædicationē, subiungit similem grauitatē in ciuitatibus impœnitētibus post tot miracula in eis facta ab ipso. **q3 si in tyro 7 sidone.** Nomina sunt ciuitatū gentium. **factę fuissent virtutes.** hoc est miraculosa opera. **que factę sunt in vobis, olim in cilicio 7 cinere sedentes penitērent.** pro. **penituissent. Verūtamē tyro 7 sidoni remissius.** pro. **tolerabilius/erit in iudicio q3 vobis.** Et clara est ratio: quia impœnitētia tyri & sidonis nō est rea obdurationis ad miracula & prædicationē christi, quoꝝ rea est impœnitentia bethsaidæ & chorozain ciuitatū israelitarū. **Et tu capharnaū.** Meminit specialiter capharnaū, quia ciuitatē illam elegerat in suam habitationē. **vsq3 ad cęlum exaltata.** præsentia mea/doctrina mea/miraculis meis, & tamen impœnitens. **vsq3 ad infernum demergeris.** Pœna respondens ingratitudini tantæ exaltationis. cōgruit enim vt summe exaltata ad imum demergat. ℣ **Qui vos audit/me audit: 7 qui vos spernit/me spernit: qui aūt me spernit/spernit eū qui misit me.** Reddit rationē dictoꝝ oīum in vtranq; partē. Et cōsistit ratio in hoc q̄ tam auditus q̄ iniuria præstatur deo. Graduat. n. discipulos/se & deum: ita q̄ a discipulis ad se/a se in deum oīa refert. Et vere sic est: qui discipuli non nisi in christi noīe/qui non nisi in dei noīe venit.

Reuersi sunt autem. Narratur reuersio. 70. discipuloꝝ: non solum propter subiuncta/sed etiā vt intelligamus oīa ab illis ad magistri examē relata. **septuagintaduo.** supfuit duo. **cuz gaudio.** Humani aliquid passi videnē gaudendo de eo de quo nō oportebat. **dicentes. dñe etiā demonia subiiciunē nobis in nomine tuo.** Deest cōiunctio &. Legendū est. **subiiciunē nobis 7 in nomine tuo.** Emphasis. n. quædam nominis iesu significatur. est enim sensus q̄ nō solum languores corporꝝ sed etiam dæmonia subiiciuntur nobis: & hoc in nomine tuo/hoc est in inuocatione nominis tui. **Et ait illis. Videbam.** non mihi rem nouam dicitis: olim enim ego videbā. **satanam sicut fulgur de celo cadentez.** Casum diaboli a sua celsitudine quā obtinebat in mundo causatū ab aduentu christi/assimilat casui fulguris de cœlo: qa de summa celsitudine repente electus sic est vt euanuerit. Experientia. n. testat post aduentū christi corruisse cultū idolatriæ/defecisse tantam multitudinē obsessoꝝ a dæmoniis: ita vt nō appareat cadentium dæmoniorꝝ nisi quædam micatio. **Ecce dedi.** pro. **ecce dō/vobis potestatē calcandi sup serpentes 7 scorpiones 7 super omnē virtutem inimici.** Dederat prius eis potestatē curandi languores: dat modo eis explicite potestatē super animalia venenosa & super omnē virtutem dæmonis. Aptecq; iungit venenosa animalia cum diabolo: quia diabolus maxime venenosus est humano generi. 7 **nihil vobis nocebit.** Securos eos reddit inter animalia venenosa & dæmones: vt securi de seipsis/audeant alienæ dare operam saluti. **Verūtamen in hoc nolite gaudere.** pro. **ne gaudete.** Vere dulcis magister/non prius reprehendit discipulos de gaudio q̄ accumulauerit potestatē: vt reprehensionem suauiter suscipiant. Et culpabile gaudium tollendū significat inhibendo ne gaudete/ad differentiā nascentis naturaliter gaudii de bono. **q3 spiritus vobis subiiciuntur.** In hoc cōsistit tota reprehensionis ratio. non enim erat culpabile gaudiū q̄ spiritus subiicerentur nomini iesu: sed q̄ subiicerētur eis/ culpabile gaudium erat. **Gaudete autē.** Transfert gaudium in aliam materiā. **q3 nomina vestra scripta sunt in celis.** Acsi aperte diceret. spiritus subiici vobis non spectat ad vestrā salutem/non est initiū neq; pars materiæ duraturi in sempiternū gaudii: nomina autē vestra scripta esse in cœlis (hoc est vos esse prædestinatos) spectat ad vestrā salutem/est initium & prima pars & ratio duraturi in æternum vestri gaudii: & ꝑpterea de hoc gaudete. ℣ Significatur aūt prædestinatio ipsoꝝ per scripturā nominum in cœlo. Scriptura si quidē firmitatem electionis significat: cœli autē cœlestem patriam ad quā ascripti sunt (procul dubio ab eo qui in cœlis regnat) significant. noīa vero propria explicant illos non in cōi sed singulariter singulos (velut noīatim) scriptos esse electos. Vtitur autē hoc modo loquendi/vt humano more diuina explicet. cōsueuerunt. n. principes scribere nominatim electos ad tractandū secum propria quæ præcipua & ardua sunt. Ex hoc textu clare habet oēs. 70. discipulos esse sanctos: meliusq; quo ad hoc fuisse collegium septuaginta q̄ duodecim apostoloꝝ/quoꝝ vnus fuit dānatus.

In ipsa hora exultauit in spiritu sancto. Superfluit sancto: & deest iesus. Exultatio ista actuale gaudium spirituale etiam foris ostensum significat. 7 **dixit. Confitebor.** pro. **confiteor.** confessione laudis. **tibi domine pater.** pro. **pater dñe.** nam pater refertur ad ipsum iesum/cōfiteor tibi pater. quod autem subditur dñe/refertur ad sequentia. **cęli 7 terrę.** Et iunxit vtrunq; vt intelligerent discipuli q̄ pater iesu

est dñs cœli & terræ: vt intelligeremus nos ꝙ naturalis pater ieſu eſt ille qui ſolus eſt dñs cœli & terræ: hoc eſt totius vniuerſi. **ꝙ abſcondiſti hec.** negatiue: hoc eſt non reuelaſti hæc fidei myſteria. **a ſapientibus & prudentibus.** pro. **intelligentibus.** Duo genera hominũ ſignificantur (ſapientes & intelligẽtes) ambo ſm ſuprema animæ partem. Intelligere ſiquidẽ tam ſupremus eſt actus noſtræ animę vt parum valde participet anima intelligere. vniuerſa ſiquidẽ actio animæ in ratiocinatione cõſiſtit: & non niſi in principiis participamus intelligere: vtpote ſuperioribus ſpiritibus ꝓprium. Sapientes aũt iudicio maxime vigent. & ſimpliciter hi ſunt qui ſm ſuperiores cauſas optime iudicãt: quales philoſophi reputant. ¶ Vigentes itaq; naturali acumine ingenij & exercitatione effecti ſapientes, hic ſignificant materia diuinæ laudis ꝙ eis nõ ſunt reuelata myſteria fidei. Et merito. tum quia cõſtat eos abuti naturalibus & acquiſitis bonis. nam quũ deum cognouiſſent, non ſicut deum glorificauerũt &c̃. vt dicit ad ro. 1. tum quia non apparuiſſet diuinũ opus ſed humanæ ſapientiæ opus cõuerſio mundi ad fidẽ, ſi reuelata eſſent hæc ſapientibus & intelligẽtibus. **& reuelaſti ea paruulis.** Dictio græca ſignificat vel infantes vel inſipientes. Et quia dixerat abſcondiſti hæc a ſapientibus & intelligentibus, cõſequenter e regione appoſitũ creditur & reuelaſti ea inſipientibus. Interpres aũt credidit opponi & reuelaſti ea infantibus: & ꝓpterea tranſtulit paruulis. Sed parui refert quo ad ſenſum euangelii: quoniã vtrũq; eſt verũ, & in idem redit. Reuelauit ſiquidẽ deus myſteria fidei inſipientibus: dicente paulo apoſtolo. 1. ad cor. 1. quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus vt cõfundat ſapientes. & rurſus. quod ſtultũ eſt dei ſapientius eſt hominibus. Reuelauit itaq; inſipientibus, non mente captis aut demẽtibus, ſed ineruditis & qui habẽt velut ſtulti: vtpote docentes diuina nõ inſtructi. Iidem quoq; appellant infantes. tum ab imperitia loquendi: quũ ſint ex ſe ignorantes. tum ꝓpter figuram infimi ſtatus per ætatem & quãtitatem infantũ repreſentati. reuelauit enim deus myſteria fidei piſcatoribus (& id genus reliquis infimi ſtatus hoibus) ignorantibus, nihil ſcientibus diuinoꝝ myſteriorũ: qui velut inſipientes & ſtulti ad differendũ & docẽdum diuina erant quãtum eſt ex ſe & mundi opinione. Et merito hæc eſt materia diuinæ laudis vt per infimos & ignorantes ꝓpagauerit fidem in vniuerſo mundo, ſubiecerit iugo fidei ſapientes, principes & magnates mundi. **Etiam pater.** Confirmantis eſt, vt ſubiungat rationẽ. **quoniam ſic fuit bona voluntas.** ſeu beneplacitũ. **ante te.** Tota ratio quare diſcreuit inter ſapientes & infimos idiotas, quare iſtis & non illis reuelauit, redditur ex parte diuinæ volũtatis non qualiſcũq; ſed bonæ. Non dicit quũ ſic fuit voluntas, ſed voluntas bona. & quũ ois volũtas dei ſit bona (tam ſi referat ad actum volendi q̃ ad volitum) ſpecialiter hæc voluntas bona dicit, ad ſignificandũ vtilitatẽ magnã huius voluntatis. Eſt. n. hæc voluntas valde bona humano generi. Non facile ſiquidẽ eſſet credere myſteria chriſti, ſi apoſtoli fuiſſent viri docti & ſapientes huius mũdi, ſi ipſe ieſus fuiſſet vir eruditus in ſciẽtiis humanis. putaſſemus. n. humanis artibus chriſtianã religionẽ mũdo illatã: ſed vbi ieſus faber filius fabri qui nunq̃ lras didicit, apli piſcatores & hmõi fuerũt, valde bñ conſultũ agnoſcimus nr̃æ fidei.

Omnia mihi. Deſunt hic quinq; dictiones ante dictionẽ omnia. Legendũ. n eſt. **Et cõuerſus ad diſcipulos dixit. omnia mihi tradita ſunt a patre.** Hactenus allocutus fuerat deum: modo cõuertit ſermonem ad diſcipulos. omnia mihi &c̃. Dixerat ieſus alloquẽdo patrem audientibus diſcipulis, ꝙ ipſe pater diſcreuerat inter ſapientes &c̃. ita ꝙ totũ opus attribuerat patri. ne autẽ hinc putarent diſcipuli minus aliquid de diuinitate ipſius ieſu, ad tollendũ hunc errorem, ſubiungit ęqualitatẽ ſui ad patrem: cum autoritate tamẽ originis in patre. Dicendo enim omnia, æqualitatẽ ſignificat: vtpote nihil excludens, inchoando ab ipſa deitatis natura. nam pater generando filium dedit illi naturã diuinam: cũ natura autẽ diuina tradidit ei omnipotentiã & quicquid dei eſt. Dicendo autẽ tradita ſunt, origo ipſa ſignificat. Dicendo vero mihi a patre meo, diſtinctio perſonarũ cum autoritate originis in patre ſignificatur. **meo.** mihi ꝓprio, ſolius mei naturali patre. **Et nemo ſcit quis ſit filius niſi pater, & quis ſit pater niſi filius.** Declarata in genere æqualitate patris & filii, declarat modo in ſpecie ęqualitatẽ eorũdem: tum quo ad ſcientiã, tum quo ad naturam incognoſcibilẽ a quocunq; intellectu creato. Et æqualitas quidẽ ſcientiæ ſignificat dicendo. & nemo ſcit niſi pater. & ſimiliter niſi filius. Naturæ autẽ incognoſcibilitas ab aliis ſignificat ſubiungendo. quis ſit filius & quis ſit pater. Quis enim eſt relatiuũ ſubſtantiæ. & **cui voluerit filius reuelare.** Quãuis deus aliqualiter cognoſcatur naturali cognitione ab angelis & ab hominibus, a nullo tamẽ creato intellectu clare videt ſicuti eſt, trinus in perſonis & vnus in ſubſtantia: ſed per reuelationem cõmunicatur huiuſmodi notitia altior notitia naturali. Et ꝓpterea de notitia clara loquẽdo, poſtq̃ dixit ꝙ nemo nouit quis ſit filius niſi pater & ecõuerſo, ſubiungit & cui voluerit filius reuelare. In quibus etiã verbis æqualitas filii ad patrẽ quo ad voluntatẽ inſinuat: declarando in voluntate filii cõſiſtere reuelare myſterium trinitatis. Dubium enim nõ eſt hoc pendere ex voluntate patris: ſed vt eadem voluntas patris & filii ſignificaret, explicauit ſpãliter de filio & cui voluerit filius reuelare. ¶ **Et conuerſus ad diſcipulos ſuos.** Superfluit ſuos: & deeſt. ſecorſum. **dixit.** Vbi aduerte verba quæ ſubiunguntur non fuiſſe continuata a chriſto cum prædictis: ſed tranſit lucas ad aliam matth. 13. ſubiuncta verba dicta ſunt a ieſu diſcipulis petentibus vt declararet eis parabolam ſeminis. Et quoniã mar. 4. clare dicit hoc fuiſſe quum ieſus eſſet ſeparatus a turbis, propterea lucas intro-

ducentis hæc, dicit & cõuerſus ad diſcipulos ſeorſim. Significatur. n. ꝙ ſeorſim a turbis, quadam affabili conuerſione vultus ad diſcipulos dixit ſubiuncta verba. **Beati oculi qui vident quę vos videtis.** Duo videnda ꝓpoſita ſunt, docente & miracula faciente ieſu. Alterũ quod viſum eſt a bonis & malis: ſcilicet ipſa miracula, ipſa perſona ieſu. Alterũ quod viſum eſt a bonis tantũ. ſ. credibilitas ꝙ ipſe eſſet meſias, ꝙ eſſet filius dei, ꝙ eſſet ſaluator mundi, & huiuſmodi. Non dicit beatos oculos qui vident primum (quũ hoc viderint etiã multi iniqui) ſed qui vident vtrunq;. ꝓpter hoc. n. limitando dixit. quæ vos electi & boni, videtis. Videbant enĩ ipſum eſſe filium dei & c̃. non in ipſis rebus creditis, ſed in ipſa credibilitate: hoc eſt videbant ipſa eſſe credibilia, & ideo credebant. **Dico enim vobis ꝙ multi prophete & reges voluerunt videre quę vos videtis, & non viderunt: & audire quę auditis, & non audierunt.** Deſiderauerunt reges & ꝓphetæ videre in actu exercito tam manifeſta teſtimonia præſentis perſonaliter filii dei, & non viderunt, ſed a longe futurorum reuelationẽ acceꝑerunt. & ſimiliter deſiderauerunt audire ex ore meſiæ doctrinam euangelicam, & non audierunt. Vnde beantur interni oculi diſcipulorum tum ex viſis, tum ex eo ꝙ præferuntur tot regibus & propheris: immo ꝙ ipſis vltro occurrit quod illis deſiderantibus negatum eſt.

Et ecce. Non dicit tunc. non. n. ſignificatur cõtinuatio ſequentium geſtoꝝ cum precedentibus. tranſit enim ad alia. **quidam legiſperitus ſurrexit.** Hinc clare apparet ꝙ hoc nõ fuit tunc quũ ieſus ſeorſum erat, ſed quum cõcaret ſe populo & doctoribus ſedentibus iſte ſurrexit. **tentans illum.** explorando qd reſpondeat. & dicens. **magiſter qd faciendo vitam eternã poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptũ eſt: quõ legis? Ille reſpõdens dixit. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex oibus.** pro. totis, viribus tuis: & ex omni. pro. tota, mente tua. Hæc de dilectione dei ſcripta ſunt deutero. 6. & declarata matth. 22. **Et proximũ tuum ſicut teipſum.** Hoc ꝓceptum habeꝫ leui. 19. expoſitũ vbi ſupra. **Dixitq; illi. recte reſpondiſti.** quoniã in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & ꝓphetæ. **hoc fac.** non cogita, non die non ſcribe, ſed fac. Nec dixit hæc ſed hoc: quoniam vnum ſine altero fieri nequit. & **vives.** proculdubio in æternũ. Interrogauerat. n. legiſperitus, qd faciendo vitam æternã poſſidebo? & dñs directe reſpõdit, hoc fac & vives. **Ille aũt volens iuſtificare ſeipſum.** hoc eſt, intendens ſeipſum declarare iuſtum. Declarauerat ſiquidẽ ſe doctum: laudante ieſu eius reſponſionẽ ſm legem. ſuperat vt declararet etiã ſe iuſtum. Videtur hic ꝙ interrogatio tentatiua ſucceſſerat ſibi ad gloriam doctrinæ: & ꝓpterea cogitans ꝙ etiã hæc interrogatio ſucceſſura ſit ſibi etiã ad laudem vitæ ſeu affectus, nouam ꝓponit quæſtionẽ. **dixit ad ieſum. & quis eſt meus proximus?** Putauit iſte appellari proximos, ſolos viros iuſtos aut iſraelitas: & hoc reſponſurũ ieſum. & quia pferebat ſe amicum iuſtoꝝ ſeu iſraelitarũ, ideo hac interrogatione intẽdebat iuſtificare ſeipſum. **Suſpiciens.** pro. **ſuſcipiens, aũt ieſus.** Non ſignificaꝫ ꝙ ieſus oculos in cœlum leuauit, ſed ꝙ acceꝑauit quæſtionẽ & rñdentis perſonam ſuſcepit. ¶ Et dixit hoc euangeliſta ad differentiã ipſiuſmet ieſu in prima queſtione. nã in prima quæſtione non fuit ſuſcipiens: ſed reiiciens eam in interroganté, efficiendo de interrogante rñdentem. **dixit. Homo quidã deſcendebat ab hieruſalẽ in hiericho, & incidit in latrones: qui etiã deſpoliauerunt eũ: & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo.** pro. **ſemimortuo relicto. Accidit** aũt vt ſacerdos quidã deſcenderet eadẽ via: & viſo eo pꝛeterijt. ſimiliter & leuita quũ eſſet ſecus locuꝫ & videret eum, ptranſiit. Samaritanus aũt quidã iter faciens, venit ſecus eũ: & videns eum, miſericordia motus eſt. Quia declarare intendit ꝓximum definiri natura, nõ iuſtitia, genere aut affectu, ideo a naturæ noſe inchoat parabolã, dicendo homo. Parabola ſm ipſum parabolicũ ſenſum clara eſt. Et quãtum ad loca itineris deſcripta congruitatẽ habet: quia ab hieruſalẽ in hiericho deſcendit. Conguunt quoq; perſonæ ſacerdotis, leuitæ, & ſamaritani: ad ſignificandũ eos qui maxime erant perſonæ cõmunes (ſacerdotes. ſ. & leuitas, qui viuebant ex cõmunibus toti populo decimis, oblationibus &c̃.) non eſſe ꝓximos: & vtrq; ordo (maiorũ in ſacerdote & minorũ in leuita) inhumanus ſignificeꝫ. extraneus aũt & reprobi generis ſamaritanus, proximus monſtreꝫ: ad confurandũ arrogantiam legiſperiti, qui ſolos iuſtos aut iſraelitas expectabat declarari ꝓximos. **Et appꝛopians alligauit vulnera eius, infundẽs oleũ & vinum. Et imponens illũ in iumentũ ſuum, duxit in ſtabulũ.** pro. **hoſpitium. Et** ſignificat hoſpitium meritorũ, non gratuitum. & **curã eius egit. Et altera die. Deeſt. egrediens, protulit duos denarios: & dedit ſtabulario.** pro. **hoſpiti: & ait ei. curã illius habe: & quodcũq; ſupergaueris, ego quũ rediero reddam tibi. Quis. Deeſt. igitur, horũ trium tibi videt ꝓximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? ¶ At ille dixit. qui fecit miſericordiã in illum.** pro. **cum illo. Et ait illi ieſus. vade. Honeſte percutit legiſperiti intentionẽ, qua volebat iuſtificare ſeipſum. Aſi aperte dicat. recede a tua intentione, noli ꝓſequi ceptum ꝓpoſitum, ſed vade. & tu fac ſimiliter.** Vtere miſericordia in hominẽ obuium indigentẽ, non diſcernendo genus, mores, aut affectus. Aduerte hic prudens lector ꝙ quãtum ad ſatisfaciendũ motæ quæſtioni hæc ſufficiunt ad literalẽ ſenſum parabolæ: quoniã hinc habetur ꝙ omnis homo eſt ꝓximus: quum ſamaritanus (plus exoſus iudæis q̃ gentiles) ꝓximus indicatus ſit. Tam accurata tamẽ fictio huius parabolę meretur vt fere literalis ſenſus parabolę ſit myſtica interpretatio de chriſto: quã ſacri doctores diffuſe proſequuntur.

Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum. hoc est parum oppidum. & mulier quędam martha noīe excepit illum in domū suam. Et huic erat soror noīe maria. Quę etiam sedens secus pedes dñi. pro. iesu, audiebat verbū illius. Ex euangelio ioānis clare patet martham & mariam fuisse sorores lazari. propter quod castellū hoc videtur esse bethania: quā etiam ioānes vocat castellum. Et si lucas ordinē inchoati itineris in fine ca. 9. seruat, historia hæc gesta est paulo ante solēnitatem paschalem in qua iesus crucifixus est. Martha autē satagebat. pro. distrahebaf. Significatur. n. distractio animi ad multa admitentis. circa frequens ministeriū. pro. multam ministrationem. Quę stetit. hoc est substitit, ægre ferens oportere se solā distrahi. volebat. n. partē curæ sororē subire: vt sic non immineret sibi tanta distractio. & ait. Dñe non est tibi curę q̄ soror mea reliquit me solā ministrare! Ad cōpassionem sui martha intendit, puocare iesum: vt adiuncta sorore releuet in parte a multitudine operanū. dic ergo illi vt me adiuuet. Ex cura erga ipsam marthā a iesu habenda, infert vt præcipiat sorori vt illam adiuuet. Sciebat. n. sororē non nisi dñico præcepto auelli posse ab auditione verbi iesu. Et rñdens, dixit illi dñs. pro. iesus. Martha martha. Duplicauit nominationē iesus in signum beneuolentiæ. Videtur. n. consuetū tunc fuisse ad maiorem affectus explicationē, duplicatione huiusmodi vti. Vnde & iudas dixit rabbi rabbi, magnam beneuolentiā simulans. Et iesus dicit non oīs qui dicit mihi dñe dñe, ad cumulū affectus honorandi. ¶ Duplicauit rursus nominationē propter mysterium doctrinæ subiunctæ de vita actiua & contēplatiua. Actiuæ. n. vitæ vacantes egent repetitione doctrinæ ad hoc vt imbibant illā: eo q̄ distracti interius sint. Et hinc prudentes viri bis tepetunt mandata occupatis & distractis. solicita es. Ad literam mysterium vitæ actiuæ describit. Primo in parte cognoscitiua. Solicitudo. n. pars est intellectus practici, circa exequenda inquietā vigilantiam adhibens. & turbaris erga plurima. pro. circa multa. In parte affectiua turbatio comitatur, non culpabilis sed subseruiens multiplici actioni. Quēadmodum. n. passio iræ subseruit actiuæ reprehensioni vitiorū, ita turbatio subseruit actiuo ministerio circa multa. Et sicut iram subseruientē, moderatam intelligimus, ita moderatam intellige huiusmodi turbationē. ¶ Circa multa autē describitur actiua vita, quia obiectum eius multiplex est. tum quo ad genera: vt pascere esurientē, potare sitientem, vestire nudū, & similia. Tum quo ad executiones: quoniā multis opus est occupationibus ad huiusmodi exequenda: vt experientia testatur. Porro vnum est necessariū. pro. vno autē est opus. seu vnius autē est necessitas. E regione distinguit contra multa vnum: significans per hoc obiectum cōtemplatiuæ vitæ. Descripta vita marthæ actiua, subiungit aduersatiue cōmunem omnium saluti necessitatē consistere in acquisitione vnius. Acsi apertius diceret. vita hæc tua q̄uis bona, non tamē ipsa est quæ est de necessitate salutis omnibus: quoniā ipsa est circa multa, ad salutē vero omnium necessariū est acquirere vnum. ac per hoc etiam vita tua tendit ad vnū: nec ipsa vita tua bona est nisi quia ducit ad vnū quo est opus, quod est necesse acquirere. ¶ Ex differentia itaq; inter multa & vnū intendit tria. Primū q̄ cōmunis necessitas omnibus incūbit acquirendi non multa sed vnum. Secūdum q̄ etiā ipsa vita actiua necessitatē habet vnius acquirēdi. Tertium q̄ hinc vita cōtemplatiua mariæ præfertur vitæ marthæ. ¶ Et describit sub nomine & ratione vnius, æternā fœlicitatem. Ex parte quidē ipsius fœlicitatis quia cōsistit in vno, summe vno obiecto: deo. s. & in vna applicatione mentis ad videndū & fruendum deo, absq; multiplicatione & successione quacūq; illa si quidē vna applicatio, cōtinua æterno perseuerabit actualiter. & in adunatione omniū virium hominis sub illa fœlicitate: ita q̄ nulla erit distractio. Quoꝝ trium oppositorum hinc patet rō ex parte materiæ de qua erat sermo, quare sub noīe & ratione vnius fœlicitatē describit æternam: ita q̄ occasio materiæ & cōditio ipsius fœlicitatis effecerunt vt sub noīe & ratione vnius fœlicitatem describeret oībus necessariam. Maria optimā. pro. bonam. Verūtamē articulus appositus nescio quid plus q̄ bonā significat: tanq̄ dictum sit illam bonā, demonstrando affectatam ab omnibus partem. propter quod interpres posuit optimā. Descripserat vitā vtriusq; & adiunxerat quo tam marthæ q̄ mariæ vitam tendere oportet. respōdet modo querelæ marthæ, non solū excusando sed laudādo mariam cōtemplationi verbi dei audiendo vacantē: & cōsequenter ad necessarium oībus vnum ęternę fœlicitatis, laudat mariæ vitam: qa illud elegit quod pseuerabit cum ea in ætetnū. Vide tamē singula. Illa bonā, bonitate honesti delectabilis ac vtilis spiritui. partem. non totū. marthæ. n. sua pars relinquitur: cōtemplatiua si quidē vita distinguitur contra actiuā vt pars a parte. Rursus partē ad differentiam vitę apostolicæ & pastoralis. hæc. n. non est pars, sed totū, sed integra vita cōstans ex vtraq; parte: contēplatiua. s. & actiua. Vacant si quidē contēplationi, & contēplata impertiunt aliis: quod est vacare operibus misericordiæ spūalib⁹: predicādo, monēdo, corrigendo &c. Vnde & petrus in actibus apostolorū vtranq; vitā suam esse clare describit, act. 6. dicens. nos vero orationi (ecce vita contēplatiua) & ministerio verbi (ecce vita actiua) instantes erimus. elegit. vt viam & mediū ad illud vnum. electio. n. est eoꝝ quæ sunt ad finē. quę non auferet ab ea. Directe hoc dixit ad differentiā vitæ marthæ, quæ auferetur ab ipsa, quū peruenerit. n. ad vnū cessabit occupatio circa multa: maria autē peruenīente ad vnū, non cessabit contēplatio electa, q̄us definet imperfectio contēplationis. In præsenti. n. vita contēplatur

per speculum

per speculum & in ænigmate: in patria aūt contēplatur videndo facie ad faciem. Modus itaq; contemplandi tollet ab ea: sed contēplatio non auferet ab ea, sed pseuerabit cum ea in æternum. ¶ Et cum hoc alia tangit differentia in hac vita inter actiuam & cōtemplatiuam: quū vita actiua pōt tolli ab inuito, potest. n. multipliciter qs impediri vt non vacet operibus misericordiæ: puta rapinis, direptionibus & hmōi. Sed contēplatio non pōt tolli ab inuito: quoniā oīa secum portat contēplatiuus, & inter tormēta maxime contemplatur: vt gesta sanctoꝝ testant. Quocirca maria quæ timuerat ne ad preces sororis iesus præciperet sibi vt surgeret, iam secura sedet secus pedes dñi audiendo verbum illius.

CAPVT .XI.

Et factum est quuꝫ esset in quodam loco orans. vt verum hominē se monstraret, & formam vitę apostolis prębęret. vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare, sicut docuit ioānes discipulos suos. ¶ Et ait illis. Quū oratis, dicite. Pater sanctificef nomen tuum, adueniat regnuꝫ tuum. Orationē dñicam lucas refert non totam vt matthæus. sed partū refert: quoniā tertia petitio tacita, in præcedētibus duabus quodāmodo cōtinetur. Et similiter victima cōtinetur in precedentibus. panem nostrum quotidianū da nobis hodie. pro. quotidie. Et certe satis quadrat vt quotidianū panem petamus dari quotidie: ne aliqū desit, & suo detur tēpore. & dimitte nobis peccata nostra: siquidē & nos dimittimus omni debenti nobis. Explicat lucas sensum illius particulæ apud matthæū, sicut & nos dimittimus: declarādo super hoc firmari q̄ nos dimittendo debitoribus petimus dimitti nobis. Necessitas ergo indicit oranti & petenti dimitti sibi debita parcendi aliis: alioqn frustra orat, vane petit. ¶ At si instes dicendā non esse orationem dñicam ab iis qui non remittunt offensas. Rñdetur q̄ in persona ecclesiæ pōt illam vere dicere. in ppria aūt persona, peteret cōtra seipsum quātum ad illam particulā sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & mentiret dicendo siquidē dimittimus oi debenti nobis. Et intellige obligari hoīem ad dimittendū, non pœnā non vindictā pro offensa & iniuria ei illata debitā illi qui offendit: quū potest petere & exigere a iudice vt vindicet puniendo &c. Sed teneri ad dimittendū odium & appetitū vindicandi se per seipsum: quoniam vtrunq; est iniquum. Et ne nos inducas in tentationem.

da mihi tres panes: qm̄ amicus meus venit de via ad me, & non habeo q̄ ponaꝫ ante illum. & ille deintus rñdens dicat. noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, & pueri mei mecuꝫ sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Postq̄ docuit ipsam orationē, declarat vtilitatem orationis: & hoc ad confutandū errorem putantiū vanum esse petere aliqd a deo, qui oīa nouit & ab æterno diffiniuit. quoꝝ confutationē vide matth. 7. Affert autē parabolam satis claram ad manifestādum fructum petitionis perseueranter quærentis. talis enim oratio fructuosa est. Et si ille pseuerauerit pulsans. Quāuis hæc verba in nōnullis codicibus græcis non habeant, ipse tū contextus monstrat codices illos in hac parte deficere. Sicut etiā aliqui græci codices abundant, habendo integrā orationē dominicā in textu lucæ. dico vobis etsi non dabit illi surgens eo q̄ amicus eius sit, propter impudentiā. pro. propter impudentiā. Significatur enim inuerecunda pseuerantia in pulsando: quā non inepte interpres improbitatē appellauit. tamen eius surget. & dabit illi quotquot hꝫ necessarios. Vide fructum importunitatis. Petierat tres panes mutuo, victus importunitate amicus non mutuat sed dat, nō tres sed quotquot idiget panes. Et ego dico vobis. Ecce quorsum attulit parabolā. petite. a deo orando. & dabitur. Ecce fructus pprius directe rñdens petitioni. ¶ Sed bene nota q̄ non dicit & dabitur quicquid petitis, sed absolute dicit dabitur: quoniā inferius declarabit quid dabit. vobis. Ad differentiam petentium pro aliis. non enim pmittitur dari aliis sed vobis petentibus. Querite. Petere orantis est: quærere facientis. petere nāq; ad orationē spectat: quærere factoꝝ est. quærimus. n. factis qū vere quęrimus. & inuenietis. Ecce fructus pprius ingressionis. Et hoc quoq; inferius explicandū fm materiam relinquit. Pulsate. Ad perseuerantiā significandam adiunctū est. imo deductum ex parabola: in qua petiit, quęsiuit, & pulsando vt petitum ac quęsitū haberet, tandem obtinuit. Perinde itaq; dictū est pulsate ac si dictum fuisset pseuerate petēdo & quærendo. & aperietur. Proprius pulsationis fructus redditur. vobis. ad differentiam aliorꝝ. Nullus. n. nisi christus pseuerando ad ostium regni cœlorū, meretur aperiri illud aliis, sed sibi tantū. Omnis enim qui petit accipit: & qui querit inuenit: & pulsanti aperietur. Ne intelligeremus discipulis iustis solis hæc dici, subiungit vniuersalem ppositionem cōprehendentē iustos & peccatores. Nec eger adminiculo glosarū: quoniam ipsemet saluator subiungit expositionem. Verba textus verissima sunt, absolute vt iacent intellecta: vt in ipso textu exponuntur. ¶ Quis. pro. quem, autē ex vobis patrem. Alloquitur patres in multitudine auditoꝝ. petet. Deest. filius, panem, numqd lapidē dabit. pro. porriget, illi: aut piscem, numqd pro pisce serpentem dabit pro. porriget, illi: Aut si petierit ouum, numqd porriget illi scorpionē? Dixerat petite & dabitur, & omnis qui petit accipit: nec declaranerat quid. Et ppterea declarat primo negatiuā. s. q̄ non quodcūq; petitum. hanc. n. negatiuā ex hac parabola ad literā significat. Intendit. n. q̄ sicut nullus vestrū carnalis patet existens, petēti filio panē piscem aut ouum, dat lapidem serpentē aut scorpionē, ita deus homini

petenti quæ sibi videntur necessaria vtilia aut delectabilia/non dat inutilia aut nociua aut contristantia. Vbi subaudi q̄ ea quæ petimus, quantūcunq; nobis videantur bona(vt panis/pisces & oua)deus tamē qui videt quæ petimus si darentur fore nobis inutilia(vt lapides)aut nociua & cōtristantia(vt serpentes & scorpiones)ideo paterno affectu negat quādoq; ea quæ petimus, quæ si nosipsi cognosceremus non peteremus. Quū ergo dictum est petite & dabitur/& omnis qui petit accipit, non intelligit̄ de omni petito: quia inutile aut nociuū esset quādoq;. ℣ Si quæris cur panis/pisces & oui mentionem fecit? Scito q̄ trinario numero omnia petibilia quæ in malū verti possent cōprehendit: eo q̄ trinarius perfectionis est numerus. His autē tribus omnia ad esum hominis spectantia cōprehenduntur. sub pane quidem omnia vegetabilia: sub pisce vero omnia animalia: sub ouo aūt intermedia quæq;. Et quoniā galilæos alloquebat paupes, ideo cōsueta peti ab eoꝝ filiis nominauit: panē/ouum/& piscem paruulū. **Si ergo vos.** Infert ex parabola manifestiorē sensum. **quum sitis mali.** Tum cōditione: quia creati ex nihilo. tum volūtate: quia si dixerimus quia peccatū non habemus/ipsi nos seducimus. **nostis bona data.** pro. **dona.** seu potius bonas dationes. non mala dona/nō malas donationes. **dare filiis vestris: quāto magis pater vester.** Superfluit vester. & similiter superfluit de cœlo. Ita q̄ legendū est. **quanto magis pater celestis dabit.** qui non ex parte est bonus & ex parte malus/sed oīquaq; bonus. **spiritum bonum.** pro. **spiritū sanctum.** Non sufficiebat declaratā esse negatiuam, sed oportebat subiungi affirmatiuam: non quiescebat mens audiendo non quodcūq; petitum dandū esse perentibus, nisi determinatum fuisset quid est illud petitū quod dandum est. Et ꝓpterea hoc hic determinat/dicendo spiritum sanctum. Quū itaq; dictum est petite/intelligе spiritū sanctum, & dabit vobis. & similiter quærite/spiritum sanctū, & inuenietis illum. Et demū pullate/ad ostium spiritus sancti, & aperiet vobis/regnū cœlorum. Quia omnis/tam iustus q̄ peccator, qui petit spiritū sanctum, accipit illū: & qui quęrit spūm sanctum, inuenit illum: & pulsanti/pro spiritu sancto ad cœleste ostium, aperietur illi. Spiritus aūt sanctus proprie loquendo/non est hic nomē tertiæ personæ trinitatis, sed participationis illius/sed participationis diuinæ spūalitatis ac sanctitatis/imo sanctæ spūalitatis in spiritu nostro: vt non sit spiritus noster ad carnalia & mūdana promptus aut affectus/sed ad spiritualia bona, & hoc sancte: hoc est mūde & eleuate ab omni cōtagione humanæ imo creatæ famæ/laudis/gloriæ & huiusmodi. **petentibus se.** Pronomen se/demonstrat patrē cœlestem. Cernis iam prudens lector nō opus esse glosis: qui infallibiliter vera hæc sunt ꝓm cōtextum intellecta. Et cōtinent oēs cōditiones necessarias ad obtinendū spūm sanctum. S orare mente/quærere factis/& pseuerare in vtrisq; & explicite dē vobis. & declarat̄ q̄ oia quæ docuit peti in oratione dñica/cōprehenduntur in hac vna petitione qua petitur spiritus sanctus.

Et erat eiiciens demonium. Miraculū hoc scribitur etiā matth. 12. **7 illud erat mutū.** Intelligе casuliter: hoc est efficiebat hominē mutum. **Et quū eiecisset.** pro. **exisset/demoniū, locutus est mutus: 7 admirate sunt turbe.** simplici corde facta pensantes admiranda vt erant. **Quidam aūt ex eis.** S. pharisæi: vt patet matth. 12. Et scribæ qui a hierosolymis descēderant: vt patet mar. 3. Hi enim malignitate pleni nitebant̄ inuertere sancta opera in diabolica. **Dixerunt in beelzebub.** deo accaron. **principe demoniorū eiicit demonia.** Vt colorarent dicta sua/dicunt q̄ virtute principis dæmonū eiicit inferiores dæmones. Et faciunt iesum non solum virum malum/sed pessimū magum: diuinaq; opera fingunt diabolica. **Et alii.** de scribis & pharisæis: vt ex matth. 12. & mar. 8. colligit. **tentantes.** non ad credendū/sed ad tentandū potentiam iesu an extenderetur ad superiora. videbant. n. ipsum in inferioribus multa miracula operari. **signum de celo querebant ex eo.** Si per cœlum intelligebant superiorē aerem, ad eliā & moysen spectant. ille enim ignem/ille manna de cœlo attulit. Si vero de cœlo proprie loquuntur, ad esaiam & iosue spectant. Ille enim solem per quindecim lineas retroduxit. iste autē solem fixit in cœlo contra gabaon. **¶ Ipse autē vt vidit.** pro. **sciuit.** Significatur enim q̄ nō exterioribus signis vidit sed internis mentis oculis cognouit cogitationes eorū: tam tentātium q̄ ab ipso petebant signū de cœlo, q̄ blasphemantiū/qui ipso non audiente dicebant in beelzebub eiicit dæmonia. **cogitationes eorum dixit eis. Omne regnum.** Prima ratio ex similitudine regni & domus sumitur. Et clare ponit̄ in litera. **in seipsum diuisum, desolabitur.** pro. **desolatur.** ipsa enim diuisio desolat illud. 7 **domus supra domum.** pro. **super domū/cadet.** Est enim sensus. & domus aduersus seipsam diuisa/ruet super domum: hoc est super seipsam. Nec legendū est cadet sed cadit eadē ratione: quia diuisio domus contra seipsam est illius casus. ℣ Et simile adiungit̄. matth. 12. de ciuitate. Ita q̄ dñs induxit similitudinē a regno/ciuitate & domo: vt ab his tribus declararet q̄ omnis cōgregatio diuisa in seipsam/ruit. **Si aūt 7 satanas in seipsum.** hoc est contra seipsum. **diuisus est.** vt vos dicitis q̄ princeps dæmoniorū expellit alios. **quomodo stabit regnū eius?** Hoc est totum incōueniens ad quod deducit: scilicet q̄ princeps dæmoniorum ageret cōtra regnum ꝓprium: quod est manifeste incōueniens. **quia dicitis in beelzebub me eiicere demonia.** ℣ **Si autē ego in beelzebub eiicio demonia, filii vestri in quo eiiciunt?** Prima ratio sumpta est ex parte principis dæmoniorū & regni eius: hæc vero secūda sumitur ex parte propriorū filiorum ipsorū iudæorum. Et consistit in hoc q̄ si ego accusor a vobis/filii vestri quos non accusatis testantur q̄ non in beelzebub eiicio dæmonia. Et appellat filios vestros discipulos suos, qui eiiciebant

dæmonia/& tamen non reputabantur magi. **Ideo ipsi filii vestri/discipuli mei. iudices vestri erunt.** Tum cōparatione: quia ipsis credentibus vos non creditis. Tum assessoria dignitate: quia sedebunt iudicantes & cōdemnantes vos. ℣ **Porro si in digito dei eiicio demonia.** Tertia ratio ab effectu diuinæ operationis sumitur. Vbi prudens lector aduerte q̄ dñs procedit contra istos in virtute subintelectæ disiunctionis talis/aut eiicio dæmonia in principe dæmoniorū aut in digito dei. Et prius prosecutus est alterum mēbrum (scilicet si eiicio in principe dæmoniorū) dupliciter: vt patuit. Modo ꝓsequit reliquum mēbrum: scilicet si eiicio dæmonia in digito dei. Et intendit per digitū dei specialem & exactam operationē diuinam, qualis sit digito proprio ipsius artificis. Ab hac enim metaphora propriam sibi filio dei potestatē eiiciendi dæmonia significat: vt intelligatur digitum dei esse digitum ipsius iesu, nec alium esse digitum dei & alium digitū ipsius. **profecto pervenit in vos.** pro. **ad vos/regnum dei.** Cerne illationem. si eiicio in digito dei dæmonia, iam aduenit ad vos/iudæos/israelitas, regnum dei/a prophetis prædictum regnū messiæ. Et apte cōtra regnum diabolī (quod desolati intulerat si sathanas in seipsum diuisus est) e regione infert regnum dei ex hoc q̄ in digito dei eiicit dæmonia. Acsi aperte diceret. ab effectu cognoscite me in digito eiicere dæmonia/quia attuli ad vos regnū dei: non enim aliud annuncio per me & per discipulos meos nisi regnū dei/non studeo & laboro ad aliud nisi ad regnū dei: hoc est ad hoc q̄ exclusō regno peccati/regno carnis/regno mundi a cordibus hominū, regnet deus in illis. **Quum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea que possidet.** Probat consequētiam ex similitudine sumpta ab homine forti armato custodiēte atrium suū. Et parabola quidem duorum fortium quorū alter prius quiete possidens & custodiens vincitur/exarmatur & perdit spolia, clara est. Intendit autē per hanc similitudinē q̄ dum diabolus fortis & armatus custodiuit regnum mundi huius sibi velut atrium suum/quiete possedit genus humanū: sed postq̄ iesus fortior illo superuenit & vicit illum propriis meritis & propria fortitudine sustinēdo tot mala & tandē crucem, tollit in primis arma quibus armatus erat diabolus (quæ ꝓculdubio vitia sunt/sicut arma christi sunt virtutes) & demum spolia eius distribuit: quæ homines sunt velut res possessæ a dæmone. Hinc enim clare patet q̄ ipso in digito dei eiiciente dæmonia vincendo illa, destruitur regnū diaboli (in vitiis hominū consistens) & introducitur regnū dei/distribuendo spolia in regnum dei. **Si autez fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet.** pro. **aufert in quibus confidebat: 7 spolia eius distribuet** pro. **distribuit.** Conficit siquidem parabolam eorū quæ fiūt inter armatos quum alter vincit. ℣ **Qui non est mecum/contra me est.** Quarta ratio a negatione medii inter se & cōtra se/sumitur. Et directe tendit contra calūniantes fingendo adhibitionē malorum mediorū ad bonum finem: tanq̄ iesus adhibeat opera dæmonū ad regnum dei. Contra hoc inquit. qui non est mecū/qui non cōuenit mecum in bona voluntate & actione, cōtra me est/non solum nō suffragatur mihi nec adiuuat me sed est contra me: ac per hoc dæmon qui non est mecū in bona voluntate & bona actione, cōtra me pugnat & non adiuuat regnum dei. **7 qui non colligit mecum.** Et similiter qui non colligit/qui non cōgregat & adunat ad regnum dei, mecū/concordi mecum volūtate. **dispergit.** non solum non adiuuat ad colligendū, sed etiam cōtrariatur dispergendo. Ita q̄ non datur medius inter colligentē mecum & dispergentem: ac per hoc quū dæmon sit dispergens homines a regno dei, non potest fieri vt me adiuuet qui colligo ad dei regnum homines. **¶ Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa/quęrens requiem: 7 non inueniens/dicit. reuertar in domū meam vnde exiui. Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatā. Desit. 7 ornatam. Et tunc vadit 7 assumit septez alios spiritus secum nequiores.** pro. **maligniores se: 7 ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.** pro. **primis.** Parabola hæc ad pœnam significandā generationis illius iudæorū afferetur: vt expresse patet matth. 12. Exclusa siquidē calumnia/subiungit iesus pœnam spiritualē quā incurret illa iudæorū generatio refutans christum. Describitur autē quātum ad parabolam dæmon egressus ab homine & discurrens per loca inepta ad habitandū (hæc enim significantur per loca inaquosa. sunt enim hæc loca humano more inhabitabilia) & sic non inueniens vbi habitet, reuersus ad hominem inuenit illum paratum imo prouocatiuū ad hoc vt inhabitet. talis. n. homo significat̄ per domū scopis purgatam & ornatā. nam domus scopis mūdata & ornata ꝓuocat ad hoc vt habitet &c. Et intendit per hanc similitudinē q̄ diabolus qui exiit a gente iudæorū per patriarchas & ꝓphetas, nō inueniens requiē in gentilibus/in qbus per euāgelium regnabit deus, reuertet̄ ad nationem iudæorū tanq̄ domum scopis purgatā & ornatam/tanq̄ ꝓuocatiuā dæmonis ad hoc vt inhabitet̄. Et erūt nouissima nationis iudęę peiora primis: vt experientia testat̄. sunt. n. iudęi longe peiores mō repugnādo christo q̄ fuerint a principio anteq̄ illuminarent̄ per ꝓphetas: qui effecti sunt primaces cōtra veritatē messię. **Factum est autē quum hęc diceret, extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi.** Supfluit illi. Quāuis sermonē mulier direxerit ad iesum (vt ꝓnomen re significat) non tamē vt alloqueret̄ iesum sed vt laudaret/extulit vocem. **Beatus venter qui te portauit 7 vbera que suxisti.** Aptissime mulier laudat ventrem & vberat̄que muliebria sunt. beatificat matrē a fructu ventris & vberum quę talem ac tantum filium aluerunt. **At ille dixit. Quinimo.** Non negat vere dictū beatum ventrē & beata vberat

sed hoc affirmans adiicit formalem ac cōmunem beatitudinis rationē. Dictum est enim quinimo/pē/
rinde ac diceretur quin potius, vbi affirmatur dictū & adiicitur potior beatitudinis ratio. beati. in spe.
qui audiunt verbuz dei ⁊ custodiunt illud. hoc est curam habent verbi dei ne in vanum audietur,
sed in corde in ore & in opere seruetur. in hoc enim cōsistit forma beatitudinis in spe. Et est hæc beati/
tudinis ratio cōmunis omnibus electis: & maxime cōueniens beatæ virgini. Ita ꝙ magis cōmendata
est beata virgo (in genere tamē) per hæc filii verba q̄ fuerit in specie cōmēdata per verba mulieris: quī
verbis iesū laudata est ex parte animæ, in verbis vero mulieris laudata est ex parte corporis. Illa siqdem
laudauit naturalia corporis officia: iesus autē liberi arbitrii (diuina affecti gratia) officia cōmendauit.
In qua cōmendatione aduerte ꝙ nō dicit qui audierunt & custodierunt/sed qui audiunt & custodiūt:
vt intelligamus solos perseuerantes audiendo & custodiendo esse beatos.

Turbis autem cōcurrentibus. hoc est condensantibus se circa iesum. cepit dicere. Generatio hec.
Directe respōdet ad alios phariseos & scribas qui tentantes signū de cœlo quærebant, postq̄ cōfutauit
illos qui dicebant in beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. generatio nequa est. Supfluit ge
neratio. Et significat ꝙ generatio phariseorū & scribarū tentantium & calūniantium peior est q̄ credi
esse. signum querit: ⁊ signū non dabitur ei nisi signum ionę ꝓphetę. Nam sicut fuit ionas signū
niniuitis. Modus quo ionas fuit signū diuinæ legationis ipsius ad niniuitas/cōstat ex factis & verbis.
Factis quidē in eo ꝙ mirabiliter triduo in ventre ceti seruatus/eiectus in terram est viuus & incolumis
ad salutem niniues. Verba autē in prædicatione ipsius apparuerunt. sic erit ⁊ filius hominis genera
tioni isti. Non dicit sic est sed sic erit: quoniā modus similis modo ionæ/futurus erat in morte & resurre/
ctione ipsius. Triduo enim mortuus & imortalis resurgens signū fuit diuinæ suæ missionis ad pœnitē/
tiam & salutem generationis illius: quā non postea vt ionas per seipsum sed per discipulos suos prædi/
cauit. Vnde dicunt apostoli in die pentecostes iudæis cōpunctis quærentibus quid facerent/pœniten/
tiam agite & baptizamini &c. & accesserūt die illo animæ circiter tres mille. ℣ Regina austri surget in
iudicio cum viris generationis huius, ⁊ cōdemnabit illos. cōparatiue. q̄z venit a finibus terre
audire sapientiā salomonis: ⁊ ecce plus q̄z salomon hic. Non est ꝓnomē hic. sed aduerbium loci.
Et similiter quī subiungitur plus q̄ ionas hic/aduerbiū est loci. Et vtriusq; cōdemnationis sensus est cō
parativus: hoc est ꝙ niniuitis pœnitētibus vos pœnitentiā non agitis: & similiter regina veniente ad
audiendum/vos non auditis me plus q̄ salomonem. sic enim & non autoritative cōdemnabunt. Viri
niniuite surgent in iudicio cum generatione hac, ⁊ cōdemnabunt illam: q̄z pœnitentiā egerunt
in prædicationem ionę: ⁊ ecce plus q̄z ionas hic.

Nemo lucernā accendit/⁊ in abscondito ponit neq; sub modio, sed super candelabruz: vt qui
ingrediunt/lumen videant. Parabola hæc inducit ad monstrandū finem & fructum euangelicæ doc/
trinę per os ipsius christi. Quia enim dixerat se fore in signū generationi isti quēadmodum ionas fuit
in signum niniuitis/& subiunxerat effectum cōtrarium in generatione ista & in niniuitis (nā illi ege/
runt pœnitentiā, isti autē impœnitentes cōdemnandi descripti sunt) ideo fructum aduētus sui modo
subiungit: ne putares ipsum venisse in damnationē generationis illius. Monstrat enim hac similitudi/
ne lucernæ ꝙ ipse est lucerna/euangelica lucens doctrina & diuinis operibus, ideo accensa nō vt lateat
sed vt super ecclesiæ candelabrū sit: ad hoc vt qui ingrediunt ecclesiæ domum, videant lumen/nō in te/
nebris se inueniant sed videant quid operentur/quo eant in lumine fidei & euangelicæ doctrinæ. Hic est
enim finis & fructus in præsenti vita intentus per aduentū christi: & non dānatio, quæ ex demeritis im
pœnitentium subsequit. Lucerna corporis tui. Superfluit tui. Et similiter supfluit ꝓnomen tuus/quī
subiungit est oculus tuus. Legendū enim est. lucerna corporis est oculus. Altera parabola penes lu/
cernam affertur. Vbi diligenter aduerte ꝙ prius locutus est de lucerna cōmuni quā dixit nemo accen/
dit lucernā &c. de lucerna accensa ad illuminationē aliorū ingredientium domū. modo vero loquit de
lucerna vnicuiq; propria, non relata ad aliorū illuminationē sed ad ꝓprii corporis claritatē. Nec solum
in hoc differt lucerna hæc a prius dicta: sed etiā in hoc ꝙ lucerna illa non est nisi lux, lucerna autē hæc
potest esse lumen & tenebrę. Et ambæ differentiæ in textu clare patent. ℣ Est itaq; parabola hæc sumpta
a membris humani corporis, inter quæ oculus habet officiū lucernæ. Sicut. n. lucerna facit nos videre exercitia
facimus/ quod comedimus/quo imus, ita oculus facit nos videre exercitia aliorū membrorū. hoc enim
significat dicendo/lucerna corporis est oculus: hoc est officiū lucernæ/in exercitiis corporalibus gerit
oculus. Et hinc cōsequenter fit vt oculo existente simplici/hoc est puro & mundo ab omni lippitudine
& huiusmodi, vniuersa corporis officia/clara reddant. & per oppositū si oculus fuerit male dispositus/
officia quoq; membrorū corporalium tenebrosa reddunt: hoc est velut in tenebris fiunt: dum hō male
videt quod facit. ℂ Verum dīs ad rem parabolæ festinans, ad interiorē oculum transfert fere statim
sensum. Et intendit per internū oculum/naturalē rōnem etiā scientia præditā. Hæc. n. pars animi est ve
lut lucerna in hoīe. Et hanc ad literā intēdit significare iesus p hanc parabolā. hæc est. n. vniuersi corpo/
ris/hoc est vniuersę congerici operationū humanarū, lucerna. hæc pōt esse lux & tenebræ/bona & mala
quo ad vsum. Et ꝓpterea subditur. Si. pro. quī igitur/oculus tuus fuerit simplex. A genere (lucerna

corporis est oculus) descendit applicando ad tectum igitur oculus tuus. Et integram rectitudinē vsus
mentis ac scientiæ appellat simplicitatē, dicendo fuerit simplex: vt intelligamus oēm abusum omnēq;
maliciam spectare ad admixtionē alicuius cōtrarii tam naturali lumini q̄ cuicūq; virtuti intellectuali.
nā tam naturale lumen q̄ adiunctū per virtutes intellectuales/sua simplicitate tendunt ad bonum: & si
conformiter ad eorū simplicitatē vteremur eis, non nisi recte vteremur illis/non nisi lumē essent. totum
corpus tuum lucidū erit. Deest cōiunctio &. Legendū est. n. ⁊ totū corpus tuuz lucidū erit. Et sumit
& ꝓ etiā: hoc est vniuersa quoq; congeries humanorū operū tuorū lucida erit. Qualiter autē intelligat
lucida inferius declarabit. Si autē nequā fuerit. pro. postq̄ autē nequā fuerit. Significatur. n. vtrobiq;
ordo originis: & ꝙ ex oculo simplici emanat vniuersa cōgeries operū lucida/& ꝙ ex oculo nequā (hoc
est malo) ꝓuenit corpus tenebrosum. Cōtra simplex nō distinxit duplex aut cōpositū aut mixtū sed ma
lum: vt intelligamus oē a simplicitate alienū/malum esse. Et est sermo de malo culpabili, quod in pote/
state tua est: vt subiuncta testanē. etiaz corpus tuū. Non dicit etiā totum vt prius dixerat: quī malum
non est integrū quēadmodum bonū. bonum. n. oportet constare ex cā integra (hoc est ex vniuersis par
tibus bonis) aliqn bonum nō est: malum autē consurgit ex quocūq; particulari defectu. tenebrosum
erit. Apte contra lucidū opponit tenebrosum: significans ꝙ congeries quoq; operationū tuarum erit
tenebrosa: hoc est inhabilis vt videat. Per quod significat operū deformitas seu iniquitas. omnis. n. qui
male agit odit lucē. Vide ergo. Nisi in potestate liberi arbitrii tui esset, non diceret tibi vide ergo. ne
lumen qō in te est. Quod prius appellauit lucernā ac oculum/mō appellat lumen: rōnem naturalem/
scientiam/fidē & vniuersam intellectus supellectilē. Et merito appellatur lumen: qa suapte natura lumē
est intra te. tenebrę sint. quo ad vsum. In potestate tua est quod est in mente tua suapte natura lumen/
efficere tenebras, abutendo illo ad ea quæ sunt tenebrarū/ad ea quæ sunt inhabilia seu inepta vt videan
tur: qualia sunt culpabilia & reprehensibilia oīa. Sic. n. lumen trāfit in tenebras quo ad officium: reddit
enim & seipsum & opa sua obscura. Si ergo corpus tuū totum lucidū fuerit. hoc est si vniuersa cōge
ries humanorū operum tuorū erit lucida. non habens aliquā partē tenebrarū. pro. tenebrosam. Non
fuit fuit dicere totum lucidū/sed addidit singulas partes exceptas a tenebris: ad differētiam corporis qd
totum dicit lucidū ratione totius non rōne singularū partium: sicut luna tota dicit lucida in plenilu/
nio, q̄uis pars tenebrosa appareat. describit. n. corpus lucidū & totum & sm singulas partes. erit luci/
dum totū, ⁊ sicut lucerna fulgoris illuminabit. pro. vt quū lucerna fulgore illuminat te. Inducit
vna cōditionalis ad declarandū id quod dictum fuerat/totū corpus tuum lucidū erit: hoc est ad decla/
randū qualiter lucidū erit. Et antecedens huius cōditionalis est/si totum corpus tuum lucidū fuerit nō
habens aliquā partem tenebrosam: cōsequens vero est/erit lucidū totum vt quū lucerna fulgore illumi
nat te. Et est sensus ꝙ nō erit lucidum vt lucens vt illuminans alios, sed erit lucidū vt clarum qd videt
sub fulgore lucernæ. Hic est sensus ſalis. hunc. n. sensum clare significat adiecta similitudo/vt quum lu/
cerna fulgore suo illuminat te. Et dixit hoc declarando officium proprię cuiusq; hominis lucernę non
esse lucere aliis, sed clarificare vniuersa ꝓpria opera. Et dixit hoc describendo quales sunt illi de quibus
dixerat/vt qui ingrediunt lumen videant: qui. i. ingressi ecclesiam, in lumine christi se reperiunt/lumine
christi vtuntur. vt hinc peiperemus quales sunt ad quos fructum euangelica lucerna accēsa est. Nam
tales quoq; tota cōgeries humanorū suorū operum est clara/nihil habent culpabile quod indignum sit
luce, sed vniuersa opera eorū sunt habilia & apta vt ab oībus videantur/vt coram omnibus appareant.
hoc est. n. esse lucida sicut tu es lucidus quando lucerna fulgore suo illuminat te.

Et quū loqueret. hoc est anteqū recederet a loco locutionis. rogauit illum quidā phariseus vt prā
deret apud se. Et ingressus recubuit. hoc est statim vt ingressus est domum/absq; lotione recubuit.
℣ Pharisęus autē cepit intra se reputans dicere quare nō baptizatus esset. pro. quū vidisset admi
ratus est ꝙ nō prius lotus esset. Et est sermo de lotione manuū. ante prandiū. ℣ Et ait dns ad illuz.
℣ Nunc vos pharisei. Occasione sumpta ab admiratione pharisei ꝙ non seruasset iesus traditionē pa/
trum omittendo ablutionē manuū, reprehendit pharisęos multiplr. Et dicit vos pharisei: ad significā/
dum ꝙ alloquit genus pharisęorū/& non alloqtur psonas pharisęorū ibi ꝑsentes. ita ꝙ totus iste futu/
rus sermo est sermo in genere ad pharisęos. Quod autē dicit nunc/innuit peccatū esse apud nōris tpis
pharisęos: ac per hoc nō reprehendit secta/sed multos ex eis modernos. qō deforis est calicis ⁊ catini
mūdatis. Non intelligo exteriora poculi & catini mūdari/interiora aūt poculi & catini nō mundari:
sed intelligo id quod deforis est appositiue poculi & catini mundari: vt per id quod deforis est/intelli/
gamus totum catinū & totum poculū intus & extra: qd extra hoiem est. qō aūt intus est vestrū. pro.
vestri. hoc est animus seu cor. plenuz est rapina ⁊ iniqtate. pro. malignitate. Hęc est prima puerilitas
pharisęorū: curam habere mūdiciæ exterioris/intus aūt imundicia malignitatis & rapinæ repleti. Vñ
iesus non reprehendit exteriorē mundiciā, sed hanc peruersitatē ꝙ curam habent exterioris & non inte
rioris. Stulti. pro. imprudentes. Non cōtumelioſe sed rōnem erroris ꝓponendo/appellat eos imptu/
dentes, ad discernēdū inter imūdiciā interiorem & exteriorē. nōne qui fecit qō deforis est, etiā id qō
intus est fecit? Hinc apparet ratio mādati de mūdicia exteriori. Docebant. n. ꝙ ideo abluēda essent

pocula & catina & manus/quia corpus humanū factum est a deo mundū: & ꝓpterea cum omni mun
dicia seruandū esset. Ita ꝙ curā mundiciæ exterioris referebant in solicitudinē operis diuini. nisi. n. hac
ratione fulcirent pharisæi hęc mādata/non afferret dñs cōtra eos hanc rōnem ꝙ idē deus fecit qđ foris
est & quod intus est. Intendit sigdem cōfutare eos ex idēritate factoris: ꝙ si ꝓpter opus diuinū tanta est
vobis cura exterioris mūdiciæ, non minor debet esse cura interioris mundiciæ: quū idem deus qui fecit
exterius corpus fecerit internū animū. propterea. n. appellauit eos imprudentes seu stultos, curando de
minimo & non curando de maximo opere eiusdē factoris: imo mundando minimū & fœdando maxi
mum opus dei. Verūtn̄ qō superest. pro. quę adsunt, date. pro. datis/eleemosynā: & ecce oia mūda
sunt vobis. Aduerte hic grecam dictionē interpretatā datis/ancipitē esse ad indicatiuū & imperatiuū
modum: ad date vel datis. Cōrexrus ipse apud me sonat indicatiuū. complet. n. iesus peruersitatē pha
risaicā circa curam mūdiciæ his verbis. quibus significat ꝙ vos pharisæi pleni malignitate & rapina/
datis quę adsunt per fas & nefas eleemosynā: & hoc adiuncto ad extetiorē mundiciam/oia tam intus q̄
extra mūda sunt vobis: hoc est apud vos/non munda in veritate. At si legit date/ad eundē sensum redu
cendus est textus. Et est increpatiue & ironice dictū. verūtn̄ date eleemosynā/& ecce oia munda sunt vo
bis. Secūdum. n. eos doctrinā oia erant munda post datam eleemosynā, q̄uis pleni essent rapina & ini
quitate. Et vtinā non pseueraret doctrina hęc in hodiernū vsq; diem. ℣ Cogor autē ad intelligendū te
xtum hunc in malam partē: quia licet verba ista absolute bene sonent, cōtextus tn̄ clare explicans ꝙ ple
nis rapina dicunt/efficit vt nō bene sonent. constat. n. diabolicū esse cōsilium plenis rapina/date eleemo
synam & ecce oia mūda sunt vobis. ℣ Sed vę vobis pharisęis. Alia puersitas arguit. qui. pro. quia/
decimatis. decimā offertis. menthā & rutam/& oē olus. Ecce curā minimoꝝ: menthæ/rutæ/& hmōi.
& ꝓteritis. Ecce puersitas/cum tanta minimoꝝ moraliū cura tanta transgressio maximoꝝ pceptoꝝ.
iudicium. quo ius dr. in quo violatio iustitiæ ad ꝓximos significat. & charitatē dei. ita ꝙ nec pceptoꝝ
erga deū nec ꝓceptoꝝ erga ꝓximum curā habetis. Hęc aūt oportuit facere & illa nō omittere. Ne
errates intelligēdo reprehendi curā minoꝝ præceptoꝝ moraliū, subiungit ꝙ oportuit hæc maiora fa
cere & illa minora nō omittere. peruersitas. n. cutæ est quæ reprehendit. ℣ Vę vobis pharisęis: q; dili
gitis. Tertio loco vana gloria affectata reprehendit. Non dicit qui ꝓsideris/sed qui diligitis: & similiter
non dicit qui salutamini/sed qui diligitis: qū affectus est culpabilis, non ꝓsidere aut salutari. primas
cathedras. pro. ꝓsidentias/in synagogis, & salutationes in foro. pro. foris. ℣ Vę vobis. Desunt
quattuor dictiones. scribę & pharisęi hypocritę. Hactenus locutus est ad genus pharisæoꝝ trib⁹ væ
modo loquit ad scribas & pharisæos simul. Genus. n. scribarū genus doctoꝝ est: quorū multi erant de
secta pharisaica & multi nō. q; estis vt monumēta quę nō parent. pro. apparent Per sepulchra non
apparentia ad ifam describit sepulchra ita operta terra ꝙ nō discernitur esse ibi sepulchra. Et hunc esse
sensum literalē/ex eo patet quod subdit. & hoies ambulantes supra nesciunt. Hinc. n. liquet ꝙ locus
ille sepulchroꝝ existimat ab ambulantibus sicut reliqua terra. Et assimilat iesus scribas & phariseos hy
pocritas talibus non apparentibus sepulchris: quia tales in veritate sunt vasa fœtidoꝝ vitioꝝ sicut se
pulchra sunt vasa mortuoꝝ, sed non apparent cora hominibus/latet apud homines eos esse intus ple
nos vitioꝝ. & cōuersantes cum eis/ita cum illis se habēt sicut cum reliquis hominibus, qui si scirent ca
uerent ab eis: sicut ambulantes supra sepulchra non apparentia/existimant se ambulare super cōmu
nem terram, & si scirent esse sepulchra non ambularent supra ipsa.

Rñdens aūt quidam ex legisperitis/ait illi. Magister hęc dicens/etiā nobis cōtumeliam facis.
Scriba iste q̄uis verba iesu diceretur in genere/arrogat sibi iniuriam, cōscientia forte accusante ipsum.
At ille ait. Et vobis legisperitis vę. Tribus væ cōuertit sermonē ad scribas. q; oneratis hoies one
ribus. mandatoꝝ: vt multi etiā inter christianos doctores facitt multiplicādo doctrinas pceptorū.
quę portari nō possunt. pro. difficilibus portatu: & ipsi vno digito vestro nō tangitis. pro. nō at
tingitis/sarcinas. Similitudo est/sumpta a portātibus onera sup humeros: & tn̄ alter nec digito attin
git ad supportādum. Tales sunt plati intolerabilia fere ꝓcipientes, a qbus se eximunt. ℣ Vę vobis: q;
edificatis monumēta prophetaꝝ. Matth. xx. exposita est rō quare iesus retorquet opus religiosum ex
suo genere in malum. patres aūt vestri occiderunt illos. Profecto testificamini. cōplemento facti.
mors. n. cōplet sepultura. ꝙ ꝓsentitis. pro. cōprobatis/opa patrū vestroꝝ: qm̄ ipsi quidē eos occide
runt, vos aūt edificatis cor sepulchra. Propterea & sapientia dei. Ipsemet iesus ſm diuinā natu
ram sapientia dei est. dixit. definiuit. Mittam. Apud matthęū ipse dicit mitto: qa ipse homo exequit
quod diuina sapientia definiuit/mittā. ad illos. iudęos. Crediderim āliquā scripturā autenticam citari
hic a iesu quæ non habet a nobis: alioqn non allegasset in ꝓterito dixit/& in futuro mittā. textus enim
significat hæc verba fuisse olim dicta a diuina sapientia. prophetas & apostolos. Prophetæ ad tēpus
spectant ante christū: apostoli ad tēpus christi. & ex illis occident & persequent. vt inquirat. pro. vt
requirat. Et cōiunctio vt/mentoriā causam significat. sanguis oium prophetaꝝ. quātum ad pœnā.
qui effusus est. pro. qui effundit. Significatur enim ꝙ pseuerant effundendo. a cōstitutione mundi/
a generatione ista. iudęoꝝ. a sanguine abel vsq; ad sanguinem zacharię. Vide exposita circa hæc

matth. xx. Et adde ꝙ ideo etiam hoꝝ duoꝝ meminit, quia sunt primus & vltimus noīati in sacra scri
ptura pro religione interfecti. Quāuis. n. multi fuerint interfecti a manasse rege iuda post istum zacha
riam/& hieremias dicat postea obrutus lapidibus a iudæis in ægypto, autentica tn̄ scriptura nullū no
minatim tradit occisum pro religione post zachariā filium ioiadæ. qui periit inter altare & ędes. hoc
est domū dei. Ita dico vobis requiret ab hac generatione. Confirmando repetit certe requirēdum
esse ab hac natione sanguinē omniū prophetarū. Et vere sic meruerunt: qm̄ maius crimen cōmiserunt
occidendo christū & pſequendo fidem christianā q̄ fuerint crimina cōmissa contra oēs ꝓteritos ꝓphe
tas: vt subsecuta pœna ſpūalis & corporalis testat. ℣ Vę vobis legisperitis: q; tulistis. i. abstulistis.
clauem scientię. Scientia recōdita in lege & ꝓphetis significat. clauis aūt scientiæ metaphorice est eru
ditio/instructio ac doctrina apertiua & manifestatiua scientiæ clausæ in lege & ꝓphetis. Tunc aūt tol
litur clauis scientiæ, quū tollitur eruditio/instructio seu doctrina/aperiens sensum legis & propheterū.
Quod tunc quidē effecerūt legisperiti, introducentes mandata hoīum/& non docentes ea quæ legis &
prophetarū sunt. Postea vero hoc idē efficiunt qui ꝓdicationes & eruditiones populi in fabellas/in hu
manas leges/in poetas & plios cōuerterunt. ipsi nō introistis. Vtn̄ꝙ malū fecistis. Qui tollunt clauē
matrimonialē, etsi aliis vetant ingressum/sibi tn̄ ipsis cōsulunt ad ingrediendū: vos aūt nec vobis cōsului
stis (qa ipsi non introistis in sciam legis & prophetaꝝ) & phibuistis alios. & eos qui introibant phi
buistis. Iudęi appetētes & conantes discere & scire legē & ꝓphetas/introeuntes appellant: qa quātum
ex eis erat veniebant ad tēplum/ad synagogas vt discerēt legem & ꝓphetas: sicut hodie populus vadit
ad predicationē vt discat euangelicā sciam, sed doctoꝝ culpa phibent intrare/cōuersa doctrina euan
gelica in imprinentia. Cūn aūt hęc ad illos diceret, cęperunt pharisęi & legisperiti grauiter insi
stere. pro. instare. siue vrgere. Significat. n. ꝙ cœperunt simul rendere ad hoc vt iesum velut in angu
sto stringerent, non quo ad corpus/sed quo ad locutionē: & hanc intentionē non mediocriter sed gra
uiter cœperūt exequi. Modus aūt subiungit. & os eius opprimere de multis. pro. & os eius tentare
de multis. Ecce modus grauiter vrgendi. Nec significat ꝙ cœperint obturare os eius, sed ꝙ tētauerint
interrogando simul multa: vt multis interrogationibus simul pulsatus/confunderetur, & aliqd falsi seu
mali diceret. insidiantes ei. Qualia interrogauerint nō scribit: sed qm̄ insidiando interrogabāt, ꝓplexa
aliqua vident fuisse. Et cerne malignitatē ꝙ q̄uis multis interrogationibus vacarent, ab insidiando tn̄
non recedebant. & quērētes aliqd capere. pro. venari/de ore eius, vt accusarent eū. Venatoū artē
& operā lucas describit in istis. Nā si recte cōsideres, iesum more ferę cœpunt vrgere multis interrogatio
nibus velut multis canibus appositis insidiis/& quærendo venari aliqd ex ore eius dignū accusatione.

CAPVT .XII.

Multis aūt turbis concurrentibus. pro. myriadibus aūt turbę simul aggregatis. Et de
scribit numerus infinitus a finito. myrias. n. decē milia significat: & vt aiunt/grecimet vtunt
hmōi locutione ad significandū innumeram multitudinē. Vnde nō dicit duabus vel tribus
myriadibus, sed indefinite myriadibus. ita vt seinuicē conculcarent, cepit dicere ad disci
pulos suos. Deest. primū. Anceps tn̄ est cōstructio huius aduerbii/cū sequentibus vel cum ꝓcedenti
bus. Et aptius videt construi cū sequentibus, dicendo primū attendite. Vbi etiā deest vobisipsis. Ita ꝙ
legendū est. primū attēdite vobisipsis a fermēto phariseoꝝ: qđ est hypocrisis. Nisi ipse iesus expli
caret qd noie fermenti intelligit/quærendū esset significatū: sed vbi explicauit ꝙ est hypocrisis/nō opus
est glosa. Monet itaq; vt ante oia caueant ne imitent pharisæoꝝ hypocrisim. quā fermentū appellat, eo
ꝙ latens virtutē habet eleuatiuā ad similitudinē fermenti. modicū. n. fermentū eleuat totam massam.
pharisæi sigdem sub specie religionis inflati erant studētes anantiæ. Primū ergo cauendū a discipulis/
est internū malum hypocrisis: qa ptæcipua & pnciosissima doctorū plaga est hypocrisis. Nihil enim
opertū. Affert rōnem vitādæ hypocrisis ex euentu cōtrarii. ideo. n. subiiciunt se hoies hypocrisis vitio/
quia putant latere suū vitium. & ꝓpterea cōtra hoc directe ꝓdicit eis ꝙ nihil est opertū in ꝓsenti vita.
qđ non reuelet. pro. reuelabit. hoc est discooperiet in futura. hoc. n. directe cōtrariat ad opertū. Et tan
git naturā hypocrisis operientis sub religionis spē virtū. neq; abscōditum. A specie pcedit ad genus:
vt vnico verbo oē occultū in hac vita cōprehendat. qđ non sciat. pro. scietur. similiter in futura vita.
Quę in tenebris dixistis/in lumine dicent. pro. audient. Et qđ in aure. pro. aurę/locuti estis
in cubiculis. pro. penetralibus, ꝓdicabit in tectis. Rationē reddit dicti sui ex oppositiōe luminis
ad tenebras & tectoꝝ ad penetralia: ad significandū ꝙ nec tenebræ nec modus dicēdi secretus (scilicet
in aurē) nec locus (scilicet in penetralibus) retinebit aliqd occultū: sed omnia in lumine/hoc est in ma
nifesto audient & prædicabunt super tecta: hoc est in locis patulis & publicis. in tectis. Alludit ad mo
rem patrię illius in qua domus tabulatis tectis finiuntur sub diuo. Huiusmodi enim tecta loca patula
erant. Et propterea distinguuntur contra penetralia domus.

Dico aūt vobis amicis meis. Seruos suos (quos in discipulos admisit) dignatur appellare amicos
tunc quū ad martyrū eos accendit: vt intelligamus ꝓsentis vitæ mala (tormenta mortēq;) patari ami
cis eius, & talia esse amicitiæ eius pignora. ne terreamini ab iis qui occidunt corpus. Absq; timore

Universidad de Bibliotecas

cis corporalis vult esse amicos suos: qa sciebat vltimum terribilium dici mortē. Hanc ansam timoris humani intēdit excludere subiungendo. ⁊ post hec non habent amplius quid faciant. Acsi aperte diceret. non est vltimū terribilium occidi, sed est vltimū eoꝝ quod pōt inferri ab occisoribus corporis: qui post occisionē corporis nō habent amplius qd mali vobis faciant. **Ostendā aūt vobis quē timeatis.** Ad sensum apparet vltimū terribilium esse mortē: quia nihil ex sensibus percipimus eoꝝ quæ succedunt morti. & pterea iesus docens vltimū terribilū non esse mortē, dicit. ostendā vobis, sub lumine fidei, quē timeatis. **Timete eū qui postq̄ occiderit, h3 ptātē mittere in gehēnā.** Ecce vltimū terribiliū in veritate. Appellatione aūt gehēnę constat intelligi pœnā inferni. ℣ Aduerte hic ꝙ quū timor non sit nisi mali, vt eius qd timet incutrendū: extendit tū ad potentē inferre malū, vt eum a quo timet. Et sm hmōi relationē dicit hic ne terreamini ab iis qui occidūt, & quē timeatis & timere eū. & in sacra scriptura sępe reperit ꝙ timeamus deū. Jtā. id est, pfecto, certe. pro aduerbio enim valde affirmantis sumitur. **dico vobis, hunc timete.** Repetit monitionem timendi, vt solus hic timor imbibatur.

Nōne quinq̄ passeres. pro. **passerculi.** Tam hic q̄ inferius diminutiuū est. **veneunt dipondio.** pro **assiculis duobus.** est. n. diminutiuū. ⁊ vnus ex illis nō est in oblitione coꝝ deo: Dixerat vt non timerent occidi, imo plus vt nō timerent ab iis qui pōt occidere: quod est non timere quæcūq; mala aut tormēta antecedēria occisionē. Et sciebat magni pendi hmōi dāna ab hoibus: ideo declarat discipulis, deū oīum & singuloꝝ curā habere, eosq; dāna ponderare. Et ad hoc arguit a minori. ab auibus. f. minimi pcii. Nec hyperbolice dictū intelligas, nec vnū passerē oblitioni dati coꝝ deo: qm deus sm veritatem (cuius nobis mirabilē) curā habet de singulis passeribus, nō solū in genere aut in spē, sed etiā in individuo. Spectat. n. ad imensitatē pudentiæ eius, & videre singula quæq; individua, & curam illoꝝ habere, sine vlla mutatione aut multiplicatione actuū videndi, volendi, disponendi, curandi &c. in ipso. Nec hoc est vertendū in dubiū apud christianos. cuius pñi hoc nō credant: metientes dei pudentiam ex iis quæ apud nos cognoscimus. **Sed ⁊ capilli capitis vestri oēs numerati sunt.** Cerne qd dixi, nō esse hypbolē sed veritatē euangelicā, capilloꝝ oīum numeꝝ esse apud deū. ita ꝙ nō solū cognoscit quot capillos habemus, sed curā habet ne capilli vnius iacturā retineat amicus eius. **Nolite ergo timere.** Merito infert nō timendū, ex quo nullius dāni periculū est: sed oīa in integrum restituenē. **multis passeribus.** pro. **passerculis, pluris estis vos.** Applicat ad ppositum ꝙ multo magis curam vestri deus haberet: qui præstaris non quinq; sed vniuersæ multitudini passerum.

Dico aūt vobis: oīs quicunq;. Parū erat prætulisse amicos suos passeribus & declarasse restitutionē in integrū a deo, nisi gloriam quā ipse iesus homo repēdet adiungeret. **cōfessus fuerit me.** pro. **in me.** hoc est cōfessus fuerit quæ in me sunt: diminā humanāq; natutā, virtutē, dignitatē &c. & quæ in me fuerunt, mortē, passionē: & vniuersaliter quæ mea sunt. Et est sermo de confessione fidei & laudis. **coꝝ hominibus, ⁊ filius hominis cōfitebitur illū.** pro. **in illo.** hoc est quæ in illo fuerunt merita & quæ in illo sunt partes oēs, laudabit, glorificabit. **coꝝ angelis dei.** Longe præstantior retributio est pro confessione coꝝ hoibus cōfessio coram angelis, præter hoc ꝙ confessio tua serui est: filii autē hois cōfessio regis erit vniuersoꝝ. **Qui autē negauerit me coꝝ hominibus.** Ne crederes promitti præmiū confitenti absq; pœna neganti, subiungit paratā pœnam negantibus eum coꝝ hominibus: vt hinc intelligeremus non qualiscūq; virtutis sed virtutis necessariæ ad salutē, esse confiteri iesum coram hominibus: alioquin pœna neganti ipsum non esset parata. Et appellatione negationis intellige non solum negatiuam vocē, sed & negatiua facta (qualia sunt eorum qui cōfitentur se nosse deum, factis autē negant) & omissionē confitendi quæ sunt fidei aut morum quādo oportet. **negabit.** Sicut confessio christi, approbatio est electoꝝ, ita negatio, reprobatio est eoꝝ qui eum hic negauerunt verbo vel facto. **coram angelis dei.** ad plenitudinem confusionis.

Et omnis qui dixit. pro. **dicet.** Duo dederat præcepta. Alterū ad euitandum fermentum phariseoꝝ: alterum ne timerent ab occisoribus corporis. Et primum præceptū firmauerat ex vanitate hypocrisis: prosequitur modo illud ex alio capite: scilicet ex irremissibilitate criminis: quia fermētum phariseoꝝ vsq; adeo in corruptionē prorupit vt incurrerit irremissibilitatē. ad hoc enim ppositum subiunguntur hæc verba. **Et omnis qui dicet verbū in filium hominis, remittetur illi: ei autē qui in spiritum sanctum blasphemauerit, nō remittetur.** Quoꝝ sensus declaratus est matth. 12. **Quum autē inducent.** pro. **adducunt, vos in synagogas ⁊ ad magistratus ⁊ potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.** Prosequitur secūdum præceptum, quod vsq; ad confessionē coram hominibus deductum erat: adiungendo securitatē affuturæ rōnis. tunc a spiritu sancto. Et in hoc monstrauit se esse deum: pmittens spiritū sanctum in quacunq; hora oportebit coram principibus loqui.

Dixit aūt ei quidā de turba, magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatē. Jlle aūt dixit ei. homo, quis me cōstituit iudicē aut diuisorē sup vos. Docet hoc exēplo dns prædicatores vt euitent secularia negocia, vt etiā quantūcunq; reqsiti non se imisceant negociis secularibus. Et rōnem explicat verbis suis: qa. f. impertinentia sunt hęc ad officiū pdicatoris. hmōi. n. impertinentia significat dicendo, qs

me cōstituit iudicē aut diuisorē. **Dixitq̄ ad illos.** Subaudi de turba. **videte ⁊ cauete.** Videre, mentis est: cauere executionis. **ab oi auaricia.** Supfluit oi. **Quia nō in abūdantia cuiusq̄ vita eius est ex iis quę possidet.** Ordo literæ est. qa vita eius nō est in abundantia cuiusq̄ ex iis quæ possidet. Et est sensus. quia vita hominis corporalis non est in facultate abundantiæ cuiuscūq; rei possessæ.

Dixit aūt similitudinē ad illos. clare monstrantē prędictū sensum. vniuersa. n. hæc parabola manifestat ꝙ quātūcunq; res abūdent, non tū sufficiunt ad seruandā vitā, sed cum summa abūdantia, repentina accidit mors. **dicens. Hois cuiusdā diuitis, vberes fructus ager attulit: ⁊ cogitabat intra se dicens. quid faciā ꝙ nō hēo quo cōgregē fructus meos. Et dixit. hoc faciā: destruā horrea mea, ⁊ maiora faciā: ⁊ illuc cōgregabo oīa quę nata sunt mihi ⁊ bona mea: ⁊ dicā aię mee, aīa habes multa bona posita in annos plurimos.** pro. **multos, requiesce, comede, bibe, epulare.** pro. **letare. Dixit aūt illi deus.** Dicere dei, facere est. hac per hoc initia repērinæ mortis facta, sunt dicere dei: qū secum subiunctā increpationē. & ppterea tanq̄ locutio dei inducit. **Stulte.** pro. **imprudens.** Ecce significata increpatio. Et vere imprudens: quia nō puidit sibi de necessariis ad salutem aiæ. **hac nocte.** Ecce mors repente inopinata, aīam tuā repetunt a te. ministri diuinæ iustitię exigunt a te aīam tuam velut depositā apud te. Non dicit hac nocte morieris (quod significat finē vitæ) sed aīam tuā a te repetunt. qd significat regrere & cogere ad reddendā aīam tuam imortalē ad standū iuri. Significat. n. clare per hoc status alterius post corporis mortē vitæ: pro qua iste nihil sibi puiderat. **quę autē parasti.** pro pñti vita. **cuius erūt.** pro. **cui erunt?** Tibi. n. non erūt vtilia, cui ergo ꝓparasti? Et pterea vndiq; imprudenter egisti. ¶ **Sic est.** Vniuersale infert ex parabola documētū. **qui sibi thesaurizat, ⁊ nō est in deū diues.** Non dānat thesaurizantem sibi ipsi, nisi simul adiuncta habeat alterā conditionē. f. nō esse diuite in deū. ad dñam eoꝝ qui thesaurizant sibi, & cum hoc sunt diuites in deū: hoc est vtunē diuitiis suis ad ea quæ dei sunt. Qui. n. vtūq; facit, expers est huius dānationis. Possunt siqdē hoies licite & sibi & filiis thesaurizare, dūmodo vtanē etiā diuitiis suis in iis quę dei sunt: pascendo paupes christi, & reliqua quę pietatis ac religionis sunt exequēdo. Qui aūt sibi tū thesaurizat, similis est diuiti hic descripto.

Dixitq̄ ad discipulos suos. Præcedens sermo de auaritia vitanda cōis fuit turbę: subsequens aūt ad discipulos dirigit, quos ad pfessionē pfectioris vitæ vocauerat. **Jdeo dico vobis.** Proportionaliter doctrina subsequēs respicit discipulos, sicut doctrina præcedens respicit cōiter hoies. & pterea dixit ideo dico vobis discipulis. **nolite soliciti esse aie vestrę qd mānducetis: neq; corpori qd induamini. Aia plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimentū.** Doctrina hęc declarata est matth. 6. Vnde hic tantū distinguent rōnes. Prima itaq; rō sumitur ex eo ꝙ deus puidit de maiori (f. de aīa & de corpore) sine vestra solicitudine. ℣ **Cōsiderate coruos q̄: nō seminant neq; metunt, quibus nō est cellarium.** pro. **penu, neq; horreū: ⁊ deus pascit illos. Quāto magis vos pluris estis illis.** pro. **volucribus?** Secūda sumit ex parte auū clara. ℣ **Quis aūt vestrū cogitando.** pro. **solicitudine, pōt adducere ad staturā suā cubitū vnū? Si ergo neq; qō minimū est potestis, qd de ceteris soliciti estis?** Tertia rō ex ipotentia solicitudinis ad augendū staturā sumit. ℣ **Cōsiderate lilia qūo crescūt: nō laborāt neq; nent. Dico aūt vobis, ꝙ nec salomō in oī gloria sua vestiebat sicut vnū ex istis. Si aūt fenū.** pro. **herbā, q̄ hodie est in agro ⁊ cras in clibanū mittit, deus sic vestit, quanto magis vos pusillę fidei?** Quarta rō ex floribꝰ sumit. **Et vos nolite q̄rere.** pro. **ne q̄rite.** Supius interna anxietatē phibuerat, dicēdo ne soliciti sitis: mō exteriorē inquisitionē phibet. Sed de volūtaria vt distinguit cōtra necessariā inquisitionē est sermo: hoc est de q̄rere ex appetitu, nō ex recte rōnis iudicio. nā soli actus a virtute denii, sub phibitione cōi oībus christi discipulis cōprehenduntē. **quid mānducetis aut qd bibatis.** Parū refert quale futurū sit. sed quo ad rem pōt intelligi & de cibo & potu absolute (vt paulo supius, qd mānducetis) & de spē cibi & potus. ita ꝙ spēs cibi, phibeat dicendo quid comederitis, & spēs potus dicendo qd biberitis. Ita ꝙ phibeē discipulis per hoc mandatū, vt voluntatē suam nō flectant ad quærendū spēm cibi quē appetunt aut quā appetunt spēm potus. Dedecet enī valde christi discipulos consentire hmōi appetitionibus: & multo magis dedecet q̄rere, nisi ægritudinis necessitas cogat. **⁊ nolite in sublime tolli.** pro. **ne in sublime tollamini.** Græca dictio interpretata sublime, significat ea quæ sunt in nubibus, seu in sublimi aeris regione. ppter quod existimaē inferri hic pceptum ne discipuli curent de iis quæ supra nos fiunt impressionibus in aere. Magis tū ad contextū & ppositū materiæ spectat pcipi hic vt quū hæc oīa fernerint & laudati plurimū fuerint, tanq̄ sublimiorē vitā ducētes, non cōsentiant se tolli in sublime. Nec solus cōsensus sed et occasio phibet: ne. f. occasionē dent vt in sublime tollant opiniomb⁹ & laudibus humanis: iuxta illud pauli. parco aūt ne qs me existimet supra id qd videt in me aut audit aliqd ex me. 2. ad cor. 12. ℣ **Nec enim oīa gentes mūdi querunt.** Quinta rō ex dfia inter ipsos & ethnicos sumit. ℣ **Pater autē vester scit qm̄ his indigetis.** Sexta rō sumitur ex patris scientia. In qua rōne nota singula. f. indigentiā nostram & scientiam dei & paternitatē: in qua clauditur amor & cura puidendi filiis de iis qbus indigent. Et hæc sola rō sufficit ad confidendū de diuina puisione illis filiis qui cōtenti sunt iis quibus indigent: quales vult iesus suos esse discipulos ℣ **Verūtamen querite primū.** Supfluit primum. **regnum dei ⁊ iustitiā eius.** Superfluit & iustitiam eius. Ita ꝙ legendū est. **quęrite regnum dei,**

Universidad de Biblioteca

& hęc omnia adiicient vobis. Septima rō ſumitur ex eo q̄ tanq̄ adiectitia bona temporalia dantur a deo quærentibus nō quæ ſua ſunt ſed quæ dei ſunt: quærentibus q̄ deus regnet per fidē ſpem & charitatem hic in hoibus/& per gloriam demū in futura vita in ciſdē. hoc eſt. n. regnū dei quęrere.

Nolite timere puſillus grex. pro. parue gregule. Ardua dederat mandata: & p̄pterea radicē quęrendi hmōi bona tpalia eradicare volens, adiungit nolite timere mali aliqd ex non ſolicitudine & inquiſitione tpalium. Et deſcribit eos a paucitate numeri, vnde timēdum magis illis erat. Acſi apertius diceret. non obſtante q̄ ſitis tam pauci/nolite tō timere. q̄ cōplacuit patri veſtro dare vobis regnū. Magna rō excludendi timoris: ex hoc q̄ cōplacuit patri dare vobis nō parua aliqua aut diuitias magnas, ſed regnum cōprehendens oīa bona. Vendite quę poſſidetis: & date eleemoſynā. Ad pfectionē diſcipulis cōgruam ſpectat mandatū hoc. hinc. n. diſcipuli poſt pentecoſtē vendebant agros, & p̄cium ponebant ad pedes apoſtolorū pro eleemoſyna diſtribuēda. Facite vobis ſacculos qui nō veteraſcunt/ theſaurū non deficientē in cęlis. Fructus eleemoſynæ deſcribit ad ſimilitudinē recondentiū pecuniā in ſacculis & cōgregantium theſaurū. Iuxta has. n. ſimilitudines meliores deſcribit ſaeculos: qa ſacculi pecuniarū conſumunt, eleemoſynaꝝ vero non veteraſcunt. & ſimiliter theſaurus terreſtris deficiens eſt: theſaurus aūt eleemoſynarū indeficiens: qa tam ſacculi q̄ theſaurus eleemoſynarū/in cœlis fiunt. Quo fur nō approp̄iat/nec tinea cor rūpit. Proſequit cōtrarias cōditiones ad terreſtria. Quæ. n. hic recōdunt, aut a tinea lędunt aut furem timent. Per quæ duo/internæ & externæ oēs cauſæ dāni ſignificant: per tineam internæ, per furem externæ. neutræ aūt contra recōdita in cœlis militant. Vbi enim theſaurus veſter eſt/ibi & cor veſtrū erit. Ratio quare grātus eſt deo deſcriptus neglectus tpalium p̄pter cœleſtia ſubiungit/non ex parte terū ſed ex parte affectus: quia cor comitatur theſaurū. Ita q̄ locus theſauri trahit ad ſe cor. hinc. n. fit vt theſaurizantes in terra/habeant cor affectū terrenis: & theſaurizantes in cœlis/habeant cor affectum cœleſtibus. vbi. n. eſt res amata/ibi eſt cor amantis.

Sint lūbi veſtri p̄cincti. Adiungit parabolā declaratiuā quales eſſe debemus reſpectu cœleſtium & a præparatione lūboꝝ. Si ad iter tenderet parabola, p̄cinctio lūboꝝ apte deſcriberet: ſed quū ad expectationem dñi redeuntis a nuptiis parabola tendat, p̄paratio lūboꝝ non pro ſimilitudine ſed pro ſignificato p̄poſita eſt. Significat. n. ad ſam p̄paratio corporaliū officioꝝ: vt. l. ſint ad corporalia officia p̄parati. A p̄cinctione aūt lūboꝝ hmōi præparatio deſcribit: quātum ad metaphorā quidē, quia p̄cinctio lumboꝝ vltimū eſt inter ſpectantia ad induendū hoiem p̄ōptum ad officia corporalia. Tanq̄ ſi diceret. ſitis induti/ita q̄ etiā ſint lūbi veſtri p̄cincti. Nocturno. n. tpe (de quo loquit̄)/ſolemus nos exuere: & nec lūbos p̄cinctos nec etiā indumenta habere. ¶ Quo ad ſignificatū vero qa maximū impedimentū præſtant venerea exercitia quæ in lūbis vigent, ideo a p̄paratione circa principale officium corporale deſcribit præparationē ad vniuerſa corporalia officia: qualia ſunt comedere/bibere/& reliqua exercitia corporalia. & lucerne ardētes in manibus veſtris. Supfluit in manibus veſtris. Quātum ad parabolam, nocturnū tēpus deſcriptū quo expectat dñs reuerſurus a nuptiis, exigit lucernas accēſas ne in tenebris offendant adueniente dño. Quātum vero ad ſenſum parabolæ, lucernæ (quæ vaſa lucis ſunt) partes cognoſcitiuę ſunt. q̄ tūc ſunt accēſę, quū claritate fulgent ſcię eoꝝ quę ſpectant ad ſalutē. Et vos. Non ſufficit vobis p̄parata hīe tam ſpectantia ad corporalia officia q̄ ſpectatia ad itellectū & ſciam ſalutis (hę. n. ſunt ptes q̄dā) ſed oportet vos q eſtis velut totū eē paratos. p̄m. n. partē affectiuā appellauit vos: quū in illa cōſiſtit ſalus. ſitis hoibus expectantibus dñm ſuū quū reuertat a nuptiis, vt quūz venerit & pulſauerit/cōfeſtim apiant ei. Ex ſilitudine ad expectantes tales/tria ſignificant. Primo vigilantia: deinde deſideriū aduentus dñi: & tertio intentū. ſ. cōfeſtim aperire. Hoies. n. expectantes/oportet primū vigilare. & quū expectant redeuntē a nuptiis/iucūdum ac lætum dñm expectant: ac per hoc ipſi quoq; læti & cupidi talis aduētus expectant. tertiū aūt manifeſte in ſra ſcribit. ¶ Vbi ſi collegeris hæc, videbis mādari diſcipulis vt expediti quo ad ea quæ ſunt carnis & fulti ſcia ſalutis læti expectēt ieſum redeuntē a cœleſtibus nuptiis ad domū animaꝝ ſuaꝝ: vt quū venerit circa tēpus mortis, & pulſauerit/ ægritudine/tormēto ſiue repentino interitu, cōfeſtim apiant ei/hoc eſt cōfeſtim ianuis corporis apertis in aīabus ſuis puris gaudeant recipere illū. Et vere qui ſic expectant, nō timent aperire/nō timent abſq̄ quocūq; velamine quæ ſunt in aīabus ſuis deo patefacere. Beati ſerui illi. Vere beati. quos quū venerit dñs. Quātum ad parabolā/non eget expoſitione. quātum ad ſenſum/iam dictū eſt q̄ de aduētu mortis tpe eſt ſermo. inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, q̄ p̄anget ſe/& faciet illos diſcūbere. Ad parabolā ſpectant hæc officia dñi erga ſeruos vigilantes. Ita q̄ rōnem beatitudinis aſſignat qa dñs eorū præcinget ſe (præparando ſeipſum ad miniſtrandū illis) & facier illos diſcumbere tanq̄ dños. & tranſiens miniſtrabit illis. Quātum ad parabolam ſpectat, miniſtrare tranſeundo dicit/ad dſiam fixoꝝ ad miniſtrandū. Deſcribit. n. dñs tanq̄ ſupintendens miniſterio qđ fit trāſeundo de menſa ad mēſam/ne aliqd alicui deſit. Quātum vero ad ſenſum intentū/ſignificat æternū cōuiuiū in quo diſcūbent electi: ad qđ ipſe ieſus ſe p̄mixit īmortalitatis corporalis gloria, & ſupintendens miniſtrat oībus beatitudinē. Et ſi venerit in ſcōa vigilia/& ſi in tertia vigilia venerit/& ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Per vigilias intellige cuſtodiaꝝ nocturnaꝝ tpa. Et deſcribunt tres tantū: quia ternarius/numerus perfectionis eſt, vt oēs cuſtodiæ tribus cōprehendant. & ad ſſam parabolæ/vltra tertiam cuſtodiam noctis non conſueuit differri reditus a nuptiis. Significant aūt per has tres cuſtodias/oēs differentię ętatis humanæ: & q̄ in quacūq; ætate inuenti fuerint vigilantes, beati ſunt ſerui illi: vt nullus deſperet qui in ſenectute incœperit vigilare. ¶ Hoc autē ſcitote. Adiungit parabolæ parabolā declaratiuam periculi. Præcedente. n. parabola declaratū eſt præmium ſeruoꝝ vigilantiū: ſubſequente aūt declaratur dānum ac periculū non vigilantiū. qui ſi ſciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non fineret p̄fodi domū ſuam. Oīa hæc præterita impfecta ſubiūctiui modi (ſciret/veniret/vigilaret/ſinoret) præterita ſunt: ſciuiſſet/venturus fuiſſet/vigilaſſet/fuiſſet. Deſcribit. n. perfoſſa domus a fure: quæ perfoſſa nō fuiſſet ſi paterfamilias ſciuiſſet horā qua fur venturus fuiſſet. Vbi dānum ex non vigilantia rōne ignotæ horæ deſcribit. Et vos eſtote parati. Quod ſuperius appellauerat vigilare/mō appellat eſſe paratū: ne impoſſibilis hoi continua vigilantia p̄cepta intelligat. is. n. cōtinue vigilat qui cōtinue eſt paratus. q̄ qua hora non putatis. Incerta eſt. n. mortis hora/& ſæpe inopinata. filius hominis veniet. tum ad vniuerſale iudiciū/tum ad ſingulare cuiuſq; iudicium tēpore mortis.

Ait aūt ei petrus. dīe ad nos dicis hanc parabolā, an etiam ad oēs? Dixerat ieſus parabolā de ſeruis expectantibus dñm, adiuncta altera parabola de patrefamilias nō vigilante. Petrus autē ſciens ſe & cōdiſcipulos electos ad officiū patris familias, dubitat an hæc parabola quæ pro vltima parte ſpectat ad patrēfamilias/ſit eis p̄pria an ſit cōis oībus. Dixit aūt dñs. Non directe reſpōdet ad quæſtionē, ſed plus dicit: qđ inſtruit petrū de differentia inter ipſos electos ad paſtorale officiū & alios/& quo ad meritum & quo ad p̄mium/& ſimiliter quo ad crimen & pœnā. ex quibus facile intelligere poſſet dictam parabolā ſm proportionē/cōem eſſe oībus cum differenti p̄mio ac pœna. Quis putas. Inchoat ab iis quæ ſunt p̄pria paſtoribus ſeu p̄poſitis. Et qū rari ſunt habentes oēs requiſitas cōditiones, ideo dicit quiſputas (ſeu quiſnā) ſignificando raritatē. eſt fidelis. vt nō fallat. diſpenſator. non dñs. Officiū p̄poſiti a diſpenſatione noſcunt: vt intelligant p̄lati/officium ſuū non in agendo pro libito ſed in diſpenſando cōſiſtere. Diſpenſatio. n. rōnis recte diſtribuentis actio eſt. & prudens. vt non fallat. quem cōſtituit. pro. conſtituet/dñs. Non ipſe vſurpabit aut aſſumet diſpenſandi officiū, ſed conſtituet a dño. ſup familiā ſuam. pro. famulitiū ſuum. Significat. n. p̄poſitus ſup minores/quātum ad parabolā. Quātum vero ad rem tangit̄ neceſſitas conſtituendi diſpenſatorē. maiores. n. non egent p̄poſito: qm̄ ipſi ſibi ſunt lex, ſed impfecti & minus boni ſimiles famulitio egent curatore. vt det illis. Ecce quorſum ſuperior cōſtituitur, non vt accipiat ab illis ſed vt det illis. Dare. n. ſpūalia officium eſt p̄pter qđ directe inſtituta eſt a chriſto ſupioritas in eccleſia: accipere aūt tpalia introductū eſt tanq̄ quiddā conſequens. vnde & hic cōiunctio cauſalis apponit̄/dicendo vt det illis. in tēpore. cōgruo. tritici menſurā. Dictio græca cōpoſita dicit non a tritico, ſed a frumēto & menſura ſeu a cibo & mēſura. Propter qđ interpres non oīno cōueniunt: ſed alii a cibo & mēſura intelligentes interpretant demenſum: alii frumenti mēſuram. Magis tñ quadrat legere demēſum. nā hoc noīe propne ſignificat id qđ ſeruis dabat pro alimento: & vt aiunt mēſibus ſingulis. Quod ga quædā menſura erat frumenti, ideo neutra lectio abiicienda videt. Intentus tū ſenſus clarus eſt: qm̄ ſignificat cōmenſuratus famulis cibus. Debent. n. præpoſiti doctrinā/correctionē/curāq; adhibere iuxta q̄portionē ſubditoꝝ: iuxta quod ſcriptū eſt. ego dñs docens te vtilia. ¶ Beatus ille ſeruus quē cum venerit dñs. Deſcripto bono diſpēſatore/ſubdit̄ eius p̄miū: deſcribendo eum beatū/in re, tunc qū venerit dñs mortis tpe. inuenerit ita facientē. Non q̄ ita fecerit/ ſed q̄ ita pſeueret faciendo: hoc eſt cum p̄dictis cōditionibus paſcentē chriſti famulos minimos. Vere dico vobis, q̄ ſuper oīa quę poſſidet cōſtituet illū. Vide diſparitatē præmii præparati ad cōfeſtim aperiendū. Diſcūbunt. n. & ſupintendente dño præcincto miniſtrat̄ illis: fidelis aūt & prudens diſpenſator conſtitut̄ in alia vita ſup oīa quæ dñs poſſidet. Et vere ſup oīa conſtituit̄, non ſolum qm̄ oīa in bonum illius cedunt (qđ cōe eſt oībus electis) ſed ſpāle quoddā gaudium ſupioritatis recte adminiſtratę habebunt: tanq̄ cōſtituti etiam in cœlis ſupiores ſup res dñi. Deſcribit. n. chriſtus ſpūalia illa præmia a ſimilitudine ſenſibiliū quæ nouimus. ¶ Q̄ ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo. Declaratis merito & p̄mio boni diſpēſatoris/ſubiungunt̄ crimina cū pœna mali diſpēſatoris. Seruus. n. ille eſt qui cōſtitutus eſt ſup familitiū. moram facit dñs meus venire. Ex mora dñi ad iudicādum & puniendū/licentiam accipiunt p̄lati male opandi. & ceperit p̄cutere ſeruos & ancillas. Ecce crimē iræ & iniuſtitiæ. in quo intellige oē crimen in p̄ximos. & comedere & bibere & inebriari. Ecce crimē gulæ. in quo intellige oē crimen in ſeipſum cuiuſcunq; intēperantiæ. Veniet. per mortē illius ignotā quo ad diem & horā. dñs ſerui illius in die qua nō ſperat & hora qua neſcit. Et diuidet. pro. diſſecabit/eū. Significat enim q̄ ſcindet eum in duas partes: in animā. ſ. & corpus ſeorſum, quod cōſtat fieri per mortem. partēq; eius. Miſerū ſtatum partē eius appellat: qm̄ ex toto vniuerſo miſeria eſt pars ei debita ex p̄priis meritis. cuz infidelibus ponet. quoꝝ damnatio manifeſta eſt. Et merito: qm̄ infidus fuit dño ſuo.

Ille autem ſeruus qui cognouit volūtatem dñi ſui & non ſe præparauit & non fecit ſm voluntatem eius, vapulabit multis: qui aūt non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Hanc ſermonem reſpōdit petro quid p̄prium eſt ipſis alcitis in diſpenſatores: modo ſubiungit quod cōmune eſt

vnicuiq; ſm proportionē ſuam/ſm differentiā ſcientię & ignorantiæ. Docet. n. q; duoꝝ malefacientiū/ quoꝝ alter cognouit volūtatem dñi ſui & alter non, plus punietur ſciens q̄ ignorans. Quod intelligę cæteris paribus. Et ſnia clara eſt in litera. **Omni aūt cui multū datum eſt, multū quęretur ab eo: ⁊ cui cōmendauerunt multū, plus petent ab eo.** Vniuerſalior ratio dicti redditur. Dico autē vniuerſalior: quoniā extenditur doctrina hæc nō ſolum ad donū ſcientiæ, ſed ad quodcūq; donum. Et explicatur tum in datis: qualia ſunt quæ naturalia dicimus dona. tum in cōmendatis: qualia ſunt adiecta dona. ſiue gratiarū quæ dicunt gratis datę/ſiue poteſtatū ſeu officioꝝ/ſiue etiam bonoꝝ temporalium. Cui enim multū datum eſt donoꝝ naturalium, multū quęretur ab eo: & per oppoſitū cui parum datū eſt/parum quæret ab eo. Et ſimiliter cui cōmendauerunt multū (ſiue bonoꝝ exterioꝝ ſiue bonorū interiorum) multū etiam petent ab eo. Hæc enim ſunt quæ ſunt cōmunia omnibus.

Ignem veni mittere in terrā. Parabola hæc declaratiua eſt officii ei⁹. f. ipſius chriſti. officio ſiqdem diſcipuloꝝ par eſt vt adiungat officium ꝓprium magiſter. Et ſignificat ſimilitudine ignis amor ſpiritus ſancti, quē ipſe attulit mundo tanq̄ ignē arſurū in cordibus humanis. **⁊ qd volo niſi vt accendat.** pro **⁊ quid volo ſi iam accenſus eſt!** Et eſt ſermo impfectus: relinquens ſubintelligendū quid ipſe deſiderat ex quo iam accēſus eſt. Vnuſqſq; n. ſubintelligit qd deſiderat qui venit ad mittendū ignem qñ videt iam accēſum. deſiderat. n. vt creſcat & extendat. accenſio. n. eſt principiū, & ꝑculdubio deſiderat cōplementū. Significatur aūt per hoc, q̄ ex quo incœperat accēdi ignis amoris ſpūalis in diſcipulis/deſiderabat vt extenderet ad vniuerſum mūdum. Vbi declarat nō ſolum ſuū officium, ſed fructū quem expectat mediantibus officiis diſcipuloꝝ. **Baptiſmo aūt habeo baptizari.** Aliud ſuū officium ieſus adiūgit: ſignificans illud a ſimilitudine lauacri. Et hebręę linguę conſuetudine deſcribit ſe abluendū ablutione. Significat. n. hoc loquendi mō perfectio negocii de quo eſt ſermo: puta vt eſt in ꝓpoſito pfecta ablutio. Significatur aūt per hmōi ablutionē mors eius, in qua ablutus eſt ꝓprio ſanguine: iuxta id qđ alias filiis zebedæi dixit. poteſtis baptizari baptiſmo quo ego baptizor! **⁊ quo coarctor donec perficiatur!** Deſideriū propriæ paſſionis & mortis ſignificat, diuerſa tñ expoſitione. Nam vel ſignificat affirmatione afflictionis: iuxta illud. ſpes quæ differt affligit animā. Et ſic affirmat coarctatio. i. afflictio. & ſub admiratione ponit modus quō: quia incredibili mō affectabat pfectionē paſſionis ſuæ. Vel ſignificat a negatione anguſtiæ ſeu cōſtrictionis. & eſt ſenſus. & quō velut inuitus ſeu impotens euadere, coarctor/angor/ſtringor! Quaſi diceret. nullo mō, ſed deſidero ablutionē ſanguinis mei pfici. ℣ Et hæc expoſitio magis cōſonat, tū verbo coarctationis. amoris. n. nō eſt coarctare, ſed magis dilatare. Tum ſimilitudini lauacri: quæ ideo appoſita eſt vt ſignificaret res deſiderata. & quadrat vt ꝓpoſita re deſiderata/ſubiungat tanq̄ manifeſte cōſequens excluſio anguſtiæ animi donec cōpleatur deſideriū. protendit. n. continue deſideriū, & nō arctat. Tum interrogatiuo mō quo in textu hæc ꝓponunt. Et ſenſus planior eſt. expecto lauacrū deſideratum: & quō interim donec pficiatur anguſtor! quaſi dicat. nullo mō conſequens eſt vt anguſter, ſed vt ꝓpenſior ſim ad ablutionē. **Putatis q; pacē veni mittere.** pro. **vt mittrem/in terrā: non dico vobis, ſed ſeparationē.** Non ſignificat tertium officiū ieſu, ſed effectus duoꝝ præcedentiū deſcribit: declarando q̄ effectus ſuæ paſſionis & ſui ignis non erit pax mūdana aut carnalis, ſed ſeparatio a carnalibus & mundanis hoibus. Et apte contrā pacē poſuit ſeparationē: quia pacis eſt iungere. **Erunt enī ex hoc.** Deeſt. nunc. Significat. n. tēpus euangelicæ doctrinæ. **quinq; in domo vna diuiſi: tres in duos ⁊ duo in tres.** Imparitatē vtriq; ſignificauit. qñq;. n. duo cōuertent, & tres contra illos inſurgent: qñq; aūt tres conuertent, & duo cōtra illos inſurgent. **diuident.** pro. **diuidetur.** Conſtruit. n. hoc verbū cum ſequētibus: legendo. **diuidet pater in filium ⁊ filius in patrē ſuum: mater in filiam ⁊ filia in matrē: ſocrus in nurum ſuam ⁊ nurus in ſocrū ſuam.**

Dicebat autem ⁊ ad turbas. Subiuncta verba indicant q̄ turbas alloquit ratione hominū peritoꝝ. **Cum videritis nubem orientē ab occaſu, ſtatim dicitis nimbus.** pro. **imber/venit: ⁊ ita fiet.** pro **fit. ⁊ quū auſtrum flantez, dicitis q; æſtus erit: ⁊ fit.** ℣ **Hypocrite faciem cęli ⁊ terrę noſtis probare.** Hinc apparet q̄ non ex ignorantia ſed ex malo affectu peccabant. arguunt enim q̄ quū ſciant prognoſtica tam pluuiæ q̄ æſtus cognoſcere ex apparētibus in aere nubibus & in terra vento, noſſe quoq; deberent aduentus eius tēpus. Et ꝓpterea ſubdit. **hoc aūt tempus quō non probatis!** id eſt preſens aduentus mei meſiæ tēpus quo pacto deſeritis certis argumentis imo manifeſtis indiciis cognoſcere! Et arguit eos ab euidentioribus. manifeſtiora. n. & certiora ſigna hēbant q̄ hoc eſſet tps aduētus meſiq̄ q̄ q̄ nubes oriens ab occaſu ſignificaret pluuiam. Et ꝓpterea ex hypocriſi eorū prouenichat q̄ hoc nolebant cognoſcere. **Quid aūt ⁊ a vobiſipſis.** pro. **cur aūt ⁊ ex vobiſipſis/non iudicatis qđ iuſtuz eſt!** Cęcitatem electionis maiorē in iſtis peritis ſubiungit. Dixerat increpatiue quō ſigna tēporis huius non probatis, qui ſigna tēporis pluuiæ & æſtus probatis! Peius quid modo ſubiungit. cur nō ex interuis veſtris iudicatis quod iuſtum eſt! longe ſiquidē peius eſt habere apud ſe intus exemplaria & errare q̄ errare circa cognitionē pendentem ab exterioribus ſignis. Habemus enī apud nos ſyndereſim & vitutum ſemina/naturæ iura, ex quibus debemus quod iuſtū eſt iudicare. a quoꝝ ſequela nullus poteſt ſe excuſare. Et ꝓpterea arguendo q̄ etiā in moribus errabant hypocritæ iſti dicit. cur nō ex vobiſmetipſis

(hoc eſt ex iis quę intus habetis virtutū ſeminibus ac principiis) quod iuſtū eſt iudicatis! Aeſi aperte diceret. non eſt mirū ſi hypocriſis vſa abducit vos a ꝓbatione tpis aduētus mei: quū ipſamet abducat vos a iuſto iudicio circa moralia/& ea quæ ſunt ad ꝓximū, quoꝝ tñ rationē habetis intus.

Quum autē vadis pro. quū enim vadis. Sequens ſiquidē parabola ſignificat ſpectans ad præcedentia. Vbi aduerte & diſcerne q̄ hæc parabola ſubiuncta ſcribit etiā matth. 5. ſed ibi affert ad materiam iræ & præceꝑti non occides: hic autē affertur ad materiā longe alienam. Et quātum cōtextus inſinuat/affertur ad materiā litis inter ſtimulū rationis & malum affectū. præcedens ſiquidē ſermo increpat hypocritas ꝑentos q̄ habentes euidentia ſigna tēporis meſiq̄/non curant examinare illa: & ſimiliter habētes in ſeipſis rationes iuſtitiæ moralis/non ſequuntur illas. ac per hoc ſignificat litē inter rationē (tum naturalem/tum euidentium ſignorū aduentus chriſti) ex vna parte/& malū affectum hypocritarū ex altera parte. Et ꝓpterea ſubiungit benignus magiſter optimū conſilium per parabolā euntis cum aduerſario in via. Et parabola quidē clara eſt: & in ꝓpoſito applicatur ad hominē cuius affectus/cuius electio atq; operatio cōtrariatur rationi. Ira q̄ aduerſarii noſe intelligit ſyndereſis: quę continue aduerſat mordendo/ſtimulando animū praue agentis, præcipue extantibus in prōptu rationibus malæ actionis: vt patet contigiſſe iſtis. Propter quod ſignificantius deſcribit ire ſimul cum illo in via: qñ eſt individua comes remordens ratio/ſtimulansq; cōſcientia. **cum aduerſario tuo ad ꝓncipem.** hoc eſt ad magiſtratum/ad habentē officium iudicis. **in via da operam liberari.** pro. **vt libereris/ab illo.** Optimū ac ſolum cōſilium eſt, vt dum es in via huius vitę libereris a cōſcientię remorſu. **Ne forte.** Sub dubio euētus futurus ſignificat: quia etſi non ex tua cautela/ex diuina tñ gratia poſſet euenire cōtrarium. **trahat te ad iudicez: ⁊ iudex tradat te exactori.** pœnarū: qui diabolus eſt miniſter diuinæ iuſtitiæ. **⁊ exactor mittat te in carcerē.** ℣ **Dico tibi, non exies inde donec etiā nouiſſimū minutum reddas.** Aduerbium donec determinat tps carceris coęuum tēpori non ſolutionis, & nō determinat certum tēpus: ac per hoc ſi nunq̄ ſoluis/nunq̄ exibis de carcere. & quia in inferno nunq̄ ſoluitur, ideo nunq̄ carcer finit. Oportuit autem ſic ſignificari hoc in loco perpetuū inferni carcerem, propter parabolā de litę/qnę terminatur ad carcerem donec ſoluat vniuerſum debitum vſq; ad minima.

CAPVT XIII.

Aderant autē quidam ipſo in tēpore nunciantes illi de galileis. Nihil certi inuenio de cauſa quare iſti galilæi occiſi fuerint a pilato. **quoꝝ ſanguinē pilatus miſcuit cum ſacrificiis eoꝝ.** Incertū eſt an de legitimis ſacrificiis in hieruſalē ad quæ offerenda venerant iſti galilæi/an de ꝓpriis eoꝝ ſacrificiis extra tēplum dñi, ſit ſermo. Admixtio. n. ſanguinis ꝓpri cum ſacrificiis eoꝝ/ſignificat q̄ inter ſacrificandū occiſi ſunt. **Et reſpondens dixit illis.** Occaſione ſumpta ex facto nunciato/ꝑdicit eis ſimilem futurā eis ruinam niſi pœnitentiā agant. **Putatis q; hi galilei ꝑ cęteros galileos peccatores fuerint/q; talia paſſi ſunt! Non dico vobis.** Declarat primo q̄ tam horrida mors nō accidit galileis illis ex hoc q̄ peccauerint magis q̄ alii galilei. Ira q̄ nō excuſat eos a peccato/ſed a maiore peccato: vt diſcant poſſe quoq; ſibi ſimile euenire. **ſed niſi pœnitentiā habueritis pro. egeritis.** ſeu (vt aliis placet) niſi reſipueritis. **oēs ſimiliter peribitis.** Pœnitentiā eis neceſſariā demonſtrat ad euadendū a ſimili interitu. Vnde apparet q̄ alloquit iſtos in ꝑſona populi hebræi: quorū ſimilis fuit interitus/ex quo nō reſipuerunt infra quadraginta annos. nā fuerunt in ſolēnitate paſchali a romanoꝝ exercitu interēpti. **Sicut. pro. aut illi decē ⁊ octo.** Exēplo galileoꝝ adiūgit exēplum hieroſolymitanoꝝ. **ſupra. pro. ſup/quos cecidit turris i ſiloa, ⁊ occidit eos.** Natatoria ſiloe cōſtat fuiſſe in hierſlm: hiſtoria aūt huius caſus tantū hic ſcripta apparet. vnde neſcit modus: modernus tñ caſus tūc fuiſſe videt. ℣ **Putatis.** Similem ſniam ſubiungit/referendo illos decē & octo ad reliquos habitantes in hieruſalem: & eandē ruinam prædicit. Vnde & ipſa repetitio/ſignum firmitatis eſt q̄ eueniet eis ſimilis interitus. quod rei probauit euentus. **q; ⁊ ipſi debitores fuerint ꝑ cęteros omnes homines habitantes. pro. ꝑ cę omnibus hominibus habitantibus/in hieruſalem!** Non dicit qui habitauerunt. hinc enim apparet q̄ modernus erat tunc caſus turris. ℣ **Non dico vobis: ſed ſi pęnitentiaz non habueritis. pro. non egeritis.** ſeu niſi reſipueritis. **omnes ſimiliter peribitis.**

Dicebat autez ⁊ hanc ſimilitudinē. Adiungit parabolam declaratiuā pœnæ niſi pœnitentiā agāt. **Arborē fici.** Parabola clara eſt. Senſus aūt intentus eſt explicare futurū excidium iudeoꝝ poſt expectationē tanti tpis ad fructificandū deo: qui tñ fructum non ꝓduxerūt. Vnde per ficum cultum diuinū in ſacrificiis & cęrimoniis legis ſignificat. **habebat quidā plantatā in vinea ſua.** Vinea dñi ſabaoth/domus iſrael eſt apud eſaiā: in qua plantatus eſt diuinus cultus. **Et venit.** ꝑſonaliter ille quidā innoſcatus verus deus innoiabilis. **quęrens fructū in illa.** Ad hoc. n. venit ieſus vt quæreret fructū in iudęis cultoribus dei. **⁊ non inuenit.** qñ populus hic labiis me honorat, cor aūt eoꝝ longe eſt a me. **Dixit autē ad cultorē vineę.** Michael archangelus qui (dani. 10. prępoſitus eſt populo iudæorū) noſe cultoris vineæ/cōgrue intelligit. **Ecce anni tres ſunt ex quo venio querens fructū in ficulnea. pro. ficu/hac, ⁊ nō inuenio.** Vniuerſum expectationis tps perfectū iam eſſe/trinario annoꝝ numero ſignificat. Et congrue in ficulnea tres anni abſq; fructu/pficiūt tēpus expectationis. **Succide ergo illam.** Meritū iudaici

populi significat præcepto succidendi: hoc est iam merεt succidi & exterminari cultus iste. vt quid ℰt terram occupat. pro. onerat! Significatur enim ꝙ ad onus est terrę, fugens illam, & tamē fructum non reddens. Et vere non solum cultores tēpli, sed iudæi habitantes in terra promissionis, fugebant bona tē/poralia terræ dei, & fructum bonorū operum non reddendo tanq̄ onera erant terræ. At ille respōdens dixit. pro. dicit, illi. Michael archangelus intercedit pro populo, petens adhuc spatium fructū ferendi. domine dimitte illam ⁊ hoc anno. Spatium quadraginta annorū hoc anno significatur. vsq̄dum fodiam circū illam ⁊ mittam stercora. pro. fimum. Non enim significantur excremēta animalium, sed fimus: hoc est lęramen. Et ad literā significatur per fossionē & stercorationē adhibitio omnium op/portunorum & quæ accōmoda sunt ad hoc vt arbor fructificet. Et vere infra illud quadraginta annoꝝ spatium, misso spiritu sancto ꝓdicauerunt apostoli, facta sunt tot miracula in populo illo, vt nihil præ/termissum sit eorum quæ ad prouocandū populum illum ad ferendum fructum bonorū operum, spe/ctarent. & tamē multos apostolos occiderunt, & ecclesiam christi persecuti sunt. Et si quidem fecerit fructum. Defectiua locutio est. & subauditurꝫ non est succidenda. Si enim fructum boni operis iudæa reddidisset, non fuisset per romanū exercitum succisa & exterminata. sin autem. pro. sin minus, in futu/rum succides eam. Et ita euenit ꝙ infructuosa succisa est.

Erat autez docens in synagoga. pro. in vna synagogarū, eorum sabbatis. hoc est die septimo. qui semper est sabbatum: & ideo pluraliter significatur. Et ecce mulier quę habebat spiritū infirmitatis. Significatur infirmitatis causa malignus spiritus. annis decem ⁊ octo. ⁊ erat inclinata. pro. deflexa: nec omnino poterat sursum respicere. pro. reflecti. Significatur enim dispositio corporis huius mu/lieris, talis ꝙ erat toto corpore deflexa versus terram ita ꝙ nō poterat reflectι: hoc est illū gestum corpo/ris habere quo vtrunq̄ sursum aspicientes. Quā quū videret iesus, vocauit eam ad se. ⁊ ait illi. mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus. Hoc est quod offendit archisynagogū hypo/critam. ⁊ confestim erecta est. ⁊ glorificabat deum. ℣ Respondens autē archisynagogus. Respō/dere dicitur archisynagogus ad factū iesu. indignans qz sabbato curasset iesus, dicebat turbę. Sex dies sunt in quibus oportet operari. Hinc apparet ꝙ dies septimus erat. in iis ergo venite ⁊ cura/mini, ⁊ non in die sabbati. ℣ Respondens autē ad illum dns, dixit. Hypocrita. sub verbis religio/nis diuina opera arguens, sub prætextu obseruationis legis auertens populum a vera fide. vnusquisq̄z vestrum sabbato non soluit bouē suum aut asinum a præsepio, ⁊ ducit adaquare pro. aquatum! Hanc autem filiam abrahę quam alligauit satanas ecce decem ⁊ octo annis. Hinc clare apparet ægritudinem mulieris a dæmone fuisse. non oportuit solui a vinculo isto die sabbati! Et quum hęc diceret, erubescebāt omnes aduersarii eius. ⁊ omnis populus. pro. turba, gaudebat in vni/uersis quę gloriose fiebant ab eo.

Dicebat ergo. pro. autem. Cui simile est regnū dei. ⁊ cui simile estimabo. pro. faciam illud! Duæ subiunguntur parabolæ: altera de grano synapis: altera de fermento absconditο. Quarū expositiones vide matth. 13. Sile est grano sinapis: qd̄ acceptū homo misit in hortū suum. ⁊ creuit, ⁊ factū est in arborē magnam. ⁊ volucres celi requieuerūt. pro. nidificauerūt, in ramis eius. Et iterū dixit. cui sile estimabo. pro. faciam, regnū dei! Sile est fermento qd̄ acceptū mulier abscōdit in farinę sata tria, donec fermentatū est totū. Et ibat p ciuitates ⁊ castella docēs, ⁊ iter faciens in hierlm. Ait autē illi quidam. dne si. pro. an, pauci sunt qui saluantur. Ipse autē dixit ad illos. Cōtendite pro. certate, intrare per angustā portam. Quærenti an pauci sint qui saluantur, respōdet iesus vt ad/nitantur omni conatu ingredi per angustā portam: ex angustia portæ significans paucos esse qui sal/uantur. Et appellatur angusta porta via virtutis media inter extrema vitia. extrema siquidē sphæræ seu circuli, lata & spatiosa sunt: medium autē angustum. sic enim se habet virtus ad vitia. Et significantius dicit certate: vt festinent quodāmodo alter alterū præuenire, dum tēpus est introeundi. qz multi (dico vobis) querent intrare, ⁊ non poterunt. Ecce ratio festinandi, quia multi quærent intrare & nō po/terunt. Illi describūtur qui non super opus sed fidē, exteriores cęrimonias & verba, fundant merita sua. his enim meritis quærent in fine vitæ intrare in salutē, & non poterunt. ℣ Quum autē intrauerit. pro. er quo vtiqz surrexerit, pater familias. Per hanc parabolā significat tēpus secundi aduentus. Iesus. n. pfamilias totius domus ecclesiæ, sedet mō a dextris dei, velut expectans in domo ingredientes per angu/stam portā. Et ppterea durante ista sessione, durante expectatione, admitendū nobis est & festinandū vt ingrediamur: quia quū surget ad iudicandū. ⁊ clauserit ostiuz. Simul surgit & claudit ostium: quia qū tempus tam iudicii vniuersalis q̄ iudicii singularis aduenit, claudit ostiū gratiæ. Et incipietis foris stare. Qui ante clausum ostiū gratiæ per bona opera ingressi sunt, inueniunt intus in regno cęlorum, in domo christi: qui autē vsq; ad illud tunc distulerunt pœnitentiā veram, incipient foris stare: hoc est in/cipient cognoscere ꝙ stant foris extra domum dei: vel incipient se habere sicut foris stantes qui hacte/nus non existimabant se foris remansuros, sed cum aliis cōiter progredi. ⁊ pulsare ostium. precibus. di/centes. Domine. Deest repetitio. Legendū est. dne dne aperi nobis. cōfidentia in professione fidei & exterioris cultus diuini per hoc significatur. Et respondens dicet vobis. Paterfamilias iesus respondebit

in iudicio: respondet quotidie huiusmodi impœnitentibus. nescio vos vnde sitis. Scientia approba/tionis, scientia gratiæ qua nouit electos suos, negatur respectu horum. Tunc incipietis dicere. Allega/tio meritorum tanq̄ manifestantium vnde sint subiungitur. manducauimus coram te ⁊ bibimus. Cultus exterior in sacrificiis iuxta motum illius tēporis significatur. Sacrificantes enim manducabant & bibebant coram dño: hoc est in loco dicato ad diuinum cultum & ꝑm legis ritum. ⁊ in plateis no/stris docuisti. Publica professio fidei cum publico cōuentu ad audiendum diuinū verbum significat. Et dicet vobis. Deest dico. Legendum est. Et dicet, dico vobis nescio vos vnde sitis. Repetit iesus primam responsionē firmando illam, nescio vnde sitis: qa non ex ipso est iniquitas ex qua sunt ꝑm ope/ra. discedite a me. Eicit eos a se: hoc est a suo cōsortio. omnes operarii iniquitatis. Hic clare appa/ret ꝙ ꝗus fide & cultu exteriori christiani fuerint, operibus tamē christiani nō fuerunt. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Pœnæ inferni significant in tristitia animi causa fletus, & in cōcussione totius cor/poris vsq; ad stridorem dentium: vt pœna animi & corporis cōprehendatur. quum videritis abrahā ⁊ isaac ⁊ iacob ⁊ omnes prophetas in regno dei, vos autē expelli foras. Multiplicantur pœnæ. Prima enim fuit electio a cōsortio iesu, quæ est pœna damni. Secūda fuit fletus & stridor: hoc est pœna sensus in animo & in corpore. Tertia subiungitur, degeneres se experiri a patrib⁹ abraham, isaac & c̄. Et addidit hoc iesus iudæos alloquens, vt vel sic resipiscant: cōsiderando patres suos in regno dei, seipsos autem expelli foras. Et venient ab oriente ⁊ occidente, ⁊ aquilone ⁊ austro: ⁊ accūbent in regno dei. Ad cumulum demū pœnæ adiicitur salus futura omnium nationū mundi. Et ecce sunt nouissimi. modo. qui erant. pro. erunt, primi. Quū venient ab oriente & occidente &c̄. gentiles, qui modo sunt nouissimi, erunt primi. ⁊ sunt primi. modo. qui erant. pro. erunt, nouissimi. hoc est & iudæi mō sunt primi (vtpote pollentes fide & cultu diuino) qui tunc erunt nouissimi. vel quia vltimo conuertentur post plenitudinem gentium: vel propter damnationē incredulorum.

In ipsa die accesserunt quidam phariseorū, dicentes illi. Vt terrerent iesum phariśi inimici chri/sti, hoc dicunt. Exi ⁊ vade hinc. Sub specie charitatis volebant ꝙ iesus a galilæa recederet, in qua do/minabatur herodes. qz herodes vult te occidere. Non vsq; quaq; mentiebantur, si iosepho credit di/centi ꝙ herodes ioānem baptistam interfecit pp eius prædicationē valde gratam populo: eadē quip/pe (imo maior) ratio militabat contra iesum. Et ait illis. ite, dicite vulpi illi. Hinc manifeste apparet simulatus animus herodis versus ioānem baptistam, libenter eum audiendo &c̄. dolosus enim signifi/catur appellatione vulpis. Ecce eicio dęmonia ⁊ sanitates perficio. Declarat se iesus non timere in/terrumpi ab herode opus suum, quod describit ab eiectione dæmonū & a collatione sanitatum. Vbi etiam potestatē sibi tantam tantam vt sibi timendum non sit ab herode, manifestat. qui enim eicio dæmo/nia, qui sanitates confero, qua ratione timebo herodem! hodie ⁊ cras ⁊ tertia die consūmoꝫ. Per ho/die & cras & tertiam diem, vniuersi tēporis requisiti ad opus suum perfectio significatur. Acsi apertius dixisset. ecce perficio vniuersum tempus diffinitū pro opere meo. Dissentiunt autē interpretes circa di/ctionem consummor. aliis legentibus consumor per simplex m: aliis cōsummor per duplex m. quibus etiam videtur actiue dicendū fuisse consummo. Græcam siquidē dictionem aiunt esse verbum mediū: quēadmodum sunt verba cōmunia apud nos. ¶ Potest itaq; esse triplex sensus. Primus cōsummo, hoc est perficio. & significatur ꝙ non ante sed cōpleto tempore, perficio seu absoluo opus meum. ℣ Vel cō/summor: hoc est perficior ꝑm omnia quæ scripta sunt de me. Vnde in cruce positus clamauit cōsum/matum est. & similiter significatur ꝙ non ante, sed cōpleto tempore perficitur ꝑm omnia scripta. ℣ Vel consumor morte. & similiter significatur ꝙ non ante sed cōpleto tempore morior. Verūtamen opor/tet me hodie ⁊ cras ⁊ sequenti die ambulare. Quāuis nō propter herodis timorē, verūtamen opor/tet me hinc abire itinere trium dierum: hoc est vsq; hierusalē. hoc enim significatur dicendo, hodie & cras & sequenti die ambulare. qz non capit. pro. non cōtingit. Habet enim græca dictio vim imperso/nalis. Et est sensus ꝙ oportet prophetam perire in hierusalem. Ratio siquidē quare oportet ipsum tri/duanum iter versus hierusalē subire, est quia non contingit vt propheta pereat extra hierusalem: ac per hoc oportet me perire in hierusalem. Et dixit hoc quia tanta erat iniquitas hierosolymitana vt crimen occidendi prophetas non permitteretur aliis, sed ipsi occidebant omnes pphetas. ex hoc enim conse/quens erat vt essent etiā occisuri iesum dominū prophetarū, tanq̄ vnum ex prophetis. prophetam pe/rire extra hierusalem. Hierusalem hierusalez. Ad maiorem exaggerationē duplicat. quę occidis pro. occidit, prophetas, ⁊ lapidas. pro. lapidat. Non dicit in præterito occidit & lapidauit, sed in præ/senti occidit & lapidat: quia perseuerat in statu occidendi & lapidandi. Et prius quidem repleta fuerat sanguine propheratū: postea autem occidit dominū & apostolos, lapidauitq; stephanū. eos qui mit/tuntur ad te pro. ad se. Et explicat per hæc verba id quod dixerat: scilicet non cōtingit propheram pe/rire extra hierusalem. Quotiens volui congregare filios tuos. Alloquitur hierusalem in secūda per/sona. & interiecta ipsamet cum relatiuo in tertia persona, prosequitur sermonem ad secundam. Sic enim iacet in textu græco. Non est hic sermo de voluntate proprie (de qua scriptum est. omnia quæ voluit fecit) sed de velle metaphorice. Et est sensus. quotiens volui: hoc est ad similitudinem volentis

me habui, mittendo prophetas/monendo/præcipiendo/cõminando. Et per hoc declarat se esse verum deum: vtpote curam habentem populi & cõgregandi in vnitatem verę charitatis filios hierusalē, quę erat caput regni. quēadmodum auis. pro. gallina. Anceps tamē est dictio græca ad auem & gallinā: sed gallinæ conuenit cõgregare sub pennis nidi sui pullos/potius q̄ aliis auibus. nidum suum sub pēnis. Et noluisti. pro. noluistis. Significat inobedientiā/crimina & obicem, quem toties hierosolymitæ opposuerunt bono proprio. Ecce relinquet. pro. relinquit. In proximo monstrat desertionē hierusalem: & ꝓpterea vt præsentē demonstrat. vobis. Vere post passionē christi tunc tunc iminentem relicta est domus/dei iudæis/nō deo amplius fructificans. domus vestra. Templū dei non iam dei sed domū eoꝝ appellat. Vnde & velum tēpli in passione christi scissum est. deserta. ¶Dico aūt vobis. An sermo iste dirigatur ad hierosolymitas an cõmuniter ad israelitas, non clare cõstat. Et de hierosolymitis qdem cõstat verificari hæc verba subiuncta quo ad visionē corporalem: quia non viderunt iesum vsq; ad diem palmarū, quo dixerunt bñdictus qui venit in nomine dñi. Quo ad israelitas vero verificatur de visione spūali. Et vere dicit ꝙ nunq̄ videbunt eum oculis fidei/donec dicant bñdictus qui venit in nomine dñi. Et hic sensus videt magis quadrare textui, dicenti tanq̄ quiddā speciale/dico autem vobis. ad præsentes. n. videt conuertere sermonē/postq̄ alloc̄tus fuerat hierusalē absentem. qz nō videbitis me. oculis fidei. donec veniat. supple tēpus. quuꝝ dicetis, bñdictus qui venit. Et est præsentis tpis venit. in noie dñi. Ego inqt ipse/veni in noie patris mei. Et ad lram videt describere & prædicere tēpus quo israelitę post desertam hierusalē susceptur̄i sunt fidem christi & dicturi de christo bñdictus qui venit in nomine dñi. Quod tempus (inquit apostolus) erit tunc quū intrauerit plenitudo gentium.

CAPVT .XIIII.

ET factum est quum introisset iesus in domū cuiusdam principis pharisęoꝝ sabbato manducare panē, z ipsi observabant eum. Pharisæi describunt observantes iesum tum quo ad verba/tum quo ad facta, si in aliquo offenderet. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. non audens petere sanitatē. Timebat forte offendere pharisæos petendo curationem sabbato. præsentauit se tñ conspectui iesu: petens facto vt se curaret. Et rndens iesus. nō ad verba sed ad observationē pharisæoꝝ. dixit ad legisperitos z pharisęos/dicēs. si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. timentes cõtra se militare vtranq; responsionis partē. Nam dicendo ꝙ licet/loquerent contra suam observationē: dicendo vero ꝙ nō licet/timebant cõfundi a iesu: vt de facto euenit. Ipse vero apprehensum sanauit eū/ac dimisit. Ex industria iesus manibus hydropicū apprehendendo sanauit: vt stultitiam pharisæoꝝ sic confutaret. Et rndens ad illos. tanq̄ scandalizatos de corporali apprehensione facta. dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteū cadet, z non continuo extrahet eū die sabbati? Confutat eos iesus ab opere corporeo quod ipsimet exercebant sabbato: qđ longe minus erat necessarium curatione hominis. Et non poterant ad hęc rndere illi.

¶Dicebat aūt z ad invitatos parabolā. Hinc manifeste apparet ꝙ sequens doctrina (quæ ꝑm literā morale sonat documentū) alio rendit q̄ ad docendū morem seruādum circa accubitus in cõuiuio. inte dens qūo primos accubitus eligerent. Occasio parabolę describit attentio iesu ad modū quo eligebant primos accubitus. An aūt iste modus fuerit interior affectus/an exterius aliqđ signū, nō explicat: dicēs ad illos. Quū invitatus fueris ad nuptias/nō discūbas in ꝓmo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: z veniens is q te z illū vocauit, dicat tibi da huic locū: z tunc incipias cuꝫ ruboꝛe nouissimū locum tenere. Sed quū vocatus fueris, vade/recumbe in nouissimo loco: vt quum venerit qui te invitauit, dicat tibi/amice ascende superius. tunc erit tibi gloria coꝝ simul discūbentibus. Parabola satis clara est. Quia oēs qui se exaltat humiliabit: z qui se humiliat/exaltabitur. Ecce quo tendit parabola/ad pœnā superbiæ & præmium humilitatis. Propriissime aūtē superbum describit ex proprio actu/dicendo qui se exaltat. obiectum enim superbi non est exterior gloria aut honor aut quæcunq; res alia, sed ipsemet. Et similiter obiectum humilis est ipsemet. Propter quod humilitatis virtus & superbię vitium latuerunt philosophos. euangelica siquidē est virtus humilitas: & diabolicum vitium superbia. Quod enim alii laudant (hominē. i. exaltare seipsum quātum potest) euangelica doctrina detestatur: vt latius matth. xxiij. declarauimus.

¶Dicebat aūt z ci qui se invitauerat. Prius ad invitatos, modo ad invitantē doctrinæ beneficium dirigit. Quū facis prandiū aut cenā, noli vocare amicos tuos/neqꝫ fratres tuos/neqꝫ cognatos/ neqꝫ vicinos neqꝫ divites. Superfluit vltimū neq;. Legendū est neqꝫ vicinos divites. Sermo pñs non est de prandio aut cœna morali (hoc est ad morē gerendum iis quibus cõuiuitur) sed de cõuiuio meritorio æternæ vitæ. Non enim phibet iesus cõsuetos tam nuptiarū q̄ aliorꝝ conuiuiorꝝ mores (vocando fratres/cognatos/amicos &c̄.) sed declarat nō esse hæc cõuiuia ex suo genere meritoria: conuiuia aūtē exhibita pauperibus ꝓpter deum/esse ex suo genere meritoria æternæ vitæ. Hæc est ad literam snīa huius doctrinæ. ne forte. pro. nequādo z ipsi te rēmuitent, z fiat tibi retributio. Sed quū facis cõuiuium, voca pauperes/debiles/claudos/cęcos: z beatus eris. in spe. qz non habent. pro. nō possunt retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

¶Hęc quum

¶Hęc quum audisset quidam de simul discūbentibus/dixit illi. beatus qui manducabit. pro. mānducat/panem in regno dei. Et ipse dixit ei. Occasione sumpta ex verbis simul discūbentis/affert parabolam discretiuam primo inuitatoꝝ ad cœlestem cœnam ab aliis. ¶Vbi diligenter aduerte in hac parabola/oēs primo inuitatos describi recusantes venire hora cœnæ ad cõuiuium & reprobatos: dicēte patrefamilias/nemo illorū qui vocati sunt gustabit cœnā meam. Et quātum ad parabolam qde homo iste inuitauit diuites seu cōes ciues: quibus recusantibus hora cœnæ venire/iussit vocari pauperes ac debiles & reliquos huiusmodi, in ciuitate tñ manentes: quibus nō sufficientibus ad cõuiuium/ iussit peregrinos cõpelli per vias & sepes. Quātum vero ad sensum parabolæ, describuntur in primis inuitatis non oēs reprobi (quū nullus describat homicida blasphemus/fornicarius) sed illud reproborum genus qui humanis negociis licitis ex suo genere impediunt a cœlesti cõuiuio ex inordinato affectu ad humana negocia seu officia licita. tales enim describunt inuitati ad cœleste cõuiuium: quia ꝑm exteriora opera nihil præ se ferunt indignū cœlesti beatitudine, & tñ quū hora cœnæ venit inordinatus affectus manifestat. Et hæc parabola directe cõtra pharisæos exteriorem iustitiam sectantes tendit: ¶Vide itaq; singula. ¶Homo quidaꝫ. iesus est. fecit cenam magnā. æternæ beatitudinis. z vocauit multos. Multi enim sunt vocati per fidē. Et misit seruū suum. angelicum ministeriū ad incitandum homines ad cœleste cõuiuium. hora cenę. Tempus migrandi ex hac vita ad cœlestem patriam/hora cœnę est. dicere. pro. vt diceret. excitando eos ad amorē cœlestis cõuiuii. inuitatis. hominibus bonoꝝ operum exterioꝝ tantū. vt venirent. pro. venite, qz iam parata sunt oia. Tempus noui testamenti significatur: in quo iam per christū parata sunt oia spectantia ad cœleste cõuiuium. Et cęperunt simul omnes excusare. pro. recusare. Hinc apparet ꝙ nō de omnibus inuitatis ad cœleste cõuiuium/sed de omnibus huius generis tractat. nam non oēs inuitati recusant, sed oēs huius generis inuitati recusant. Apparet etiā hinc ꝙ ternario numero recusantiū subiuncto/oēs intelliguntur. Et quātum ad parabolam quidem/recusatio fit verbo (vt patet in singulis subiunctis) quātum aūtē ad significatum/recusatio fit facto. fit enim affectu ꝓponente humana officia cœlesti beatitudini. ¶Primus dixit ei. seruo dicenti venite. Hoc dicere est affectu inordinato præponere villā amori cœlestis cõuiuii. Villam emi. In hoc ordine sunt occupati maioribus negocijs humanis licitis. non enim malū est emere villā, sed inter magna negocia est. est siquidē emere dñatum quēdam. z necesse habeo exire z videre illā. Ecce pseuerans affectus inordinatus vrgens ad præponendum villam cœlesti cõuiuio. rogo te habe me excusatum. Quāq̄ isti habent affectum inordinatū, cõmendant tñ se angelis & deo/tanq̄ putantes acceptandam esse excusationē suam. Vnde & moriunt acceptis oībus sacramentis ecclesiæ tanq̄ iactantes se diuinæ misericordiæ. Et alter dixit. Juga boum emi quinqꝫ, z eo ꝓbare illa: rogo te habe me excusatuꝫ. Non differt hic a primo nisi ꝑm maius & minus. Ille circa maiora negocia/iste circa minora occupat. ille enim emit villam: iste autē quinq; iuga boum. Vnde & similiter rogat rōnem suæ causæ acceptari: perseuerans in affectu inordinato ad ꝓbandum iuga boum/tanq̄ si tunc inciperet. Et alius dixit. carnalibus delectationibus (licitis tñ) subiectus. Hic tertius est qui vxorē duxit. ¶Vxorem duxi: z ideo nō possum venire. Non rogat iste sed importunitā veniendi pro ratione affert: qa animus carnalibus delectationibus deditus/tam est a ratione alienus vt non roget rationē sui haberi/soīno elongatus a spiritualibus. hoc enim sonat & ideo nō possum venire. ¶Vbi collige prudens lector nullum istorū trium vacasse malo operi ex genere: sed oēs & singulos præposuisse sua (.i. villam/iuga boum/vxorē) cõuiuio cœlesti. ¶Et reuersus seruus nunciauit hęc dño suo. Angelicus ordo humano more ad deū reuertitur, quū merita horum qui opere exteriori sunt boni/affectu aūtē inordinati/diuino offerunt iudicio. Tunc iratus pater familias. Ira dei/punitio est iusta quā merita istoꝝ exigebant. dixit seruo suo. angelico ordini. Exi cito. accelera ministerium. in plateas z vicos ciuitatis. tanq̄ in viciniora loca. Infra græmium ecclesiæ surrogari alios iubet. z pauꝑes ac debiles z cęcos z claudos introduc huc. Intelligo per hos oēs defectum aliquē patientes/peccatores in operibus exterioribus. tales enim tanq̄ manifeste indigni cœlesti conuiuio/non cõputantur inter primo inuitatos, sed tanq̄ surrogati in locum prioꝝ introducunt: iuxta aliam clariorem dñi sniam. meretrices & publicani præcedent vos in regno coelorꝝ. Et ait seruus. dñe factū est vt imperasti: z adhuc locus est. Rursus angelici ordinis solicitudo de implendo numero electoꝝ describit/proponendo ꝙ adhuc locus non est plenus. Et ait dñs seruo. angelico ordini. Exi in vias z sepes. Non solum peccatores intra ecclesiam existentes/sed etiā ex iis qui extra ecclesiam vagant & qui septi legibus aut dogmatibus cõtrariis ecclesiæ sunt/vult deus cœleste intrare cõuiuium. z cõpelle intrare. Modus quodāmodo violentus cõuertendi istos significatur. Considera conuersionē pauli: & videbis cõpelle intrare. Si sciremus quibus viis deus aliquos cõuertit, videremus pluries impleri ꝙ cõpelluntur intrare. non ꝙ cõpellatur voluntas, sed mutantia volūtatem talia sunt vt cõpellatur quis mutare voluntatē: vt vides in exemplo pauli. vt impleatur domus mea. hoc est vt cõpleatur numerus electorū. ¶Dico aūtē vobis. Ad ꝓpositum reducit parabolam. quia nemo virorꝝ illorū qui vocati sunt/gustabit cenam meam. Hic clare apparet omnes illos vocatos esse in numero reproborum. Et vt dictum est/dixit ad discumbentes pharisæos ne præponant affectui

ecclesiis conuiuii affectum terrenorum quantūcunq; licitorum officiorum.

Quantāmē turbę multę cum eo:& conuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me.& non odit patrem suum & matrem & uxorē & filios & fratres & sorores/adhuc autem & animaz suam,non potest meus esse discipulus. Intelligę hæc de odio patris matris &c.non absolute sed quatenus impedirent adhasionē ad christum.gratia enim non destruit sed perficit naturam:qua naturaliter diligimus patrem/matrē & vitam propriam.Odium autē etiam animæ suæ(hoc est etiā proprię vitæ)retrahentis ab obsequio christi/constat esse de necessitate salutis. Et ꝓpterea merito dicitur nō potest meus esse discipulus. Et qui pro.& quisquis/non baiulat crucē suam. Non sufficit ad salutē internus amor christi tantus vt odio habeant patrem/matrem/filii/fratres ac etiā vitā propriā,pro quāto impedirent christi amorē:sed quia probatio dilectionis exhibitio est operis,oportet exterioribus tum passionibus,tum actionibus quæ sunt charitatis diuinæ exequi. Et ꝓpterea quātum ad exteriores passiones subditur/& qui non baiulat crucē suam. Baiulare siquidē propriam crucem quū sit portare proprium ignominiosum suppliciū(erat.n.tunc mos vt crucifigendus portaret sibipsi crucem)positum est ad significandū passiones oēs inferendas christianis/tam contra honorē q̄ contra vitam & integritatē corporis.Oportet.n.christianū quēq; pro christi noīe hæc si inferant sufferre.Quo ad actiones aūt subiungit.& venit post me.imitando vitā meam/mores meos/gradiendo ſm doctrinā meam. non potest meus esse discipulus. Quodcūq; n.horū trium defecerit,non pōt esse christianus:non nomine sed re.

Quis enim ex vobis volens turrim ędificare,nōne prius sedens cōputat sumptus qui necessarii sunt/si habeat ad perficiendū:ne posteaq̄ posuerit fundamentū/& non potuerit perficere,oēs qui viderint incipiant illudere ei/dicentes q̄ hic homo cepit ędificare & non potuit consūmare. Cōmunt doctrinæ necessariæ omnibus christianis/adiungit doctrinā propriam apostolis(hoc est diuturnim.quæ satis clara est.Quo ad significatū autem ędificatio turris professio est perfectioris vitæ:me ipso tuti sua celsitudine cōparatæ. Sumptus aūtē opportuni(vt ipsemet dās dignatus est declarare) sunt abrenūciare omnibus quæ homo possidet.Debet itaq; anteq̄ quisq̄ ꝓfiteatur perfectioris vitę statum,sedens quieta mente cogitare & diligenter atq; exacte examinare affectus suos an sint alieni ab ois bus quę possidet,an in veritate renūciet non solū rebus sed affectibus rerum exteriorū:cōputando interim fuerit fundamentū professionis/earendo sumptibus perfectæ renūciationis non posse perficere ędificiū turris vitæ celsioris. Fieret enim tunc ludibrio videntibus dæmonibus & etiā hominibus. Et meritotanq̄ demens inchoans ędificiū quod non potest perficere. Aut quis rex iturus cōmittere bellum pro.vt congrediatur prælio/aduersus alium regem,nōne sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad.pro.contra/se alioquin adhuc illo longe agente,legationem mittens rogat ea quę pacis sunt. Secunda parabola ad idem/similitudinem regis satis claram affert. Et significat regis nomine/similiter professurus statum perfectionis vitæ tanq̄ aliis celsior ducatū belli suscepturus. Bellum aduersus alium regem est perfectior vita ad superandum mundum quātum ad licita cōmuniter aliis:puta habere agros/vacare humanis negocius & officiis & reliqua huiusmodi,hominibus quidē licita/apostolicæ autē perfectioni interdicta. Debet enim similiter hic quieta mente prius cogitare/si affectus sui vires(per decem milia hominū significatæ)sufficiunt ad occurrendū mundo venienti contra ipsum cum viginti milibus/cum dupla fortitudine. Et describitur mundus duplicata potentia aduersus professitentē vitam perfectiorē:quia & pugnat cōmuni impugnatione/trahendo ad illicita cōmuniter omnibus:& pugnat speciali impugnatione/trahendo ad interdicta apostolicæ vitæ. Si enim considerata proprii animi dispositione imparem se videt tanto prælio,sapienter præuenit anteq̄ bellum inchoet/rogans ea quæ pacis sunt:hoc est non aggredi statum perfectioris vitæ/non vult bellum ad superandū licita cōmuniter aliis,sed velut pacem rogans cōtentus est statu cōmunis vitę. Sic ergo omnis ex vobis qui non renūciat.pro.valefacit/omnibus quę possidet. Hinc clare apparet q̄ quo ad professuros perfectiorē vitam/attulit vtranq; parabolam. renūnciare siquidē omnibus quę possidemus,non mandatur a christo omnibus christianis/sed ꝓfitentibus apostolicę vitę perfectionē. Et intelligo renūciare facto,quicqd sit de voto.illa.n.est vera renunciatio quā in actibus legimus apostolorū & in sanctis patribus antiquis:ambrosio/antonio/paulo/benedicto non potest meus esse discipulus.quales erant tam duodecim q̄ septuaginta.

Bonum est sal. Tertia parabola perfectionis vitę homines cōparans sali. Sal nāq; bonum est ad cibos omnes cōdiendos & seruandos. Si autē sal euanuerit.pro.insatuatum fuerit. Significatur enim si fuerit insulsum.huiusmodi siquidē insipida fatua dicimus. in quo condietur? hoc est per quid condietur ipsum sal?Quasi dicat.nihil restat quo possit condiri.Et hinc iuncto matth.5.apparet q̄ de prædictis aliis loquitur.nam illis dictum est vos estis sal terrę/cum reliquis hic subiunctis. Neq; in terram hoc est neq; ad officium terrę.neq; in stercus.ad officium stercorationis agrorum. vtile pro.accōmodum/est. Et vere qui perfectioris vitę gradum tenent sine sapore vitę & doctrinę, nihil

prosunt ecclesię dei.sed foras mittetur.pro.sed foras proiicium illud. Incorrigibiles enim per alios sunt.& propterea tanq̄ omnino inutiles/foras mittentur proici. Qui habet aures audiendi audiat. Sciebat iesus de prælatis ecclesiæ se loqui,quos nullus corrigit.& ꝓpterea pręueniendo saltē in scriptis excitat aliquē(quis rarum)ad resipiscendū. Propter raritatē.n.dicit qui habet aures ad audiendum.habent.n.omnes aures mentis,sed non ad audiendū spiritus sancti vocē vt faciant mandata eius.

CAPVT .XV.

Erant autez appropinquantes ei.Deest.omnes/publicani & peccatores. Significatur q̄ omnis generis publicani & peccatores sine delectu appropinquabant ad iesum.vt audirēt illum. Sanctus finis ac imperiendus omnibus. Et murmurabant pharisei & scribe/dicentes q̄ hic peccatores recipit & māducat cum illis. Magna iesu comitas relata ad fructum diuini verbi significatur.ad hoc enim vt publicani & peccatores traherentur ad fructum verbi diuini,recipiebat eos comiter & exhibebat se eis cōuiuam. ¶ Et ait ad illos.pharisęos & scribas/parabolam istam/dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues:& si perdiderit vnā ex illis, nōne dimittit nonaginta nouē in deserto/& vadit ad illam quę perierat donec inueniat eam? Et quum inuenerit eam,imponit in humeros suos gaudens.& veniens domū,conuocat amicos & vicinos/dicens illis.cōgratulamini.pro.congaudete/mihi:q̄ inueni ouem meā quę perierat. Parabola satis clara est. Et significat ipsum iesum filium dei habētem centum oues/(hoc est vniuersos electos)quātū vna perdita/natura est humana:nonaginta vero nouem dimisse in deserto/omnes sunt electi angeli,quibus deest ad perficiendū electorum numerū genus humanum.Desertum autē/cœlum est,separatum omnino a nobis. Aduentus ad quærendū ouem perditam/incarnatio est filii dei. Impositio ouis in humeros/redemptio est humani generis in proprio corpore. Et hoc quia sponte fecit,ideo gaudens describitur. Reditus domū/resurrectio & ascensio est in cœlum.Cōuocatio amicorū & vicinorum/associatio est angelica gaudens de reparatione humana. Dico vobis. Conclusio parabolæ diuerete peruersiens pharisæos & scribas:simulq; prouocans publicanos & peccatores ad pœnitentiā.q̄ ita gaudium erit in cęlo super vno peccatore pœnitentiā agente q̄ super nonagintanouē iustis qui non indigent pœnitentia. Specialis ratio gaudii est pœnitentia vnius peccatoris/quæ specialis ratio non habet locum in iustis non egentibus pœnitentia. Nec propterea pœnitentia iustius præfertur iustitiæ illorum:sicut specialis ratio gaudendi de eo qui euasit periculum aut recuperauit sanitatem,nō præfert eum aliis qui semper fuerunt sani/qui non fuerunt in periculo.noua siquidem ratio gaudendi significatur,non maior.

Aut quę mulier habens drachmas decem. Secunda parabola ad idem affertur de drachma perdita. Et ipsa quidem parabola clara est:significatū autem simile precedenti. Nam mulier/diuina est sapiētia. Decem drachmæ/nouem sunt ordines angelorū & humana natura,imaginē habentes dei:sicut numismata quæ drachmæ appellantur imaginē habent principis. Drachma perdita/est humana natura. Lucerna accensa/mysterium est incarnationis/verbū in carne tanq̄ lux in testa. Amicæ & vicinæ/angelicæ mentes sunt. Et cōclusio est eadem.& si perdiderit drachmaz vnam,nōne.pro.non. Quod gaudet interrogatiue sumitur,ideo interpres ad claritatē maiorem explicauit/dicendo nōne. accendit lucernā & euerit domuz. Errore scriptorę mutatum est r in t. Legēdum est euerrit:quod est purgare scopis.hoc enim officio vtuntur quærentes numum perditum in aula. Et hoc officio vsa est diuina sapientia/purgando mūdum per iesum.& querit diligenter donec inueniat eam/Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas/dicens.cōgratulamini.pro.congaudete/mihi,q̄ inueni drachmaz quā perderam. Ita dico vobis,gaudiū erit.pro.fit/coram angelis dei sup vno peccatore pniam agente.

¶ Ait autem. Homo quidam. Tertia parabola ad idem de filio prodigo adhibetur.habuit.pro.habebat/duos filios. Parabola hæc in se clara est:sed significatū eius ad literam eiusdē propositi habet aliqua obscura seu difficilia. ¶ Homo igitur quidā/deus est. Duo filii genus iustorū perseuerantium in tota vita sine peccato mortali & genus lapsorū(pœnitentium tamē)sunt.& propterea vterq; appellat filius,non solum natura sed adoptione. Et dixit adolescentior ex illis patri. Merito adolescentior ad peccandum promptior describitur. ¶ Pater da mihi portionē substantię. Velle suipsius curam habere,q̄ est petere portionem substantiæ.quę me contingit.pro.quę mihi obuenit. Nolebat enim sub paterna cura viuere in cōmuni cum fratre.Hoc perit qui confidit in propriis viribus ad vrendum donis naturæ & gratiæ:confidit dico non deliberando huiusmodi cōfidentiam sed ita procedendo ad opera sua acsi confideret in propriis viribus absq; speciali nouo gratuito dei auxilio. Quod tunc fit quū non recurritur ad curam dei vt patris,vt gratuita cura specialiter custodiat/seruet/illustret &c.sed animęquior est homo ad occurrentia,sciens se habere bonam voluntatē/prudentiam & reliqua:& cum hoc credēs ex coniecturis se esse in statu charitatis. Et diuisit illis substantiam. Ne aliquid subtractum intelligamus petenti filio/ne putemus actū sicut egit abrahā(filiis cōcubinarū largiēdo munera & solum isaac facēdo hæredē)explicatur diuisio. Dedit eni petēti iregram partem donorū naturalium & gratiarum, sed non remansit sub cura patris sicut remanebat alter: quia ipse petiit eximi a paterna cura/petendo

portionem sibi obuenientem. Et post non multos dies congregatis omnibus. Confidentia in omnibus donis naturæ/animi & corporis & gratiæ, est congregario. adolescentior filius pegre profectus est. non solum a paterna domo, sed ab vsu gratiæ cito recessit. in regionem longinquã. deformitatis ac dissimilitudinis a forma tam naturalis q̃ gratuitæ rectitudinis. ⁊ ibi dissipauit substantiaz suam/viuendo luxuriose. Dissipatio substantiæ est donorum tam spectantium ad intellectum q̃ ad affectum continua diminutio. nã hæc luxuriose viuendo (hoc est indulgendo appetitui delectabili) minuuntur. ea enim quæ sunt scientiæ bene viuendi/& ea quæ sunt affectus ad rectitudinem, continue debilitantur. Et postq̃ omnia consummasset. pro. consumpsisset. Ad similitudinem eius qui exteriora bona omnia consumpsit, peccator est qui superfluis delectationibus (non superbis aut cõtumeliosis) in profundum culparum venit/malis habitibus iam habilitatus totaliter ad delectabilia. consumpsisse enim omnes inclinationes ad bonum/tunc est quum habitus sunt geniti ad delectabilia. facta est fames valida in regione illa. Minor penuria est in regione dissimilitudinis q̃diu partim peccatores inclinantur ad delectabilia & partim inclinantur ad actus virtutum: sed quum totaliter inclinantur ad delectabilia, valida penuria est diuini verbi & virtutis actuum. ⁊ ipse cepit egere. Ad similitudinem egentis describitur quando etiam naturale lumen in agibilibus minus inuenitur. Videmus enim subiectos luxui/etiam male se habere circa humana negocia. Et abiit. amplius elongando se a seipso. ⁊ adhesit vni ciuium regionis illius. subiecit se totaliter dæmoni, qui vere est ciuis regionis peccati. Et misit illum in villam suam. pro. villas suas, vt pasceret porcos. Ab vrbanis luxibus degenerat ad rurales ac brutales: vt maior miseria interioris partis significetur. ita q̃ rationis officia abiecta describuntur/in hoc q̃ ad pascendos porcos (non solum bruta sed immunda animalia) mittitur. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. Postq̃ diabolus in seruitutem redegit hominẽ, inuidet ei hoc q̃ faciet suum appetitũ delectabilibus. propter quod vt augeat peccatum/imittit cupiditates variorũ delectabilium: vt autẽ non sacientur/priuat eos concupitis delectabilibus. Hæc. n. est dispositio istius, cupientis saciari de siliquis (hoc est vanis) & tñ nemo illi dabat. Quieto siquidẽ dñio iam possidentes dæmones hominẽ/inuident illi (vt dictum est) sacietatem appetitus: quã tamen procurabant quousq̃ illum plene sibi subiecerunt.

In se autem reuersus. Hinc clare apparet q̃ a seipso abierat/a forma naturalis rectitudinis, peccando (per quam in deformitatem naturæ animæ: & rursus a forma doctrinæ fidei (quã infusam ex diuina habuerat gratia) procul abierat/exercens cõtraria diuinis præceptis. Reuersio autem ad se/per actum intellectus facta describitur/inchoando a memoria & relatione domus paternę, & relatione sui ad mercennarios/suæ ægestatis ad abundantiam eorum. dixit. Quanti. pro. quot. seu q̃ multi. Apte non sola memoria ac collatio sui cum mercennariis iam dictis verbis sed suspirium in modo dicendi intelligitur. ita q̃ suspirando dixit q̃ multi. Ecce quid in se considerauit, gradum scilicet suum respectu mercennariorum: hoc est considerauit se filium tanti patris scilicet dei. Memor fuit domus paternæ/hoc est spiritualis gratiæ. memor fuit magnæ abundantiæ spiritualiũ donorum in iis qui apud patrem sunt: hoc est qui diuinis vacant obsequiis & seruitiis. mercẽnarii in domo patris mei abundant panibus. Collatio hæc congruit iis qui a magnis donis ceciderunt. Habent se enim isti ad alios sicut filii ad mercẽnarios. qui enim magna sunt a deo sortiti dona/velut filii sunt: qui autem parua/velut mercenarii sunt. Vnde illi tanq̃ perfectiores/non tam beatitudinem q̃ patrem considerant: isti autem tanq̃ imperfecti beatitudinis mercede alliciuntur. vtriq̃ tamen grati in domo dei abundant panibus spiritualibus. ego autem hic fame pereo! Superfluit hic. Nota singula. Ego filius/illi mercennarii: fame pereo non esurio/illi abundant panibus: nec est vnus abundans mercennarius/sed q̃ multi! Hæc consideratio intus habita/parturit propositum sequens. Surgam. qui dejectus iaceo/eleuabo mentem & animum a tanta miseria. ⁊ ibo. affectibus/ab hac consuetudine male operandi. ad patrem meum. ad deum qui me creauit ad imaginem & similitudinem suam. ⁊ dicam ei. Adhuc non dicit sed proponit dicere: iuxta illud psal. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Pater. Cerne iam incipere affectum velut filii ad patrem. peccaui. fateor me peccasse. in cœlum ⁊ coram te. Hominem alloquens dicit se peccasse in primis in cœlum: hoc est in deum habitantem in cœlis. & deinde coram te/homine patre. Vnde referendo ad deum/idem est peccare in cœlum & coram te: q̃uis iuxta proprietatem verborum augeatur oratio prius dicendo peccaui contra te, & postea adiungendo & coram te/in conspectu tuo: iuxta illud. tibi soli peccaui & malum coram te feci. ⁊ iam non. pro. ⁊ non posthac/sum dignus vocari filius tuus. Proponit non solum fateri se peccasse/sed etiam adeo degenerasse vt sit indignus vocari filius eius. Et verum dicit. fac me sicut vnum de mercennariis tuis. Tertium proponit petitionem humilem. ita q̃ ex gratia petit tractari sicut mercennarium: hoc est non audebo petere reintegrationem in statum filii/in pristina dona grandia, sed petam dona incipientium/qui amore æternæ mercedis seruiunt deo.

Et surgens. Hinc apparet q̃ non velleitate/q̃ non cogitando vellem, sed voluntate deliberata proposuit surgam & ibo & dicam &c. effectus. n. hoc testatur. Et surgens/a cõsuetudine male operandi. ve-

nit. desideriis & precibus. ad patrem suum. deum. Quum autez adhuc longe esset. pro. abesset. Nulla exurrectio humana/nullus conatus humanus ad veniendum ad deum, sufficit ad reddendum propinquum hominem deo. Et propterea q̃is peccator surrexerit & venerit ad deum, adhuc tamen longe abesse describitur. vniuersæ enim iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. vidit illum pater ipsius. Paternis oculis vtitur deus/quum videt ad non permittendum amplius elongationem filii. Visus siquidem & prius erat/sed oculis iustitiæ permittentis elongationem. ⁊ misericordia motus est. Ecce affectus humano more compassionis diuinæ/filii miseriam tanq̃ propriam æstimans. ⁊ accurrens. Ecce effectus misericordiæ. acceleratio veniæ accursus est. cecidit super collum eius ⁊ osculatus est eum. Amplexus cum osculo/ipsa gratia reconcilians est, his signis descripta ad significandum magnitudinem affectus & effectus diuinæ benignitatis erga pœnitẽtem. Multo enim maior est q̃ amplexus & osculum significẽt: sed spiritualia per hæc sensibilia significantur. osculo enim amor amicitiæ redditus/amplexu autem collata gratia significatur. Dixitq̃ ei filius. Suscepta gratia non excludit sed exequitur sanctum propositum. Pater. Ecce affectus filialis. peccaui in cœlum ⁊ coram te. Fatetur se peccasse vt proposuerat. ⁊ iam non. pro. ⁊ non posthac/sum dignus vocari filius tuus. Fatetur quoq̃ se indignum esse nomine filii. sed non subiungit petitionem quam tertio loco proposuerat: scilicet fac me sicut vnum de mercennariis tuis: quia non est in eodem statu nunc in quo erat quando proposuit hoc petere. nam tunc vrgente fame anhelabat ad panem/hoc est recognita miseria proprii status mouebatur affectu ad proprium bonum: nunc autem amplexus & osculatus a patre accurrente ad ipsum, tanq̃ absorptus a paterna benignitate/tanq̃ iaciens se totum in paternam gratiam, nihil petit/sed solum confitetur peccatum & indignitatem. Dixit autem pater ad seruos suos. Non respondet pater filio verbis/sed factis conuertendo sermonem ad seruos/ecclesiæ pastores. Cito proferte. Superfluit cito. stolam primam. Stola/vestis longa vsq̃ ad pedes vniuersum regens corpus, prima/hoc est præcipua. Vnde & in græco habetur articulus/quasi significans stolam illam primã, demonstrando certam & insignem quandam notam seruis stolam: quia noua vita est/non qualiscunq̃ sed præcipua: hoc est condigna non solum ad bonum/sed etiam ad satisfaciendum pro præteritis. Stola prima est quæ alibi significatur dicendo/facite fructus dignos pœnitentia. Hanc proferendam pœnitenti iubet a seruis: quia vere pœnitentium/pastores ecclesiæ debent vniuersam vitam dirigere in bonum, nulla parte neglecta: alioquin stolam non proferunt. nec solum debent dirigere ad bonam vitam, sed ad præcipuam/hoc est etiam satisfactoriam pro præteritis: alioquin non proferunt primam. ⁊ induite illum. Parum esset q̃ pastores proferrent stolam primam/docendo & instruendo, nisi induerent illum/nisi sic ad hoc attenderent vt applicarent stolam primam ad pœnitentẽ. Magnum ergo studium prælatis indicitur/quum induendi officium eis iubetur. oportet enim in hac inductione vti magna prudẽtia & suauitate. ⁊ date anulum in manum eius. Anulus in manu/ornamẽtum est manus: ac per hoc ornamenta operum significantur. Et hoc quoq̃ ornamentum a pastoribus dandum iniungitur. oportet enim vt efficiant (quãtũ in ipsis est) vt pœnitentium opera exteriora per manus significata/non solum sint bona sed ornata: alioquin nõ sunt condigni fructus pœnitentiæ. oportet enim opera talium non solum ab omni specie mali esse aliena, sed palam velut decora & ornata apparere/sicut turpia apparuerunt præterita. ⁊ calciamenta in pedes. Pedes pro affectibus sumuntur: calciamẽta autem quæ ex pellibus mortuorum animalium fiunt/exempla sunt mortificationis præcedentium pœnitentium. huiusmodi enim exempla exhibenda sunt a pastoribus affectibus pœnitentium. ℣ Vbi nota q̃ describendo quæ debeant a pastoribus erga pœnitẽtem effici, describitur quæ debeat pœnitens complecti/describitur quid filius iste pœnitens susceperit. susceperit enim de manu seruorũ stolam primam in vniuersa vita: & specialiter ornamenta in operibus exterioribus/& exempla aliorum vere pœnitentium in affectibus suis. Hæc est enim optima pœnitentiæ forma. Et adducite vitulum saginatum. Aduerte in textu græco haberi articulum: quasi diceretur illum vitulum. Vitulus hic insignis valde est: vtpote christus ipse pinguis ad sacietatem & delicias totius mundi sufficiens. ⁊ occidite. pro. mactate. Mysterium mortis christi ad memoriam reuocandum præcipitur/talem vt sit cibus ac deliciæ animi pœnitentis. ⁊ manducemus ⁊ epulemur. pro. letemur. Cõmune conuiuium cõmuniscq̃ lętitia patri/filio & seruis describitur: quia fructus passionis christi in pœnitente/materia est gaudii non solum ipsi pœnitenti & ecclesiæ pastoribus, sed etiam ipsi deo: cuius gaudium q̃is non possit augeri/materia tamen gaudii multiplicatur in nouis fructibus gratiæ eius. Metaphorice q̃ deus quoq̃ dicitur conuiua: quoniam ad similitudinem conuiuæ dignatur concurrere quum nos pascimur bonorum operum fructibus. Perinde enim gratum habet ac si ipse pasceretur. Quia hic filius meus. creatione/redemptione & adoptione. mortuus erat. quo ad vitam gratiæ quæ est vita æterna. ⁊ reuixit. vita gratiæ. perierat. mors erat ipsi filio, perierat autem mihi: perdideram enim filium. ⁊ inuentus est. nobis. Metaphora est/sumpta a rebus perditis/ab ouibus perditis & similibus quæ postea inueniuntur. Et cęperunt epulari. pro. lętari. sonis & cantibus. Aduerte prudens lector oẽs istas tres parabolas concludere lętitiam

cõmunem super vno peccatore pœnitentiã agente. tum ad confundendũ scribas & pharisęos murmurantes: ꝙ iesus cum peccatoribus manducaret. tum ad declarandum humano generi q̃ grata est deo & angelis: & q̃ grata est veris ecclesiæ pastoribus conuersio cuiuscunq; peccatoris ad pœnitentiam.

Erat autem filius eius senior. Hic alter filius non pro toto iustorum genere ponitur: sed illorum iustorum personam gerit, qui in timore dei perseuerantes: spiritualibus consolationibus interni gaudii non reficiuntur in hac vita. **in agro.** Agriculturæ superintendens personam iustorum vitę actiuę representat. **Et quum veniret & appropinquaret domui.** Aduentus ex agro & appropinquatio ad domum paternam: vocatio est ad ea quæ in ecclesia geruntur. **audiuit symphoniam & chorum.** pro choros. An solus concentus chororum saltantium: an etiam sonus musicus per symphoniam significetur, certum non est. describitur enim chorea cum musica audita foris. Et significatur audita lętitia in ecclesia. **& vocauit vnum de seruis.** hoc est de famulis domus: doctorem aliquem ecclesiæ. **& interrogauit quid esset hęc.** Videntes enim actiui iusti: peccatores cum magna lætitia in ecclesia, putant a doctoribus vnde hæc tanta lætitia. & audiunt diuinæ esse gratiæ erga aliquem q̃uis sceleratum pœnitentem. **Ipse q̃ dixit illi. frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire.** Primi motus humanatum passionum in hoc iustorum genere describuntur: tum in indignatione: tum in recusatione intrãdi domum. Conferendo siquidem merita propria meritis nouiter pœnitentium: & consolationes spiritualis gaudii quibus ipsi carent collatis nouiter pœnitentibus, insurgunt indignationis motus & recusandi cõmunicare cum huiusmodi festiue se habentibus. **Pater ergo illius egressus cepit rogare.** pro. **rogabat illum.** Hinc apparet ꝙ primi motus non deliberati actus fuerunt indignatio & nolle intrare. maior si iudem dei benevolentia erga hunc seniorem filium describitur, in eo ꝙ statim audita eius indignatione non solum egreditur: sed rogat vt ingrediatur: quod non fecerat alteri filio. Et significatur per hunc egressum & rogationem diuinæ collatio gratiæ ad reprimendum & superandum hos malos motus insurgentes. **At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis.** Hæc quæ filius dicit: rationes sunt ex quibus insurrexerunt illi motus mali. consistunt enim in collatione meritorum suorum ad merita pœnitentis filii, & consolationum negatarum sibi: concessarum autem pœnitenti. Vide singula. **seruio tibi.** in cura rerum tuarum in actiua vita. **& nunq̃ mandatum tuum prętergressi.** Alterum partem iustitiæ (scilicet facere bonum) adimpleui: tot annis seruiendo tibi: alteram autem (scilicet declinare a malo) etiam adimpleui: nunq̃ mandatum tuum transgrediendo. Nec intelligas omnimodam innocentiam per hanc negatiuam (quoniam si dixerimus ꝙ peccatum nõ habemus: ipsi nos seducimus) sed innocentiam a peccatis mortalibus. hoc enim proprie significat: nunq̃ mandatũ tuum prætergressi. Nam proprie loquendo peccata venialia non sunt peccata nisi fm quid: ac per hoc peccando venialiter, non transgredimur mandata dei simpliciter & absolute: sed fm quid. Verum ergo dixit iste (q̃uis venialiter peccauerit) nunq̃ mandatum tuum prætergressi: quia simpliciter & absolute loquitur. **& nunq̃ dedisti mihi hędum.** Post narrata propria merita, subiungit negatum internarum consolationum gaudium: conferendo cum tot meritis hanc negationem. **vt cum amicis meis epularer** pro. **lętarer.** Amicos eius intelligo partes animi inter se concordes ad bene operandum. in viro siquidem iusto amicitia est interna inter partes animi: sicut per oppositum: iniustorum animus a seipso discordat. **Postq̃ autem filius tuus hic.** Conferendo merita propria meritis fratris sui, nominat fratrem filius tuus hic (contemptiue: vt merita actæ vitæ exigebant. **qui devorauit substantiam suam** pro. **tuam.** Et vere dicit tuam, quia dei dona consumpserat. **cum meretricibus.** Luxuriosam vitam a præcipua parte nominauit. Vide merita quæ contraponit. **venit. pœnitens. occidisti illi vitulum saginatum.** Et hic quoq; habetur articulus, significans vitulum illum saginatum. Mihi nunq̃ dedisti hædum / & huic occidisti vitulum, non qualęcunq; sed optimum / pinguem: hoc est replesti eum consolationibus interni gaudii tam affluenter, & mihi nec minimam partem dedisti. Hæc merita & hæc velut p̃mia collata: in causa sunt motuum insurgentiũ. **At ipse dixit illi.** interna ratione. **Fili.** Alteri non respondit, sed huic respondet: filiumq; appellat: vt filiali nomine paternam recognoscat benevolentiam. **tu semper mecum es.** Duo hinc apparent. Alterum ꝙ iste semper iustus perseuerauit: alioquin non dixisset: semper mecum es. Alterum ꝙ ratio exhibitæ lætitię fratri: non habet locum in ipso: quoniam nouitas ratio gaudii significat, dicẽdo huic: tu semper. nulla est in te ratio nouitatis, quæ est ratio gaudii specialis de fratre tuo. **& omnia mea tua sunt.** Non solum hædus aut vitulus sed omnia mea tua sunt: nihil habeo quin iam hæreditario iure tuum sit. Minus dixit & plus significauit. nam nõ solũ mea omnia sed ego met tuus sum. in cœlesti enim patria me frueris: & vniuersa mea bona non minus tibi cõmunicabuntur q̃ si solius tui essent. Omnia siquidem cœlestis patriæ bona: sunt ita cõmunia omnibus ac si essent propria singulorum. **Epulari.** pro. **lętari: autem & gaudere oportebat.** Rationem reddit specialis lætitiæ & gaudii ex noua speciali ratione gaudendi. Et e regione contraponit ad id quod dixerat: tu semper. **quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit: perierat & inuentus est.**

quod superius expositum est. Aduerte hic prudens lector: deum quandoq; nouiter pœnitentes affecte magna consolatione interni gaudii donec firmentur in via dei: vt pater de paulo apostolo rapto ad tertium cœlum: & de augustino qui non saciabatur diebus conuersionis considerare altitudinem diuini consilii super salutem generis humani. huiusmodi enim consolationes significantur exhibitæ huic filio prodigo pœnitenti in vitulo saginato & festinitate. Hęc autem non sunt maioris perfectionis fructus: sed deliciæ quædam seu blandiciæ cœlestis patris, quæ perfectionibus multis negantur.

CAPVT .XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos. Homo quidam erat diues qui habebat villicũ pro. **œconomum.** Significatur enim præpositus dispensationi vniuersæ domus, & non curam habens villæ tantum. propter quod latino vocabulo dispensationis vtemur in reliquo huius parabolę. **& hic diffamatus est.** pro. **delatus est.** denunciatus est. **apud illum,** quasi dissipasset. pro. **velut dissipans: bona.** pro. **facultates: illius. Et vocauit illum.** Hinc canonistæ regulam sumunt non esse a iudice præcipitandam sententiam contra delatum, sed prius esse vocandum. **& ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis.** pro. **dispensationis tuę.** Parabola hæc clara est: sed applicatio eius per singula: valde difficilis si non impossibilis est. Prima tamen hęc pars facile applicatur ad hominem diuitem: cui credita est a deo dispensatio facultatum temporalium: hoc est rectus vsus illarum, qui tamen aburitur illis: cuius merita quum a deo discutiuntur (vel per internam inspirationem: vel per ægritudinem: vel per prædicatores: vel per aliorum exempla) quodammodo citatur ad reddendam rationem qualiter vsus est diuitiis: potestate & reliquis huiusmodi. **iam enim non poteris.** pro. **non enim poteris posthac: villicare.** pro. **dispensare.** Comminatio est hæc significans comminationem mortis, qua deus mouet hominẽ quandoq; ad respiscendum. finitur enim vsus harum rerum temporalium simul cum hac vita. **Ait autem villicus.** pro **œconomus.** seu dispensator. **intra se.** Ecce effectus diuinæ comminationis: redire ad seipsum & cogitare vt prouideat vitæ suæ æternæ. **Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem** pro. **dispensationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco.** Negatio harum duarum viarum viuendi (scilicet vel labore vel mendicitate) significat consilium hominis de æterna vita non quærenda labore ieiuniorum nec mendicitate orationum. Et vere quum comminatio mortis adest, ieiunare non valemus: & orare erubescimus / conscii male actæ totius vitæ. nulla enim suppetit ratio ꝙ exaudiamur. **Scio.** pro. **noui: quid faciam.** Consilium optimũ iniit: deliberando tertiam viam: scilicet eleemosynarum. **vt quum amotus fuero a villicatione** pro. **dispensatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq̃.** pro. **& accersitis: singulis debitoribus domini sui, dicebat primo. quantum debes domino meo? At ille dixit. centum cados.** pro. **batos: olei.** Hebræa dictio est batus: & est nomen mensuræ liquidorum. **Dixitq; illi accipe cautionem.** pro. **literam: tuam: & sede.** pro. **& quum sederis.** Quies significatur: immo silentium videtur indici, vt nec verbo nec signo aliquid monstretur huius fraudis. **cito scribe quinquaginta. Deinde alio.** pro. **alii: dixit. tu vero quantum debes? Qui ait. centum coros tritici.** Corus mensura quoq; est solidorum. **Ait illi. accipe literas tuas.** pro. **literam tuam: & scribe octoginta.** Hæc pars parabolæ adamussim inapplicabilis apparet ad propositum consequenter loquendo. Verum non ad hoc affertur vt sic applicetur: sed quid inde hauriendum sit / dominus ipse explicabit. **Et laudauit dominus villicum.** pro. **œconomum: iniquitatis.** Vtrunq; explicatur: & ꝙ iniuste fecit / & ꝙ laudatus est a domino suo. **quia prudenter fecisset.** Non laudatur de iniustitia sed de prudentia. Et appellatur prudentia / non recta ratio absolute, sed recta ratio ad suam vtilitatem. **Quia filii huius seculi.** hoc est habentes pro fine quæ sunt seculi huius. horum. n. rationes / affectus & opera quia procedũt ex fruitione huius seculi tanq̃ ex fine qui est pater & principium in moralibus, ideo filii huius seculi hebraico more dicunt. **prudentiores.** non absolute. **filiis lucis.** hoc est habentibus pro fine bona æternæ lucis. **in generatione sua sunt.** Ex hoc ꝙ isti dicuntur filii lucis & illi huius seculi, congrue intelligimus generationem filiorum huius seculi coincidere cum generatione tenebrarũ. contra lucem enim tenebræ distinguuntur. Quo fit vt filii huius seculi sint filiis lucis prudentiores / non absolute sed in natione tenebrosa: sicut noctuę melius vident in tenebris animalibus diurnis. Et experientia restatur hanc domini sententiam esse veram. Innumeras enim astutias & versutias exercent filii huius seculi pro hac vita / quas filii lucis ignorant, simpliciter gradientes in luce diuinæ gratiæ. Coniunctio autem causalis (quia filii) denotat ꝙ hoc non fecisset dispensator filius lucis quod fecit dispensator iniquus: propter quod prudentior dicitur filius lucis. ¶ **Et ego dico vobis.** Declarat applicationem huius parabolæ. **facite vobis amicos de mammona iniquitatis.** Mammona chaldaica dictio est / in vsum syrorum deducta: & significat diuitias. Nec mammona iniquitatis intelligas diuitias iniuste acquisitas (quoniam repugnat

diuinis præceptis eleemosynæ sacrificium offerre de rapina) sed diuitiæ in genere appellantur diuitiæ iniquitatis / hoc est inæqualitatis: eo q̃ inæqualiter diuisæ sunt. ita q̃ non a vitio sed a relatione inæqualitatis appellantur diuitiæ iniustæ seu iniquæ. Possunt nihilominus a vitio iniustitiæ denominari: eo q̃ ratæ vel nullæ sunt diuitiæ in quarum congregatione seu conseruatione non intercenserit peccatum, vel habentium / vel ministrorum / vel pactum seu auorum. ☞ Facere autem amicos ex diuitiis nobis a deo creditis / nihil aliud est q̃ eleemosynam dare. **Ut quum defecerit.** a præsenti vita. **recipiant vos.** amici ex eleemosynis facti. **in æterna tabernacula.** non in temporalia. Et vitur hoc modo loquendi / vt concludat conclusionem similem parabolæ: vt sicut dispensator fecit sibi amicos se recepturos in domos suas, ita vos facite vobis amicos eleemosynis / vt merita diuinæ amicitiæ per eleemosynas comparatæ recipiant vos in æterna tabernacula. Et hoc est primum deductum ex hac parabola.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori. pro. **multo fidelis est: & qui in modico.** pro. **minimo iniquus est, & in maiori.** pro. **multo iniquus est.** Intendens alterum ex eadem deducere parabola documentum (de pœna scilicet mali dispensatoris temporalium facultatum) præponit vniuersales regulas duas. Altera est. fidelis in minimo est quoq; fidelis in multo. Altera est. iniquus in minimo est quoq; iniquus in multo. Et ambæ sunt veræ per se intellectæ: hoc est qui ex fide recte se habet in dispensatione rerum quantũcunq; paruarum, multo magis recte se habet ex eadem fide / dispensando res magnas: & similiter qui ex iniquitate male se habet dispensando minima, multo peius se haberet ex eadem iniquitate dispensando maiora. ¶ **Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis.** Infert in virtute istarum regularum vniuersalium / ex antedicta parabola pœnam mali dispensatoris, applicando ad auditores. Et intendit per iniquum mammona temporales diuitias tanq̃ minimum quid. Ita q̃ sensus est. Si in facultatibus secularibus (quæ sunt minimum quid) non fuistis fideles. **quod verum est.** hoc est facultates spirituales quæ sunt multo maiores secularibus facultatibus. **quis credet vobis.** dispensandas? quasi dicat nullus. Significatur ergo pœna malæ dispensantis temporalia q̃ indignus est vt committatur ei dispensatio spiritualium. **Et si in alieno fideles non fuistis.** Idem sub alia ratione repetitur, quod prius dixit iniquum mammona / modo appellat alienum: quia quicquid seculare est / alienum est a perfectione animi. alienum est quia potest ab inuito auferri. Et propterea si in alieno (hoc est in secularibus quæ possunt ab inuito auferri / quæ minima sunt) fideles non fuistis. **quod vestrum est.** genus spiritualium quod vestrum est / quod non potest a vobis inuitis auferri / quod ad perfectionẽ vestri animi spectat / quod multo maius est toto genere secularium. **quis dabit vobis?** quasi dicat nullus. ☞ Vbi nota prudens lector q̃ contra iniquum mammona (hoc est diuitias seculares) e regione posuit quod verum est: significando per hoc non esse vera bona / sed apparentia / sed instrumenta veri boni temporales diuitias. & similiter contra alienum e regione posuisse quod vestrum est: significando per hoc aliena extranea esse (sicut vere omnia corporea extranea sunt a perfectione animi) & tantummodo spirituale bonum esse proprium. Et dixit hæc omnia ad instruendum humanum genus, ne paruipendamus malam rerum temporalium a deo nobis concessarum administrationem. Hæ enim pœnæ testantur q̃ huiusmodi abusus temporalium / indignum reddunt hominem spiritualibus / indignum reddunt hominem vt dentur illi a deo spiritualia dona. ☞ Cerne quoq; hic prudens lector / ad quæ & quot parabola inducta fuerit. Inducta siquidem est primo vt sicut dispensator prouidit sibi de amicis recepturis se priuatum dispensatione, ita homo cui deus dispensandas dedit diuitias / cõparet sibi eleemosynis cœlestem amicitiam profuturam sibi post mortem. Inducta est secundo ad ponderandum malam dispensationem qua dispensator dissipauit bona domini sui: adiiciendo pœnam quæ inde incurritur. Et in hoc clauditur tertium implicite: q̃ deus est ille dominus qui temporalium administrationẽ diuitibus dat / q̃ ipse idem est negans male dispensantibus quod verum & proprium bonum ipsorum esset.

Nemo seruus. Adiungit aliam parabolam magis vrgentem contra auariciam: prædicta enim parabola magis sonat contra prodigalitatem. militat tamen in veritate contra abusum diuitiarum per auariciam: nam contra auariciam eleemosyna est. Hæc parabola de seruo non valente duobus dominis seruire / matth. 6. tractata est. **potest duobus dominis seruire.** quatenus duo / hoc est diuersi sunt. nam inquantum conuenirent in vnum, non solum duobus sed decem dominis potest vnus seruus seruire. **Aut enim vnum odiet & alterum diliget: aut vni adhærebit & alterum contemnet.** Odium & dilectio interni affectus sunt: adhesio autem & contemptus / ad exteriores spectant actiones. Et est sensus q̃ aut intus vnum diliget & alterum odio habebit: aut saltem vni seruiet / obediendo illi, & alterum facto contemnet / non exequendo quod alter iubet: quum impossibile sit vtriusq; iussa exequi. **Non potestis.** Ecce applicatio parabolæ ad duos dominos: deum & mammona. **deo seruire & mammonæ.** Non dicit non potestis deo seruire & mammona habere: sed dicit q̃ non potestis seruire deo & mammonæ / hoc est diuitiis: quoniam contraria iubent. deus enim vult præponi spiritua-

lia omnibus rebus: diuitiæ autem volunt se præponi spiritualibus.

Audiebant autem hæc omnia. Oportet hic facere punctum, est enim sensus / q̃ hæc omnia audiebãt pariter discipuli & alii. Deinde adiungẽda est coniunctio &. Legendum est enim. & **pharisæi qui erant auari.** Ita q̃ inter audientes annumerantur etiam pharisæi: & non soli ipsi describuntur audientes. & **deridebant.** pro. **subsannabant illum.** Significatur enim species derisionis quæ naso fit. gestu enim vultus monstrabant irrisionẽ, non omnes audientes sed soli pharisæi auari. **Et ait illis.** scilicet pharisæis auaris. **Vos estis qui iustificatis vos.** Oporteret q̃ deus iustificaret vos qui cognoscit corda vestra, sed vos iustificatis vosmetipsos. **coram hominibus.** qui non vident corda vestra auara. **deus autem nouit corda vestra.** ¶ **Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum.** Dixerat iustificationem pharisæorum esse coram hominibus / nõ coram deo. probat modo hoc quia quod hominibus (subintellige tantummodo) altum pro excelsum est, abominatio est coram deo. superbia enim est / vana gloria est quod in solis hominum oculis excelsum est. **Lex & prophetę.** Hinc insinuatur ratio qua iustos se dicebant coram hominibus pharisæi palliantes auariciam suam. insinuatur. n. q̃ ex conditione status promissi in lege & prophetis / iudæis, debebant esse diuites & abundare valde in temporalibus diuitiis viri iusti. vnde quanto magis erant diuites / tanto magis prædicabant se iustos: tanq̃ diuinæ promissiones iustis factæ / adimplerentur in ipsis. Contra hoc enim tendunt hęc verba domini. **Lex & prophetę vsq; ad ioannem.** hoc est status veteris testamenti / status legis & prophetarum vsq; ad ioannis baptistæ tempora durauit. ex eo. pro. ex tunc. hoc est a tempore ioannis / **regnum dei euangelizatur.** Durante statu veteris testamenti / annunciatum est a lege & prophetis regnum terrenum / opulentia rerum temporalium: a tempore autem ioannis baptistæ euangelizatur regnum dei / regnum cœlorum, non terrenum. Vnde & ioannes baptista incœpit prædicare. pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Et similiter idem incœpit prædicare iesus: & in toto euangelio continue de regno cœlorum tractat. Ac si apertius dixisset. finitum est tempus opulentiæ / secularis promissæ in statu veteris testamenti: & iam venit tempus regni dei / regni spiritualis, quo deus regnum suum propagare vult in cordibus totius humani generis. & **omnis in illud vim facit.** hoc est & quilibet appetens regnum dei, exercet suas vires / adnititur vniuerso suo conatu ad participandum illud regnum dei: tanq̃ violentiam inferens. Metaphorico siquidem vtitur sermone a similitudine vtentium omni qua possunt vi ad assequendum regnum terrenum. multo enim maiore vi vtendum est ad assequendum regnum cœlorum / ad coregnandum in regno dei: quum terrenum quãuis difficile / possibile tamen sit vt humana vi assequatur: cœleste autem superat omnem vim humanam. Et tamen quia euangelizatur quodammodo rapiendum magna violentia omnis conatus appetentium illud, ideo quilibet appetens illud vim facit affectibus & operibus in illud.

Facilius est autem cælum & terram præterire q̃ de lege vnum apicem cadere. Ne intelligeres legem & prophetas sic finiri vt a tempore ioannis euanuerint, subiungit hunc erroneum intellectum tollendo / q̃ facilius est cœlum & terram præterire (perdendo esse suum) q̃ minimum apicem a lege & prophetis cadere: hoc est deficere ab esse suo / hoc est fieri quin impleatur / fieri quin duret in æternum. Et verum est q̃ facilius est naturæ nexus vinculaq; solui q̃ ordinem diuinæ prædestinationis: vt pote superiorem naturæ ordine. cœlum autem & terra ad ordinem spectant naturæ: lex vero & prophetæ ad ordinem diuinæ prædestinationis. **Omnis qui dimittit.** Ne errares iterum male intelligendo hæc dicta verba de lege & prophetis, adiunxit vnum ex quo sanus intellectus prædictorum verborum insinuatur. ☞ Quod vt intelligas, aduerte primo sensum perpetuitatis legis & propheratum etiam in minimo apice esse / q̃ iesus non solum implet legem & prophetas. Quod quãtum ad promissiones / in dubium non vertitur: quantum vero ad præcepta de quibus potest dubitari, declaratur modo in hoc textu / q̃ tunc implentur quum sublatis imperfectionibus ad perfectionem reducuntur. hoc est enim quod in hoc vno præcepto de dimittente vxorem significatur. ☞ Propter quod recole secundo q̃ in lege & prophetis concessus erat libellus repudii: ac per hoc præcepta circa coniugium imperfectionem huiusmodi habebant annexam. iesus autem noui testamenti autor / hanc imperfectionẽ tollit a præceptis circa coniugium: & sic non solum implet sed perficit legem & prophetas. Et quod dicitur in hoc præcepto, intellige vniuersaliter ab hoc exẽplo in vniuersis præceptis legis & prophetarũ. Significat ergo iesus subiungendo hoc exẽplum / q̃ præcepta legis implenda oĩno sunt quẽadmodum illud: hoc est sublatis impfectionibus. Vide præceptũ. **Omnis qui dimittit vxorẽ suam & alteram ducit mechatur.** Manifeste hic tollit licentia dimittendi vxorẽ per libellum repudii. & **omnis qui dimissam a viro ducit / mechatur.** Manifeste tollitur licentia nubendi / concessa a lege repudiatæ vxori.

¶ **Homo quidam.** An historia sit vel parabola narratio hæc de diuite & lazaro mendico, non clare constat. Lucas enim parabolæ titulum non solum huic negauit, sed etiam paulo ante propositæ de homine diuite habente œconomum. Nomen tamen proprium lazari argumentum est pro historia, non tamen vrgens: quoniam iesus parabolæ constructor ex industria mendicum nominauit / di-

uitem autem sine nomine descripsit (homo quidam) ad'monstrandum contrarium esse ordinem spiritus ordini mundano. Apud mundanos siquidem diuitum nomina sciuntur,& quum de eis verba fiunt/nominatim explicantur: pauperum autem nomina nec sciuntur,nec si sciuntur/digna existimantur propria appellatione: sed si de aliquo eorum sermo accidit/dicitur quidam pauper. Totum oppositum est ꝑm ordinem spiritus. & propterea diues appellatur homo quidam: pauper autem nominatim appellatur lazarus. Et hæc est literalis ratio,siue sit historia siue sit parabola. **erat diues.** In quo abundantia temporalium facultatum significatur. **qui induebatur purpura.** Peccatum luxus in immoderato vestitu exteriori significatur. purpura enim regum non cuiusq; diuitis est. ⁊ **byſſo.** Luxus in camisia describitur. est enim byssus lini mollissimi genus, reginarum delicijs forte commodum / non cuicunq; diuiti. ⁊ **epulabatur quotidie splendide.** Tertius hic est luxus. congruit enim quandoq; epulari, sed quotidie nimis est. Hæc autem non ideo commemorantur vt significentur peccata esse mortalia ꝑm se, sed signa animi dediti totaliter vitæ sensuali. quæ iuncta cum inhumanitate versus lazarum/testantur ꝙ diues sepsum tantum amabat: quod est manifeste mortale peccatum/ **Mendicus autem.** e regione ad diuitem. **quidam erat nomine lazarus.** De quo iam dictum est. **qui iacebat.** pro. **pozrectus erat.** Significatur enim ꝙ non qualitercunq; iacebat, sed iacebat extensus: velut qui se non potest mouere. **ad ianuam.** pro. **vestibulum/eius.** Vt nullam posset diues ignorantiam prætendere miseriæ lazari. **hulceribus plenus.** pro. **hulcerosus.** Abundantia enim hulcerum significatur magis q̄ plenitudo. hæc enim contra purpuram & byssum. ⁊ **cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis.** contra epulas quotidie splendidas. In quo apparet virgens necessitas istius mendici. **Et nemo illi dabat.** Superfluunt hæ quattuor dictiones. **Sed ⁊ canes veniebant, ⁊ lingebant hulcera eius.** Nuditas lazari describitur ex hoc ꝙ canes lingebant hulcera eius. Et simul inhumanitas confutatur ex officio canum/non nihil boni præstantium lingendo. **Factum est autem vt moreretur mendicus ⁊ portaretur ab angelis.** Metaphora est ad similitudinem portantium mortuum ad sepeliendum. nihil enim describitur de sepultione lazari. Significatur autem per hoc/meritorum lazari oblatio coram diuino iudicio. rationabile siquidem est angelorum officio merita iustorum colligi in morte: quum hic nesciamus qui actus nostri fuerint meritorij / Congregatio itaq; meritorum lazari angelico ministerio producta / portatio est lazari ad quietis locum. **in sinum abrahę.** Sinus abrahæ tunc temporis erat limbus patrum. Qui ideo abrahæ sinus dicitur, eo ꝙ merito fidei iesu christi qui primo promissus est abrahæ/quietem illam iusti assequebantur. **Mortuus est autez ⁊ diues: ⁊ sepultus est.** fiat hic punctum. Ad cumulum bonorum præsentis vitæ/diues describitur sepultus. quod de lazaro non est dictum: non quia inhumatus relictus fuit/sed quia non fuit cum honore sepultus.

In inferno. Deest coniunctio præcedens. Ita ꝙ legendum est. **Et in inferno eleuans oculos suos.** Superfluit enim coniunctio autem/post eleuans. ℣ Vbi duo describuntur: scilicet locus animæ infernus / & eleuatio oculorum. Ordinatio intellectus animæ diuitis ad abraham & lazarum / eleuatione oculorum metaphorice significatur. **quum esset in tormentis.** Torqueri animas in inferno dubium non est: modus autem quo torquentur, quo ad detestationem voluntatis facile patet. perseuerant siquidem cum eodem velle iniquo quod hic habebant: & dum experiuntur se priuatas beatitudine quam potuissent adipisci / valde hanc priuationem detestantur: & propterea valde affliguntur de pœna damni. Et quia etiam experiuntur se deputatas ad locum inferni (non circūscriptiue sed diffinitiue) ita ꝙ admittur eis libertas absoluendi se ab illa diffinitione, detestantur tam vilissimum carcerem: & propterea valde hinc affliguntur de hac pœna sensus. Rursus experiuntur vires animæ (intellectum scilicet & voluntatem) cogi: illum ad actualem considerationem pœnarum suarum,istam ad actualem penitentiam contra pœnas. Ita ꝙ non possunt paululum quietis (velut dormientes aut non cogitantes) percipere: sed semper oportet eas sic sentire intellectu & voluntate pœnas sicut a principio. hæc enim maxime affligunt animum. Inter pœnas quoq; damnatorum computa vincula intellectus: hoc est ꝙ non permittitur eis vti intellectu ad intelligendum quæcunq; possent naturaliter intelligere. Et præter hoc in dæmonibus est alia pœna: scilicet alligatio potestatis, vt non possint vti illa ad omnia ad quæ se extendit naturalis eorum potestas. Omnia enim impedimenta detestantur & inuiti sustinent damnati omnes. Et propterea affliguntur. tristitia enim est de iis quæ nolentibus insunt nobis. Hæc sunt tormenta animarum & vniuersaliter spirituum damnatorum. De pœna autem corporum post resurrectionem, non est præsentis propositi. **vidit.** pro. **videt / abraham.** Si queris quomodo agnouit abraham, non facile certa redditur responsio: quoniam etsi anima diuitis videt alias animas, qualiter tamen discreuerit hanc fuisse animam abrahæ & illam lazari ex naturalibus / non patet. Præsenti tamen proposito descripta eleuatio oculorum (hoc est ordinatio intellectus ad abraham & lazarum) intelligi potest diuinitus facta: ac per hoc patet modus quo agnouit lazarum & abraham. ordinatio siquidem diuina effectrix est huius di-

scretionis: vt in theologia speculatiua declaratur. **a longe.** non solum distantia locali, sed magis distantia status. ⁊ **lazarum in sinu.** pro. **sinibus/eius.** Tanq̄ complexus vtraq; sinus parte describitur lazarus: vt valde charus significetur abrahæ. **Et ipse clamans dixit. Pater abraham.** Israelita erat ex semine abrahæ. Et propterea patrem eum appellat. **miserere mei.** Ex affectu amoris proprij prodit vniuersa hæc precatio. ⁊ **mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguaz meam: quia crucioz in hac flamma.** More sensibilium describit spiritualia. Non habet anima corpoream linguam/non eget corporea aqua: nec anima lazari habebat digitos. Et similiter ibi non erat cruciatus flammæ: sed per maximam pœnam apud nos (qualis est cruciari flamma ignis) significatur multo maior pœna immo incomparabiliter maior pœna spiritus. Et similiter significatur aliquāta remissio per refrigerationem quæ fieret per guttæ aquę infusionem. Et specialiter describitur cruciatus linguæ: quia in gustu specialiter peccauerat,& alimentum lazaro negauerat. ℣ Aduerte prudens lector vere impeditum intellectum istius diuitis apparere in hac petitione: dum petit lazarum mitti ad sui refrigerationem cui meminit se tam inhumanum fuisse. ℣ **Et dixit illi abraham. Fili.** Recognoscit filium naturæ. **recordare quia recepisti bona.** Deest. **tua/in vita tua.** Commemorat præteritam mercedem. Ac si aperte dicat. recordare ꝙ siquid meruisti boni/recepisti anteq̄ morereris: vnde non superest tibi boni aliquid recipiendum. Significantius autem dicit bona tua/hoc est a te concupita: ad differentiam bonorum simpliciter. Et similiter dicit in vita tua/in vita a te concupita: in qua finem tuum tu constituisti. ⁊ **lazarus similiter mala.** Lazatus non recepit mercedem suam in priori vita, sed recepit mala. hoc enim significat similiter. sicut tu recepisti bona/ita iste recepit mala: vnde supersit vt meritis eius reddantur nunc bona. **Nunc autem hic.** Non est pronomen sed aduerbium loci. continuatur siquidem oratio de lazaro ꝙ olim susceꝑit mala: nunc autem (hoc est post mortem) in hoc loco/in sinu meo. **consolatur.** In passiua ponitur significatione. In limbo patrum erat consolatio tum securitatis æternæ beatitudinis, tum sanctæ societatis, tum exemptionis ab omni pœna sensus. **tu vero cruciaris. Et in his omnibus.** pro. ⁊ **super omnia hęc inter nos ⁊ vos chaos magnum** pro. **hiatus magnus.** Non enim significatur confusio denotata per chaos: sed apertura/vorago magna similis hiatui terræ. **firmatum est.** Consequenter legendum est. **firmatus est.** Inaccessibilitas hinc inde firmata significatur per huiusmodi magnam voraginem intermediam/immutabilitas vtriusq; status per hoc describitur stabilita & firmata. Et hæc manifeste declaratur per impotentiam hinc illuc eundi & conuersio. **vt ii qui volunt hinc trāsire ad vos.** Non significatur voluntas deliberata, sed voluntas naturalis affectus velut ad miserendum. In limbo enim quāuis confirmatam habuerint voluntatem in bono, non tamen adhuc erant beati: ac per hoc naturalis voluntas ad miserendum aliquibus damnatis non videtur eos dedecere. **non possint.** Non est impotentia hæc pœna aliqua/non est ademptio libertatis animabus existentibus in limbo: sed est immutabilitas voluntatis firmatæ in conformitate ad voluntatem diuinæ iustitiæ. **neqz inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.** Non proueniunt hæ preces ex bono affectu ad salutem fratrum (quoniam damnati habent voluntatem firmatam ad malum) sed proueniunt ex affectu superbiæ. Superbus enim videns se deiectum in miseriam/quāuis omnes vellet esse miseros similes sibi aut miseriores se, videns tamen aliquos euasuros miseriam/appetit suos esse qui euadant miseriam: vt vel sic (hoc est in suis) exalteꝛur. Ex hoc affectu procedūt istæ preces. Videbat enim dines multos saluari. & propterea appetebat suos fratres euadere miseriam, vt vel sic in suis fratribus exaltaretur. **Habeo enim quinqz fratres.** Si historia non est: ad cumulum fœlicitatis temporalis istius diuitis describitur fultus quinq; dilectis fratribus/superstitibus/adultis, inter tot diuitias/delicias & pompas. **vt testetur illis: ne ⁊ ipsi veniant in hunc locum tormentorum.** pro. **tormenti. Et ait illi abraham. Habent moysen ⁊ prophetas: audiant illos.** Optima responsio ꝑm ordinem diuinæ prouidentiæ. **At ille dixit. non pater abraham: sed siquis ex mortuis ierit ad eos/penitentiam agent.** Hic apparet imprudens istius petitio. petit resuscitationem vnius mortui ad suam instantiam fieri: & quod dementius est/audet docere abraham, dicendo. non pater abraham sed siquis ex mortuis &c̄. **Ait autem illi. si moysen ⁊ prophetas non audiunt, neqz siquis ex mortuis resurrexerit credent.** Nota sentētiam hanc incredule: qui dicis si viderem resuscitari vnum mortuum, facerem & dicerem &c̄. Ecce abrahæ sententia contra te: ꝙ si moysen & prophetas non audis/neq; siquis ex mortuis resurrexerit credes. Et vere sic est: quoniam credere donum dei est/quoniam pœnitere peccatorum donum dei est. Et vere sic de facto fuisse apparet in euangelio ioannis: scribentis ꝙ præsentium in resuscitatione lazari aliqui crediderunt/& aliqui iuerunt ad pharisæos: & inde collegerunt concilium pontifices/& concluserunt occidere iesum.

Jt autem ad discipulos suos. Impossibile est vt non veniant scandala. Non impossibilitate logica sed impossibilitate morali. tam proni enim sunt homines ad malū, vt ineuitabilis sit euentus scandalorum. vę autem illi per quem veniunt. Quāuis in genere impossibile sit vitari scandala: quilibet tamen scandalizans/volūtarie scandalizat. Et ꝓpterea non excusatur ex impossibilitate in genere: sed væ illi per quem scandalum venit. imputatur enim ei ad pœnam scandali culpa. Utilius est illi. pro. expedit illi si lapis molaris. pro. mola asinaria. In idem tamen redit: nisi ꝙ magnitudo molæ describitur ad quam asinus deputatur. imponatur circa collum eius ⁊ proiiciatur in mare potius q̄ vt scandalizet. Ratio huius dicti est: quoniam quæcunq; atrocissima huius temporis pœna/minor est pœna debita scandalizanti. præter hoc ꝙ omnis pœna expedit ad euitandam culpam scandali. vnum de pusillis istis. Apposuit hoc ad differētiam scandali pharisæorum: quod alibi negligendum docet. ℣ Attendite vobis. hoc est cauete ne incidatis in scandala. De scandalis enim tractans/tria dicit. Primum necessitatem scandalorū in genere: deinde culpam ac pœnam scandalizantis; & nūc demum cautelam ne scandalizemur quantūcunq; alii offendicula ponant. Hoc enim est attendere nobisipsis: cauere scilicet ne impingamus in huiusmodi offendicula. Et de his vide scripta matth. 18. Si peccauerit in te. Non dicit in deum aut in proximū, sed contra te. frater tuus. Non dicit superior tuus/sed frater. relatio enim æquiparantiæ significatur. increpa illum. prouoca illum dulci reprehensione vt resipiscat/noli negligere salutem illius. Intellige hoc præceptum fraternæ correctionis pro loco & tempore: suppositis scilicet spe fructus/& seruatis cōgruis circumstantiis. Et si pœnitentiam egerit. pro. penituerit. Non enim sumitur hic pœnitentiam agere pro satisfacere, sed pro pœnitere seu resipiscere. dimitte. pro. remitte illi. non solum offensam sed satisfactionem quam tibi deberet pro offensa. Et si septies in die peccauerit in te/⁊ septies in die. Significatur per numerum septenarium toties quoties. ponitur enim numerus finitus pro infinito. conuersus fuerit ad te. Superfluit ad te. dicens pœnitet me. Sapiens præceptor iesus vult vt homo videns quæ foris sunt/& non cor alterius dicentis pœnitet me, vt pœnitentem suscipiat. dimitte. pro. remittes/illi. Recole hic ꝙ tractatur de remissione offensæ nō in deum aut in proximum, sed in te. in cuius libera potestate est remittere quod tibi debetur. Et propterea vult dūs ꝙ potius fallaris remittendo fratri dicenti pœnitet me/q̄ fallaris non remittendo. Secus aūt est quum de offensis publicis agit: quæ non ex tuo libero pendent arbitrio. oporteret. n. attendere ne fallaris. De his vide scripta matth. 17.

Et dixerunt apostoli domino. Transit lucas ad aliam materiam. Adauge. pro. adiice nobis fidē. Responsio domini aperit sensum petitionis apostolicæ. Audierant enim apostoli sæpe iesum magnificantem fidem/attribuendo fidei miracula & salutes: & considerantes in seipsis non ita vigere fidem, petunt hoc donū/adiice nobis fidem. Fidem petendo, fidem magnam se habere monstrant: credendo ꝙ iesus possit infundere in animis eorum donum fidei. Nec fidei nomine significatur credere ea quæ sunt necessaria ad salutem (quoniam hanc fidem habebant) sed confidentia in deo seu in ipso iesu, ad virtutes & miracula operandum/ad exercendum quæcunq; incumbunt circa prædicationis officium/& alia christi mandata seruanda. hanc enim fidem adiici sibi petunt super eam quam habent. Dixit autem dominus. Si habueritis. pro. habetis/fidem sicut granum sinapis, dicetis. pro. dixissetis/huic arbori moro. pro. sycamino/eradicare ⁊ transplantare in mare. pro. plantare in mari, ⁊ obediet. pro. obedisset/vobis. Contemplare textum: & vide mirum loquendi modum. Si habetis fidem/in præsenti, dixissetis/in præterito: & similiter obedisset. Ineptus apparet loquendi modus & absq; nexu/si habetis dixissetis. responderi siquidem potest nullam esse sequelam/si nunc habeo dixissem. ℣ Sed dominus minus dicit & plus significat. Dicēdo enim si habetis/negat eos habere fidem sicut granum sinapis. Et in hac negatione de præsenti significat negationem pro vniuerso quoq; tempore præterito. ita ꝙ negationem temporis præteriti durantem vsq; ad tempus præsens inclusiue/significat a negatione præsentis. Et est sensus. Si vsq; in præsens habuisseris fidem sicut granum sinapis (significando ꝙ nec habuistis nec habetis fidem sicut granum sinapis) hoc est fidem in minima quantitate/multæ tamen virtutis: sicut granum sinapis minimum est quātitate/magnum tamen virtute. Et dixit hoc vt recognoscerent apostoli maiorem defectum fidei in se q̄ putarēt: & magis accensi desiderio doni fidei/capaciores ac idonei redderentur ad suscipiendū tantum donum. Dixissetis huic sycamino. Virtutem minimæ fidei sicut grani sinapis (hoc est paruæ in quantitate/magnæ tamen in virtute confidentiæ in deo) explicat ab effectu quē potuissent efficere solo verbo circa vegetabilia: vt ab hoc exemplo mirabili & incredibili discant quanta sit virtus fidei sicut grani sinapis. Nec intendit ꝙ si habuissent talem fidem dixissent hoc: sed ꝙ potuissent dicere/& effectum fuisset quod dixissent. Et quia ꝑsens erat arbor illa sycamini (quæ arbor dicitur peculiaris syriæ/nobis ignota) ideo dicit huic sycamino. eradicare. Ecce primū factum mirabile. ⁊ plantare in mari. Ecce secundū mirabilius. Et sunt hęc impetratiua passiua. ⁊ obedisset vobis. tanq̄ subdita imperio vestro. In quo significatur homo cōfidens in deo/sic deo vnitus vt eius imperio obediat creatura insensibilis sicut deo.

Quis autem vestrum habens seruum arantem. Petierant apostoli adiungi sibi donum confidentiæ: quod & eis collatum subintelligitur. Et quoniam superbia etiam bonis operibus insidiatur vt pereant, ideo iesus adiungit parabolam conseruatiuam eorum in vera recognitione suimet/ne extollantur. Et tum parabola/tum applicatio eius clara habetur in litera. aut pascentem boues. Superfluit boues. Describitur enim seruus pascens, sed non describuntur animalia quæ pascit. nihil nāq; refert an sit pastor ouium/an capratum. qui regresso de agro dicat illi. pro. dicet. & superfluit illi. statim/transi ⁊ recumbe. ⁊ non dicit. Deest. ei para q̄ cenem: ⁊ præcinge te, ⁊ ministra mihi donec manducem ⁊ bibam: ⁊ post hęc tu manducabis ⁊ bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi. tanq̄ pro grauito beneficio recepto. quia fecit quę ei imperauerat? Non puto. Sic ⁊ vos. Hæc est conclusio parabolæ. quum feceritis omnia. non quædam sic & quædam non. quę præcepta sunt vobis, dicite. serui inutiles sumus. vt pote debita tantū ꝓsoluentes & nihil vtilitatis superaddētes. hunc enim sensum testantur sequentia verba. q̄ debuimus. pro. debebamus/facere, fecimus. Nota parabolam pro memoria/& conclusionem pro documento. Si seruando omnia præcepta sumus inutiles/nec habemus vnde superbiamus, quid sentiendum de nobisipsis est qui non omnia seruamus/qui multorum rei sumus? sed quid de nobis dico: quum nullus dicere possit quod debebam feci, nisi qui exemptus est a dicendo/dimitte nobis debita nostra. Quod ergo dicitur quum feceritis omnia/nō ideo dicitur ꝙ facturi essent omnia: sed ꝙ si etiam facerent omnia/sed ꝙ quum merita habuerint faciētium omnia præcepta, recognoscant se seruos inutiles: vt a fortiori recognoscāt se minus q̄ inutiles, hoc est debitores & reos multorum quæ debebant seu debent facere.

Et factum est dum iret in hierusalem/transibat per mediam samariam ⁊ galileam. Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, ⁊ leuauerunt vocem/dicentes. iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. ite/ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent/mundati sunt. Iuxta præceptum legis leui. 14. sacerdotū erat iudicare de vera mundatione a lepra. & propterea iesus non mundatos sed mundandos mittit ad sacerdotes censores veræ mundationis. ℣ Vbi nota fidem leprosorum confidentium in verbis iesu ꝙ inueniendi essent mundi coram sacerdote. Dicendo enim ite ostendite vos sacerdotibus/mūdos futuros promittit: vt clare patet ex eo ꝙ dum irent mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit ꝙ mundatus est, regressus est/cum magna voce magnificans. pro. glorificans/deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Deest. ei. Et hic erat samaritanus. genere/non fide & cultu: vt patet ex eo ꝙ ibat vt ostenderet se sacerdoti. erat siquidem proselytus. Respondens autē iesus dixit. nōne decem mundati sunt? nouem autē vbi sunt? Non est inuentus qui rediret ⁊ daret. pro. non sunt reperti qui redierint vt darent/gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi. surge/vade: quia fides tua. Superfluit. quia. te saluum fecit.

Interrogatus autem a pharisęis quando venit. pro. veniet/regnum dei. An in veritate an irrisorie interrogauerint pharisæi de tempore quando veniet regnum dei/certum non est: responsio tamen domini tanq̄ vere interrogantibus quadrat. prædicante enim iesu & sæpe repetente regnum dei propinquum, petunt (siue irridendo siue vere inquirendo) quando veniet. respondit eis, ⁊ dixit. Non veniet regnum dei. Regnum dei duplicem habet statum. Alterum spirituale in præsenti vita in cordibus fidelium. regnat enim deus per fidem/spem & charitatem iesu christi in cordibus hominum. Alterum non solum spirituale sed etiam corporale, regnante deo non solum in animabus sed etiam in corporibus hominum iam glorificatorum in anima & corpore. Quærentibus itaq; pharisæis quando veniet regnum dei, respōdet primo iesus de aduentu regni dei absolute/vt cōmune est vtriq; statui. cum obseruatione. temporis. neuter enim status eget obseruatione temporis: quia spiritualis semper, sensibilis autem publicus ac repentinus erit. neq; dicent. vere euangelizantes regnum dei. ecce hic aut ecce illic. Superfluit aut. Sicut non veniet cum obseruatione temporis, ita nec cum obseruatione loci. omnis enim locus est locus regni cœlorum ſm statum spiritualem: & vbiq; clarus apparebit christus in secundo aduentu. Ecce enim regnum dei intra vos est. Ratio excludens tam certum tēpus q̄ certum locum, quātum ad statum spiritualem subintungitur: & est quia regnum dei spirituale est in spiritibus vestris/intra vos est. Ita ꝙ specificat hac ratione regnum dei ſm statum spiritualem/incipiēdo descendere ad singulos regni status. hoc nāq; testatur coniunctio enim. ℣ Et si quæsitum fuerit qūo pharisæis vere dicitur/ecce. n. regnum dei intra vos est. Respōdetur ꝙ erat in eis per veram vnius dei fidem, per quā inchoatur regnum dei ſm statum spirituale. vel demōstratur proxime futurū regnum dei intra illos post missionē spiritus sancti. Et ꝓnomen vos non oportet exercere demonstrationē personalē (hoc est demōstrare illos ad quos loquitur) sed in illis fideles oēs/fide non mortua sed viua.

Et ait ad discipulos suos. Respondurus de regno dei quo ad statum manifestum etiā in corporibus (qui erit in aduentu christi glorioso) conuertit sermonem ad discipulos suos: tum quia intendit eis declarare multa præcedentia ante talem aduentum regni dei: tum quia ad vtilitatem discipulorum nō pharisæorum sciebat hæc profutura. Venient dies quando desideretis. pro. desiderabitis/videre

vnum diem filii hominis. Non clare cõstat an per vnum diem filii hominis significetur dies quietis pacificæ qualem habebant iesu discipuli tunc quum conuersabantur cum eo/an significetur dies aduentus glorioſi iesu christi. vtrunq; enim sensum textus admittit. Et iuxta priorem sensum prædicitur discipulis. venient dies tribulationis & angustiæ vestræ ante aduentum manifestum filii dei/ & tantæ tribulationis q̃ desiderabitis naturali desiderio habere hanc quietem quã modo habetis. Acsi apertius diceret. paupertas & reliqua quæ modo suffertis relata ad ea quæ passuri estis/desiderabilia reddentur vobis: peiora passuri estis his quæ modo suffertis, ita q̃ hæc desiderabũtur a vobis tanq̃ bona. Nec sola magnitudo persecutionum futurarum sed continuitas significatur dicendo q̃ desiderabitis videre vnum diem. sulpirabitis enim ad vnum diem horum/nullum habentes diem quietum. ¶ Iuxta alterum vero sensum prædicit eis futura magna tribulatio cum desiderio aduentus glorioſi ipsius christi abscp ipso aduentu. Acsi apertius dixisset. præcedent manifestum aduentum regni dei/dies tribulationum vestrarum/dies vitæ vestræ, ita q̃ desiderabitis videre diem vnum: hoc est diem illum glorioſum/qui non est nisi vnus: quoniam erit dies æternitatis. & non videbitis. quia prius morieminí q̃ veniat regnum dei manifestum. & similiter non habebitis requiem quã nunc habetis. Et dicent vobis. pseudoprophetæ & pseudapostoli. Hic clare apparet q̃ pronomen vobis/facit demõstrationem simplicem. demonstrantur enim discipuli in genere. ecce hic & ecce illic. est christus afferens regnum dei. Nolite ire. ad videndum talem christum annũciatum in certo loco. neq; sectamini. talem christum. Vtrunq; prohibet: & ire ad ipsum/& oblatum sectari. Et intendit per hoc q̃ manifestum regni dei aduentum non solum precedent tribulationes discipulorum, sed etiam multi antichristi cum multis eorum nuncus. Nam sicut fulgur. Ratio redditur excludẽs omnia loca terræ: & similiter omnem occultationem glorioſi aduentus christi. coruscans de sub cælo. pro. de ea regione que sub cælo/in ea quę pro. in eam quę sub cælo sunt. pro. sub cælo est/fulget. Assimilatur aduentus secundus christi fulguri coruscanti de regione orientali aeris in regionem aeris occidentalem: quia ad literam in aerem descendet iesus: vt clare explicatur. 1. ad thessa. 4. & sic in aere apparebit vt manifestus sit vniuersis vndecũq;. Hæc enim duo significantur per hanc similitudinem: per quę duo manifeste excludit ecce hic aut ecce illic: quoniam omnibus apparente in aere manifesto/non erit ratio dicendi ecce hic aut illic. ita erit filius hominis in die sua. Seipsum nominat filiũ hominis, quia in forma humana veniet. Diem autẽ suam appellat humano more diem expectatam & valde desideratã/diem gloriæ in qua veniet ad accipiendum possessionem sensibiliter totius vniuersi. ¶ Primum autem oportet illum multa pati. Inter alia præcedentia manifestum aduẽtum regni dei/cõnumerat passionem propriam. par enim fuit. vt sicut prædixit passiones discipulorum ante illum aduentum/ita prædicat & suam. & reprobari a generatione hac. scilicet iudæorum. Et sicut factum est in diebus noe, ita erit & in diebus filii hominis. Edebant & bibebant/vxores ducebant & dabantur ad nuptias, vsq; in diem qua intrauit noe in arcam: & venit diluuium & perdidit omnes. Similiter & sicut factum est in diebus lot. edebant & bibebant/emebant & vendebant/plantabant & ędificabant. qua die autem exiit lot e sodomis, pluit ignem & sulphur de celo: & omnes perdidit. Secũdum hęc erit qua die filius hominis reuelabitur. pro. reuelatur. Subiungit inopinatum mundo futurum aduentum illum a duobus exemplis. altero diluuii: altero incendii sodomæ. Et omnia clara sunt in litera. In illa hora qui fuerit in tecto & vasa eius in domo/ne descendat tollere illa: & qui in agro/similiter non redeat retro pro. ad ea quę retro. Memores estote vxoris lot. Postq̃ declarauit aduentum suum glorioſum futurum inopinatum, subiungit modo monitionem ad celerem animum ad ea quæ sunt spiritus: docẽdo hoc sub duabus metaphoris. Altera est. existens in tecto & habens vasa sua/res suas in domo, ne descendat ad sumendũ res suas. Altera est. existens in agro/non redeat ad ea quæ retro reliquit tollenda. ¶ Vbi aduerte q̃ iesus matth. 24. hæc eadem dicit, sed ad aliud propositum. nam ibi ad monstrandam celeritatem fugæ necessariæ volentibus euadere ab excidio hierusalem: hic vero de tempore ante aduẽtum christi glorioſum loquitur, ad significandum non celeritatẽ fugæ sed celeritatem affectus necessarii ad spiritualia. Intendit enim per hæc aperire q̃ tunc non erit cõmoditas temporis differendi affectum ad spiritualia, sed q̃ celerrime absq; quacunq; minima dilatione etiam prætextu cuiuscunq; necessariæ occupationis/adhibendus est animus ad spiritualem vitam. Hunc esse literalem sensum testanẽ subiuncta verba. memores estote vxoris lot: quæ cum vertisset se retro/non habuit tempus vertẽdi se ad ante. Quocirca monet q̃ nec prætextu tam paruę morulæ quæ occuparetur ad tollendum ea quę domi seu retro relicta sunt/differenda est spiritualis vita: siue tanq̃ postea recuperanda ab habentibus & deserentibus illam/siue tanq̃ postea acquirenda a non habentibus illam. Vnde quum dixit in illa hora/non tempus aduentus sui significauit (quoniam aduentus eius terminus erit viatorum: nec erit tunc tempus quo monitio possit prodesse) sed significat tempus propinquum aduentui. Vnde nomine horæ illud appellauit: velut tempus ita propinquum q̃ infra horam esset aduentus christi. Tũc enim monitio prodesse potest: sed nulla interpollatio admittenda est propter temporis angustiam simul & incertitudinem. quã exemplum vxoris lot restatur. Quicunq; quesierit animam suam. Quid est retro,

aspicere/quid est descendere ad tollendum vasa in domo/quid est redire ad ea quæ retro, declaratur hac subiunctione q̃ est studere vitæ animali: hoc est quærere vnũquęq; quæ sua sunt non quæ iesu christi. Ideo autem declarauit per quærere saluare animam propriam id est vitam propriam, quia sm cõmunem cursum humanorum affectuum ratio damnationis hominũ est nimius amor vitæ propriæ: & rarus est qui vitam propriam postponit futuræ vitæ. Quicunq; igitur quæsierit/quouis modo per fas & nefas, animam suam/vitam suam. saluam facere, perdet illam. vitam suam æternaliter. Et quicunq; perdiderit illam. vitam suam/subaudi ꝓpter me. vnificabit eam. pro. vitam generabit, eam. in eterna vita. Perdendo hic/generat illam in vita eterna.

Dico vobis, in illa nocte. Paulo ante dixerat/in die sua: modo dicit in illa nocte. Secũdum enim historiam aduentus glorioſus christi erit in die: vtpote tẽpore congruo ad hoc vt videatur ab omnibus. Describitur autẽ in nocte propter similitudinẽ ad occurrentia nocte: quia veniet ex improuiso quãdo non creditur/sicut ea quæ occurrunt intẽpesta nocte. Et in proposito noctis mentio fit/propter occultam rationẽ diuinæ electionis ac reprobationis quæ describitur. erunt duo in lecto vno. Genus hominum quiescentiũ significatur. vnus. mas. assumetur. diuina electione. & alter relinquetur. sibiipsi: quod est reprobati. Due erunt molentes in vnum. pro. simul. Genus operantium labore manuũ significatur. vna. mulier. assumetur. similiter diuina electione. & altera relinquetur. sibiipsi. Duo in agro: vnus assumetur/& alter relinquetur. Tota hæc particula de duobus in agro/superflua est. Duo tantum hominũ genera lucas refert: quiescentium. s. & operantiũ. in his. n. vniuersum humanũ genus cõprehenditur. Vtriusq; sexus meminit, sic q̃ vtriusq; sexus pars aliqua eligitur & pars relinquitur: vt vtrunq; sexũ discamus assumendũ. Ita q̃ vterq; sexus remanebit in regno christi. propterea. n. dixit vna assumetur. Et similiter etiã vterq; sexus erit in inferno. ¶ Diuinæ quoq; electionis gratia describitur/docendo assumẽs: descripta præsertim patitare statu, quietis in lecto & laboris molendo. Similiter quoq; meritum reprobationis significatur, dicendo relinquetur. non potest qui relinquit sibiipsi/imputare relinquenti nisi negationẽ gratiæ: sed suis imputet meritis quicquid sibi euenerit. ¶ Aduerte prudens lector q̃ potuisset multiplicieter vniuersa hæc monitio fieri: maluit iesus hanc cõstare ex his tribus partibus. s. ex cautela ne retro redeãt/ex studio vitæ futuræ plus q̃ vitę propriæ/& ex diuinæ electionis gratia: vt hinc discceremus cõditiones tres requisitas ad salutẽ cuiusq; æternam. Prima est amor vitæ futuræ plus q̃ præsentis. qui declaratur in secũda particula, quicũq; quæsierit &c. Secũda est constantia in hoc studio: siue cõtemplatiuam siue actiuam vitã quis agat. Et hæc describitur in prima particula de existentibus in tecto cõtemplationis/vel agro operis exterioris. Et hæ duæ cõditiones se tenent ex parte nostra. & periculum incõstantiæ illorũ qui non ex intentione perdendi vitam futurã sed ex occasionibus occurrentibus peccant mortaliter/tanq̃ habituri postea spatium pœnitẽdi, declaratur ex eo q̃ euenit vxori lot: quę credidit se posse ad pristinũ situm redire/& interim punita est. ¶ Tertia ex parte diuinæ gratiæ se tenens (quæ est vtriusq; radix) est electio diuina. quæ vt omnino gratuita significetur & non ex meritis, describitur circa omnino pares ac iunctos sexu/occupatione/loco & tẽpore: duos. s. in lecto vno/& duas molentes simul. Et ridentes dicant illi. vbi dñe! Non explicauerat iesus locum quo dirigendi sunt assumendi & assumendæ. Et ꝓterea discipuli respõdendo quærunt vbi dñe! Qui dixit illis. vbicunq; pro. vbi/fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquile. Aliqui codices loco dictionis corpus habent cadauer. & omnino corpus pro corpore mortuo ponit. Similitudine enĩ sumpta ab aquilis cõcurrentibus ad cadauer vt pascantur, declarat nõ solum locum sed etiam modũ & affectum & fructum. Intendit siquidẽ q̃ electi diuina electione sic assument, q̃ velut volantes (hoc est per aerẽ meantes) & tanq̃ esurientes ad fruendum christo/cõgregabuntur ad locum in aere vbi erit christus ad fruendum ipso: quẽadmodum aquilæ cõgregantur ad comedendum corpus mortuum. Vnde & paulus dicit. rapiemur obuiam christo in aera, & sic semper cum domino erimus.

CAPVT .XVIII.

Dicebat autez & parabolam ad illos, quoniam. pro. ad hoc q̃ oportet semper orare, & non deficere. pro. segnescere. seu defatigari. Explicat euangelista quorsum tendit parabola sequens. Quod autẽ dicitur oportet semper orare absq; vlla defatigatione/non continuũ orandi exercitium indicit (quũ hoc homini sit impossibile) sed horis omnibus congruis absq; vlla pigritia necessitas orandi significatur. Et hoc de oratione quę est actualis mentis eleuatio loquendo. extenso tamẽ orationis nomine ad omnẽ actum meritorium apud deum, absq; vlla exceptione oportet semper orare: quoniã oportet omni tẽpore gratum deo obsequium exhibere. Ita q̃ qui cogitat/dño comedat: & qui dormit/dño dormiat: & sic de reliquis. Sic. n. semp oratur: & nunq̃ defatigatio interuenit/nisi quum peccat. De necessitate autẽ orandi, superius dictum est ea rõne necessarias esse orationes ad vitã æternam cõsequendã/qua necessariæ sunt reliquæ causæ secũdæ ad ꝑpios effectus/ qua oportet agros colere vt fructus agros percipiamus: & sic de filiabus. Dicens. Judex quidã erat in quadã ciuitate, qui deũ non timebat & hoiem non reuerebat. Parabola satis clara est. Viduа autẽ quędã erat in ciuitate illa: & veniebat ad eũ/dicens. vindica me de aduersario meo. Et nolebat p

Alt. figura de vxore Lot. gene. 19.

multum tempus.pro.ad tẽpus. Significatur.n.q̃ aliquãdiu nolebat facere iustitiam. ¶Post hęc aũt dixit intra se.etsi deũ non timeo/nec hominẽz reuereoz,tñ qz molesta est mihi hęc vidua/vindicabo illam:ne in nouissimo.pro.tandẽ/veniens sugillet me. Motus describitur iudex iste ex importunitatis molestia & timore ꝓpriæ maculæ/qui nec ꝓpter deum nec ꝓpter homines mouebatur:ne.s. viduæ illius tanta importunitas tandẽ vituperaret eum:& sic infamiæ maculam incurreret. Ait autẽz dñs.audite quid iudex iniquitatis dicit. Ad conclusionẽ parabolæ excitat audientes.quia parabola hæc non est introducta vt ducerent audientes aliquid imitãdum:sed vt ex ea argumentũ discerent ad credendam diuinã iustitiam. ¶Deus autẽ non faciet vindictã electoꝝ suoꝝ. Concludit parabolã:arguendo q̃ si iudex iniquus victus frequentia precũ viduæ disposuit tandẽ vindicare viduam,quanto magis deus iustissimus faciet vindictam electoꝝ suoꝝ.clamantium ad se die ac nocte. Clamor contituus electoꝝ nõ est formaliter petitio vindictæ(q̃is vindicta iusticia sit punitiua/& sanẽte possit desiderari)sed est formaliter petitio q̃ adueniat regnũ dei/est formaliter desiderium beatitudinis pfectæ(in anima.s.& corpore)quæ erit quũ aduenier regnum dei. Et quia aduẽtus regni dei annexam habet vindictam(hoc est iustitiam punitiuã iniuriarum illatarũ electis dei)ideo clamor iste est virtualiter petẽs vindictam. Et qñ electi continue suspirant ad regnũ dei,ideo cõtinue dicuntur clamare perendo vindictam die ac nocte. Et cõformis est hæc sñia clamoꝝ martyrũ scripto apoc.6. Vñ patet q̃ non cõtrariat sententiæ hæc alteri dñi doctrinæ.orate pro psequentibus vos. Electi.n.pro persecutoribus suis orant/affectu veniæ eorum:& cum hoc orando pro aduentu regni dei/orant effectu pro vindicta,non cõtra hunc aut illum/sed in genere:quæ fiet in iudicio vniuersali. ¶ patientiã habebit in illis.pro.¶ longanimis sup illis? Aduerte hic quosdã codices græcos loco & habere etiã.ita q̃ in eis legitur/etiam longanimis sup illis. Et esset sensus q̃ q̃is longanimis sit sup illis/nihilominus faciet vindictam. Legendo autẽ &/negatur longanimitas.& est sensus q̃ deus non ꝓtrahet in longum vindictã.interrogatiue enim tota hæc clausula legitur. Hic autẽ secũdus sensus/hæc lectio(.s.cum cõiunctione &)quadrat sequentibus iesu verbis. ¶Dico aũt vobis qz cito faciet vindictam illoꝝ. Subiungendo affirmationem celeris vindictæ/declarat q̃ non ꝓtrahet in longum vindictã. Similis sententia scribit apoc.6.& dictũ est illis vt requiescerent adhuc tẽpus exiguum. Quod.n.hic dicit cito/ibi dicit exiguum tẽpus. Quod licet ꝑculdubio verum sit respectu æternitatis quã durabit æternum christi regnum,ad literam tamẽ intreuenit tarditas aliqua,sed suauis dispositio qua cõstat cito fieri quod q̃primũ congruo seruato ordine fit. ¶Verũtamen filius hois veniens putas.pro.an inueniet fidẽ in terra? Aduersatiua hæc sententia cõtra officium dei ad cito faciendã vindictam electoꝝ suoꝝ/e regione cõtraponit diminutionẽ tantam fidelium vt vix inueniantur aliqui veri fideles tẽpore aduentus christi glorioſi. Acſi apertius dixisset.q̃is deus tantam curam habeat electoꝝ suoꝝ q̃ cito faciet vindictam eoꝝ,nihilominus numerus fidelium diminuet/non recognoscent homines tantũ beneficium:sed vbi deberent crescere/minuẽtur,ita vt vix inueniant veri fideles veniente filio hominis ad iudicandũ mũdum. ¶Ex hoc loco timeo diminutionẽ christianæ fidei quã videmus non solum inchoatam sed valde extensam/non esse restauandam sed potius extendendam. Nõ sum tamẽ prophetа neq; filius prophetæ:sed video viam valde frequentatã ad verificationẽ huius textus. Magna siquidẽ mundi pars maumethana est:& parua pars christianis relicta/tot hæresibus & schismatibus ac prauis vsibus repleta est vt exiguus vere fidelium numerus iam apparere videatur. Vere autẽ fideles dico ꝓfessores christianę fidei verbis & factis.

¶Dixit autẽ ꝛ ad quosdam. Frequenter iesus superbiam dãnat & humilitatẽ approbat ꝓpter maximũ dãnum quod superbia infert & bonum magnũ quod humilitas affert. qui in se cõfidebant tanq̃ pro q̃ essent/iusti. Significant enim superbi putantes se iustos.¶ aspernabant ceteros, parabolã istam: dicens. ¶Duo homines ascendebant in tẽplum vt orarent: vnus phariseus ¶ alter publicanus. Parabola hæc modica eget inuitione magis q̃ expositione. ¶Phariseus stans/hęc apud se orabat. ¶Deus gratias ago tibi. Recognoscit hic pharisæus iustitiam suam esse dei donum/gratias agendo. qz non sum. Prima iustitię pars(.s.declinare a malo)recognoscitur. sicut ceteri homines. Hinc apparet in phariseo hoc/illa superbiæ species quæ singularitas appellatur. Vbi debuisset respicere ad negationem vitioꝝ in seipso,& dicere gratias tibi ago quia nõ sum raptor/iniustus/adulter(quãdoquidem diuinæ gratiæ munus est quicqd non deliquimus)respexit ad se relatũ ad alios.quod est officium superbiæ/quod est singularitatis tumor:ex relatione.s.ad alios se præferre. Nec ꝛtelligo per cæteros homines/reliquos homines.multi enim erant phariseі similes huic:nec tam desipiens putandus est iste vt se reliquo humano generi præferret.sed determinant cæteri homines per subsequentia.s. raptores/iniustі/adulteri. Ita q̃ sensus est.non sum sicut alii hoies qui sunt raptores &c̃.velut etiã.pro.aut etiaz vt/hic publicanus. Vide quo tumor phariseum hunc abduxerit.non sufficit ei præferre se in genere raptoribus/iniustis/adulteris,sed præfert se etiã publicano religionis officio vacanti.& hoc despective, dicẽdo hic publicanus. ¶Ieiuno. Altera iustitiæ pars(quæ est facere bonũ)in materiam gratiarũactionis assumitur. Ieiunium cõtra adulteros(hoc est peccata carnis)refert. bis in sabbato.hoc est in hebdomada.

integritas

integritas septem dierum a sabbato eorum termino nominatur. decimas oo omniuz quę possideo. Contra rapinam & iniustitiam/iustitiã decimaꝝ apponit. ¶Et publicanus a longe stans. Clare hinc apparet q̃ stantes olim orabant. Nam tam phariseus q̃ publicanus describitur stans:sed publicanus a longe ab altari.per quod insinuatur q̃ phariseus erat prope. Et hęc est prima differẽtia inter eos. nolebat nec oculos ad celum leuare. Hęc est secũda differentia,qua se indignũ censebat publicanus aspectu ad deum tanq̃ habitantẽ in cœlo. Et hinc insinuatur q̃ phariseus erat oculis eleuatis in cœlum. Et coniicio q̃ eleuatis etiã ad cœlum manibus phariseus orabat,ex modo narrandi quũ dicit nec oculos ad cœlum leuare.adiunctio.n.quædam significat dicendo nec. Sed percutiebat pectus suũ. Ex cõiunctione aduersatiua sed/clarius apparet significatũ esse q̃ nec manus nec oculos audebat leuare ad cœlũ, sed manu percutiebat pectus suũ. Et hæc est tertia differentia. Percussio autẽ pectoris in signum fit redargutionis cordis:quod pro voluntate cõsueuit poni. dicens. ¶Deus ꝓpitius esto. Vide differentiã inter orationes hoꝝ. Ille nihil petiit,sed tumens despiciendo alios gratias egit:iste petit veniã.& proprie loquendo longinquũ a deo se ꝓfitetur,dum petit ꝓpitius esto:hoc est,ego non possum tibi appropinquare/tu prope me veni:non appropinquatione locali sed collatione veniæ. mihi peccatori. Superbia phariseі efficiebat vt respiceret se relatũ ad alios:humilitas publicani efficiebat vt respiceret se ꝑ se ipsum,& non respective ad alios peiores se aut æquales. ¶ Dico vobis. Ecce cõclusio parabolæ. descendit hic.publicanus.iustificatus. effectus iustus.in domum suam ab illo.pro.magis q̃z ille. Iustior effectus significatur publicanus sola humili oratione/q̃ phariseus fuerit ex vtraq; iustitię parte in se existente. ¶Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: ꝛ qui se humiliat exaltabitur. Ratio tantæ iustitiæ statim acquisitæ a publicano vt præferatur iustitiæ phariseі/redditur ex humilitate publicani & superbia phariseі. Superius autẽ expolita est hæc vniuersalis regula:cuius expetientia apparet in exẽplo istorũ. Vere enim phariseus seipsum exaltauit,singularitate delectatus/simul & despectione aliorꝝ & publicanus quãtum seipsum intus humiliauerit/exteriora signa testantur.

Afferebant aũt ad illum ꝛ infantes vt eos tangeret. Historia hæc de infantibus/tractata est matth. 19.& mar.10. ¶Quod quũ viderent discipuli/increpabant illos. Iesus autẽ conuocans.pro.aduocitur q̃ iesus nutu vel signo simul aduocauit puellos/& allocutus est discipulos vt non impedirent aduentum paruulorꝝ ad se. ¶Talium est.n.regnũ dei. Non dicit horꝝ sed talium,significans nõ ætatis sed similitudinis esse regnũ dei. ¶Amẽ dico vobis:quicũqz non accepit regnũ dei sicut puer. hoc est fili simplicitate/psuasibilitate ac fide.pueri.n. documẽta paterna suscipiũt ac imbibũt absq; cõtradictiõe pure & simꝑ credunt. Tales aũt oportet esse hoies ad suscipiendũ doctrinã regni dei fructuose:aliogn non intrant in illud. Et nihilominus similitudo ad paruulos/etiam ꝑm humilitatẽ intelligitur ratione parvæ quãtitatis:vt similes paruis corpore dicantur humiles parui animo. non intrabit in illud. ¶Et interrogauit eum quidaz ꝓinceps. Ratione diuitiarũ & forte generis appellatur hic adolescens apud matth. 19.princeps. Forte etiã primatum aliquẽ in ciuitate habebat. dicens. magister bone qd faciens vitam ęternã possidebo? ¶Dixit autẽ ei iesus. Quid me dicis bonum? Non negat se bonũ: sed laudatus laudẽ reiicit in deum,recognoscendo seipsum inquãtum homo erat/bonitatem habere a deo:ac per hoc laudem deberi deo/a quo pendet vniuersę creaturę bonitas.hoc.n.significant subiũcta verba. nemo bonus nisi solus deus.pro.vnus/deus. Sicut enī solus deus est(quia solius dei esse est proprium.reliqua.n.esse habent cõmunicatum & pendens cõtinue a deo)ita ipse vnus tantũmodo est bonus:quia bonitas est ipsius,reliqua aũt bonitatem non nisi cõmunicatã & pendentẽ continue a deo habent. ¶ Docuit itaq; iesus oẽs nos vt quũ laudamur,reflectamus oculos mentis nostrę ad defectum nostrum/& ad eius quod in nobis laudatur dependentiã a deo:& sic laudem nobis exhibitam/in deum cui debet retorqueamus/dicendo cum ipso.quid me dicis bonũ aut iustum aut sapientẽ?mea non sunt nisi quę ad defectum spectant:deus aũt solus est cuius sunt quę ad perfectionẽ quãcunq; spectant. Hic est enim literalis sensus huius rõsionis. ¶Mandata nosti.non occides/non mechaberis/non furtum facies/non falsum testimoniũ dices/honora patrẽ tuum ꝛ matrez. Qui ait. ¶Hęc oia custodiui a iuuentute mea. ¶Quo audito/iesus ait ei. Adhuc vnum tibi deest. Subaudi ad perfectionẽ vitæ:vt matthęus explicat. Omnia quęcũqz habes, vende ꝛ da.pro.¶ distribue. Significatur.n.cum rõne largitio.pauperibus. Reliqua ad hanc historiã spectantia/& subiuncta a petro cum responsione dñi, diffuse declarata vide matth. 19.& mar.10.ne eadẽ repetantur. ¶ habebis thesaurũ in celo:¶ veni/sequere me. ¶Dis ille auditis/cõtristatus est:qz diues erat valde. Videns aũt iesus illum tristẽ factum/dixit. ¶Quã difficile qui pecunias hñtin regnũ dei intrabunt? Facilius est.n.camelũ per foramen acus trãsire q̃z diuite intrare in regnũ dei. Et dixerũt qui audiebant. ꝛ qs põt saluus fieri? Ait illis. Quę impossibilia sunt apud hoies,possibilia sunt apud deũ. ¶ Ait aũt petrus.ecce nos dimisimus omnia/¶ secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis:nemo est qui reliquit domum aut parentes aut fratres aut vxorem aut filios ꝓpter regnuz dei, ꝛ non.pro.qui non/recipiat multo plura in hoc tempore/¶ in seculo futuro vitam ęternam.

Caiet.sup euang.

Assumpsit aũt. hoc est seorsum duxit in itinere: vt matth. 20. apparet. **ieſus duodecim** & ait illis. **Ecce** ascendimus hierosolymã. Iterũ prædicit discipulis suis passionẽ suã/determinãdo locũ, hierosolymã. s. & filiũ hois **tradẽt.** pontifici & scribis. **Et damnabunt eũ** ad mortẽ. **Et tradẽt eũ gẽtibus.** a iudæis. Et prædicit eis in specie quæ in manus gẽtiliũ tradẽt. & illudẽt & flagellabũt. pro. **& illudent & conspuent & flagellabunt.** Singula singule explicat futura: vt & passibiles redderent: & vt cognoscãt quæ ipse scit singula/singula quæque passurus est, & nõ solũ in genere quæ passurus est. & **postq̃ flagellauerint/occidẽt eũ.** Violentã mortẽ se passurũ significat. & **die tertia resurget.** Et hoc quoq; ad cõsolationẽ & soliditatẽ fidei prædixit: ne quũ occisum viderint/desperẽt, sed credant resurrectutũ & expectent resurrectionẽ eius. **Et ipsi nihil horũ intellexerũt.** Nõ quæ verba ieſu nõ intelligerẽt: sed qa sensum verborũ existimabãt aut dubitabãt esse sicut sensus sermonis parabolici. Audiebãt. n. ieſum sæpe loquentem metaphoricos: & quẽ credebãt messiã regnaturũ in mundo, nõ poterãt credere passurũ talia/vt verba significabant fm sensum literalem. **Et erat verbũ istud absconditũ ab eis: & nõ intelligebant q̃ dicebant.** Non solum nõ intellexerunt, sed etiã perseueraturnt non intelligentes hæc.

Factũ est aũt quũ approximaret hierico. Hinc apparet quæ historia hæc de sanatiõe huius cæci/nõ coincidit in historiã tã narratã a matthæo de duobus cæcis cap. 20. q̃ a marco de vno/ca. 10. quã lucas describit rem gestã appropinquãte ieſu ad ingressum hierico subiũgendo ingressum: matthæus aũt & marcus scribũt rẽ gestã egrediẽte ieſu ab hierico. Iste itaq; cæcus añ portã qua ingressus est ieſus/erat: illi aũt extra hierico portã qua egressus est ieſus versus hierlm erant. Similitudo aũt gestorũ hic & ibi/occasio est putãdi quæ eadẽ est vtrobiq; narrata historia: quũ in veritate nõ idẽ sed simile fuerit factũ. **cæcus quidã sedebat secus viã mẽdicans.** & quũ audiret turbã pertransiẽtẽ, **interrogabat qd hoc esset. Dixerunt** aũt ei quia ieſus nazarenus trãsiret. **Et clamauit dicẽs. ieſu fili dauid.** hoc est ille fili dauidis qui promissus est dauidi regnaturus in æternũ/quẽ expectat populus israel redẽpturũ se de seruitute. **miserere mei. Et qui præibãt, increpabãt eũ vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat/fili dauid miserere mei. Stans** aũt ieſus iussit illũ adduci ad se. **Et** quũ approximasset, **interrogauit illum/dicens. quid tibi vis faciã? At ille dixit. dñe vt videã. Et ieſus dixit ei. respice, fides tua te saluum fecit. Et** cõfestim vidit: & sequebat illũ, magnificãs. pro. glorificãs/deũ. **Et omis plebs vt vidit/dedit laudẽ deo.**

CAPVT .XIX.

Et ingressus. Manifeste historiã prosequit lucas: postq̃ narrauit illuminationẽ cæci quũ appropinquaret hierico/subiũgens & ingressus. **pambulabat hierico.** Hierico ciuitas est inter iordanẽ & hierlm: q̃ tpe iosue destructa fuit, sed postea reædificata. 3. reg. 16. **Et ecce vir nomine zacheus.** Tam grata est deo cõuersio peccatorũ vt mereat̃ pprio nomine caput publicanorũ nominari. & **hic princeps erat publicanorũ.** caput erat publicis exactionibus vacãtis. & ipse diues. **Et q̃rebat videre ieſum qs esset: & nõ poterat præ turba, q; statura pusillus erat. Et præcurrens.** Deest. ante. Significat. n. quod tps occupauit anteq̃ a turba impediret ad cõscendendũ in arborẽ/prius q̃ ieſus illac trãsiret. **ascẽdit in arborem sycomorũ.** pro. in sycomoream. Est aũt sycomorus ficus fatua. aiũtq; esse arborẽ magnã silẽm arbori ficuũ, quæ profert fructum non ramis sicut ficus/sed ex ipso caudice. vt **videret eũ: q; inde.** pro. illac erat transiturus. **Et quũ venisset ad locũ, suspiciẽs ieſus vidit illũ: & dixit ad eũ zachee festinãs descẽde, q; hodie in domo tua opz.** necessitate fructus quẽ quero. nõ. n. deerãt chro hospitia, sed ad salutẽ peccatorũ efficiendã/oportebat ipsum suaui comitate exhibere se cõuiuã peccatoribus. **me manere. Et festinãs descẽdit: & excepit illũ gaudens. Et quũ viderent oẽs/murmurabãt.** Oẽs qdẽ viderunt ieſum hospitantẽ apud zachẽũ, sed nõ oẽs murmurauerũt. indefinite eni euãgelista dicit quia murmurabãt. **dicẽtes q; ad hoiem peccatorẽ diuertisset.** pro. quia apud virũ peccatorẽ **ingressus esset ad diuertendũ.** Hæc verba murmuris manifestãt q fuerint murmurãtes: illi. s. q̃ pfitebant̃ se iustos: quales erãt pharisæi. peccatores. n. gaudebãt (nõ murmurabãt) videres ieſum hospitari apud peccatorẽ. **Stans** aũt **zacheus/dixit ad ieſum.** Inter prædendũ stetit zacheus, pfitens publice se pœnitentẽ. **Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe.** Eleemosynis cõmissa peccata interno spũs sci cõsilio redimit. **do pauperibus.** Non dicit dabo: qa in prõptu erat vt daret. & **si qd aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ.** Perfecta forma satisfactionis est restituere male ablata/nõ simpla sed quadrupla (ad satisfaciendũ dãnis quæ potuerũt incurrere dãno affecti) & de pprio eleemosynis redimere peccata. Ex quibus zachei verbis apparet q; nõ de male acqsitis erat diues. asserẽdo. n. se dimidiũ bonorũ pprior̃ datum eleemosynam/& sub dubio ponẽdo fraudẽ quã etiã in quadruplo restituit, manifestat se nõ ex male partis diuitẽ esse. **Ait ieſus ad eũ/q; hodie salus.** Ecce fructus pp quẽ oportuit diuertere ad domũ zachei. Manifestat his verbis ieſus vera & ex corde esse pniam zachei: quã publice pfessus est/qa officio publice infami vacabat. **domui huic facta est.** Nõ demõstrat ædificiũ sed familia zachei. Et significat facta salus nõ soli zacheo sed familiæ eius. Sciebat. n. ieſus fructũ secutũ in cordibus familiæ. Et dixit hoc ad manifestandũ magnitudinẽ fructus suæ diuersionis ad domũ zachei. **eo q; & ipse filius sit abrahæ.** Hinc apparet zachẽũ quis princeps fuerit publicanorũ/fuisse genere israelitã: aliogu nõ dixisset dñs eo

q; ipse filius sit abrahæ/afferens originẽ zachei pro confutatione murmurantiũ q; apud virum peccatorẽ hospitatus esset. Rñdet. n. q; ad salutẽ filii abrahæ hospitatus est: vt & dignitas genetis & pmissio salutis facta abrahæ nõderent murmuri pharisæorũ. Nec minuit vis missionis huius si legaẽ (vt legi etiã põt) in fœminino genere/eo q; & ipsa filia sit abrahæ: quũ significat̃ nõ solus zacheus sed tota familia filia abrahæ fm earnis originẽ. **Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere q̃** perierat. Ex parte zachæi respõdet ieſus murmuri/citans filiationem abrahæ: ex parte vero sui ieſu respõdet citans proprium officium: quia ad hoc venit filius hois vt saluet & quærat quod perierat humanũ genus/& personali conuersatione quod perierat israelitarum filiorum abrahæ.

Hæc illis audiẽtibus/adiiciẽs dixit parabolã. Describit subiuncta parabola de dilato seu de differẽdo regno: dicta publice vt post christi resurrectionẽ memores zacheus & alii huius parabolæ credãt apls prædicãtibus futurũ regnũ dei, nec putent pp christi mortẽ euanuisse pdicationẽ & pmissionẽ christi de regno dei. **eo q; esset pp̃e hierlm/& q; existimarent q; protinus regnũ dei manifestaret̃.** Ne ambigui quæreremus quorsum tendit subiuncta parabola, declarat euangelista quo tendit. s. ad tollendã falsam existimationẽ quã hẽbant discipuli de manifestatiõe regni dei quãtum ad tps. putabãt. n. q; statim post illũ in hierlm ascẽsum/manifestandũ esset regnũ dei: hoc est regnũ christi. idẽ est. n. regnũ dei/regnũ christi & regnũ cœlorũ in euãgelio prædicatũ. Quod in veritate non manifestabit̃ publice vsq; ad secũdum christi aduentũ: & tũ isti (vt dictũ est) putabãt tũc esse manifestandũ christi regnũ. Ad hãc itaq; erroneã existimationẽ tollendã explicat lucas subiunctã dicti parabolã. **Dixit ergo. Homo qdã.** Ieſus filius dei verus hõ. **nobilis.** clarus genere. Et vere clarus. tũ paterna origine: qa verus deus ex vero deo. tũ materna: qa ex regali dauidis ppenie. **abiit.** ex hac vita mortali p mortẽ. **in regionẽ longinquã.** hoc est in alteram vitã, vere longissime distantẽ ab hac rerũ cõditione. **accipe sibi regnũ.** pro. vt accipet sibi regnũ. Finis mortis christi significat̃ ad hoc. n. mortuus est vt acciperet regnũ sibi. Nota singula verba. Non dicit vt acqreret sed vt acciperet: ad significandũ q; regnũ iam erat suũ, sed nõ acceperat possessionẽ eius/quã regni alii/non procuratorio nomine, sed sibi ipsi. Regnũ demũ dicit, ad dñam reliquorũ sanctorũ qui hinc trãseunt ad ppriã beatitudinẽ. christus. n. ad hoc trãsiit vt regnaret sup vniuersum/verus rex totius vniuersi. & **reuerteret̃.** pro. & reuerteret̃. sensibiliter ad hũc mundũ/ad vniuersos mũdi huius hoines. Quæ reuersio erit in secũdo aduẽtu. **Vocatis aũt decẽ.** hoc est vniuersis. Quia. n. denarius numerus fm consuetudinẽ numerandi oẽs numeros cõtinet/& ipso q̃ qd supaddit̃ mensurat̃, ideo p decẽ/vniuersa significant̃. **seruis suis, dedit eis decẽ minas.** Mna græca dictio est q̃ latine dr mina: significans põdus. 12. vnciatũ & dimidiæ. centũ. n. drachmis appendit̃. Et sic̃ intellige p decẽ minas vniuersa dona q̃ ieſus distribuit ecclesiæ suæ. & **ait ad illos. Negociamini.** Finis donorũ christi nõ est vt hẽamus illa otiosa: sed vt negociemur/vt vtamur, ad lucrũ/ad augmentũ, **peculdubio spũale. dum venio.** pro. donec venio. seu veniã. Anceps siquidẽ est græca dictio ad vtrũq; tẽpus. Totũ tẽpus vsq; ad secũdum christi aduentũ tẽpus negociationis est/tẽpus meriti est. Et hinc habes q; secũdus christi aduẽtus terminũ imponit statui meritorio. ita q; hoies illi viui in hoc mũdo, adueniente christo nõ poterunt mereri aut demereri amplius: sed aduẽtus christi terminũ imponit viæ illis sicut mors nobis. **Ciues aũt eius.** Iudæi sub eadẽ lege moysi viuentes/& in vno eodẽq; tẽplo cõicantes/ab eodẽ patre (iacob) descẽdentes/& in eadẽ patria cohabitantes, ciues eius dicunt̃/propter has ciuium cõditiones. **oderant eũ.** Et vere oderũt eũ vsq; ad crucis mortem inclusiue. Vñ & ipse alibi dicit. nunc aũt viderũt & oderũt me & patrẽ meum. & **miserũt legationẽ post illũ.** Legatio hæc post mortẽ christi missa a iudæis/persecutio est christianę fidei facta a iudæis. **dicẽtes. nolumus hũc regnare sup nos.** Ecce quo tendit psecutio/nolumus ieſum nazarenũ in messiam. Significãtius q; dicit̃ nolumus: quũ volũtate non rõne primates iudæorũ persecuti sunt fidẽ christianã/ renuerunt recognoscere ieſum in messiam. **Et factũ est vt rediret accepto regno.** Incœpit accipere regnũ in resurrectione sua/qũ dixit data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. accepit possessionẽ cœli in ascẽsione sua: accipiet possessionẽ terræ in secundo aduentu. Qui hic appellat̃ reditus accepto regno: qa redibit iam rex in gloria regia absq; vlla cõtradictione. **Et iussit vocari.** Deest. ad se. Iussa vocatio/missio est angelorũ ad congregandũ hoies ad iudiciũ. **seruos.** Deest. illos/qbus dederat pecuniã: **vt sciret.** hoc est vt sciri faceret. ipse. n. ieſus pscit ista: sed ad similitudinẽ quærentis scire describit̃ quãtum ad effectũ: hoc est manifestationẽ. vt manifester. n. iubebit vocari seruos suos. **quãtũz quisq̃.** pro. **quis qd/negociatus esset. Venit** aũt **primus/dicens. dñe mina tua decem minas acqsiuit** Non dicit/ego suplicatus sum decẽ minas, sed mina tua acqsiuit decẽ minas. Gratiæ dei attribuit totũ lucrũ vir sanctus: iuxta illud apostoli. deus aũt incrementũ dedit. Hois siquidẽ est rigare aut plantare/& vniuersaliter operas pprias adhibere: ex diuina aũt gratia est fructus. Hinc quoq; apparet q; hæc parabola non coincidit in illã quã refert matthæus. 25. ca. de quinq; talentis. nã ibi duplicatũ lucrũ quilibet bonus negociator retulit: hic aũt primus retulit lucrũ decuplũ, alter vero quinquplũ. Et significanter dicit̃ q; mina minas acqsiuit: quia spũale donũ non nisi ad spũalia dona multiplicanda tendit. sensibilia. n. bona vt stercora arbitratur. **Et ait illi. Euge bone serue.** Intemã lætitiam quã ieſus habet de profectu

electorum interiectione applaudentis significat/adiunctis verbis laudis: vt intelligamus q̄ festine fusci
piet christus electos suos. q̄ in modico. pro. minimo. Respectiue ad dona futuræ vitæ/dona ēt spūalia
pñtis vitæ minima dicunt. fuisti fidelis, eris. pro. esto/potestatē habens supra decē ciuitates. Spiri
tuale præmiū nobis ignotum similitudine sensibiliū significat. Et intēdit. esto in regno meo quēadmo
dum in mūdano regno est qui pñsidet decē ciuitatibus ex lucro decē librarū. ignotæ. n. nobis pemnen
tiæ cœlestis patriæ per has sensibiles significantur. Et alter venit/dicens. dñe mna tua fecit quinq̄
mnas. Eadē gratia cōcessa priori fecit decē mnas/quæ cōcessa huic alteri fecit quinq; mnas: nō ex defe
ctu gratiæ aut vtentis, sed ex cōditione hoīum apud quos diuersi se exercent. aut etiā ex conditione offi
cioꝝ quæ diuersi exercent/maiorē vel minorē fructum diuina gratia efficit: quæ operat oīa suauiter. Et
huic ait. ⁊ tu esto supra quinq̄ ciuitates. ℣ Et alius venit/dicens. dñe ecce mna tua quaꝫ habui
repositā in sudario. Timui. n. te: q̄ hō austerus es. tollis q̄ nō posuisti, ⁊ metis q̄ nō seminasti. Tertius iste integrā refert mnā. De quo multa exponēda/vide matth. 25. qm̄ nulla est dīa inter istū
tertium apud lucā referentē minam & illū etiā tertium apud matthæū referentē talentū. nisi q̄ iste repo
suit minā in sudario/& ille in fossa: sed hæc ad officiū pusillanimis relata non differunt. Dicit ei. de ore
tuo te iudico serue nequā. pro. male. Sciebas q̄ ego hō austerus sum, tollens q̄ nō posui/⁊ me
tens q̄ non seminaui. ⁊ quare non dedisti pecuniā meam ad mēsam, ⁊ ego veniens cū vsuris
pro. vsura/vtiq; exegissem illud. pro. illā. s. pecuniā. Et astantibus dixit. auferte ab illo mnā, ⁊ date
illi qui decē mnas hz. Et dixerūt ei. dñe habet decē mnas. Dico. n. vobis q̄ oi habenti dabit, ⁊
abundabit. Supfluit & abundabit. ab eo aūt qui non hz, ⁊ q̄ habet auferet ab eo. ℣ Verūtā. pro.
quin/inimicos meos illos qui noluerūt me regnare sup se. Non solū in secūdo suo aduētu reddet
præmia iustis & pœnas negligētibus, sed etiā acrius puniet inimicos iudæos qui psecuti fuerunt chri
stianā fidem. ad hoc. n. significandū meminit eoꝝ in specie: & corā se iugulari iubet/peculdubio æterna
morte, quæ nunq̄ finit. adducite huc ⁊ interficite. pro. iugulate. Species. n. occisionis significat ex mē
bro vitali/hoc est iugulo: vt supplicii expeditū significet. ante me. Plenitudo vindictæ humano more
significat quātum ad parabolā spectat: quātum vero ad rem, maior iudæoꝝ confusio & summa christi
fœlicitas corā se habentis etiā supplicia hostium significat. ℣ Et his dictis pcedebat ascēdens hie
rosolymā. Quod parabola dixerat/facto adimplet: dum præcedens describit/sponte iens ante alios
ad locum passionis/ad subeundam mortem in hierusalem.

Et factū est quū appropinquasset ad bethphage ⁊ bethaniā. Bethania castellū est quindecim sta
diis distans a hierusalē: bethphage aūt vicus ppinquior hierusalē. Meminit aūt vtriusq; quia in betha
nia dormierat nocte illa/cuius die artificiali sequēte ad bethphage venit, & inde misit p asino. ad mon
tem qui vocat olineti. pro. oliuarū. ad radicē. n. seu latus montis olineti est bethphage. misit duos di
scipulos suos/dicens. Ite in castellū q̄ contra vos est. hoc est q̄ e regione vestri est. mōstrabat. n.
castellū illud e regione/ad dīam alioꝝ castelloꝝ. in q̄ introeuntes/inuenietis pullū asinę alligatū,
cui. pro. in quo/nemo vnq̄ hoīum sedit: solute illum ⁊ adducite. Et siquis vos interrogauerit
quare solutis, sic dicetis ei/q̄: dñs operā eius desiderat. pro. eo opus hz. Abierunt aūt qui missi
erant: ⁊ inuenerūt sicut dixit illis stantē pullum. Supfluit stantē pullum. Soluentibus aūt illis pul
lum/dixerunt dñi eius ad illos. Hinc patet fabellā esse q̄ erat asina cōis: sicut ēt fabella est q̄ erat asi
na hierusalē. oppidulū. n. innoiatū est. q̄d soluitis pullū? At illi dixerunt q̄: dñs eum necessariū hz
pro. eo opus hz. Et duxerunt illū ad iesum. Et iactantes vestimēta sua sup pullum/imposuerūt
iesum. Euntē aūt illo subiter/sternebant vestimēta sua in via. Et q̄ū appropinquaret iam ad descē
sum montis olineti, ceperunt oēs turbę descēdentium. pro. oēs multitudo discipuloꝝ. Et noīe di
scipuloꝝ intelligendi vident non solū duodecim & septuaginta, sed etiā alii multi adhærētes doctrinę
iesu. gaudentes laudare deū voce magna sup oībus quas viderant virtutibus. Discipuli q̄ innu
mera viderant miracula patrata a iesu/voces extollūt occasione tot visoꝝ miraculoꝝ: q̄uis turba quæ
venit obuiā/mota fuerit occasione resuscitationis lazari. dicētes. Bñdictus qui venit rex. Messias ac
clamat. Et hinc lesę maiestatis postea habitus est reus. Acclamant aūt regē a spūsancto moti, ad conte
standū publice impleri tunc pphetiā zachariæ pphetæ. ecce rex tuus venit tibi māsuetus sedens sup asi
nam. in noīe dñi: pax in cęlo. hoc est reddit per hunc regē pax inter cœlū & mundū. fuerat. n. tantū bel
lum vt nullus quātūcunq; iustus admissus sit in cœlū: sed rex iste pacē cœlestē effecit aduētu suo. ⁊ glia
in excelsis. pro. altissimis. in supremis. Quā etiā angeli in natiuitate cecinerūt. ℣ Et qdā pharisęoꝝ
de turbis. pro. de turba. Pharisæi isti de turba quę venit obuiā vident fuisse. dixerūt ad illū. magister
increpa discipulos tuos. Aut nuidētes gloriæ/aut inexcusabilē reddere iesum volentes si nō increpa
ret discipulos, dicūt hoc pharisæi. Quibus ipse ait. dico vobis quia si hi tacuerint/lapides clama
būt. Sciebat iesus tps illud definitū esse a diuina puidētia ad cōtestandū publice & acclamandū ipsum
esse messiā/& oportere impleri diuinā pdestinationē: & pterea dixit cōditionalē. si isti tacuerint lapides
clamabūt/dicendo q̄ isti dicunt, ad adimplendā diuinā pdestinationē. Et vere si oportuisset ad adimplē
dam diuinā pdestinationē/lapides clamassent. Et dixit hoc vt intelligerēt impossibile esse vt isti taceāt.

Et vt appropinquauit, videns ciuitatē fleuit super illā. Vide pharisęe. q̄ charam habeat iesus
hui usmodi gloriam. Inter tot honores sedens super asinum flet: non extollitur/non magnificat hono
res qui fletum non continet cōpassionis. dicens/quia si cognouisses ⁊ tu. Duplex est verboꝝ horum
sensus. Alter est. si cognouisses mala tibi superuentura, fleres supple quæ modo frueris bonis quæ sunt
ad pacem tuam: hoc est bonis temporalibus. Alter sensus est. si cognouisses quæ ad pacem tuam (hoc
est mea gesta/meum aduentū/mea bona quæ sunt ad tuā veram pacē) quæ modo sunt absconditа ab
oculis tuis internis. Et iuxta hunc sensum oportet punctare literā sic. Quia. Refertur hoc quia ad fletū.
reddendo enim rationē fletus inchoat a qa. Quod asit subdit. si cognouisses/cōcupiscentis est. & tu. ad
emphasim spectat cōiunctio &/significans locum ab ipsa ciuitate electa a deo ad diuinū cultum. ⁊ qdē
in hac die tua. Altera est emphasis tangens alterū locū ex tpe illius diei quo ipse iuxta zachariæ vatici
nium aperte manifestabat hierosolymitanis messias. Ita q̄ intendit vtinā cognouisses & tu electa ciui
tas & in hac die tua/tibi quidē peculiariter directa a propheta zacharia. Deinde subiunguntē cognoscē
da/dicendo. quę ad pacē tibi. pro. tuam: nunc aūt absconditа sunt ab oculis tuis. Vtinā cognouis
ses mea quæ quidē ad pacem tuam vtā directa sunt: sed nunc absc̄ondita sunt hęc mea quæ sunt ad pa
cem tuam ab oculis tuis internis. Quia venient dies in te. Ad fletum etiā refertur hoc secūdum quia.
rationē enim fletus prius assignauit ex cōcupiscentia notitiæ qua carebat & indigebat electa dei ciui
tas in die illa: modo autē eiusdem fletus alteram rationē reddit ex excidio hierosolymitano, quod præ
uidet & prædicit futurū a romanis ob culpam dictæ cęcitatis. Et a tēpore inchoat proximo, describen
do illud non per annos sed per dies. ⁊ circūdabunt te inimici tui vallo. Obsidio prædicit futura con
struendo vallū circa circa. ⁊ circūdabunt te. Multitudo exercitus tanta describitur vt sufficiat ad circū
dandam ciuitatē: ita q̄ non solū vallum/sed exercitus circūcirca futurus describitur. ⁊ coangustabunt
te vndiq;. Primus effectus/restrictionis vndiq; describit ex vtraq; præmissa circūdatione. Quanta aūt
fuerit angustia, a iosepho & egesippo describit. ⁊ ad terrā. pro. solum/psternent te ⁊ filios tuos qui
in te sunt. Ex eo q̄ homines quoq; psternendos ad solum dicit/metaphorica monstrat locutio. nam de
materiali ædificio subiūgetur. Hæc vero verba significant omnimodā & reipu. & singulorū destructio
nem a similitudine deiectionis vsq; ad fundamentū. ⁊ non relinquent in te lapidē super lapidem.
Hoc directe prędicit de destructione corporeoꝝ ędificioꝝ. eo q̄ non cognouerīs tēpus visitationis
tuę. Causa tantæ pœnæ significat culpa cęcitatis qua non cognouit tēpus hoc quo iesus illā visitauit
personaliter cum tot euidentibus & claris testimoniis q̄ ipse esset messias.

Et ingressus in templum. Non pergit ad plateam sed ad tēplum. cepit eiicere vendentes. Deest. in
ipso/⁊ ementes. Vide hæc & reliqua spectantia ad hūc diem palmarū/scripta matth. 21. dicens illis.
Scriptum est quia domus mea domus orationis est: vos aūt fecistis illam speluncam latro
num. Et erat docens quotidie in tēplo. A die dominico quo ingressus est hierusalē cum tanto ho
nore vsq; ad feriam sextam qua cōprehensus & occisus est, erat quotidie docens in tēplo. Principes
autem sacerdotū ⁊ scribę ⁊ principes. pro. primores/plebis. Tria genera maiorū describuntur: ca
pita. s. sacerdotū/& doctores & capita plebis. quęrebant illum perdere. Non solū odio habebant sed
operam dabant studiosam ad hoc vt occiderent iesum. ⁊ nō inueniebant quid facerent illi. Non ex
defectu voluntatis & studii sed quia non inueniebant quod possent illi inferre/omittebant illius occi
sionem. Omnis enim populus suspensus erat. pro. pendebat/audiens illum. velut inhians erat
audiendo christum docentē. Magna deuotio populi ad doctrinā iesu/ratio redditur quare nō inuenie
bant primates quid mali facerent iesu: quia contra populum non audebant facere.

CAPVT .XX.

Et factum est in vna dieruꝫ. Deest. illarum. Explicatur enim q̄ fuit post aduentū honora
bilem in hierusalem. docente illo populuꝫ in templo ⁊ euangelizante, cōuenerunt. pro
ad/fuerunt/principes sacerdotū ⁊ scribę cum senioribus: ⁊ aiunt. præteritū est. ad illū/
dicentes. Dic nobis in qua potestate hęc facis, aut qs est qui dedit tibi hanc potesta
tem? Respondens autē iesus/dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnum verbuꝫ: respondete
pro. dicite/mihi. baptismus ioānis/de cęlo erat an ex hominibus? At illi cogitabant intra se/di
centes: q̄ si dixerimus de cęlo, dicet/quare ergo nō credidistis illi? si aūt dixerimus ex homini
bus, plebs vniuersa lapidabit nos. certi sunt enim. pro. persuasa est enim/ioānem prophetam
esse. Verba hæc sunt scribarū & primatum/scientium q̄ plebs persuasa iam est ad credendū ioānem ba
ptistam esse prophetā. De hac aggressione principum & responsione iesu/tractatū est diffuse matth. 21.
vide ibi expositionē horum omniū. Vbi etiam vide exposita circa sequentē parabolam: quoniā eadē
est apud matthæum ibi/& apud lucam hic. Paucula tamē verba quæ hic adiunguntur explicabimus.
Et rñderunt se nescire vñ esset. Et iesus ait illis. neq; ego dico vobis in qua ptāte hęc facio.
Cepit autē dicere ad plebem parabolam hanc. Homo quidā plantauit vineā, ⁊ locauit eam
colonis: ⁊ ipse peregre fuit multis temporibus. Apud matthæū describitur peregre: hic adiūgitur
multis tēporibus. Deus enim multis tēporibus a tempore plantatæ vineæ domus israel, velut peregre

fuit quousq; verbū caro factum est. Alienus siquidē omnino & natura & persona fuit: sed quū verbum caro factū est, iunctus nobis est in persona: qm̄ vna eadēq; persona ex tunc est dei & hoīs. Et in tēpore illo misit ad cultores serui, vt de fructu vineę darent illi. Qui cęsum dimiserunt eum inanez. Et addidit alterū seruum mittere. Illi autē hunc quoq; cedentes & afficientes cōtumelia, dimiserunt inanē. Et addidit tertiū mittere. Qui & illū vulnerantes, eiecerunt. Tribus seruis pfectus numerus prophetarū & bonorum pastoꝝ ad populum israel ante christum missorum, aptissime describitur: qui ternarius numerus est pfectionis, cōstans ex principio, medio & fine. Dixit autem dñs vineę. quid faciā? Mittam filiū meum dilectū: forsitan quū hunc viderint, verebunt. Quem quum vidissent coloni, cogitauerūt intra se, dicentes. Hic est hęres, occidamus. Deest. venite. Legendū est. venite occidamus illū vt nostra fiat hęreditas. & eiectū illum extra vineā, occiderunt. Quid ergo faciet illis dñs vineę? Veniet & pdet colonos istos: & dabit vineaz aliis. Quo audito. Apud matthæū auditores dixerunt auditā sniam de pditione colonoꝝ: hic aūt iesus describit dicens illam sniam. quia fuit ab auditoribus dicta & a iesu approbata: & matthęus primū, lucas secūdum refert. dixerunt illi. scribæ & alii qui aderāt cōtra iesum. Absit. Horrentiū est tantā pœnā. ¶ Ille aūt aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc qđ scriptū est. lapidē quem reprobauerūt ędificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit sup illum lapidē, conquassabit: super quē. pro. quēcunq; aūt ceciderit, cōminuet illū. Et querebant principes sacerdotū & scribe mittere in illum manus hora illa: & timuerunt populum. Cognouerunt enim q̄ ad ipsos dixerit similitudine hanc.

Et obseruantes miserūt insidiatores qui se iustos. Deest. esse, simularent: vt caperent eū in sermone. pro. vt caperent eius sermonem. Historia hæc recitat a matthæo ca. zz. et ibi expositā vide. & traderent illū pncipatui & potestati pfidis. Hanc clausulā adiecit lucas supra matthæū: q̄ ideo miserunt discipulos suos cū herodianis vt cām haberent tradendi iesum puniendū a curia presidis, pilati. s. qui cæsaris noie pfidebat iudeę. Ideo. n. causam cōtra cæsarē proponunt. Et interrogauerūt eum, dicentes. Magister scimus q̄ recte dicis & doces: & non accipis personā, sed viam dei in veritate doces. Iz nobis tributū dare cesari an nō? Considerans aūt dolū. pro. astutiā, illoꝝ, dixit ad eos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denariū. cuius hz imaginē & inscriptionē? Rndentes dixerunt. cesaris. Et ait illis. reddite ergo que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in rnsō eius, tacuerunt.

Accesserunt aūt quidā sadducęoꝝ qui negant esse resurrectionē. pro. qui cōtradicendo dicunt resurrectionē non esse. Hæc quoq; sadducęoꝝ quæstio, cum dñi rnsione & doctrina scripta & exposita est matth. zz. Vide ibi. & interrogauerūt eū, dicentes. Magister moyses scripsit nobis. si frater alicuius mortuus fuerit hūs vxorez, & hic sine liberis fuerit. Deest. mortuus, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semē fratri suo. Septē ergo fratres erant: & primus accepit vxorē, & mortuus est sine filiis. & sequens. pro. scds, accepit illaz: & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam, similiter & omnes septē. Superfluit omnes. & nō reliquerūt semen. pro. liberos, & mortui sunt. Nouissime oium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius coꝝ erit vxor? siquidē septē habuerunt eam vxorē. ¶ Et ait illis iesus. Filii huius seculi nubunt. pro. ducunt vxores, & tradunt ad nuptias. pro. dant nuptui: illi vero qui digni habebunt seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq; nubent neq; ducent vxores. pro. neq; ducunt vxores neq; dant nuptui. neq; enim vltra mori poterunt. pro. possunt. Equales enim angelis sunt: & filii sunt dei. Non solū pares angelis (quod matthæus explicauit) sed etiā filios dei lucas explicat. pter cōsortium diuinæ naturæ cōicatę beatis. Sunt enim asciti in deiformitatē supra oēm participatā & participabilē naturaliter dei similitudinē. elenantur siquidē ad diuinam similitudinē diuini ordinis: hoc est incōicabilis naturaliter. Et pterea filii dei, eiusdē cum deo naturæ dicuntur. eiusdē siquidē naturæ sunt filii cuius est pater. Quum sint filii resurrectionis. Apponunt hæc ad reddendā rationē quare non erunt nuptiæ. & e regione distinguit filios resurrectionis a filiis huius seculi, a quibus inchoauerat dicēdo filii huius seculi ducunt vxores. Et intendit qa nō sunt filii huius seculi, quia nō sunt filii primeuæ generationis qua generant hoies ad vitam animalē: hoc est indigentē alimento. nuptiæ enim sequunt alimentū. generatiua siquidē pars alimento vtit. Vnde & primi parentes q̄us in statu innocentiæ, quia tū erant filii huius seculi, quia ad animalē vitam pducti erant (quod est esse filios primæ generationis: quū prius est animale q̄ sit spirituale, vt dicit. 1. ad cor. 15.) a nuptiis nō fuerunt exēpti: sed dictum est eis crescite & multiplicamini. Sed sunt filii resurrectionis: quæ (vt ipsum astruit nomen) regeneratio est non ad animalē vitam, sed ad spiritualē: hoc est ad vitam non indigentem alimento: & cōsequenter exēptam a nuptiis.

Quia vero resurgent mortui, & moyses ostendit secus rubum: sicut dicit dñm, deum abraham & deū isaac & deum iacob. Deus autē non est mortuoꝝ, sed viuoꝝ. oēs enim viuunt ei. hoc est quātūcunq; homines sint mortui nobis, & sint mortui corpore, omnes tamē viuunt fm animā, non nobis nec cadaueribus sed ei, deo. s. qui spiritus est. Ac si apertius dixisset q̄ omnes homines mortui viuūt fm spiritum: & pterea deus qui spiritus est, dicit deus coꝝ, non mortuoꝝ sed viuoꝝ. Respondentes aūt

quidā scribaꝝ, dixerunt ei. magister bñ dixisti. Et amplius nō audebant eū q̄q̄ interrogare. ¶ Dixit autez ad illos. hoc est phariseos: vt matth. explicat ca. zz. Vbi etiā hęc vide exposita, ne eadem repetamus. Quomodo dicunt chm̄ filium esse dauid: & ipse dauid dicit in libro psalmoꝝ. dixit dñs dño meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dñm illum vocat: & quomodo filius eius est?

Audiente aūt oi populo dixit discipulis suis. Attēdite. pro. cauete a scribis q̄ volunt ambulare in stolis. hoc est vestibus demissis vsq; ad talos. Reliqua exposita vide matth. z3. quę ēt habentur mar. 12. & amant salutationes in foro. pro. foris: et primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cōuiuiis. Qui deuorāt domos viduaꝝ, simulātes longā orationem. pro. & ptextu prolixe orāt. Hi accipient dānationē maiorē. pro. abundātius iudiciū. subaudi ad puniendū eos.

CAPVT .XXI.

Respiciens autem vidit. Ex industria spectans describitur. nō enim curiose sed ꝓpter subsequētē doctrinā tradendā. eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. Gazophylacium est dictio cōposita ex persica & greca dictione: capsam significans in qua condunt opes. Vidit autem & quandā viduam pauperculā mittentē illuc era minuta duo. Et dixit. vere dico vobis q̄z vidua hęc pauper plus q̄z oēs misit. nam oēs hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hęc autem ex eo quod deest illi. pro. ex penuria sua, oēm victum suum. pro. substantiam. & superfluit sunum. quam habuit misit. Historia huius viduę exposita est mar. 12. Vbi eadem fere verba habentur. vide ibi.

Et quibusdam dicētibus de templo. Discipuli significant: vt matthęus & marcus explicant. q̄ bonis lapidibus & donis ornatū esset. Lapides partes sunt ędificii. dona aūt ornamenta applicata seu appēsa, aurea, argentea & gemmata: quę in colūnis seu parietibus aut potius in facie & attris tēpli quę appellant templū, erant suspēsa: iuxta illud. 1. macca. 4. ornauerūt faciem tēpli corōis aureis. Hęc enim cōrā populo palam erant: ipm aūt templū solis sacerdotibus patebat. dixit. Hęc q̄ videtis, venient dies in quibus nō relinquetur lapis super lapidē qui non destruatur. Interrogauerunt aūt illum. Subaudi in mōte oliuarū petrus & iacobus & ioannes & andreas (vt marcus explicat) dum sederet e regione tēpli. dicētes. Præceptor quādo. Deest. igitur. Significatur enim interrogatio tanq̄ illata ex auditis. Acsi apertius dixissent. dixisti nobis futura, supereſt vt dicas nobis tempus futurorum. hęc erunt & quod signū quum fieri incipient. pro. quū hęc futura sunt. Duo petūt: tēpus & signū epis. Et ex responsione iesu tam de destructione hierusalē q̄ de aduentu suo secundo habet q̄ numerus pluralis hæc, demōstrat vtraq; s. destructionē templi & cōsummationē. ita q̄ implicite lucas pronominibus significauit interrogata quę matthęus explicauit ca. z4. Qui dixit. Respōsio i tres distinguit partes. Prima admonitio est, tum ne fallant, tum ne timeāt. ne fallant aūt & a falsis prophetis seu christis & a falsis signis. videte ne seducamini. a falsis prophetis seu christis. Multi enim venient. Nō vnus tātum antichristus sed multi prędicunt: dum dicitur. in nomine meo. hoc est vsurpātes sibi nomen meum quod est christus. dicētes quia ego sum. scilicet christus. & tēpus appropinquauit. non solum dicent ego sum christus, sed etiā dicent q̄ tēpus consummationis seculi appropinquauit. Nolite ire. pro. ne ite post eos. Prius monuit spectantia ad fidem, videre ne seducamini: modo monet spectātia ad voluntaria opera, dicēdo ne ite post eos. ¶ Quū aūt audieritis ꝓlia & seditiones. Post monitionē ne fallantur ab antichristis, adiungit monitionē ne fallant terrore signorum falsorum: prę. s. quę cum externis cōmittuntur, & seditionū quę intestina ciuitatum scindūt. nolite terreri. existimātes hęc eē signa cōsūmatiōis mūdi. Oportet enim primum hęc fieri. Ex humanoꝝ morū corruptione necessitas orit ꝓliorū & seditionū, nō ex coactiōe volūtatū. Primū aūt refert ad tempus cōsummationis mundi. Significatur enim q̄ anteq̄ veniet tempus illud, ex corruptis moribus hominum oportet præcedere & bella & seditiones. sed nondum statim finis. Supersluit dum. Ne intelligeremus post bella & seditiones statim finem mundi, excludit hunc errorem.

Tūc dicebat illis. Surget gēs ꝓtra gētē, & regnū aduersus regnū: & terremotus magni erūt p loca, & pestilētię & fames. Bella, terremotus, pestes, fames, terriculamēta & signa i aere magna pdicunt: nō eo rōne vt noua aliq̄ aut insolita denūcient futura, sed vt describat mūdus solitū cursū hiturus. vt itelligerēt christiani hęc spectare ad cōsuetū mūdi cursū, & nō ad spāsa seu ꝓpria signa cōsūmatiōis mūdi. Nisi. n. dñs hoc docuisset, quotidie adessent pphetātes finē mūdi quū hęc patimur. terroresq; pro. & terricula famēta. Significant nō ipsi terrores, sed ea q̄ secutiūt terrorē. De cęlo & signa. pposterus ē ordo. Legēdū est. Et signa de cęlo magna erūt. qualia sūt ea q̄ apparēt i regiōe aeris: vt trabes igneę, cometes, & silla. Sed ante hęc oia iniicient vobis manus suas. Admonitiōi ne fallāt ab antichristis aut terroribus malorū (belli, famis, pestis &c.) adiūgit q̄ circa ipsos apl̄os futura sūt, ꝯstruēdo tā quo ad itellectū q̄ quo ad affectū. Secūdū historiā itaq; verificatū ē q̄ ante hmōi pdicta mala iecerūt inicē manus i apl̄os: vt p3 act. 4. Et flagellauerūt eos: vt p3 act. 5. Et lapidauerūt stephanū, act. 7. & psequēt tradētes i synagogas & custodias. Trahētes. pro. quū ducemini, ad re

ges ꝛ ꝓsides pp nomẽ meũ. In actibus apl̃oꝝ ꝛpleta hec legũtur: ꝛ iacobo occiso ab herode: & petro icarcerato ab eode: & paulo sub ꝓside. Cõtinget aũt vobis in testimoniũ. Tũ mei eritis (ingt alibi) mihi testes in hierusalem & samaria & vsq; ad vltimum terræ. Tum inexcusabilis ſidelitatis illorum coram quibus eritis. Ponite ergo in cordibus vestris nõ prẽmeditari quemadmodum respondeatis. pro. defensionem. Superfluit quemadmodum. vel (vt alijs placet) vt respondeatis. Constat enim ieſum tollere a discipulis solicitudinem meditandi defensiuam responſionem quum ducerentur coram magistratibus. Ego enim dabo vobis. Ecce ratio securitatis. Et in hac promiſſione manifestat se deum. solius enim dei est adimplere hoc promiſſum. os. gratias spectantes ad linguæ officium. ꝛ sapientiam. quantũ ad ea q̃ dicenda sunt: scĩam: prudẽtiam: iudicium: ordinẽ. cui nõ potẽrũt resistere neq; cõtradicere oẽs aduersarij vestri. Trademini aũt a parentibus ꝛ fratribus ꝛ cognatis ꝛ amicis. Dixerat persequenẽ tradẽtes: declarat modo a quibus tradenẽ. Et enumerat coniũctiores oẽs, tum carne: tum amoris vinculo. vt prẽcognoscãt se nec in domo propria forte securos: & simul intelligant fidem christi suscipiendã quãdoq; a filio & nõ a patre: ab vno fratre & nõ ab altero: & sic de similibus: & cũ hoc nõ suscipiẽtes illã vertẽdos ĩ pſecutores vestros. ꝛ morte afficient ex vobis. Nõ solum pſecutiones patiemini sed ẽt multi vestrum interficiẽtur: vt intelligãt ẽt vitam se pdituros ppter ieſum. Et eritis odio oĩbus. pro. odio habiti ab oĩbus: ppter nomẽ meũ. Nõ significãtur per hoc reliquorũ vniuerſi generis humani hoium singulorũ actualia odia erga christianos (quũ multi hominum sint qui nunq̃ odiũ hmõi habuerint in christianos) sed significat cõtrarietas professionis christianę ad vitã & pfeſsionẽ oĩum aliorũ, quę est fundamẽtũ odii in alios erga christianos. Et nihilominus ſignificatur ꝙ odio sunt habendi ab omni genere hoium, quod experiẽtia testata est & testatur. nã ab oĩ sexu: conditione: professione: natione &c̃. habiti sunt odio. Et capillus de capite vestro non peribit. pro. nõ perit. Securitas oĩs indẽmitatis magis significatur per pſens q̃ per futurũ. per hoc enim significatur ꝙ nihil penitus damni sustinebunt, sed oĩa seruantur in integrũ restituẽda. Et ad literam non solũ mẽbra corporis sed ẽt vniuerſa quę sunt decoris, in resurrectione: integra erunt. In patiẽtia vestra. sumitur hic patientia pro tolerantia: hoc est pro virtute qua libẽter tolerant mala. possidebitis. pro. nõ optinebitis regna, sed (quod maius est oĩbus) propriũ animum virtute patientię. Quod si nõ penetras, ꝑspice ad quę & quot abducit impatientia: & vel sic videbis maximam vim tolerantię ad hoc vt homo possideat seipsum. Et hoc quidem in hac vita. nam prẽter hoc largitur ẽt pollessionem animę in futura vita. perdunt enim proprias animas pro futura vita: qui hic nolunt mala tolerare pro christo.

Quum aũt videritis. Exclusis falsis signis & instructis discipulis circa vẽtura eis mala, respõdet quęsito de tẽpore destructionis tẽpli. circũdari ab exercitu. pro. ab exercitibus. Multitudo enim romani exercitus (propter diuersitatẽ forte nationũ & copiam equinalentẽ multis exercitibus) appellat exercitus in numero plurali. hierusalem, tunc scitote q; appropinquauit desolatio eius. Non credatis tunc ꝙ liberabitur hierusalẽ, sed scitote ꝙ tũc erit tempus desolationis eius. Tunc qui in iudea sunt, fugiãt ad montes. incipiẽte obsidione, qui in regione iudeę sunt nõ eant in hierusalẽ sed fugiant ad mõtes. ꝛ qui in medio eius. scilicet hierusalem. discedant: ꝛ qui in regionibus, nõ intrẽt in eã. q; dies vltionis ĩi sunt, vt impleantur oĩa quę scripta sunt. a pphetis de pœnis hierusalẽ. Væ aũt prægnãtibus ꝛ nutrientibus. pro. lactãtibus: in illis diebus. tum quia ipedief fuga vtrarũq; pgnãtes enim impediunẽ vtero: & lactãtes infante. Tum ga tales egent duplici alimẽto. tum ga icumbit eis duplex cura. Erit enim pressura. pro. vis. seu necessitas: seu (vt aliis placet) afflictio: magna. Violentia enim magna significatur. super terram. hierosolymitanam. ꝛ ira. vindicta diuina. populo hunc. hierosolymis manenti. ꝛ cadent in ore. i. acie. gladij. Dicit iosephus decem centena milia mortuorum tunc fuisse. ꝛ captiui ducentur. Iosephus dicit nonaginta sex milia captiuorum. in oẽs gentes. vt diuina iustitia apud omnes nota fiat. Et hierusalẽ calcabitur a gentibus do nec impleantur. Calcanda describitur hierusalem ab idolatris donec impleãtur tempora idolatrarum. Et vere sic fuit: quia exclusa idolatria per hoc ꝙ conuersę sunt gentes ad fidem christi, desiit calcari hierusalem ab idolatris: & habitata est a christianis. tẽpora nationũ. pro. gentium. Constat enim appellatione gentium idolatras intelligi: & tunc impleta esse earum tempora quum cessauit idolatria.

Decem Centena milia mortui fuerunt in defensione Hierusalem. et Captiui: xc. vi. millia

Et erunt signa. Respondet alteri quęsito de tempore & signo finis mundi aduentusq; sui secundi. in sole ꝛ luna ꝛ stellis. Matth. 24. explicantur ista: sol obscurabitur: luna non dabit lumen suum: & stellæ cadent de cœlo. quæ ibi vide exposita. ꝛ in terris. pro. terra: pressura. pro. coarctatio: gentũ. Nõ supponit gens pro ethnicis vt paulo superius: sed cõmuniter pro hoibus peccatoribus, tã christianis q̃ nõ christianis. præ cõfusione. pro. in perplexitate: sonitus maris. pro. resonãtis maris: ꝛ fluctuum. Ex quibus colligitur significari ꝙ tantus talisq; erit terror resonantis maris fluctuosi ꝙ homines coarctabunt se, perplexi: nescientes euentum seu potius locum quo tendit sonans mare. Non enim erit mare sonans & fluctuans more solito versus vnam plagam (sic enim non causaret perplexitatẽ) sed eo ipso ꝙ pplexitas describitur, tã anceps erit vt nesciant se hoies resoluere. Arescentibus hominibus. Extrinsece erit coarctatio: interius arescent. præ timore. In intellectu perplexitas: in affectu timor. ꝛ expectatione. Non significatur spes, sed mora euentus. quę superuenient. pro. eoꝝ quę superuenient: vniuerso orbi. pro. orbi terrarum. Nam virtutes cælorũ mouebuntur. pro. agitabuntur. Ad similitudinẽ eoꝝ quæ apud nos a locis pellunt̃ seu quatiunt̃: describit deordinatio velut confusio quædã corporalium virtutũ cœlestium in suis effectibus: tanq̃ virtus partis orientalis agitet ad meridiem: & virtus meridionalis agitet ad septentrionẽ, & ecõuerso. Confusio itaq; effectuũ significat ex irregularitate cœlestium virtutũ. Etsi. n. virtutes illæ corporales nõ mutabũt tunc situs suos, mutabunt tñ a regularitate quã nunc habent. ita ꝙ sicut sol: luna & stellæ subtrahent luces suas, ita virtutes corporũ cœlestium subtrahent regularitates suas: quas totaliter pdent cessante motu cœli. Et hmõi regularitatis subtractio merito assignat pro rõne corporalium malorũ quæ in elementis apparebunt. nam regularitate cœlestium virtutũ seruatur elemẽtaris sphęra in dispositione cõgrua alijs & vegetabilibus. Et tunc. Tunc ad exclusionẽ prioris tẽporis. acsi diceretur post hæc. Non. n. significat aduentus christi tunc quũ ista signa pdicta apparebunt: sed post hæc. videbunt. vniuersi hoies. filium hois venientẽ in nube. An vera nubes an densa lux quasi nubes sit: nescio: propter hoc ꝙ in ascensione domini vera nubes videt fuisse quæ suscepit ipsum ab oculis eorũ. Et scriptum est. sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntẽ. Et rationabilius est vt sit vera nubes: ad temperandũ fulgorem corporis christi: ad hoc vt clare videri possit splendidus & discerni ab hominibus, & non sicut videtur sol: in quẽ non possunt oculi hominũ figi. cum potestate magna. Superfluit magna. Non sicut prima vice venit cum subiectione. Et in hoc significantur signa potentatus quæ tunc videbuntur ab omnibus. ꝛ maiestate. pro. gloria. & deest. multa. Ita ꝙ multa refertur tam ad gloriam q̃ ad potestatem. apparebit enim in statu multum glorioso & multi potentatus.

His aũt fieri incipientibus. Postq̃ descripsit signa pcedentia aduentũ eius secũdum & ipsum aduentum simul cũ terroribus peccatorũ, confortat discipulos vt quũ incœperint hęc signa apparere: nõ terreant: nõ rimeantur: nõ coarctent: nõ arescãt: sed. respicite. pro. suspicite. non oculis corporis sed mentis. ꝛ leuate capita vestra. hoc est eleuate superiores partes animi vestri. Ad superna bona monet erigere & cogitationes & affectus tunc quũ alii coarctantur & arescunt. quoniã appropinquat redemptio vestra. hoc est bonum desideratæ a vobis libertatis a seruitute mortis & corporis: & reliquoꝝ quę mũdi sunt. ℣ Et dixit illis similitudinẽ. Adiungit parabolam vt memorię melius manderetur. Videte. Dictio græca anceps est ad indicatiuũ vel imperatiuũ. ficulneam. pro. ficum: ꝛ oẽs arbores. quũ producunt iam ex se fructũ. pro. quũ iam pruperint. Significatur enim status arborũ gemmantiũ. scitis quoniã prope. Deest. iam: est estas. Ita ꝛ vos quũ videritis hęc fieri, scitote quoniã prope est regnũ dei. Ad hoc allata est similitudo gẽmantium arborũ, vt significetur relationẽ signoꝝ dictorum ad regnum dei manifestũ in aduentu christi esse relationẽ propinquitatis: quẽadmodum gẽmæ arborum monstrant propinquã æstatem. Et assimilatur regnũ dei æstati respectu electorũ: ratione lucis ac quietis desideratæ ac delectabilis. vt merito omnia desideria eleuare tunc debeant ad cœlestia regna ab eis desiderata. ℣ Amen dico vobis, q; non pteribit generatio hęc donec omnia fiant. Non solum relationem ppinquitatis inter signa & aduentũ suum: sed coniunctionẽ aduentus cũ generatione hac affeuerat. Et demõstratur generatio electorũ. ista: ad excludendam generationẽ renouandam, quẽadmodum renouata fuit tẽpore noe post diluuium. Ita ꝙ per hæc verba duo excludũtur. alterũ est ꝙ finito electorũ numero non remanebit generatio reproborũ. alterum est ꝙ finita hac generatione terminanda in mundi cõflagratione: non succedet alia generatio media vsq; ad aduentũ christi: sed cõpleto numero electorũ generationis huius: veniet christus. Et hæc diffusius dicta sunt matth. 24. Cælum ꝛ terra transibunt. Non ſm substantiam: nõ ab esse suo substantiali: sed cœlum a statu motus quẽ nunc habet, & terra a statu generationis quo nunc profert vegetabilia. verba aũt mea non transibunt. a veracitate sua, sed implebuntur omnino.

Attendite aũt vobis. Electis perfectioribus dixerat, his fieri incipientibus suspicite & leuate capita vestra: modo autẽ mediocri christianorũ generi dicit. attendite vobis. ne forte. pro. neqñ: grauentur. A declinatione mali incipit monitio. corda vestra in crapula ꝛ ebrietate. Crapula & ebrietas: grauamina corporũ sunt: ieſus autẽ monet attendendũ esse ne corda: ne aiæ, grauent̃ vitiis crapulæ & ebrietatis. Et ad literam adiecit corda: quoniã vtrunq; ſi fine vitio fieret, quãuis grauaret corpus nõ tamen grauaret cor: vt si medicinæ ratio vrgeret ad crapulã aut ebrietatem. ꝛ curis huius vitę. Non solum prohibemur incurrere deiectionẽ animi ob crapulam & ebrietatẽ, sed etiam ob curas ad procurãdum ea quæ sunt ad victum. Et bene nota: nullum tẽpus eximit eo ꝙ dictum est nequãdo: ne vnq̃ grauitatẽ cordis (hoc est deiectionẽ animi ad inferiora) incurramus. ꝛ superueniat. pro. ingruat: in vos. hoc est contra vos. repentina dies illa. Ad literã describitur dies aduentus christi repentinus: inopinatus: incognitus: non creditus pro tũc. Et appellatione diei illius intelligo totum tẽpus aduentus illius: ab initio a quo incipient signa simultanea: hoc est quæ vnico contextu fient cum aduentu ipsius. quoniã initio illorũ erit terminus viatoꝝ, & erit sicut repentina mors: & propterea dominus monet ne impro-

nisi reperiamur supueniente die illo. Tanq̃ laqueus enim supueniet in oēs qui sedent sup faciem omnis terre. Similitudinē apponit ad significandū diem illū fore repentinū & periculosum. & affert similitudinē laquei venatorii/qui ex improuiso repente supuenit animalibus. Et dixit hæc ne erraremus ex priore parabola gēmantiū arboꝝ monstrantiū æstatē: ne. s. intelligeremus determinatū tēpus (puta trium mēsium) inter illa signa antecedētia & aduentū christi/quēadmodū determinatū est tēpus inter gēmantes arbores & æstatē. ad tollendū. n. hunc erroneū intellectū/dicit q̄ supueniet dies ille repentinus tanq̃ laqueus repentinus, nō respectu aliquoꝝ sed respectu oium habitātium in terra. Vigilate itaq; oī tpe orantes. Cōcludit vigilandū simul atq; orandū omni tpe: hoc est cōgruis orationi & vigiliæ tpibus. præceptū. n. affirmatiuū est. Vel vigilandū & orandum merito indesinenter esse. semp. n. vigilat & orat qui pleuerat in boni operis merito. vt digni habeamini. pro. reddamini/fugere ista oia quę futura sunt/& stare ante filiū hois. Materia petēda orationē/explicat nō fugere mala & assequi bonū, sed dignū effici fuga mali & assecutione boni. Hinc ecclesia accepit morē orandi vt digni efficiamur p̄missionibus christi. Gratia dei radicāda in nobis petit/petendo vt digni reddamur. Soli. n. illi in qbus firmat & radicat diuina gratia, digni sunt euitatione futuroꝝ malorū/& fixa ac stabili p̄sentia corā christo.

Erat aūt diebus docens in tēplo. Dixerat supius q̄ erat quotidie docens in tēplo: aperit mō quo sensu intelligendū sit, ne intelligeres ipsum cōtinue mānsisse in tēplo a die palmaꝝ. Distinguit. n. dies a noctibus: dicendo q̄ diebus qdem erat in tēplo docens. noctibus vero exiens morabatur. pro. diuersabat/in monte q̄ vocat oliueti. Hinc intimat q̄ bethania vbi iesus hospitabat nocte aliqua illaꝝ noctiū (vt marcus dicit) infra ambitū montis oliueti erat. Et oīs populus manicabat. pro. mane ibat ad eū/in tēplo audire eū. Solicitudo populi ad audiendū illius p̄dicationē sūmo mane significat.

CAPVT .XXII.

Appropinquabat aūt dies festus azimoꝝ. Septem dies cōtinui erant dies azimoꝝ (hoc est qbus illicitū erat vesci pane fermentato) sed primus eoꝝ erat dies festus/hoc est dies celebris. Et ppterea primi diei spāliter meminit narrādo appropinquationē illius. qui dicit pascha. Quāuis tota hebdomada denoiaret pascha a primo die, primus tū dies pprie dicebat pascha. Dictio pascha nō est græca dictio in ppōsito: sed est dictio hebrea corrupta apud græcos & latinos derivata a pasach. quod significat transire. Ad literā. n. a transitu dñi occidētis primogenita ęgypti dictū est pascha: vt patet exo. 12. Et quærebāt principes sacerdotū & scribę quo eū interficerēt. Deliberauerant interficere: sed modū quærebant quo possent illū habere seu tradere p̄sidi occidēdum. timebant vero. pro. enim/plebē. Rō reddit quare ingrebant modū: quia. s. timebant plebē. ex hoc. n. timore quærebant aliquē modum secretū a plebe. Intrauit aūt satanas in iudaꝝ. Qui prius tanq̃ foris stans suggerebat iudæ furta/mō tanq̃ intus ingressus describit: vtpote aditu ei patente ad animū iudę. Cōiunctio itaq; velut domestica inter dæmonē & iudæ animū/significat per introitū in ipsum. qui cognominabat scariot. pro. iscariotes/vnū de duodecim. Deest numero. Legēdum est. vnū de numero duodecim. Et abiit & locutus est cū principibus sacerdotū & magistratibus. pro. ducibus. Significanē ii qui ducebant alios: quoꝝ. s. nutu res gerebant. quēadmodū illū traderet eis. Drecte iudas desideratū offert modum quē quærebant principes/declarādo eis se p̄dituꝝ iesum. Talis. n. modus vltro oblatus/satisfecit desiderio quærentium modū. & ppterea lucas dicit q̄ dixit eis modū quo traderet eum illis. s. p̄ditorie. Et gauisi sunt. adinuento ímo vltro oblato mō meliori q̄ desiderarent. & pacti sunt pecuniā illi dare. firmarunt p̄cium pacto. Et spopondit. iudas. Et quærebat opportunitatē vt traderet illū. Deest. eis. Nō enim aliud p̄misit q̄ dare eum in manus eoꝝ. sine turbis. pro. sine turba. Sic enim conuenerat cum principibus timentibus turbam.

Venit aūt dies azimoꝝ. Diē quartędecimę lunę (q tūc fuit dies iouis) appellat lucas diem azimoꝝ, in qua īmolabat agnus paschalis: nō q̄ in ipsa quartadecima luna īmolatio agni fieret aut fermētata essent, phibita, sed qa in vespera illius diei incipiebat dies azimoꝝ/incipiebat qntadecima luna: & tūc immolabat pascha. ita q̄ vespera quartædecimæ lunæ erat initium diei azimoꝝ. Et qa cœna vespertina cōputat cum die quē terminat (qui appellat cœna illius diei) ideo lucas illū diem iouis appellauit diem azimoꝝ: intendens significare q̄ erat primus dies azimoꝝ rōne cœnæ illius diei, in qua necesse erat occidi. pro. īmolari/pascha. Appellatur hic paschalis agnus pascha/qui īmolabatur inchoante die azimorum primo. Ipse enim esus agni paschalis cum tot cerimoniis scriptis exo. 12. īmolatio erat in memoriam beneficii recepti nocte illa qua deus transiuit occidendo primogenitos egyptioꝝ/& populus exiuit de ægypto. Et misit petrum & ioānem/dicens. euntes parate nobis pascha vt manducemus. Hinc clare apparet appellari diem azimoꝝ ratione futuræ cœnæ/quā iubet præparari. At illi dixerunt. vbi vis paremus? Non erat licitum comedere pascha nisi in hierusalem in qua christus non fuerat illis diebus hospitatus: & ppterea discipuli quærunt vbi parandū est pascha. Ac si apertius dixissent. hospitiū non elegisti in hierusalē in qua oportet comedere pascha, dic ergo locū vbi parandū est. Et dixit ad eos. Ecce introeūtibus vobis in ciuitatē, occurret vobis homo quidā amphorā aquę. pro. lagenā. Significatur. n. testea hydria quā lagenam vulgo appellamus. portans. sequimini

eum in domuꝝ in quā intrat. Et dicetis patrifamilias domus. dicit tibi magister/vbi est diuersorium vbi pascha cū discipulis meis manducē? Et ipse ostendet vobis cenaculū magnū stratum: ibi parate. Euntes aūt inuenerunt sicut dixit illis: & parauerunt pascha.

Et quū facta esset hora. a lege moysi statuta: hoc est post solis occasum/incipiēte altera die ab occasu solis diei p̄cedentis. discubuit. Inter cerimonias legis nō erat q̄ comederent stando: vt patet exo. 12. & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui. Hebraeo more magnitudinē desiderii significat. hoc pascha māducare vobiscū. Quia hoc pascha vltimum erat veteris testamenti pascha/& initium transitus ad veritatē figuratā paschali transitu, ideo iesus dicit desiderio desideraui māducare hoc pascha. Sūmo. n. desiderio cōcupierat venire ad imponendū finē sacrificiis veteribus/transeundo ex hoc mūdo ad regnū dei. Vū & aditungit. antequā patiar. ad significandū hoc esse vltimū. Et apponit se nō māducaturū amplius pascha donec impleat in regno dei: ad significandū inchoari nūc trāsitum ipsius ad regnū dei. Dico. n. vobis q̄ ex hoc nō māducabo illud. pro. nō vltra edā ex eo. s. pascha te. Explicat. n. hoc pascha esse sibi vltimū: quū implicite dixisset q̄ erat vltimū absolute/dicendo antequā patiar. donec impleat. pascha/paschalis figura/paschalis trāsitus. in regno dei. in mea resurrectione: qđ est principiū regni dei tādiu expectati & pphetati. Regnū sigdē dei qđ in secūdo aduētu manifestabit/in christi resurrectione inchoauit: quū ex tūc regnauit deus per gloriā etiā in corpore humano, & impleuit christi resurrectio figuralia sacrificia veteris testi/& spāliter transitū sacrificio paschali significatū. Cōpletus sigdem est tunc trāsitus de seruitute in libertatē plenā/& de morte in plenitudinē vitæ immortalis &c. ℣ Quod aūt dicit donec/nō ad p̄figendū terminū sed ad excludendū intermedium tempus/appositum est: sicut dicit in psal. sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos. Nam nō significat q̄ in regno dei iesus est comesturus pascha/quod cōpleri in regno dei dicit: quū ridiculum sit hoc intelligere/verbis etiā ipsis repugnantibus: quoniā si cōpletum est/resumendum non est. sed significat q̄ in termedio tempore inter cœnam illam & regnum dei/non esset comesturus pascha.

℣ Et accepto calice. Quāuis nulla fiat mētio spālis de libamine in īmolatione agni paschalis, verisimile tū est libamē aliqd interuenisse/sicut in reliqs sacrificiis. Vū ad cōplementū īmolationis paschalis agni/pocalū a iesu accipit. gratias egit. Quę verba dixerit nescimus: pro terminatione tū veterū sacrificioꝝ/gratias egit. & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Vnū pocalū voluit cōesse oībus terminādo vetera/sicut inchoando noua: vt alii dicūt ēuāgelistæ. solus. n. lucas meminit huius calicis spectātis ad vetera sacrificia. Dico. n. vobis q̄ nō bibā de generatione vitis donec regnū dei veniat. Ad literam dicit se posthac nō bibiturū vinū donec veniat regnū dei in sua resurrectione. post resurrectionē. n. māducauit & bibit cū apīis: dicente petro/qui manducauimus & bibimus cū illo postq̄ surrexit a mortuis. ℣ Vbi nota q̄ nō dicit (sicut dixerat de paschate) donec impleatur in regno dei: sed absolute dicit donec veniat regnū dei. ℣ Et accepto pane. Finitis veteris legis sacrificiis instituit sacrificiū nouæ legis: non assumens agnū aut carnes quascūq;/sed panē pro ppria eucharistiæ materia. gratias egit. pro initio sacrificii noui testi. & fregit. in tot buccellas quot erāt discipuli. & dedit eis. comedendū. dicens. Hoc est corpus meū. Quoꝝ expositionē vide matth. 26. qđ pro vobis daf. Ne intelligerēt mysticū aut metaphoricū corpus, verū ac naturale explicat dicēdo. quod pro vobis daf/ipsūmet corpus est qđ daf morti crucis. Et nō dicit dabit/sed daf: ga iam incœptū erat dari/iam vēditus erat. pro vobis. non pro mea culpa, sed pro vestri redēptione. Hoc facite. Non dicit hoc dicite/sed facite: ga mādat fieri qđ ipse fecit. s. accipere panē/gratias agere/frangere/cōsecrare/sumere ac dare. in mei cōmemorationē. Passio. n. mea qua pro vobis corpus meū daf trāsibit in p̄teritū: & ppterea in mei cōmemorationē/in memoriā tanti bñficii quod vobis cōfero, facite hoc sacrificiū. ℣ Similr & calicē postq̄ cenauit. Si nō alter esset calix iste a prius cōmemorato/nō dixisset lucas sill: quū iam explicatū fuisset q̄ acceperit calicē/q̄ gratias egit/q̄ dedit discipulis dividendū inter eos. Vū ex hoc ipso q̄ calicē istum introducit cū aduerbio sill, significat simile modū seruatū qui seruatus est in panē. s. q̄ acceperit calicē/q̄ gratias egit/q̄ dedit dividendū in singulos. Et ad maiorē expressionē imo ad dfiam prioris adiunxit ips: dicēdo postq̄ cœnauit. Ac si apte dixisset. priorē calicē acceperit cœnando, hunc aūt acceperit postq̄ cœnauit. ℣ Nec vim aliquā facias in noīe calicis: quū ex interpretis officina calix noīaf. in textu. n. nō calix in specie sed pocalū in genere noīaf. dicens. Hic est calix. Alii ēuāgelistæ inter verba christi nō posuit calicē: ga intēdebāt significare virtutē sanguinis christi effusi in cruce/respectu noui testi. Lucas aūt calicē explicatū a christo cōmorat: ga intēdit ēt explicare vim vsus eucharistiæ sub specie potus. calix. n. (scil. pocalū) vas pro vsu bibendi sonat. nouū testamentū in sanguine meo. Appositiua cōstructio est: ad significandū pocalū eucharistiæ nō esse pocalū sacrificioꝝ veteris testamēti/sed pocalū sacrificii noui testamenti. Et est constructio causalis/dicendo calix nouum testamētum. est enim calix ex nouo testamēto sanguine christi firmato. Ex nouæ siquidē & æternæ hæreditatis dispositione/christi sanguine in cruce firmata/poculum eucharistiæ prouenit: unde enim sacrificiū hoc emanauit. qui pro vobis fundetur. pro. fundi dicitur. Sicut enim incœperat dari corpus, ita incœperat fundi sanguis. venditio siquidem inchoauerat ipsius mortem sanguinis effusione secuturam.

Verūm ecce manus tradentis me mecū est in mensa. q̄uis corpus meū & sanguīnē pro vobis ponam, nihilominus ecce vnus vestrū tradet me. Et quidē filius hois ūm q̄ definitū est. a deo in scriptis scripturis. vadit: verūtū vę hoi illi p quē tradet. Nō excusat qui me tradet pp hoc q̄ definitū est me esse tradendū & occidendū, sed vę æternæ dānationis illi: qa volūtarie crimē hoc cōmittet. Et ipsi cęperūt quærere inter se, qs esset ex eis q hoc facturus esset. Alii euāgelistæ narrant discipulos quæ sisse a iesu nūqd ego sum rabbi: lucas explicat q̄ inter sese ēt quęsierunt quisnā esset hoc facturus. Significatur enim per hoc q̄ mutuo se respiciebant inquirendo quis esset hoc facturus.

Facta est aūt ⁊ cōtentio inter eos, qs eox videret esse maior. Post turbationē discipulox audito q̄ vnus eox foret pditor, obrepsit ambitio, occasione accepta ex eo q̄ incœperūt tūc cognoscere q̄ in ve ritate iesus esset occidēdus. nā vsq; ad illā horā non intellexerāt verba iesu de sua passione & morte: sed audito q̄ vnus discipulox erat ipsum pditurus, incœperūt intelligere q̄ nō parabolice sed ꝓprie intelligēda essent verba iesu prius dicta de passione & morte sua. Et ꝓpterea cōtendūt de primatu post mortem iesu. Dicit aūt eis. Reges gentiū dñant eox. pro. eis: ⁊ qui ptātē hūt sup eas, bñfici vocant: Reprimit ambitionē ex dria inter principatū mūdanū & ecclesiasticū: penes hoc q̄ finis regū est dñari, & sili finis hūtium ptātē distribuēdi cōia bona (puta honores, dignitates &c̄.) est vocari bñficū, hoc est gloria. Ita q̄ finis principantiū in hoc mūdo est dñari & gloria. Vos aūt nō sic. Vtrūq; finē abdicat a suis. Vos apli, vos capita ecclesię, nō sic, non tendetis ad dñiū aut ad humanā gloriā. Sed q maior est in vobis, fiat sicut minor. pro. iunior. Maioribus honor & debet & cōiter exhibet a iunioribus. contra appetitū itaq; gliæ humanæ mādat maiorē fieri sicut iuniorē: hoc est hēre se circa honores sicut iuniorem. cuius est nō honorari, sed honorare. ⁊ qui præcessor. pro. dux, est, sicut ministrator. Contra appetitū humanū dñiū mādat eū qui ducis officio fungit, fieri sicut ministrū. Ducis siqdē est impare & ministri est seruire. iesus aūt mādat eū qui dux est, hēre se sicut eū qui ministrat: qđ est hēre se nō vt dñm sed vt seruū. Et vtrūq; horū ꝑcipit quātum ad appetitū & rōnē opis. debet. n. ecclesiasticus ꝓlatus appetitu seruiendi christi mēbris, & honorādi christi mēbra (christianos. s.) & ea q̄ sunt dignitatis & ea q̄ sunt opis exercere: & nō vt ipse dñet & honoret. Nā quis maior est, q recūbit an q ministrat: nōne q recūbit: Prouocat eos ad seruandū ꝑceptū hoc ab exēplo suo. Vbi nota q̄ vniuerso orbi ꝓposuit se exēplū humilitatis internæ matth. xi. discite a me qa mitis sum & humilis corde. discipulis aūt primatibus ꝓponit se ēt exēplū humilitatis exterioris ministerii: vt ab exteriori ēt exēplo discāt & intus & extra humilia sape de seipsis. Ego aūt in medio vestrū sum sicut q ministrat. Affirmat iesus se esse in medio discipulox sicut q̄ ministrat. tū qa lauit pedes discipulox ad hūc effectū vt ab exēplo discerēt humilitatē. tū quia q̄uis scriptū nō sit, ex scriptis tū cōiicit solitū fuisse iesum in mēsa officiū ministri exercere, frāgēdo illis panē. Et ex hoc textu hr solitū fuisse ministrare aplis: pp quod dicit in medio vſm. Et nihilominus vniuersę chri actiones ministeria fuerūt. curare. n. infirmos, ꝑdicare, discurrere p salute aiarox & hmōi, qd aliud sunt q̄ ministeria? Vos aūt estis qui pmānsistis mecū. Repressit ambitionē primū ex dria apli ci gradus ad principatū mūdi: reprimit mō eandē a pseuerantia secū in malis. Reuocat siqdē ante eorū oculos q̄ secū pseuerauerint. Ac si aptius diceret. cōsiderate tanti rpis laborē pseuerādo mecū: & hinc perpēdite q̄ dedeceat vos in ambitionis vitiū mō incidere. Tanti ergo rpis meritū ante mentis oculos ponit, dicēdo vos estis qui pmānsistis mecū. magnā. n. vim hēt locus hmōi ad exhortandū. in tētationibus meis. hoc est in psecutionibus & passionibus meis. Passus est. n. psecutionē, primo in nasareth, qñ voluerūt ipm ꝑcipitare. oportuit quoq; ipm declinare herodis faciē audita ioannis nece. pluries quoq; voluerūt ipsum lapidare in hierlm. Has siqdē psecutiones, suas appellat tētationes: qa ex suo genere tētationes sunt iustox, ad expientia cōprobādi iustox fortitudinē. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pr meus regnū. Retrahit demū eos ab ambitiōe, ex pmio ꝑparato eis in cœlesti gl̄ia: vt nō solū ex tanti rpis merito sed ex ꝑparato tā excelso pmio, erubescant ambire. Vos mecū pmānsistis in meis pse cutionibus: & ego p hoc merito dispono vobis regnū æternū, sicut pr meus disposuit mihi. filēs mihi dispono vos futuros in regno, qui pseueraſtis mecū in afflictionibus. vt edatis ⁊ bibatis. Metaphorica est locutio: intellectū significans p edere, & delectationē p bibere. Sacietatē siqdē cibi sapiētię & intellectus & fruitionē annexā, significat p māducare & bibere. spūalia. n. cœlestis patriæ, sensibilū similitudine explicant. sup mensam meā in regno meo. Suptilit in regno meo. Et p mēsam, æternæ btitudinis significat cōuiuiū. ⁊ sedeatis sup thronos, iudicantes duodecim tribus israel. Non solū cōmensales suos sed ēt iudices disponit futuros in suo regno. Et ne intelligeres q̄ iudicaturi essent quēadmodū ministrę & regina austri (.s. cōparatiue) dicit & sedeatis sup thronos iudicātes. explicat. n. per hoc q̄ autoritatiue tanq̄ assessores principis iudicabūt. ℣ Credit iudā iam exisse qñ dns hæc verba dixit absq; exceptione. Et rōnabiliter credit: qa in lotione pedū pūte iuda, qui dixisset dns vos mūdi estis, apposuit exceptionē sed non oēs. vñ nunc ex eo q̄ absq; exceptione dicit hæc, credit q̄ iudas iam exierat.

Ait aūt dns simoni. Non suffecit optimo magro tollere a discipulis ambitionē, sed occasionē recidiuę cōtentionis auferre studuit: insinuando eis qs futurus esset caput eox. pp hoc. n. cōuertit sermonē ad petrum. Simon. pro. simon simon. ad excitandū tam petrū q̄ alios vt attēte audiāt dicēda, cōduplicat nomen.

Et meritor: quia hinc tollitur occasio recidiuæ contentionis, declarato petri officio: & simul rō humilitatis ingerit petro, declarato eius casu futuro. ecce satanas expetiuit. pro. depoposcit. Vbi nota non solū ad nocendū sed etiā ad tentādum ligatam esse ptātem dæmonū. Si. n. sine licentia diuina tētare possent vt vellent, nō diceret iesus dęmonē depoposcisse. vos. nō te solū, sed te & alios coaposto los. vt cribraret sicut triticū. ad similitudinē cribranris triticū cōmoueret, ventilaret, excuteret. Quod aliquo mō assecutus est: qm̄ oēs fugerunt, & fidē aut fidei pfessionē pdiderunt. Ego aūt rogaui pro te. Non dicit rogaui pro vobis (quū tū pro eis togauerit dicēdo, pater sancte serua eos a malo) sed pro te tōne officii: qm̄ rogasse pro te redūdat in rogasse pro fratribus tuis, quos cōfirmaturus es. Ego itaq; rogaui pro te, nō singulariter exclusis aliis, sed ꝑcipue tanq̄ alioq; futuro capite. vt non deficiat fides tua. Non dicit vt nō deficiat charitas tua, non dicit vt nō deficiat cōfessio fidei tuæ, sed fides tua, quæ est in corde. corde. n. creditr ad iustitiā, ore aūt confessio fit ad salutē ad ro. 10. Defecit siqdem petri charitas, defecit & cōfessio fidei, quū christum ter negauit: sed nō defecit fides, qui timore negauit, nō incredulitate. Et tu aliq̄n cōuersus. Hic manifeste calum petri p̄dicit. nisi. n. auersurus se esset, non ei diceret & tu aliq̄n conuersus. auersus siquidē est etsi non a fide, tū a confessione fidei, a charitate dei, falsum iuramētum incurrendo quū iurauit se non nosse christū. Sed p̄dicendo auersionē, prædicit quoq; conuersionē subsecuturam. Vtranq; aūt rei gestæ ꝓbauit euentus. cōfirma fratres tuos. Officium cōfirmandi fratres prædicit futurū petri. Et hinc tollit occasionē recidiuæ cōtentionis. Sed vide q̄ non subditos sed fratres vult haberi reliquos a petro. vide q̄ officiū non dñandi, sed cōfirmandi in bono fidei, spei & charitatis prēnūciat ac mandat. ℣ Qui dixit ei. Dñe tecū paratus sum ⁊ in carcerē ⁊ in mortē ire. Audierat petrus & tu aliq̄n conuersus, & intellexerat casum p̄dicti suum: cōsciusq; bonæ mētis bonique animi propri, velut obuians verbis iesu, dicit se esse paratū ad carcerem & ad mortē pro ipso & cum ipso iesu. Et ille dixit. Dico tibi petre. Dixi implicite, dico modo explicite tibi quem appellaui iam solidū saxum. non cantabit hodie gallus donec ter abnegęs nosse me.

Et dixit eis. Oēs alloquit discipulos. Qui misi vos. proculdubio ad p̄dicandū. sine sacculo. pecuniæ. ⁊ pera. alimentox. Et in his duobus intellige reliqua. .s. sine baculo &c̄. ⁊ calciamētis, nunqd aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. nihil. Dixit ergo eis. Sed nūc. Contra rps p̄dicationis rps psecutionis distinguit. ita q̄ per nūc intelligit psecutionis rps. qui hz sacculū tollat, silr ⁊ perā. Non dicit tollite sed in tertia psona qui habet marsupiū pecuniæ portet secum. Nec ꝓpterea mutat mandata, nec retocat libertatē eundi prędicatū sine sacculo & pera: sed declarat qñq; licitū fore portare sacculū & peram. Et quia hoc cōiter imperfectioris vitæ discipulis declarabat, ideo apostolis qui pfectiores erant nō dixit tollite, sed in genere in tertia persona dixit qui habet tollat. Libertates sunt tam istæ q̄ illæ, qñ misi vos sine sacculo. & declarant illæ congruæ p̄dicationis tēpori: istæ vero congruæ qñq; psecutionis tēpori, quū discipuli iniqui reputabunt. ⁊ qui non hz. supple gladiū. vendat tunicā suam ⁊ emat gladium. Sicut de sacculo & pera materiali constat locutū fuisse, ita ambigendū non est de gladio quoq; materiali loqui. Verū maiorem necessitatē gladii significat q̄ sacculi & perę, dicendo vendendā esse tunicā vt emat gladius defensiuus. Et intendit per hoc ad literā declarare q̄ non tam patient ex penuria sumptus & alimentox q̄ ex psecutione violenta in corpus. hoc. n. aperte monstrat descripta maior necessitas gladii defensiui q̄ sacculi & perę. Et declarat per hoc libertas vtendi armis defensiuis quum expedit. materiali. n. gladio oia defensiua arma significant. Illisq; vti imperfectiores posse, hic declarat. perfectioribus aūt seipsum exēplum dedit imitandū: qui petro dixit cōuerte gladium tuū in vaginā. qui potens rogare patrē suum vt exhiberet sibi. 12. legiones angelorū, noluit, sed tanq̄ agnus occidendus processit. Dico. n. vobis q̄ adhuc hoc qđ scriptū est oportet impleri in me. ⁊ cum iniqs deputatus est. Memini spāliter ignominiæ qua cū iniquis deputādus erat: vt hinc intelligamus tēpus demōstratū per aduerbium nūc esse ꝑcipue tēpus qñ discipuli eius non admittent ad p̄dicationis officium, sed tanq̄ iniq habebunt. Etenim ea quę sunt de me finē hūt. Quāuis valde admirandū erat apud discipulos q̄ occidendus esset, multo tū admirabilius reddebat audiendo q̄ cum iniqs deputandus esset. & ꝓpterea iesus scripturæ autoritatē affert: & ad terminū iam deduci declarat oia quæ sunt de eo scripta: inter quæ erat hoc. ℣ At illi dixerūt. Dñe ecce duo gladii hic. De materiali gladio intellexisse apostolos, textus iste manifestat. Nec dixerūt ecce duo gladii nobiscū, sed in hoc loco. forte demōstrabant gladios patris familias illius domus qui ibidē erant. Et dictū hæc verba non penetrantes sensum verboq; iesu christi: putantes se dicere aliqd pertinens ad necessitatē gladii, quum tū fm veritatē impertinens hoc esset ad sensum verboq;. At ille dixit eis. satis est. Non dixit satis sunt: vt significet impertinentē fuisse responsionem discipulorū, & ideo posthabitam a iesu, dicendo satis est: hoc est sufficit præsenti doctrinæ habitus sermo. Humano enim more silentium imponentes sermoni de aliquo negocio, dicimus satis est. & iuxta hunc morem dixit iesus, satis est.

Et egressus ibat fm consuetudinē. suam seruatā illis diebus. in montē oliuarū. Secuti sunt autē illū ⁊ discipuli. Et quum pueniſſet ad locū dixit illis. orate ne intretis in tentationē. Et materia orandi est nō intrare in tentationē, & remediū non intrandi in tentationē ipsa oratio est: qm̄ actualiter

Universidad de Navarra Biblioteca

lectando mentem in deum,nō solum deuiamus & auertimus animum a tentationibus/sed sub p̄sidio diuino ponimus illū:& petimus gratiæ diuinæ opem, ne delectatione aut timore intret animus in ea quæ tentando/a dæmonibus/a mūdo seu a carne ingerunt. Et nō dicit ne tentatio intret ad vos/sed ne vos intretis in illam:qm̄ primū inuoluntariū est,secūdum aūt voluntariū:sicut introire re in aliquā domum/ex voluntate tua pendet. Et ipse aūulsus est ab eis quātum tactus est.pro. fere ad iactum/lapidis. Non significat præcise spatiū loci tantū quātus iactus est lapidis,sed ꝑpe quātitatem illā. Et ponens genibus orabat. Vt supius dictū est/stando antiqtus orabat cōiter:sed iesus positis genibus orat ad vrgētis articuli necessitatē contestandā. Vere.n.passibilē humanum animū se habere per hoc declarauit. dicens. ¶Pater si vis transfer calicē istum a me. Non iesu ignorātis euentū aut putantis posse aliter euenire est hæc petitio:sed agentis inferiorē partē animi,quę pati horrebat/cui representabat pas sio futura ab ipso iesu cogitante quæ supuentura erant sibi. Ad huius.n.partis officiū affectus euadēdi propriū malum spectat:quē hæc petitio representat. ¶ Duo simul in hoc ope iesus effecit. Alterū est ꝙ se verū hoīem esse/verū animum passibilē habere/& animū facere in eo suū officiū cōtestatus est. Alterū est ꝙ cruciatū ꝑpassionis adicere cruciatui passionis suæ voluit.ita ꝙ voluit nō solū pati exterius crucem & mortē,sed ēt interius ꝑuenire cruciatū meditationis/tristitiæ & timoris futuræ passionis ac mortis:vt oīa nostra mala experiret. verūtū non mea voluntas. naturali appetitu fugiens malū corporis. sed tua fiat. Hinc clare apparet in iesu fuisse non solū diuinā volūtatem/sed ēt humanā:de qua dicit nō mea volūtas fiat. Vbi ēt apparet regulatio naturaliū motuū interioris partis animi,dū submittit totū diuinæ volūtati:exēplumq; nobis & orandi & modi orandi quū in timoribus aut tribulationibus sumus/hoc facto ꝑbuit iesus. Apparuit aūt illi angelus de cēlo cōfortans eū. In christo nulla erat redūdantia partis inferioris ad superiorē aut ecōuerso.ita ꝙ motus timoris & tristitię non ꝓtingebant ad superiorem partē animæ:& ecōuerso delectatio cōtinua supioris ꝓtis de diuina essentia visa/non tollebat neq; mitigabat tristitiam aut timorē inferioris partis.& ꝓpterea magnitudo tristitiæ ac pauoris tanta describit in inferiori parte animi christi/vt indiguerit mitigatione:quę qm̄ ab intrinseco nō erat(quia quio cōfortans eū. Sicut nāq; olim in deserto nō fuit intus tentatus/sed diabolus exterior suggestione tantū tentauit eum,ita mō exteriore tantū colloquio angelus cōfortauit eū:sicut amicos solemus confortare. Et hac cōfortatione opus fuit,ne absorberet nimia tristitia/ne plus pateret tunc q̄ cōgruū erat.

Cauy ¶ Aduerte ꝙ hieronymus non reputat oīno certā hanc angeli apparitionē:eo ꝙ non inuenit in oibus codicibus euangelii ꝓm lucā. Sunt aūt verba hieronymi in.2. lib. dialogi cōtra pelagi. hæc.in quibusdam exēplaribus tam græcis q̄ latinis inuenit scribente luca/apparuit illi angelus de cœlo cōfortans eū. Et factus in agonia. hoc est in horrore.magnitudo siquidē tristitiæ & timoris significat. ꝓlixius orabat. ¶Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrētis.pro. decurrētes/in terrā. Quāuis naturaliter accidere possit sudor sanguineus/& aristoteles fateat id iam accidisse:qa tū indigesti sanguinis & minus bonæ cōplexionis hoc accidens ꝓm naturā est apud eundē/iesus optimę cōplexionis sanguineum sudorē emisit sicut natura in pre generatiua deficiēte semine ministrat sanguinē. Simili nāq; mō/deficiente aquositate sanguinis quæ est materia sudoris,nō nihil quoq; sanguinis emisit. Erat.n.corpus iesu exhaustū:& magnitudo passionū pellens violente sudorem/pepulit simul aliqd sanguinis deficiente sudoris materia. ¶ Et q̄is nō describat sanguis decurrēs,describunt tū gutte sanguineæ decurrētes/vt multitudo earū significet. Et quū surrexisset ab oratione/& venisset ad discipulos suos,invenit eos dormiētes pę tristitia.& ait illis. Quid dormitis:Surgite/orate:ne intretis in tētationē.

¶ Adhuc eo loquente ecce turba:& qui vocabat iudas/vnus de duodecim,antecedebat eos:& appropinquauit iesu vt oscularet eū. Iesus aūt dixit illi.iuda osculo filiū hois tradis! ¶Videntes aūt ii q̄ circa ipsum erant qd̄ futurū erat/dixerūt ei dñe si.pro.num/percutimus in gladio:Hinc clare apparet discipulos nō intellexisse ex verbis iesu supioribus(qui nō habet gladiū emat)mādatum sibi esse vt sumant arma ad defensionē ipsius. Si.n.hoc intellexissent,nō petissent mō licentiā percutiēdi. Et percussit vnus ex illis seruū principis sacerdotū. Non expectata tūsione iesu petrus percussit vnū. & amputauit auriculā eius dexterā. ¶Rndens aūt iesus. discipulis interrogantibus num percutiemus gladio.ait:Sinite vsq; huc.pro. hucusq;. Ita ꝙ aduerbiū tpis sonat dictio græca. Et est sensus.permittite eos in me seuire vsq; mō:hoc est vsq; in hanc eorū horam.hæc est.n.hora eorū & ptās tenebratū. Ita ꝙ nō dixit absolute finite/sed apposuit tēpus:ad significandū rōnem nō impediendi esse qa hęc est hora eorū,& non ad suspendendū permissionē/tanq̄ postea nō sint pmissuri. Non.n.aduerbium tpis determinat pmissionē/sed rem pmissam:illorū.s.seuitiam. Acsi aptius dictū fuisset.pmittite seuire vsq; quo durat hæc hora eorū. ¶ Significantius aūt dicit finite:vt intelligamus conatū eorū ad non finendū fuisse licitum,& iesum mādare eis vt pmittant illicitā illorū seuitiam. Et quū tetigisset auriculā eius/sanauit eum. Euāgelista duo simul enarrauerat.s.interrogationē discipulorū/& factū petri. Et ꝓpterea explicata tūsione ad discipulos/subiungit factū iesu:tangēdo percussum semū ad sananduū eius vulnus. Tactu autē sanat,ne putares carnē eius pdidisse virtutē curandi tpe passionis. ¶ Dixit aūt iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotū & magistratus tēpli & seniores. Quāuis esse potuerit ꝙ aliqui horū affuerint ibi,rōnabilius tū intelligit istos non p seipsos sed in suis ministris affuisse.hoc.n.quadrat & narratis ab aliis euāgelistis/& naturæ negocii. Tanta tū erat istorū maiorū cęcitas,vt incredibile nō sit ex quolibet ordine(.s.primorū sacerdotū/magistratus tēpli/& seniorū)aliquē ꝑsonaliter aduenisse/& nō horruisse talē vilitatē. Siue itaq; ad pītes per seipsos siue ad pītes per ministros dirigit sermo/ad significandū eos esse autores tanti sceleris. Quasi ad latronē existis. Ignominiosus modus explicat:vt pensemus būficium ꝙ nō solum cōprehendi sed ignominiose cōprehendi voluit tanq̄ latro. cuz gladiis & fustibus. Gladii cohortis erant p̄fidis:fustes aūt ministrorū pontificis. Vū forte inoleuit vt ēt romani pontificis ministri fustibus vtant. quū quotidie vobiscuz fuerim in tēplo,nō extendistis manus in me. Sed hęc est hora vestra. non fato sed diuinæ diffinitionis ꝓmissu.& potestas tenebrarū. Dæmones tenebras appellat,tum ꝓpter statū eorū in perpetuis tenebris.tum ꝓpter tenebras quæ erant rōnes agendi:quoniā si cognouissent,nunq̄ dñm gloriæ crucifixissent. Libertati itaq; ꝓpriæ permissa tūc potestas dæmonum significatur/ad faciendum contra iesum quæ scripta erant de illo.

Cōprehendentes aūt eū,duxerunt. Desunt duæ dictiones. Legendū est.duxerūt & induxerūt in domum principis sacerdotū. Significat.n. triplex actio.s.cōprehensio/ductio & inductio in domū principis sacerdotū. ¶Petrus vero sequebat eū a longe. Accenso aūt igne in medio atrii.pro. aulę. Locus ignis significat non atriū sed aula quædā. & circūsedentibus illis. Pronomē illis demōstrat prius dictos:cōprehendentes/ducētes & inducētes. erat.pro. sedebat petrus in medio eor. Quē quū vidisset ancilla quędā sedentē ad lumen. hoc est ad flāmam ignis illuminantē. Quāuis ēt intelligi possit e regione luminis cādelæ seu lucernæ ipsum sedisse:vt clarius apparens ꝓuocauerit intuitū mulieris ad se/tanq̄ cognitū non esse de familia seu de illis q̄ missi fuerāt ad cōprehendendū iesum.nā illi reuersi describunt circūsedentes.& eū fuisset intuita.pro.& fixis in eū oculis,dixit. Et hic cuz illo erat. At ille negauit eū,dicens. mulier nō noui illū. Et post pusillū alius videns eū dixit.& tu de illis es. ¶Petrus vero ait.o hō non sum. Et interuallo facto quasi horę vnius,alius qdā affirmabat/dicens. Vere & hic cū illo erat:nā & galileus est. Et ait petrus. hō nescio qd dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquēte cantauit gallus. ¶Et cōuersus dñs respexit petrū. Non oculis corporeis(quū iesus esset in aula supiore/petrus vero in aula inferiore:vt marcus testat)sed oculis gratiæ suæ. Cōuersus q̄ describit:qm̄ tanq̄ aversus a petro subtractione gratiæ fuerat. Cōmendat q̄ lucas per hoc ꝓuenientē gram.ita ꝙ prima gra fuit ad similitudinē videntis,eo mō quo solemus intuēdo aliquē solo intuitu excitare illum versus nos. Vū sequit. Et recordatus est petrus verbi dñi. Ecce effectus prę̄uenientis diuinæ excitationis gratuitæ. sicut dixerat.pro. quō dixisset ei/ꝙ priusq̄ gallus cāteat/ter me negabis. Ita ꝙ nō solum est recordatus verborū iesu/sed est etiam recordatus modi quo dixerat:vt magis cōmoueretur ad pœnitentiam. Et hinc insinuat ꝙ in modo dicendi/affectus nōnullus apparuerat:qui ad memoriā veniens/cooperatus est ad petri pœnitentiam. Et egressus foras petrus flevit amare. Et fletus extra & amaritudo intus/magnitudinem tristitię testatur.

Et viri qui tenebant illū,illudebant ei/cędētes.& velauerūt eū,& percutiebant facie eius. Et interrogauerūt eū/dicentes. ꝓphetiza qs est qui te percussit. Primū in derisum deducūt messiæ nomē in iesu. Et alia multa blasphemātes dicebant in eū. Hinc hēs ꝙ iniuriæ verborū quæ cōtra alios hoies sunt irrisiones/detractiones/contumelię & silia,illatæ christo/sunt blasphemiæ:qa christus est verus deus.

¶ Et vt factus est dies. Aduerte hic ꝙ duo fuerūt cōcilia.alterū nocte/alterū mane:illud ad examē iesu/istud ad modū quo tradēdus esset pilato vt occideret iesus. Lucas aūt matutini tantū cōcilii meminit:matthæus aūt vtrūq; narrat cōcilium. ¶ Ita ꝙ iesus bis fuit ductus in concilium.primū nocte qū aduenerunt tot falsi testes:& tandē adiuratus a sūmo sacerdote/apte cōfessus est se esse messiam(vt marcus explicat)& sūmus sacerdos scidit vestimēta sua &c. Et hoc fuit ante illusionē. ita ꝙ illusio confessionē ꝙ esset christus/subsecuta est. Et ꝓpterea dixerunt/ꝓphetiza nobis christe qs est qui te percussit. Et hoc cōcilium penitus tacet a luca. Secūdo aūt ductus est in concilium mane facto:qa in hoc secūdo cōcilio affuit vniuersus senatus,quo; aliqui tantū affuerant in primo cōcilio:& æquū videbat vt vniuerso senatui præsentaret. Et huius cōcilii meminit tam matthæus q̄ marcus quo ad tractatū de mō tradendi iesum pilato vt occideret:sed lucas diffuse illud narrat quo ad pītationē iesu tacitam ab aliis euangelistis. Vū in hoc cōcilio nulla fit mētio testiū,nec loquit aut adiurat sūmus sacerdos sed cōcilium loquit. cōuenerunt seniores.pro. cōgregatus est senatus/plebis & principes sacerdotū & scribę:& duxerūt illum in cōcilium suū. In nocturno cōcilio q̄is seniores affuerint,non tū congregatus est cętus seniorū plebis.hora.n.inepta erat ad hoc:sed mane cōgregatus est cętus seniorū plebis simul cū principibus sacerdotū & scribis. dicentes. Si tu es christus/dic nobis. Audierat senatus ab iis qui interfuerāt nocturno cōcilio ꝙ iesus cōfessus erat se esse christū:& volentes hoc ex ꝓprio ore iesu audire/interrogant vt dicat. Et ait illis. Si vobis dixero nō credetis. si aūt & interrogauero, nō rndebitis mihi nec̄ dimittetis. Sciens iesus malignitatē eorū/aperit eis vanā esse declarationē veritatis apud eos:qa si simpli ei verbo affirmauero me esse messiā/non sequet fructus credulitatis in vobis.& si non simplici verbo sed

interrogãdo vos instruere voluero (deducẽdo sic ad agnitionẽ veritatis/formãdo interrogationes iuxta dicta propheraꝝ de messia) nullus ẽt fructus sequeꝛ: quia vos non rñdebitis interroganti. & siue rñdero siue interrogauero, non ꝓpterea dimittetis me: vana est ergo vtraq; via apud vos. ℣ Aduerte prudẽs lector ex istis iesu verbis ad senatũ iudæoꝝ, argumentũ haberi magnũ q; plecutores iesu christi q̃is maiores inter iudæos/nõ nouerint ipsum esse messiã. nã clare hic dr̃/non credetis. Et cõstat q; si nouissent credidissent, vel spõte vel coacte. **Ex hoc.** Deest. **nunc.** Et demõstratur pñs passionis tps. & rursus significat appropriatio præmii ad meritũ. Ac si aptius diceret. ex merito huius subiectionis qua vobis subditus sum/repositũ est mihi ꝑmium sedendi a dextris virtutis dei: vt tantæ humilitati rñdeat tanta celsitudo. **erit filius hois sedens** hoc est regnans quiete. **a dextris.** hoc est in suprema dignitate & ptãte. **virtutis dei.** hoc est ad illa oĩa efficienda q̃ subsunt diuinæ virtuti. ℣ Et aduerte q; tam in primo q̃ in secũdo cõcilio iesus declarat mysteriũ secũdi aduẽtus sui & regni sui futuri: vt occasionẽ præberet eis interrogãdi hæc mysteria duoꝝ aduentuũ messiæ (quos non discernere fefellit ẽt diabolũ) & vt nolentes scire inexcusabiles redderent. **Dixerunt aũt oẽs. tu ergo es filius dei?** Ex hoc quod dixerat sedens a dextris virtutis dei, inferũt tu ergo es filius dei: messiã appellantes filiũ dei. **Qui ait. vos dicitis q̃.** pro. **q; ego sum.** hoc est vos dicitis me cẽ filiũ dei. Indignos eos iudicauit magis explicite audire. **At illi dixerũt. Quid adhuc desideramus testimoniuꝫ.** pro. **qd insup opus habemus testimonio? Ipsi enim audiuimus ex ore eius.** Iuncta enim verba iesu/manifestabant affirmationẽ q; esset messias: & ꝓpterea assecutus intentum suum senatus/dicit non esse opus testimonio.

CAPVT .XXIII.

SVrgens oĩs multitudo eoꝝ duxerũt illũ ad pilatũ. Tacet hic lucas tractatum de mõ tradendi iesum in manus pñdis ad hoc vt occideret iesus: sed nõ tacet cõclusionem tractatus, imo vnanimi voto cõclusum fuisse significat/dicẽdo q; oĩs multitudo eoꝝ surgẽs duxit ꝺ̃m ad pilatũ. ℣ Et ex factis colligẽdo tractata in cõcilio/liquet q; tractauerũt de crimine curterent ad hoc. Tũ ne pilatus differret dãnationẽ iesu, fernãdo iesum in carcere vt plene cognosceret cãm. Tũ ne aliqs fauere auderet iesu ipsis oĩbus pñtibus. **Ceperunt aũt illuꝫ accusare** dicentes. **Hũc inuenimus subuertentẽ gentẽ nostrã/** ꝓhibentẽ **tributa dare cęsari/** dicentẽ **se christũ regem esse.** Quattuor crimina obiicũt: subuersionẽ gentis/ꝓhibitionẽ tributoꝝ/usurpationẽ messiæ. In quo cõtinent̃ duo. s. blasphemia/usurpando sibi filiationẽ dei: & crimẽ ꝺ̃ę maiestatis/usurpando sibi regiũ titulũ. & ꝓpterea significatius explicant christũ regẽ. ℣ **Pilatus aũt interrogauit eũ dicens. tu es rex iudeoꝝ?** Posthabet pilatus reliqua obiecta/sciens ab eoꝝ inuidia accusationẽ ꝓficisci. de ꝺ̃ę tũ maiestate solicitus interrogat iesum/qui non fuerat pñs accusationi: qm̃ iesus erat intus in ꝓtorio, accusatio aũt fuerat facta extra ꝓtoriũ: vt ioannes narrat. **At ille rñdens ait. tu dicis.** Tacet lucas intermedia verba quę refert ioannes: & solũ refert id quod ẽt dixit iesus verbũ medium inter affirmationẽ & negationẽ. Et sensus referẽ ad regnũ non de hoc mũdo. ℣ **Ait aũt pilatus ad principes sacerdotũ & turbas. foris expectantes. egressus. n.** pilatus loquit̃. **nihil inuenio cause.** Quũ audisset pilatus a iesu q; regnũ messiæ non est de hoc mũdo/cõfirmatus est in opinione quã habebat de inuidia accusantiũ: & ꝑpendẽs nihil sua interesse (qui de regno mũdi huius iudicat) dicit iudæis se nihil causę ad condẽnandũ iesum inuenire in eo. **in hoĩe hoc.** Ac si aptius dixisset. in accusationibus vestris audio cãm, sed in ipso nõ inuenio cãm. Sub iis aũt verbis pstrictis ab euãgelista intelligendũ est pilatũ explicasse quæ dixerat iesus. s. q; nõ est quæstio de regno huius mũdi. Euangelista. n. tantũ summã verboꝝ narrat. **At illi inualescebant/dicentes. Cõmouit.** pro. **cõmouet/populũ.** Dicente pilato ex ore iesu nõ esse quæstionẽ de regno mundano, instant iudæi q; iesus astute inuertit cãm: & q; quæstio est de mũdano regno ꝓbant/allegando cõmotionẽ populi pseuerantẽ vsq; hodie. Et ꝓpterea dicunt de pñti cõmouet populũ. **docens.** Coacti a veritate/nõ dicũt q; cõmouet populũ armis sed docẽdo. **per vniuersam iudęam.** tuæ curæ cõmissam, præsidebat enim pilatus regioni quæ vocabat̃ iudæa. **incipiens. pro. ortus/a galilea vsq; huc.** nõ sufficit ei iudæa/sed incepit a galilæa & peruenit cõmotio vsq; huc. s. in hierusalem. Cõmouerat enim iesus ante quinq; dies vniuersam ciuitatem in admirationẽ/dicendo quis est hic! & turba multa cõmota est quũ ingressus est hierusalem super asinũ. Hæc enim omnia explicarunt accusantes iesum.

Pilatus aũt audiẽs galileã, interrogauit si hõ galileus ẽt. Et vt cognouit q; de herodis ptãte pro. ditione esset, remisit eũ ad herodẽ. Male libenter pilatus miscebat se huic causæ: & nitebat̃ auellere illã a se. Et ꝓpterea audito galilęę noĩe (quæ sub tetrarchia herodis erat) q̃uis herodes esset ei inimicus/occasionẽ accepit excutiendi a se cãm istã: & remisit ad herodẽ tanq̃ ad iudicẽ ordinariũ galilæoꝝ. Et pilatus qdem hac rõne remisit: sed diuina puidentia disposuit hanc remissionẽ vt incredulis occasio tolleret calũniandi q; si cã affectati regni sub messiæ noĩe fuisset cognita a iudice hũne notitiã iudaicę legis/fuisset iesus dãnatus & non excusatus: vt pilatus ignarus legis putauit. Herodes igit̃ legẽ iudæoꝝ & messiæ pondus sciens iudex adungit̃: vt videant qd ille censuerit de iesu cã: & simul videant ex pre iesu qũo se corã tali iudice habuerit/putantes q; coram pilato iesus se excusabat. **qui ipse hierosolymis**

erat illis diebus. Venerat forte herodes ad celebrãdum pascha. erat. n. pselytus, filius primi herodis q interfecerat inocẽtes/& frater archelai & philippi &c. **Herodes aũt viso iesu gauisus est.** Nõ est opus tõnem reddere gaudii: qa euãgelista explicat illã fuisse curiositatẽ, qualis soler in principibus partũ credulis regnare. sunt. n. auidi ad videndũ aliqd miraculũ: eo q; patũ credũt. **Erat. n. cupiẽs ex multo tpe videre eũ: eo q; audiret multa de eo, & sperabat signũ aliqd̃ videre ab eo fieri.** ℣ **Interrogabat aũt eũ multis sermonibus.** Nõ sola curiositas erga miracula sed ẽt erga ambigua describit. **At ipse nihil illi rñdebat.** Ex pte herodis in ꝓptu est meritũ: qa curiositate mouebat̃ ad interrogandũ. ex parte aũt iesu/rõ fuit ne impediret ꝓpriã passionẽ. Si. n. rñdisset sicut ioannes baptista rñderat herodi, impedita aut dilata fuisset passio eius cõperta ipsius sapiẽtia ab herode. Vñ elegit silere corã herode hũne notitiã legis mosaicæ: vt hinc ẽt cognoscceremus q̃ volũtarie pateret̃. nã hinc discernendũ a nobis esse mõstrauit q; nõ ideo pilato rñdit regnũ meũ nõ est de hoc mũdo/vt euaderet: quũ corã herode cũ gaudio susciperẽt ipsum & ꝓuocãte multis sermonib⁹/facultas enadẽdi oblata fuerit & noluerit ea vti. Immo ad cumulũ passionis suæ elegit silentiũ: vt nõ solũ minor ioãne baptista (noto herodi) haberet̃, sed ẽt fatuus existimaret̃. **Stabant aũt pncipes sacerdotũ & scribę cõstanter.** pro. **intẽte.** seu acriter. **accusantes eũ.** Vide spectaculũ. Timebãt principes sacerdotũ & scribę (videntes herodẽ cũ gaudio videre iesum/& pulsare multis qõnibus) ne iesus sapiẽter rñdendo euaderet: sed vbi vidẽt iesum tacere/& herodẽ existimare illũ stolidũ, trãseunt in aliũ timorẽ: ne. s. iesus tanq̃ fatuus punitus euadat. Et ꝓpterea instãt acrius accusando, tendẽtes ad hoc ne tanq̃ fatuus absolueret̃. Aiebant. n. ipsum fingere, & esse hoiem dicacẽ coram turbis/non corã regibus: & latere in eo maliciã, quã si absolueret̃ iteꝝ exerceret in piculũ subuersionis ppli. ℣ **Spreuit aũt illũ herodes.** Scribæ & sacerdotes iesum vt malũ/herodes aũt vt fatuũ non solũ habet sed tractat. Existimauit. n. illũ esse hoiem loquacem corã vulgaribus/nescias turbas sequi illũ: & ꝓpterea spreuit illũ. **cũ exercitu suo.** pro. **cũ exercitibus suis.** Diuersoꝝ exercituũ hoies qui cũ herode erant significant̃: vt a multis nationibus spretus insinuet̃. **& illusit.** pro. **& quũ illusisset/indutũ veste alba.** pro **splẽdida, & remisit.** Supfluit &. Ita q; legendũ est. **Et quũ illusisset indutũ veste splẽdida/remisit ad pilatũ.** Nõ q; remiserit ad pilatũ indutũ veste splẽdida: sed q; postq̃ indutũ veste splẽdida illusit/remisit ad pilatũ. Significat. n. q; veste splẽdida indutus/multis ludibriis affectus est & punitus vt fatuus: & postea remissus ad pilatũ. Ex splendida aũt veste insinuat q; messiæ dignitas illusa in eo est. ℣ Voluit aũt iesus ab herode prius & postea a pilato ꝓpriis iudiciis puniri vt insanus/nõ solũ vt has ignominias sustineret pro salute nfa & exẽplo: sed ad excludendũ a mẽtibus hoĩum increduloꝝ q; ipse vsus fuerit malis aut humanis artibus ambiẽdo primatũ. locupletissimi fiqdẽ testes adsunt herodes & pilatus factis illusionũ. testant̃. n. hi (ad quos spectabat negociũ primatus) q; gesta iesu ad principatũ digna erant ludibrio sm̃ humanũ iudiciũ. Et vere digna fuissent ludibrio/si per hæc intẽdisset ambire principatũ. **Et facti sunt amici herodes & pilatus in ipsa die.** nã antea inimici erant adinuicẽ. Hinc cõiectura est q; rõ inimicitiæ fuerat qa pilatus occiderat galilæos incõsulto herode/qũ miscuit sanguinẽ cũ sacrificiis eoꝝ: vt superius ca. 13. dicit̃. Missio siquidẽ iesu ad tribunal herodis ideo amicitiã inter pilatum & herodem restituit, quia erat agnitio iurisditionis herodis/erat tanq̃ professio pilati q; nõ ex ꝓposito violat iurisditionem herodis/erat quasi pœnitentia olim facti.

Pilatus aũt ꝓuocatis pncipibus sacerdotũ & magistratibus & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hũc hoiẽ quasi auertentẽ populũ. & ecce ego corã vobis interrogans/nullã cãm inuenio in hoĩe isto/ex his in qbus eum accusatis. Sed neq; herodes. nã remisi vos ad illũ: & ecce nihil dignũ morte. sed dignũ fatuo. actũ est ei. Emendatũ. pro. **correptum/ergo.** hoc est castigatũ flagellis. **illũ dimittã.** Putauit pilatus iesum nõ morte dignũ, sed iunctis flagellis illusioni factę ab herode/dimittendũ: vt vel sic accusantibus satisfieret. ℣ **Necesse aũt hẽbat dimittere eis per diẽ festũ. pro. singulis festis.** hoc est singulis annis in festo paschatis. **vnũ.** Videns pilatus accusatores nõ esse cõtentos flagellis (flagellauerat. n. iã iesum) tentauit an posset cũ fauore ppli liberare iesum a principib⁹ & magnatibus accusantibus eũ. Necessitas aũt seruatæ cõsuetudinis significat̃ astringens eũ ad cõcedendũ ppli vnũ quẽ petiissent. **Exclamauit aũt simul vniuersa turba/dicens. tolle hũc, & dimitte nobis barabbã.** Hac rñsione vult lucas intelligi ꝓpositionẽ factam a pilato/vtrũ vellẽt iesum an barabbã. **Qui erat pp seditionẽ quãdã factã in ciuitate & homicidiũ/missus i carcerẽ.** Et hãc quoq; ignominiã elegit iesus pati, vt homicida actori vitæ/& seditiosus actori pacis pferret̃. **Iteꝝ aũt pilatus locutus est ad eos/volẽs dimittere iesum. At illi clamabãt/dicẽtes. crucifige crucifige eũ.** Ille aũt tertio dixit ad eos. qd. n. mali fecit iste? nullã cãm mortis inuenio in eo. **corripiã ergo illũ & dimittã.** Altera hæc correptio/irrisio fuit, qua veste purpurea/corona spinea & percussionibus anũdinis &c. illusus est. **At illi instabãt, vocibus magnis postulãtes vt crucifigeret̃.** Et hoc ad cumulũ restimonii simplicis, pgressus iesu spectat, vt vniuersa plebs quã sacerdotes sciebant libenter audire ꝓdicationẽ iesu/qnãq; pilatus tanq̃ detotã iesu excitabat in fauorẽ iesu/acclamaret eũ crucifigendũ. Ita q; nullus est inuctus q; obstaret/qui faueret iesu: q̃uis toties ꝓuocati fuerint a pilato. Hinc. n. manifeste habet̃ q; iesus nõ fecerat sibi amicos aliquos velut factiosos, sed simplici doctrina fidei & moꝝ instruebat oẽs: vt incredulis nullus

Universidad de Bibliotec

retin̄ quereꝝ locus obiiciendi humanas artes fidei iesu. ⁊ inualescebant voces eoꝝ. Deest. ⁊ principuꝫ sacerdotū. Et pilatus adiudicauit. randē sniam ptulit. fieri petitionē. pro. vt fieret petitio eoꝝ. qua petebāt ipsum crucifigi. Dimisit aūt illis eū qui pp homicidiū ⁊ seditionē missus fuerat in carcerē, quē petebāt: iesuꝫ vero tradidit voluntati eoꝝ. Nō dicit manibus: qm̄ nō est crucifixus a iudeis sed a gētilibus ministris ipsius pilati. Et significaꝫ per hoc initiū executiōis post sniam. assignauit sigdē iesum executoribus, vt ducerēt eū ad crucifigendū sm̄ voluntatē iudæoꝝ, & nō sm̄ rectę rōnis iustitiā.

Et quū ducerēt eū, apprehēderūt simonē quēdam cyrenēsem venientē de villā. pro. agro: ⁊ imposuerūt illi crucē portare. pro. vt portaret post iesum. Hinc apparet ꝙ iesus tā debilis redditus erat ꝙ nō potuit cōtinuare portationē crucis, ppriæ. pp hoc. n. cōpulerūt hūc simonē ad hanc ignominiosam sarcinā. Quā tū nō solus portabat, sed post iesum, ne videret simon crucifigēdus. Sequebaꝫ autē illū multa turba ppli ⁊ mulierū: quę plangebāt ⁊ lamētabant eū. Cōuersus aūt ad illas iesus, dixit. Filię hierlim. Quānis essent ibi mulieres galileæ simul cū turba ppli, iesus tū ad solas hierosolymitanas vultū vertit: qa turba q̄ petierat ipsum crucifigi, indigna erat sermone iesu, ad galileas aūt non spectabat destructio hierusalē futura quā eis p̄dicit. nolite flere sup me: sed sup vosipsas flete, ⁊ sup filios vestros. Nō intēdit, phibere fletū cōpassionis q erat actus virtutis: sed apire eis pœnā secuturā, quæ erat afflictura illas & filios earū longe magis q̄ ista cōpassio. Quū ecce venient dies. Intra. 40. ānos venerūt illi dies qū fuit destructa hierusalē a romanis. in qbus dicent. Beate steriles. pp afflictionē & cędē filioꝝ. ⁊ vteres q nō genuerūt ⁊ vbera q̄ nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montibus, cadite sup nos: ⁊ collibus, opite nos. Desperataꝝ verba p̄dicunt̄ desiderantiū opprimi a montibus & collibus, vt liberent̄ a ror afflictionibus. Quia si in viridi. pro. humido, ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? Parabolam adhibet qua seipsum cōparat ligno humido, hierosolymitas aūt ligno arido. Et est sermo de lignis relatis ad cōbustionem. ligna enim humida (vtpote aquosa) difficile ardent: arida consument. Et intendit per hoc ꝙ si ipsum iesum in quo est innocentia repugnans pœnæ, affligunt sic, q̄ducebant aūt. Et hoc ad cumulū ignominiæ adiectū est: vt simul cū flagitiosis duceret ad crucem. ⁊ alii duo neqū. pro. malefici. seu facinorosi. cū eo, vt iterficerent̄. Et postq̄ venerūt in locū qui vocat̄ caluarie, ibi crucifixerūt eum. Ad augmentū ignominię spectat ꝙ in loco vbi cōiter malefactores interficiebant̄, iesus crucifixus est. Crucifixus aūt manib⁹ & pedibus pforatis clauis. tribus aūt an quatuor certū non est ⁊ latronēs. pro. malefactores: vnum a dextris, alterū a sinistris. Jesus autē dicebat. Pater. Quod docuerat verbo, docet modo exemplo, orans pro crucifixoribus. Et tanto affectu pro illis orat vt paternum imploret amorem. dimitte illis. Veniam pro illis petit. Non enim sciunt. Tanq̄ aduocatus illorum excusat crimen ab ignorantia. quid faciunt. Et vere nesciebant circūstantiā quid. nesciebāt enim quis esset ille quem crucifigebant. si enim cognouissent nunq̄ dominū glorię crucifixissent. Et fuit hæc christi oratio exaudita: quoniā (vt inferius subditur) reuersi sunt percutientes pectora sua. & magna multitudo conuersa est in die pentecostes: dicente illis petro, scio ꝙ per ignorantiam fecistis. Dividentes vero vestimenta eius, miserunt sortes. pro. sortem. Et stabat populus expectans. pro. spectans. Deridebant autē eum ⁊ principes cum eis. Non soli primates sed etiam plebei deridebant iesum gestibus. Dictio enim græca irrisionem quæ facie fit, significat: puta subsannate. dicentes. Alios saluos fecit. Gestibus verba adiungunt: & ex beneficiis & miraculis blasphemiā conficiunt. se saluum faciat. Blasphemāt eum, dicentes eum impotentē salnare seipsum. si hic est christus dei electus. Commemorare intendunt vsurpationē nominis messiæ filii dei. Illudebant autem ei ⁊ milites, accedentes ⁊ acetum offerentes ei, dicentes. si tu es rex iudęoꝝ, saluum te fac. Non solum a iudæis cuiusq̄ ordinis sed a gentilibus ministris iustitiæ illudi voluit. tū facto, oblatione aceti, tum verbo, saltū te fac. Erat autē ⁊ supscriptio scripta sup eum literis grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. hic est rex iudęorum. Unus autem de iis qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens. si tu es christus, saluum fac teipsum ⁊ nos. Vt nihil deesset, etiam a latronibus cōcrucifixis blasphematur. ℣ Vbi aduerte a matthæo & marco in numero plurali dici crucifixos latrones conuitiatos esse iesu: lucas autem vnum eorum dicit blasphemasse. Vnde certum non est an prius vterq; blasphemauerit iesum & postea alter pœnitens increpauerit alterum impœnitentē, jan (quod potius credi derim) tam matthæus q̄ marcus numero plurali vsus fuerit pro singulari. hoc enim magis consonat natratæ a luca increpationi quā exercuit in alterum, dicendo neq; tu times deum. Hæc nāq; verba sonant non pœnitentem conuitii proprii: sed increpantem alterū ꝙ nec ipse timeat deum, sed simul cum aliis insultet iesu. Quod & amplius manifestatur, subiungendo ꝙ nos iuste patimur, digna factis recipiendo: & non accusat se ꝙ conuitium aliquod dixerit in iesum. Respondens autē alter, increpabat eum, dicens neq; tu times deum, qui in eadem dānatione es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus. Hic vero nihil mali. pro. absurdi, gessit. Significatur. n. ꝙ nō solum imunis est a malo opere, sed etiā a quocūq; inconuenientę, a quocunq; dedecente. Et dicebat ad iesum. Dñe. Vide

spiritum sanctum in animo latronis operantem agnitionem dominii in iesu, quem videbat crucifixū & tam ignominiose derideri. memento mei. Pro salute animæ propriæ supplicat. quum veneris in regnum tuum. Non solum in presenti dominum fatetur, sed regem euntem ad accipiendum regnum proprium & credit & profitetur. Mirabilis valde est tam fides interior q̄ professio exterior, tunc temporis quando ab apostolis & discipulis tanto tempore eruditis derelictus est. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Duo inaudita prius, nouiter manifestantur. Alterum est paradisi nomen translatū ad significandum æternæ beatitudinis fœlicitatem. Paradisus autē græca est dictio: & significat hortum non olerum sed arborum. ex sensibilibus enim declarantur nobis spiritualia & intelligibilia bona: ex loco delectabili significatur fœlicitas beatitudinis. Alterū est ꝙ remissio culpę & totius pœnę hic primum habetur. peccatrici siquidē mulieri remissa sunt peccata multa, sed nihil dictum est de remissione pœnę: latroni autem ex hoc ipso ꝙ illo die promittitur ei beatitudo, dimissa est non solum culpa sed pœna omnis.

Erat autem hora fere sexta: ⁊ tenebrę. Non dicit & nubes, nebulę aut caligo sed tenebrę: quæ sola privatione luminis sunt. factę sunt in. pro. super, vniuersam terrā. Sicut pro vniuerso orbe patiebat iesus, ita totus terrarum orbis obtenebratus est meridie. vsq; in horam nonam. Tribus horis immediate sequentibus meridiem describuntur tenebrę super vniuersam terram. Et obscuratus est sol. Ratio tenebrarum redditur ex hoc ꝙ obscuratus est sol. Non dicit eclipsatus est, sed obscuratus est: vt intelligamus miraculosam subtractionem radiorum solis absq; aliquo corpore interposito. Quod etiam testari videtur duratio trium horarum super totam terram. nulla enim interpositio lunæ videt ad hoc sufficere. ⁊ velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna iesus, ait. Pater in manus tuas commendo. pro. commendabo. seu deponam. spiritum meum. Dictio græca interpretata cōmendabo, significat commendationem depositi resumendi. Et est futuri temporis. Et significat ad literā certitudinē suę resurrectionis. nā affirmādo ꝙ deponet (moriendo sm̄ corpus) spiritum in paternis manibus, simul affirmat resumptuꝝ se depositū de pnis manibus: aliogn vane deponeret. ¶ Vbi nota ꝙ psona iesu est illa q̄ loquit̄, est illa q̄ deponit: qm̄ ipsamet est q̄ resumit depositū. Humano more diuinā custodiā significat sn̄i manuū. Solemus. n. depositū cōmēdantes charū, in manus pprias amici assignare. ℣ Futuro aūt vtit: qm̄ quū loqbat adhuc nō assignabat rē deponēdā, sed in morte subsecuta assignaturus erat eā. Et asserere futurā depositionē in morte, ppriū fuit chō. quilibet. n. moriēs pōt dicere in p̄senti in manus tuas cōmēdo, sed nō pōt asserere cōmēdabo: qa nescit qd futurū post mortem sit de spū suo, q̄uis credat & c̄. Et rursus qlibet alius moriēs desinit p mortē eē ipsemet: ac p hoc non pōt asserere ꝙ ipsemet deponet spm̄ suū in manus alterius. chs aūt solus p mortē nō desiit eē ipsemet: qm̄ hy postasis eadē p̄seuerauit post mortē. & ppea solus potuit vere dicere cōmēdabo spm̄ meū. ℣ Spūm aūt nō aīam appellat: qa vsq; ad mortē res q̄ ē aīa, statū aīę hēt: qm̄ aīat seu vinificat corpus. in morte āt trā sit in statū spūs: qm̄ exiit illo mō quo purę spūales substātię existūt. ¶ Nec prereas ꝙ sicut prima scripta in ēāgelio verba iesu, a pris noie initiū sumpserūt quū dixit duodēnis in tēplo, nesciebatis qa ī iis q̄ pris mei sunt oportet me eē, ita vltima iesu verba in cruce in patrē finita sunt, dicēdo nūc patrī manus tuas & c̄. vt intelligamus ab extremis media verba tendere ad declarandā & propagādam fidē æternę pcessionis suę a patre. Et hęc dicens. Hic apparet hæc fuisse vltima verba iesu in cruce. expirauit. Hinc confurantur hęretici omnes qui negant veram christi mortem in cruce.

Videns aūt centurio qđ factum fuerat, glorificauit deum. Ecce fructus orationis christi in gentili qui prerat militibus. dicens. vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant. pro. ⁊ omnes quę simul aduenerant turbę ad spectaculum istud ⁊ videbant quę fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Ecce alter fructus in turbis iudęorum, non in primatibus eorum. Stabant autem omnes noti eius a longe ⁊ mulieres quę secutę eum erant a galilea, hec videntes. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio, vir bonus ⁊ iustus. Nō est hoc in loco decurio nomen militaris officii, sed nomen dignitatis: puta senator. Decurionis enim nomen in senatores aliarum vrbium & in præfectos aliis, trāslatum est. (Hic non consenserat consilio. Hinc apparet ꝙ senator erat & noluit consentire iniquitati aliorum. ⁊ actibus. pro. actui. seu facto. eorum. Ita ꝙ neq; consenserat consilio neq; operi aliorum. Et hoc nota contra consiliarios, qui etsi non consentiunt consilio consentiunt tamen actibus executionis conclusę ab aliis. Non enim euadunt crimen. ad hoc siquidem lucas scribit de ioseph ꝙ nec consilio nec actibus cōsenserat.) ab arimathia ciuitate iudee pro. iudęorum: qui expectabat ⁊ ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum. post mortem iesu. ⁊ petijt corpus iesu. Nō enim licitum erat absq; præsidis autoritate tollere corpora damnatorū. ⁊ depositum inuoluit in sindone. ⁊ posuit eum. pro. illud. s. corpus. in monumento exciso. hoc est nō fabricato, non mobili, sed in ipsa rupe exciso. Et hoc propensioris diuinę prouidētiæ fuit: vt monumētum iesu esset immobile, ad perpetuam loci memoriam. in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Et hoc tum dignitati iesu, tum testimonio resurrectionis congruebat.

Et dies erat parasceues. pro. parasceue. nominatiui casus. Dictio græca est parasceue a præpara-

tione dicta. Quis enim dies ille esset primus paschatis/ac per hoc dies festus, quia tamen sequens dies erat dies septima longe sanctior (vtpote in qua nec coquere aliquid licitum erat) ideo dies ille erat præparatorius alimentorum pro sabbato. Et propter hoc subiungit lucas ꝙ illucescebat sabbatum immediate post illum diem. ⁊ sabbatuz illucescebat. Morem moysi secutus lucas, a termino noctis lucem describit noctē inchoantem sabbatum. ℣ Subsecutę ăt mulieres q̄ cuz eo venerăt de galilea, viderunt monumētuz ⁊ quēadmoduz positus erat corpus eius. Nō dicit & quēadmodum vnctū fuit aromatibus, sed quēadmodū positū. Viderūt.n. modū quo corpus portatū fuit i monumētū, sed nō viderūt illud vngi, vnctio sigdē intus in monumēto facta videt: quā ipsę nō audētes iungere se nicodemo & ioseph ministrisq; eoz/ videre neguerūt. ⁊ reuertētes. pro. reuerse ăt/parauerunt aromata ⁊ vnguēta. illomet die. Vñ apparet ꝙ ipsę nō viderūt corpus iesu vngi. nā si vidissent, nō pparassent aromata p vnctiōe corporis. Et sabbato q̄dem siluerunt. pro. quieuerunt/ſm mādatuz. Aduenit.n. solis occasus in quo ſchoauit sabbatū. & pterea quieuerūt seruātes legē: & nō venerūt ad vngēdū iesum. ℣ Aducrte hic bis mulieres parasse aromata: semel ipa die veneris añ solis occasū, cuius lucas meminit: & alia vice trāsacto sabbato hora vespertina, cuius meminit marcus. Et rō numeri fuit, aut qa nō inuenerūt in prōptu illa hora tarda die veneris ad sufficientiā, vel qa putauerūt sufficere q̄ postea cessuerunt nō sufficere. Reliqua ad prædicta spectantia vide apud matthęum & marcum expositra.

CAPVT XXIIII.

Ma ăt sabbati. pro. sabbatoz. hoc est die imediate sequente diē septimū: vt diffuse exposuimus apud mattheū, & iterū apud marcū. valde diluculo. pro. diluculo ꝑfundo. hoc est quū adhuc multū supesset diluculi. Tēpus sigdē diluculi significat, sed multū adhuc distās iuxta marco dicēti orto iā sole: quū diluculū initiū ortus solis est. venerunt ad monumētuz/portātes quę parauerāt aromata. Desunt quattuor dictiones. ⁊ q̄dā cū ipsis. Significat.n. ꝙ nō solę mulieres secutę iesum a galilea q̄ viderāt monumētū/sed ēt q̄dā alię mulieres cū ipsis venerūt. ⁊ inuenerunt lapidē reuolutuz a monumēto: ⁊ ingresse nō inuenerunt corpus dñi iesu. Et factuz est duz mēte/ester ecce duo viri. angeli in forma viroz̄ steterunt. Corporalis situs significat, secus illas. Extra monumē tū videt locus iste. tū pp multitudinē mulierū. tū qa ītus monumētū sedētē angelū in dextris viderūt: vt marcus testat. Isti ergo duo stātes secus illas, extra monumētū itelligunt apparuisse postq̄ viderāt non militudinē fulguris splēderes. ille ăt q ītus i monumēto visus ē sedēs/sidutus erat stola candida. ℣ Quuz timerēt ăt. pro. quuz territe ăt cēnt illę. ex ꝑsentia angeloz̄. ⁊ declinarēt vultuz in terrā. tum mole stia solutę verecūdię/tū pre fulgore vestium. dixerūt ad illas. Quid q̄ritis viuētē cuz mortuis! Arguūt angeli mulieres de studio qđ adhibēt ad q̄rēdū iesum tāq̄ mortuū: qa debebāt credere ipm vinū. Nō ē hic. Arguūt easdē a loco. Ita ꝙ prius arguerūt eas a morte, mō a loco. sed surrexit. a mortuis. Nō est ablatus, sed surrexit & abiit. ℣ Recordamini q̄liter locutus ē vobis. Reuocant ad memoriā verba iesu: vt vel sic credāt iesū resurrexisse. quuz adhuc eēt i galilea. Locū noiat vbi dicta sunt verba, vt remiscerēt. dicēs ꝙ opz. diuina diffōne ad adiplendas scripturas ꝑ salute humani generis. filiuz hois tradi i manus hoium pctōz ⁊ crucifigi/⁊ die tertia resurgere. Per singula reuocant ad memoriā q̄ dixerat iesus: vt p hoc redderentē credulę. Et recordate sunt verboz eius. Ecce effectus primus. Et regresse a monumēto. Nō dicit & egresse: ne significaret eas ītus monumētū audisse hęc āgeloz̄ verba. nunciauerunt hęc oīa illis vndeciz ⁊ ceteris oibus. Ecce alter effectus, quo mulieres istę credentes nunciauerunt hęc discipulis. Erat ăt maria magdalene ⁊ ioāna ⁊ maria iacobi/⁊ cetere q̄ cuz eis erāt, q̄ dicebāt ad aplos hęc. Et visa sunt añ illos sicut deliramētuz verba ista. pro. ipaz. Diuia dispēsatōe pmissū ē vt aplī vndecī cū reliqs discipulis existimarēt mulieres tāq̄ deliras ad firmitatē fidei nfę: vt hic ppēdamus nō fuisse eos faciles ad credēdū, & ꝙ verba mulierū vt muliebria puipēderūt. ⁊ nō crediderunt illis. Tot mulieres testificabant de visu/& tñ nō crediderūt illis ꝙ vidissent āgelos q̄ dixerit eis hęc q̄ retulerāt. Fuit aūt tāte efficacię hęc puipēsio/vt ēt mulieres ipsas dubias redderet de audita resurrectione: vt patet ex eo ꝙ reuertę/sunt mulieres ad monumētū/adhuc q̄rētes iesum. Sed mirū non est ꝙ mulicbris aius tā istabilis est. ℣ Petrus ăt surgēs cucurrit ad monumētuz. Tacet lucas de ioāne, q simul cucurrit cū petro. ⁊ pcumbēs. pro. ⁊ demisso capite ꝑspiciēs. Significat.n. diligētia petri existentis in monumento adhibendo inclinationem capitis ad loculum in quo iacuerat corpus iesu: vt scrutaretur oculis veritatem. videt. pro. videt/linteamina sola posita. pro. iacētia. Describuntur linteamina absq; corpore, non complicita sed iacentia. Et abiit secuz mirans quod factum fuerat. Nō dicit credēs: qm̄ adhuc nō credebat, sed mirabat cōpta veritate eoz̄ q̄ dixerāt mulieres q̄tū ad hoc ꝙ corpus iesu nō erat ibi. Nec erat rō suspicādi ꝙ fuerit sublatū: qm̄ nō fuissent ibi relicta linteamina iacētia, sed cū illis ēt inuolutū corpus iesu. tollētes corp⁹ nō nudassent illud/sed inuolutū abstulissēt vt erat.

¶ Et ecce duo ex illis. discipulis iesu. ibāt ipsa die i castellū q̄ erat i spatio stadioz̄ sexaginta ab

hierusalē/nole ēmaus: ⁊ ipsi loq̄bant adinuicē de his oibus q̄ acciderāt. Et factū est dū fabularent ⁊ secū quererēt, ⁊ ipse iesus appropiquās ibat cū illis. Oculi aūt eoz̄ tenebant ne eū agnoscerēt. De oculis iternis est sermo: qa de illis oculis loquit quos postea subiūgit fuisse apros. cōstat aūt iternos fuisse aptos oculos, nō exteriores. nō. n. ibāt oculis clausis. Modus aūt quo tenebant iterni oculi/similis ē ecstasi: ita ꝙ quādā ecstasis spēm ex sua mala dispōne incurrerūt in pœnā suoz̄ demeritoz̄. Simile apparuit in petro (quānis nō ex simili cā) quū eductus ab āgelo de herodis carcere/nō discernebat ꝙ in veritate ambularet, sed existimabat se visum videre. Sile apparet in hoibus q̄ valde ităti ad aliqd/non discernūt multa alia occurrētia. Tali mō detineri partē cognoscitiuā iteriorē (q̄ cōprehēdit itellectū & iteriores sensus) cōsentaneū rōni est. In cuius signū nō ipediebāt ab aliaz̄ rerū cognitiōe/sed solū ne eū agnoscerēt, quē familiari vsu cognouerāt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos ꝓfertis ad/inuicē ambulātes, ⁊ estis tristes. pro. estis vultu tristi: apparebat.n. in vultu illoz̄ tristitia. Et merito ob mortē talē talis magistri. Et respōdēs vnus cui nomē cleophas/dixit ei. Tu solus pegrinus es in hierusalē, ⁊ nō cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus! Hic explicat forma quā in genere describpsit marcus: dicēdo ꝙ ostēsus ē in alia forma eūtibus in villā Explicat sigdē hic ꝙ in forma pegrini seu aduenę visus ē. Nō ꝙ mutata fuerit lineamēta faciei iesu/nec ꝙ fuerit mutatus color (sed in pprio colore & pprius lineis faciei & manuum totiusq̄ corporis erat) sed in apparentia tñ erat alia forma. pp qđ significāter marcus dicit/ostēsus est in alia forma. ℣ Modus aūt quo altera apparebat forma, ex parte imutatiōis erat. Lineamēta. n. & colores chri ſm aliqd sui imutabāt visum discipuloz̄ & ſm aliqd nō imutabāt. & sic spēs in sensu/nō repsentabat faciē iesu qualis erat: sed ālē spēs illa p se ferebat. Et sic ostēsus est in alia effigie. ℣ At si miraris talē imutādi modū, recole ꝙ corpus chri erat lucidū in seipso: et tñ nō imutabat ſm ꝙ erat lucidū visum discipuloz̄. Sicut itaq̄ in ptāte eius erat nō imutare ſm ꝙ erat lucidū/ita i ptāte ei⁹ erat imutare ſm aliqd sic & ſm aliqd nō. ¶ Et qđ euāgelistę scribūt de aliena forma/sile itelligendū est de aliena voce. nā vox chri nō est cognita a discipulis/sili rōne: qa. ſ. vox eius ſm aliqd sui (puta modū pferēdi solitū chro/suauitatē loquēdi ppriā chro/seu accētus aliquos soliros chro) nō imutabat auditū discipuloz̄. ℣ Quānis ēt hoc potuerit eē alio mō. ſ. ꝙ chs locut⁹ fuerit nō cōsueto sibi mō. Primus tñ dicēdi modus magis cōsonat gestis circa visum: vtpote nō ponēs varietatē ex pte ipsius iesu, nec in obiecto visus nec in obiecto auditus. Certū est. n. ꝙ inter ea q̄ sensibus discipuloz̄ de iesu ꝑcipiebant, nō erat illud sensibile p accidēs qđ erat iesus: q p sensibilia tā ppria q̄ cōia cōsueuerat ab ipis derinebāt: vt nec videdo nec audiēdo/illud hauriret pre cognoscitiua iterna. ℣ Interrogatiue ăt admirādo legēda sunt hęc verba cleophę: & cōstruēda sic. tu solus habes hęc duo. ſ. ꝙ pegrinus es in hierusalē/& ꝙ nō cognouisti ea q̄ facta fūt in illa his diebus. Quasi dicat. quō pōt eē ꝙ tu solus hēas hęc duo! Videbat. n. cleophę multū difficile seu ipole ꝙ ille solus iter aduenas in hierusalē nescierit hęc. ℣ Meminit aūt aduenę seu pegrini, vel qa ignorādo nomē ipsius ab habitu noīat: vel qa aduenis ꝑcipue icū bebat hoc scire. tū qa aduenis iniuria facta fuerat/crucifigēdo iesum inocētē aduenā hierusalē. tū qa soliti erāt aduenę cōuenire ad pdicationē iesu in solēnitatibus. Vñ scriptū est ꝙ mane ibāt ad pdicationē ipsius quotidie. Quibus ille dixit. quę! Iesus oīum oīa scies ītergat: vt ex pprio ore arguēta contra seipsos, pferāt & ide ītruāt. Et dixerūt. De iesu nazareno: q̄ fuit vir, ppheta, potēs in ope ⁊ sermone doctrinę: & dicūt se speralle ꝙ ipse eēt ille q̄ a ppheris pmissus ē redēpturus populū israel de seruitute & captiuitate. In quo manifestāt se credidisse ꝙ iesus eēt messias: & ꝙ in illo aduētu eēt redēpturus populū israel nā lōge ante in captiuitatē redactū, q nō rediit & p parte q̄ rediit seruiētē romanis: & nūc pdidisse tā fidē q̄ spē de iesu messia. Et nunc sup hęc oīa/tertia dies ē hodie ꝙ hęc facta sunt. Sz ⁊ mulieres q̄dā ex nostris terruerunt. pro. stupefecerunt/nos. Nō. n. significat illar⁹ timor, sed illata admiratio magna velut stupor qdā. quę añ luce fuerunt ad monumētuz: ⁊ nō inēto corpe eius, venerunt dicētes se ēt visionē āgeloz̄ vidisse: q dicunt eum viuere. Et abierunt qdā ex nostris. petrus .ſ. & ioānes. ad monumētuz: ⁊ ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipm vero nō inuenerunt. pro. nō viderunt. ℣ Et ipe dixit ad eos. O stulti. pro. amētes/⁊ tardi corde ad credēdū i oibus q̄ locuti sunt pphetę. Sicut amētes absolute dicunt hoies deficientes in iudicādo & rōnabiliter operando, ita amētes respectu fidei sunt deficientes in iudicio credēdi. Nec dixit iesus o amētes absolute sed o amētes ad credendū. Vterq̄ .n. defectus (scilicet amentię & tardi cordis) refertur ad credēdū, & nō alter tātū. Arguit. n. eos amentiæ in parte cognoscitiua, & tarditatis in pte affectiua: hoc est volūtate/noīe cordis significata. ℣ Colligе hic prudēs lector tres defectus discipuloz̄. ſ. desperationē prius dictā/amentiā/ & tarditatē (nō operis sed volūtatis) ad credēdū. Et iuge hęc demerita/has malas dispositiones cū duabus supradictis pœnis (altera ex parte alienę imutationis sensuū, altera ex parte quasi ecstasis oculoz̄ mēris) & videbis merito pœnas illas illatas his discipulis. Nōne hęc oportuit. pro. oportebat. Quod prius

declaratū ē. pati christū. ⁊ ita. Supfluit ita. intrare in gloriā suā? Duo dicit. alterū ē ꝙ oportuit passionis merito ītrare in gloriā. Alterum est ꝙ gloria passionis merito parta / erat ipsius: vt itelligamus nō solo passionis merito gloriā eē ipsius. nā eius erat hereditario iure: & suā vno mō fecit suā altero mō. Et incipiēs a moyse ⁊ oibus pphetis / interpretabat illis in oibus scripturis q̄ de ipso erāt. Non dicit oia quę de ipso erāt. in oibus. n. scripturis de ipso ad ppositū tractātibus aliqd itrpretabat. Et appropinquauerūt castello quo ibāt: ⁊ ipse se finxit longius ire. hoc est cōposuit gestus & motus suos tāq̄ iturus lōgius. nō ad simulādū pſecutionē itineris nō futurā, sed ad excitandū amorē discipulorū erga se: vt tali merito disponerent ad hoc vt aperirent oculi eorū. Et coegerunt illū. Ecce subsecutū meritū hospitalitatis, nō initātis sed cogētis: vt hinc ēt discamus nō solū iuitādos sed cogēdos peregrinos ad hospitiū. dicētes. mane nobiscū: qm̄ aduesperascit, ⁊ iclinata est iā dies. Et intrauit. Deest. vt maneret / cū illis. Et factum est dū recumberet cū eis, accepit panē ⁊ benedixit ac fregit, ⁊ porrigebat illis. Quattuor actiones iesu circa panē describunt: acceptio / bñdictio / fractio / & porrectio. et tñ in sola fractione agnitus dſ iferius: vt itelligamus fractionē fuisse miraculosam: hoc est ꝙ ita frangebat panem manibus sicut alii incidunt cultello. Solitum autem hunc frangendi modum fuisse iesu credimus: & pterea discipuli ex consueto iesu modo cognouerunt eum.

Et aperti sunt oculi eorū ⁊ cognouerūt eū. Duę rōnes cōcurrerūt ad cognitionē hāc: ex parte iesu / fractio panis cōsueto mō mirabili. ex parte aūt discipulorū / aptio ītern orū oculorū. Adepta ē. n. pœna qua detinebat pars eorū cognoscitiua velut in ecstasi / quo ad elōgationē ab agnitiōe iesu: & velut reuersi ad seipsos agnouerūt eū esse iesum. ⁊ ipse euanuit. pro. disparuit / ex oculis eorū. pro. ab ipsis. Et dixerūt ad inuicē. nōne cor nostrū ardēs erat in nobis dum loqret in via / ⁊ aperiret nobis scripturas? Testimoniū ab īterna īflāmatione cordis in seipsis causata ex sermōe iesu in via / pferūt: vt ēt ab ipso ītimo effectu agnoscēdū iesum / sibi ūicē pādāt. Et surgētes eadē hora / regressi sunt in hierusalē: ⁊ inuenerunt congregatos vndecim / ⁊ eos q̄ cum illis erāt, dicētes ꝙ surrexit dñs vere. Apostoli & discipuli mulieribus nō crediderūt / sed crediderūt petro. Et ppea audito petro dicūt ꝙ surrexit dñs vere / non opinatiue. ⁊ apparuit simōi. Vbi aut q̄ hora nescit: sed hoc scit ꝙ illo die apparuit ei. Et ipsi narrabāt q̄ gesta erāt i via: ⁊ quō cognouerūt eū. pro. ⁊ quō agnitus fuit eis / i fractiōe panis. Hic duo hūt. Alterū ē ꝙ fractio panis fuit (vt dictū ē) rō agnitiōis: alioqn nō magis dixissent i fractiōe q̄ in porrectiōe. Alterū ē ꝙ modus ille frāgēdi tāq̄ solitus iesu corā discipulis suis / īsinuauit: dū isti duo affirmāt se agnouisse eū hoc mō. s. i fractiōe panis. appositiue. n. adiūgit fractio panis ad modū agnitionis. Hoc siqdē testimoniū pſupponit notoriū fuisse apud discipulos / hūc modū frāgēdi panē fuisse ppriū ac cōsuetū iesu: alioquin nullū agnitionis testimoniū afferrent / dicendo quomodo agnitus fuisset eis in fractione panis.

Dum āt hęc loquunt, stetit iesus in medio eorū: ⁊ dixit. pax vobis: ego sum nolite timere. Superfluūt hę quattuor dictiones. s. ego sum / nolite timere. Tātū mō salutauit eos / dicēdo pax vobis: vt ēt ipa salutatiōe agnoscerēt ipm eē q̄ docuerat eos hāc salutādi formā. Cōturbati. pro. stupefacti / vero ⁊ pterriti. Describunt discipuli cōterriti & stupefacti. Et terroris qdē passio cōsueta videt hoibus in apparitione vmbratū q̄ existimant spūs dęmonū vel mortuorū: passio aūt stuporis ex nouitate rei tā īsolitę & admiratiōe dignę cōsurgebat. existimabāt se spm̄ videre. hoc est spūalē aliquā subam aerei corpis. Et dixit eis. Quid turbati estis. exterius & īterius. nā exteriori habitu faciei / territos se demōstrabāt. ⁊ cogitationes ascēdunt in corda vestra? Videbat iesus ītima discipulorū, et cogitatiōibus ītemis labora re. Quales āt eēnt cogitatiōes / euāgelista declarauit. s. q̄ existimabāt se spūm videre. videte manus meas ⁊ pedes. Deest. meos / q̄ ego ipse sum. Cōfossas man⁹ & cōfossos pedes i testimoniū pduxit q̄ ipsemet ē q̄ crucifix⁹ fuit. Palpate. Deest. me / ⁊ videte. Einsdē nature caro chri post resurrectionē fuit cui⁹ erat prius: nō ē mutata in carnē spūalē q̄ palpari pōt. Q d āt dicit videte / nō spectat ad oculos corporis sed ad certificationē sensus: pinde ac dictū fuisset. palpate me & certificate vos ipsa palpatiōe. Videre. n. vsurpat frequēti vsu ad significādam certificationē cuiusq̄ sensus. Quia spiritus. quę existimatis videre: siue bonus siue malus / siue i corpe⁹ siue corpus hns aereū. carnē ⁊ ossa nō hz. quāuis assumāt qnq̄ similitudines carnis & ossiū: vt quū angeli (siue boni siue mali) in silitudine hoium apparēt. nō. n. tunc hūt vera ossa & verā carnē, sed silitudinē ossiū & carnis. sicut me videtis hēre. Et quū hęc dixisset, ostēdit eis manus ⁊ pedes. ¶ Adhuc āt illis nō credētibus ⁊ mirātibus pę gaudio. Legendū est sic. adhuc āt illis nō credētibus pę gaudio / ⁊ mirātibus. Significat tāta gaudii passio / vt nō applicarent mentem ad credendum illum esse iesum. Ita ꝙ non ex cordis duricia, sed ex velut ecstasi causata ex multo gaudio visis manibus & pedibus / nō applicabāt mentem ad credendum: sed erant velut in ecstasi admirātes. dixit. habetis hic aliquid q̄ mācducet? Testimonio oculorū & tactus adiungit cognitionē: vt ex oibus vitalibus operibus inducant ad credendū. At illi obtulerūt ei partē piscis assi, ⁊ fauū mellis. pro. ⁊ de apiario fauo. Ad dſiam fauorū aliorū aīalium / dicit ꝙ obtulerūt frustum faui mellis ex operibus apū. Et quū māducasset corā eis, sumēs reliquias dedit eis. pro. Et quū accepisset, corā eis māducauit. Nihil significatur de reliquiis: sed ꝙ acceperit oblatum piscem cum fauo & manducauerit coram eis.

Et dixit ad eos. Hęc sunt verba. hoc est hæc sunt facta. hebraico enim more gesta appellantur verba. q̄ locutus sum ad vos. Ad cōfirmandā veritatē suæ resurrectionis adiūgit testimoniū eorū quæ antę mortē dixerat eis: vt vndiq̄ cōprehendāt ipsummet esse qui fuit eorū magister. Nec commemorat quęcūq̄ prius dicta, sed spectātia ad ppositū. declarat enim hæc quę modo videt in ipso / eē illa q̄ olim eis prædixerat. quū adhuc essem vobiscū. hoc est quū cōmunis mihi & vobis eēt mortalis vita / quū cōuersabar vobiscū similis vobis passibilis. Quali cōmunione nūc nō erat cū eis: qm̄ ipse trāsierat ad vitam imortalem & ipassibilē. qm̄ necesse est impleri. Ad locutionē pręteritā iesu spectat hoc quod in pſenti dicitur / qm̄ necesse est impleri. cōmemoratio est. n. ꝙ prius dixerat hæc q̄ facta vidēt circa ipm / quoniā necesse est ipleri scripturas. oia quę scripta sunt in lege moysi ⁊ pphetis ⁊ psalmis de me. Scripturas de se distinguit in tres partes: legē / pphetas & psalmos. sub his reliquas scripturas cōprehēdens. ¶ Tūc aperuit illis sensum. pro. tūc aperuit illoꝝ mentē vt intelligerent scripturas. Hactenus manifestauerat se esse vetū eundē hoiem (. s. iesum) ab humanis: modo manifestat a diuinis / agēdo & operādo in eorū mentes. hoc enim diuinū est opus. donare piscatoribus statim vt intelligerēt scripturas pphetarū / nō hominis sed dei est opus. ⁊ dixit eis. Sūmarie colligit scripta ad ppositū. Quū sic scriptū est. Nō solū dicit sic scriptū est: sed assumit pro ratione dicendo quū sic scriptū est. Et significat ꝙ sic dispositio / modus & ordo gestarū & gerendarū rerū quæ subiungunt. ⁊ sic oportebat. Consequentiæ vis significatur / cōiunctione vim affirmationis habente. ac si dictum fuisset / & cōsequenter sic oportebat. Ita ꝙ sensus est. quū sic scriptū est, cōsequenter sic oportebat: hoc est oportebat illū ordinē / illū modū / illā dispositionē seruare quæ seruata est, qa sic scriptū erat. christū pati / ⁊ resurgere a mortuis tertia die / ⁊ pdicare in noie eius. Quinq̄ capita sūmat. primū de passione christi sic. secundū de resurrectione eius a mortuis tertia die sic. tertiū de pdicatione in noie eius. ¶ Vbi nota ꝙ quū dicit sic oportebat pdicari, pteritū oportebat non respicit prædicationē pręteritā (quū de futura sit sermo) sed respicit dispositionē futuræ pdicationis p apostolos. est enim sensus ꝙ oportebat sic: hoc est talē dispositionē / ordinē ac modū ad prædicandū efficere, qualis modus / qualis ordo / qualis dispositio effecta est: vt. s. colligeret iesus discipulos testes miraculorū / vitæ / prædicationis / passionis & resurrectionis suę. pœnitētiā ⁊ remissionē peccatorū. Pœnitētia opus est humanū: remissio pctōꝝ / opus est dei. sed pnia nihil valet sine remissione pctōꝝ / nec remissio pctōꝝ datur sine pnia. Significat. n. oportere prædicari vtrāq̄. s. malę actæ vitę pœnitētiā / nō quacunq̄ rōne sed in noie iesu, & tūc in eodē noie consequentē remissionē peccatorū. Et intēdit per hoc pdicandū esse ꝙ in īuocatione iesu / pœnitētes & baptismum suscipiētes cōsequerent remissionē peccatorū. in oēs gentes. Ecce quartū caput / extēsio pdicationis ad vniuersas mūdi gētes. incipientibus ab hierosolyma. Quītū caput / initiū apostolicę pdicationis definit hierusalē, ita ꝙ descripta materia ac termino pdicationis / describit modo initium locale. Vos aūt testes estis hoꝝ. Anceps est dictio grēca ad estis vel sitis. Declarat q̄ erūt isti pdicatores, dicēdo eos esse seu fore testes hoꝝ: quia interfuerāt / audierāt & viderant modū ordinem & dispōnem rerū gestarum.

Et ego mittā. Trāsit lucas a die resurrectionis ad diem ascensionis quo dixit iesus hæc verba: vt patet act. 1. Apte quoq̄ iungit hęc verba antedictis. nā postq̄ pdicatores eos & testes futuros descripsit / apte subiūgit dona necessaria ad hmōi officiū. Et ego mittā. Hinc theologe speculatiue autoritatē originis respectu spūsēti in filio insinuari itelligē: dū filius dicit. ego mittā. promissum. peculdubio spūm sēum. patris mei in vos. Et hic eandē filii et patris operationē itelligē: dū. pmissum filii. pmissum pfis dſ. filio? eni. pmiserat. Vos aūt sedete. hoc est qescite. in ciuitate. Deest. hierusalē. Mādauit. n. eis in die ascēsionis ne discederēt a hierusalē. quoadusq̄ induamini virtute ex alto. hoc est quoadusq̄ aduenies spūsēctūs tāta vos virtute repleat vt virtus diuina sit vobis tanq̄ idumētum. Et vere apparuit in apl'is tanq̄ idumētū: qm̄ exterius virtus diuina manifeste apparebat in eis sicut idumētū apparet / & regebat eos ipsi naturalis ignorātię nuditatē. erāt. n. idiotę. ¶ Eduxit aūt eos foras. In die siqdem ascēsionis mādauit eis vt extra hierusalē in mōtē irēt oliueti secū ibi futuri. in bethaniā. pro. vsq̄ in bethaniā. Locus ascēsionis in mōte oliueti iuxta bethaniā significat: ex eo ꝙ nō i bethaniā sed vsq̄ i bethaniā exclusiue educti dicunt. Et eleuatis manibus suis. vt exteriori ēt signo ad cœlestia mentes discipulorū erigeret. benedixit eis. Quę verba dixerit / scriptū non est. solū hoc scimus ꝙ verba bñdictionis ptulit. ¶ Et factū est dum benediceret illis, recessit ab eis. Vidētibus & attēdētibus discipulis recessit versus cœlū. ⁊ ferebat in cœlū. Hinc apparet ꝙ nō p modū gradiētis aut volātis sed p modū lati totus simul monebat sursum versus cœlū. hoc. n. significat ferebat in cœlū. Et ipsi adorātes. pro. adorato eo. Hinc discimus adorādū esse iesum. regressi sunt in hierusalē cum gaudio magno. Et erāt semp in tēplo laudantes ⁊ benedicētes deum. Amen. Vt pœptum iesu adimplerent, erant semper (hoc est horis congruis indesinēter) illis diebus vsq̄ ad pentecosten in templo / vacātes diuinę laudi & gratiarumactioni: vt sic idonei magis redderentur ad recipiendum pmissum spiritum sanctū. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen. Caiete die vigesimaquinta ianuarii. M.D.XXVIII.

¶ Cōmentarioꝝ thome de vio caietani cardinalis. s. xisti in euāgelium sm̄ lucam / finis.

¶ Vita sancti ioānis apli z euāgelistę per diuū hiero. in li. de illu ecclesiasticis scriptoribꝰ.

IOānes apostolus quem iesus amauit plurimum/filius zebedei/frater iacobi apostoli quem herodes post passionem domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium rogatus ab asiæ episcopis/aduersus cerinthum alioscꝙ hæreticos: & maxime tunc ebionitarū dogma consurgens/qui asserunt christum ante mariam non fuisse. vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. ¶ Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt: ꝙ quum legisset matthei/marci & lucę volumina, probauerit quidem textū historiæ/& vera eos dixisse firmauerit: sed vnius tm̄ anni (in quo & passus est) post carcerem ioannis historiam texuisse. Prætermisso itaqꝫ anno cuius acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis anteq̄ ioannes clauderetur in carcere gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit iis qui diligenter quattuor euangeliorum volumina legerint. Quæ tes etiam διαφωνίαν quæ videtur ioannis esse cum cęteris/tollit. ¶ Scripsit autem & vnam epistolam cuius exordium est. quod fuit ab initio/quod audiuimus & vidimus oculis nostris/quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ (quarum principium est. senior electę dominę & natis eius. & sequētis/senior caio charissimo quem ego diligo in veritate) ioannis presbyteri asseruntur. Cuius & hodie alterum sepulchrum apud ephesum ostenditur. & nonnulli putant duas memorias eiusdem ioannis euangelistę esse: super qua re quum per ordinem ad papiam auditorem eius ventum fuerit/disseremus. ¶ Quarto/decimo igitur anno secundam post neronem persecutionem mouente domitiano/in patmos insulā relegatus scripsit apocalypsim: quam interpretantur iustinus martyr & hirenęus. Interfecto autem domitiano/& actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub pertinace principe rediit ephesum: ibiqꝫ vsqꝫ ad traianū principem perseuerans totas asię fundauit rexitqꝫ ecclesias. & cōfectus senio/sexagesimooctauo post passionem domini anno mortuus/iuxta eandem vrbem sepultus est.

¶ Diuo augustino attributa in euangelium ſm ioannem prefatio.

OMnibus diuinę scripturę paginis euangelium excellit: quia quod lex & prophetę futurum prędixerunt/hoc completum dicit euangelium. Inter ipsos autem euāgeliorum scriptores/ioannes eminet in diuinorum mysteriorum profunditate. Qui a tempore dominicę ascensionis per annos sexagintaquinq; verbum dei absq; adminiculo scribēdi/vsqꝫ ad vltima domitiani prędicauit tempora. Sed occiso domitiano quum permittēte nerua de exilio rediisset ephesum, cōpulsus ab episcopis asię/de cęterna patri diuinitate christi scripsit aduersus hęreticos qui eo absente irruperant in eius ecclesias: qui christum ante mariam fuisse negabant. Vnde merito in figura quattuor animalium/aquilę volanti comparatur: quę volat altius cęteris animbus, & solis radios itreuerberatis aspicit luminibus. Cæteri nanqꝫ euangelistę/qui temporalem christi natiuitatem & temporalia eius facta quæ gessit in homine sufficienter exponūt/& de diuinitate panca dicunt, quasi animalia grefibilia cum domino ambulant in terra. Hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens/sed diuinitatis potentiam sublimius cōremplans, cum domino ad cœlum volat. qui enim super pectus domini in cœna recubuit, cœlestis haustum sapientiæ cęteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat siquidem euangelia trium euangelistarum/& approbauerat fidem eorum & veritatem. in qbus deęsse vidit aliqua gestarum rerum historię: & ea maxime quę dns gessit primo prædicationis suæ tempore: scilicet anteq̄ ioānes baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo (quasi dimissa ab illis) scribit ioānes quæ fecit iesus anteq̄ ioannes clauderetur. sed maxime diuinitatē christi & trinitatis mysterium commendare curauit. Tres siquidem alii euangelistę dicta & facta domini temporalia quę ad informandos mores vitæ presentis maxime valent/copiosius prosecuti, circa actiuam vitam sunt versati: in qua laboratur/vt cor mundetur ad videndum deum. Ioānes vero panca domini facta dicit: verba vero domini quę trinitatis vnitatem & vitę eternę fœlicitatē insinuant, diligentius conscribit. Et sic in contemplatiua vita/virtute commendanda, intentionem suam & prędicationē tenuit: in qua contemplatiua vacatur vt deus videatur. Iste enim est ioānes quem dominus de fluctuaga nuptiarū tempestate vocauit: & cui matrem virginem virgini commendauit.

Thomae de Vio Caietani

Cardinalis sancti Xisti: in euangelium ſm Ioannem commentarij.

EVangelium ſm ioānem. Ioannes vltimus euangelista (de diuinitate iesu christi tractans) occurrit. Et titulus quidē declaratus est in principio matthæi. ¶ Singularis autē modus huius euāgelistæ est ꝙ narrat etiam minutulas circūstantias rerum gestarū: ne quispiam putaret ꝙ ipse fuerit autor doctrinæ talis ac tantæ circa quā liber hic fere ex integro occupatur. quēadmodū plato fingit socratē aut parmenidē docentem/quæ tm̄ ipse plato docet. Ad excludendū inquā hunc errorem a mentibus legentium hoc euangelium/& significandum ꝙ iesus in veritate hæc docuit, refert per singula minutissimas circūstantias historiæ: vt qua occasione/vbi/quando/quo interrogante &c̄. ſm veritatem historiæ iesus docuerit significet. Propter quod forte illas solas res gestas euangelista narrat quæ spectāt vel ad cōtinuationem temporum/occasionum &c̄. vel ad omissa ab aliis euangelistis.

CAPVT PRIMVM.



IN principio. Principium non substantiæ sed relationis nomen est: & intelligi nequit sine illo cuius est principium. Directe itaqꝫ ioānes inchoat euangeliū contra hebionitarū errorem: dicentium iesum christum nō fuisse ante matrē suam. In principio inquit: subaudi durationis. Moyses describens generationē mundi/inchoauit a principio tēporis: dicens. in principio/tēporis, creauit &c̄. Creatus est. n. mūdus ad literam in principio tēporis. Ioānes vero vt cōprehendat etiā principium eiternitatis, inchoat a principio durationis: quæ cōis est tēpori & eiternitati/& cuicunq; alteri imaginabili durationi. erat. Moyses dixit/in principio creauit: scribens actionē creationis mēsuratā instanti principio tpis. ioānes aūt scribit non actionē sed esse, non mēsuratum initio durationis/sed præcedens initium durationis: & ita p̄cedens ꝙ tm̄ non desiit in initio durationis/sed est p̄seuerans. Et ꝓpterea non vtitur p̄terito p̄fecto (non dicit fuit/tanq̄ iam desierit) sed p̄rerito imperfecto, dicendo erat. Præteritū. n. impfectum cōsignificat ita tempus præteritū/ꝙ simul consignificat perseuerare in illa duratione de qua est sermo. Vñ dicendo/in principio erat, significat ꝙ præcessit initium sic ꝙ p̄seuerans erat cum initio. ¶ Hæc duo simul iuncta/esse æternū a parte ante significant. nam ex hoc ꝙ res aliqua in initio durationis erat/optime infertur nunq̄ incœpisse eius durationē. Si. n. incœpisset ipsius duratio/ergo in principio durationis non erat: qa non præcessisset initium durationis qua incœpit. Ab æternitate ergo a parte ante/cōtra dicentes iesum inchoasse ex tpe, directe incipit ioannes. Et describit eam nō a negatione sed ab affirmatione (. in principio erat) tam breuiter & tam formaliter vt vere monstret spiritus sanctus locutus in ioāne. verbum. Vbi scito ꝙ in textu græco præponit articulus. acsi diceret illud verbum. Significatur. n. per articulū ꝙ non de verbo in genere/neq; de quocunq; verbo, sed de insigni ac singulari verbo est sermo. Vñ patet ꝙ non de sensibili verbo/sed de intelligibili ac supremo verbo loquit. ¶ Et qm̄ ad intelligibilium notitiā manuducimur p̄ sensibilia, ideo ex sensibilibus verbis ad intelligibile verbū erigendus est intellectus. Sensibilia verba frequenti vsu appellamus siue oēs dictiones significatiuas (nomen/verbū/participium/pnomen) siue sermonē ex multis constantem dictionibus. Dicimus. n. audi verba mea. sępe in sacra scriptura dicit/factum est verbū dñi ad talem prophetā. & beata virgo dixit gabrieli/fiat mihi ſm verbū tuum. Sicut itaq; verbum sensibile (siue simplex siue cōpositum) est id quod dicit, ita intelligibile verbū est id quod intellectus apud se dicit/intelligendo aliqd. loquit. n. sibi ipsi intelligens, dum explicat actuali intellectione aliquid. Ita ꝙ cōceptus ille quem intellectus intelligēdo format de re quā cognoscit/appellatur verbū intelligibile: appellat quoq; ratio. Et qa dictio græca hic posita significat verbum/sermonē & rationē/et sermo spēs est verbi (nā est verbum cōstans ex simplicibus verbis) magis quadrat ꝓposito verbum q̄ sermo. Cōpositum. n. minus quadrat q̄ abstrahens a cōpositione. At si interpres sicut transtulit verbū transtulisset ratio (dicendo in principio erat rō) non erraret. imo ꝓpinquiori vocabulo vsus fuisset: quū ratio non nisi intelligibilis generis est: verbum aūt per translationē a sensibilibus intelligibile genus ingredit. Consulto tm̄ credimus amplexam hanc fuisse significationē/vt verbi potius q̄ rōnis noie vteremur in ꝓposito: quia explicatur verbi noie ordo originis/qui nō explicatur noie rōnis. verbum. n. intelligi nequit nisi a dicente: ratio aūt intelligitur rō/absq; hoc ꝙ intelligat excogitata. Multis itaq; existentibus intelligibilibus verbis (nam

homo intelligens formatsuum intelligibile verbū rei quā intelligit:& angeli formant sua verba eorum quæ intelligūt:& deus ipse intelligendo seipsum & omnia alia in seipso/dicit vnum verbū ipsius dei & omnium aliorū)ioānes de supremo verbo ait/in principio erat verbū:describens illius æternitatē.¶ Significantius q dicit verbū in singulari numero:ad significandū illud esse vnicū & simplex/non cōstans ex multis verbis.vnico.n.verbo dicit a deo totus deus/simul eum toto vniuerso & quocūq possibili & quouis mō intelligibili.Et ad hanc summā excellentiam verbi denotandā tendit articulus in idiomate græco ꝓpositus ab ipso ioāne qui græce scripsit. Acsi aperte dixisset,in principio erat illud verbū quod est verbum omniū.i.dei & omniū rerum/sensibilium & intelligibiliū/& possibilium & imaginabiliū.De hoc.n.verbo affirmat esse æternū:dicendo/in principio erat verbum. Et(vt dictum est)idem quantum ad rem significaretur dicendo/in principio erat ratio.

Et verbum. In textu græco præponit iterū articulus:ad significandū q de eodem verbo subiungitur hæc erat. Cōprehendit præteritū absq desitione.**apud deum.** In textu græco preponit articulus dictioni deum:ad significandū deum qui est vere deus/nō participatione aut nōiatione.¶ Descripta æternitate verbi,qa nec verbū nec sermo nec ratio intelligi pōt solitarie(oportet.n.tam verbū simplex q cōpositum ab aliquo dici/& rōnem esse alicuius intelligentis rōnem)ideo cōsequenter subiungit cuius est rō illa/a quo dicit verbū illud:aperiendo q verus deus est ille cuius est verbū seu rō. Vbi vltra hanc originis implicite significatā conditionē/aliæ duę eiusdem cōditiones simul describunt. Altera est q nō separatur a deo dicēte ipsum.altera est q est distinctū a deo dicente ipsum.¶ Vide singula. Ex hoc q verbū quatenus verbū(formalis.n.est locutio intelligenda in tam sublimi re)erat apud deū,infert q deus erat dicens illud verbū:aliogn non inquārum verbū esset apud deum.verbū.n.quatenus verbū/non est apud aliquē n.si dicentē illud. Rursus ex hoc q verbū est apud deum,significat q non distat & q non separat proprie est apud semetipsum(nam ꝓpositio apud/distinctionē extremoꝝ secum fert simul cum cōtinuitate eoꝝ)ideo hinc describitur distinctio verbi a deo dicente.¶ Scito q dictio interpretata apud/sonat principali sua significatione ad.quis vtantur etiā illa græci pro apud.& ꝓpterea tam particula hęc(& verbum erat apud deū)q subiuncta(hoc erat in principio apud deum)pōt legi dupliciter:vel apud deū/vel ad deum.Et si quidē legitur apud deum,sensus iam dictus est. Si vero legit ad deum, sensus non minus tenus verbū habet esse relatiuū ad deum. Relatio.n.non significat ꝓprie & formaliter dictione quacūq quēadmodum significat dictione ad.nam formalis ac ꝓpria rō essentialis relationis cōsistit in hoc q significat ad.pater.n.est ad filium/& filius ad patrē:æquale est ad æquale/& simile ad simile:& sic de reliqs formaliter sumptis relatiuis.Ex hoc.n.q ad/verbo substantiuo adiungit in hac ꝑla(dicendo & verbum erat apud deū)docemur q verbū quatenus verbū non faciebat/non dicebat/non pendebat,sed erat ad deum:hoc est q esse verbi erat esse ad deū. Et hoc ad dēm cuiuscūq creati verbi/cuiuscūq creatæ substantiæ.nam de nullo verbo creato/de nulla substantia creata verificari pōt q est ad deū:sed q pendet a deo.Nullius.n.creati verbi aut substantię creatę esse est relatio ad deū:sed hoc est eminentissimę deitati proprium q ꝑsona diuina cum hoc q est deus est ad deū/est relatio ad deum.Hmōi igitur eminentia significat dicendo & verbū erat ad deum.¶ Manifestat nihilominus per prepositionē ad/distinctio verbi a deo cuius est verbū.nam dicendo verbū erat ad deum/excludit relationē rationis,& significat relationem realem.Non dicit & verbū dicebat ad deum/sed erat ad deum:vt ad/non ſm intelligi sed ſm esse,vt ad non rōnis sed reale manifestet.relationem autē realem inter vnam & eandē rem nullus admittit, sed rationis tm. Quocirca realem distinctionē verbi a deo dicente verbū/ioānes per hęc verba manifestat.¶ Ita q ex hac particula(& verbū erat ad deum)duo reuelant.Alterū q esse verbi/ac per hoc oīum personarum diuinarū,est res relativa:imo vt rectius loquar est relatio realis. Alterū q verbum distinguitur realiter a deo dicente ipsum:ac per hoc q personę diuinę oēs distinguunt inter se realiter.

Et deus erat verbum. Descripta æternitate verbi & cōtiguitate eiusdē ad deum dicentē/describit mō quidditatē verbi:declarando qd est/& dicendo q erat deus.Et dixit hoc/ne erraremus,male intelligēdo distinctionē verbi a deo dicēte:ne intelligeremus ęternū verbum esse quidē apud deū/non tn esse deū. Ad hoc.n.excludendū subiūgit q verbū erat deus:aperte dicens.ita verbū erat apud deum q etiā erat deus.¶ Sed occurrit hic occasio magna erroris arrianorū:eo q in græco textu in hac tertia ꝓpositione non præponit articulus dictioni deus/sed dictioni verbū.ita q significat q illudmet verbū erat deus:sed nō explicat q erat ille deus qui per articulū significat verus deus. Hinc.n hereticі dicunt verbū summum esse deū participatione:ac per hoc minorē deo vero.¶ Duæ ingerunt difficultates.altera de diuinitate verbi.altera de hoc textu. Illam nūc supponamus:qm alibi in testō nouo clare ponit/appositio articulo dictioni deus:vt inferius patebit.Ad hanc aut de hoc textu/rndet dicendo non valere argumentū ex nō apposito articulo:qm in hocmet capō bis euangelista summū deum noiat sine articulo.s.dicendo fuit hō missus a deo/& dicendo deū nemo vidit vnq.cōstat.n.vtrobiq sermonē esse de vero per essentiā deo/ & nō de deo per participationē. Nullius ergo efficaciæ est argumētum arrianū/sumptū ex non ꝓposito

articulo dictioni deus,dicendo & deus erat verbū.¶ Ratio aut quare non præposuit euangelista hoc in loco articulū est:q coactus fuit ioānes ne ptæponeret articulū ad euitandā confusionē diuinarū personarū. Quū.n.dixisset verbū esse apud deum dicentē/demōstrando deū cum articulo,si subiūxisset verbū esse deū cum articulo/significatū fuisset q verbū esset illemet deus dicens:qđ esset cōfundere ꝑsonas dicētis & verbi. Hac itaq necessitate cōpulsus/abstinuit ab articulo:& nō ad signandum aliqd minus vero deo.Nisi.n.de vero deo intenderet loqui,vane subiunxisset/& deus erat verbū.nam ex hoc q descriptum erat æternū a parte ante/& apud verū deum dicentē ipsum,satis constabat q erat fere deus. Vnde addēdo q erat deus/significauit q erat verus deus.Non enim semper verus deus in textibus grecis significat cum articulo:vt monstratum est.q̄uis quandoq hoc fiat.

Hoc erat in principio apud deū. Iam dictū est q ꝓpositio interpretata apud/sonat potius ad.& ppea in tota expōne sequenti,per apud/intellige apud seu ad. Ne intelligeremus tria antedicta vera esse singillatim & nō simul,ad excludēdas oēs cauillationes subiūgit colligēdo oīa/declarādo ea esse simul vera.Et est sensus.hoc.s.verbū deus,apud deū erat in principio. Verbū deus fuerat tertio loco dictū:apud deum/ secūdo loco:erat in principio/primo loco.Et oportuit hāc collectionē effici:ad declarādū q verbū erat in principio deus/& q erat in principio apud deū.ne erraremus intelligēdo q verbū erat qdē in principio,sed nō erat in principio apud deū/sed nō erat in principio deus. Cuncta ergo ęterna ee a parte ante describit hac collectione.¶ Circa dicta aduerte erudite lector,distinguendū esse inter ea q cognoscum? de deo lumine naturalis rōnis/& illa q̄ sunt de deo tradita lumine diuinę reuelationis. Nā si intra latitudinē notoꝝ de deo lumine naturali sistat,sola essentialia(hoc est ptinentia ad substantiā dei absolute) cognoscimus:puta q deus est actus purus/intelligēs seipm & oīa alia in seipso/q est volēs/summe fœlix/a nullo pēdens/& reliqua oīa q̄ sunt pfectionis simplr. Nihilq cognoscimus de vocatis notionalibus seu ꝑsonalib?.hęc.n.naturale lumē itellectus excedūt:& lumine fidei credim?. In hoc cognoscibilū ordine sunt hęc q̄ ioānes de verbo tradit. Scribit.n.euāgelistā nō pīis icredulis,sed fidelib? chīi.& ppea reuelata asserit.¶ Nō ergo putes rōne naturali cognosci verbū a deo dici/apud ipm pmanēs:sed reuelatiōe diuina hoc hīt.nā lumē rōnis naturalis nō ducit nos ad cognoscēdū verbū ꝑsonale distinctū a dicēte:sed ad cognoscendū q in deo idē est intelligēs & intellectū/dicens & dictū,oībus modis absq vlla oīno distinctione:qm̄(vt dictū est)essentialia tm̄ nouimus.& hoc qđ cognoscim?/est vere infra essentialia sistēdo/ sniæ/legēdo nihil.Ecce quāti refert interpretari ad verbū/& interpretari iuxta interpretis intellectū.¶ Dixerat itaq oīa facta p verbū. Et qm̄ cōstat falsum esse vt verba sonant oīa facta fuisse per verbū/qa deus nō est factus per verbū qui tn̄ cōprehendit sub oīa,iō hęc oportuit subiungere. Ar si dixisses intelligi distributionē accōmodā, materia ꝓbest hęreticis excipiēdi:& sicut tu accōmodas oīa ad reliqua citra deū & verbū,ita arrius accōmodabit ad opa sex dierū:de qbus dr̄/& vidit deus cuncta q̄ fecerat.& sic ruet ioānis doctrina. Ad declarandū igit pro qbus distribuit oīa/subiūgit & sine ipso factū est neq vnū qđ factū est:apte dēclarans q distribuit pro oībus factis/apte excludens oēm exceptionē/apte monstrans verbū non esse factū. Ex hoc.n.q oīa facta/sunt facta per verbū, constat verbū significari alienū esse a factis.nec oportere excipe deū aut verbū:quia oē non factū exceptū est ab ipso ioāne,dicēdo.& sine ipso/verbo,factum est nihil seu neq vnū qđ factū est.hac.n.subiūctione clare cōprehendit oīa facta:sive visibilia sive inuisibilia/sive inter opa sex dierū sive extra aut ante illa.adiecta.n.hæc vlis negatiua cuiusq facti absq

ipso verbo/omnem tollit ambiguitatē & exceptionē. Si adiecisset & sine ipso factum est nihil/nō apponēdo quod factū est,adhuc sub dubio seu exceptione reliquisset distributionē affirmatiuā & negatiuā. & ideo apposuit quod factum est:vt claram distributionē redderet/& nullū ambiguitati aut exceptioni locū relinqueret:aperiendo ꝙ de factis oībus ac solis loquit. ¶ Vbi etiā significantius apponit præpositio sine siue absq; societatē significans ipsius cum faciente. Quia enim dixerat omnia per ipsum facta, ne ex modo loquendi/minoritatem aliquā aut velut organū aliquod verbum intelligetes cōcurrere ad factionem rerum/curauit euangelista adiungere præpositionē denotantem societatē:vt vel sic tolleret occurrentem forte tuæ phantasiæ minoritatem verbi ad faciendum res.

Rñdit ieſus. Intellexerat petitionē nicodemi, ſummarie ſignificatā ab euangeliſta recitatis verbis/ve/niſti magiſter. & incœpit ipſum inſtruere/inchoans a lege regenerationis per baptiſmū. Quod. n. man/daturus erat apoſtolis (. ſ. docete oēs gentes/baptizantes &c̄.) incœpit facere/docēdo nicodemū de fide ſacramēti baptiſmi. ꝛ dixit ei. Amen amen dico tibi. Legē mundo ꝓmulgans de baptiſmo/non dicit hæc dicit dñs (vt moyſes & ꝓphetæ dicebant) ſed autoritatiue loquiſ dicendo dico: incipiens hinc ex/citare nicodemū ad maiorem de ſe fidem. Minus ſiquidē de ieſu ſentiebat nicodemus: qui pro ſummo titulo ꝓfeſſus eſt ieſum magiſtrū deſtinatum a deo. hic. n. titulus cōis erat chriſto & reliquis prophetis. Per hoc aūt ꝙ dicit dico/maiorem ſe ꝓphetis cunctis ex mō loquendi aperit. niſi qs renatus. pro. na/tus/fuerit denuo. Dictio interpretata denuo/anceps eſt ad denuo vel ſuperne. Verba autem nicodemi ſubiuncta (quō pōt hō naſci/& nunqd poteſt in vteꝝ matris ſuę introire) teſtanſ ꝙ optime ac vere in/terpretata eſt denuo. Nam ſi ieſus dixiſſet oportet vos naſci ſupne, non obiecciſſet nicodemus ea q̄ ſunt generationis carnalis: vt patet ex hoc ꝙ poſtq̄ ieſus explicauit ꝙ oportet vos naſci ex aqua & ſpū/nihil oppoſuit de mō generationis carnalis. Hinc. n. habeſ ꝙ ſi in primis verbis ieſus dixiſſet oportet vos na/ſci ſupne, iam intellexiſſet nicodemus ꝙ non de carnali generatione loquereſ: ac per hoc non obiecciſſet quæ obiecit, audiendo ſimplr & abſolute oportet vos naſci iterū. ℣ Et nota legē: quia neceſſitatē impo/nit/dicendo niſi quis. non pōt videre regnū dei. Regnum dei duplicē habet ſtatum. Alterū in preſen/ti vita in mentibus fidelium. Secūdum quē ſtatum inquit apoſtolus ad ro. 14. non eſt regnū dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpū ſancto. Alterū in futura vita æternæ fœlicitatis. Vī videre regnum dei in ſtatu fœlicitatis/eſt ꝓprium beatis: qa ſoli beati vident fœlicitatē illam in ſeipſa. Videre autē regnum dei ſm præſentē ſtatum/nullis aut paucis electis cōceditur. fide enim & non euidentia re/gni ambulamus. ℣ Quū ergo dicitur non poteſt videre regnū dei, de expectata & deſiderata ac præpa/rata cunctis electis viſione regni dei ſm ſtatum fœlicitatis eſt ſermo. Et ſignificaſ ꝙ niſi quis iterum na/tus fuerit/non poteſt pervenire ad expectatam viſionem fœlicitatis regni dei.

Dicit ad eum nicodemus. Quō poteſt homo naſci, quum ſit ſenex? Audiens nicodemus ꝙ opor/tet iterū naſci/obiicit primo ab ætate. obiicit aūt interrogatiue/reuerentiā ſeruans. Et citat ſenectutem: vt ab ætate oīno cōtraria naſcenti/obiectio ſit euidentior. Numquid pōt in ventrem matris ſuę ite/rato introire. Obiicit ſecūdo a modo naturali naſcendi: vt tanto rōnabilior appareat admiratio. ꝛ re/naſci. pro. ꝛ naſci? ¶ Rñdit ieſus. admirationi nicodemi. Amen amen dico tibi niſi quis renatus

pro. natus/fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto. Superfluit sancto. Explicat sensum verboꝝ dictorũ: declarando ꝙ non loquit̃ de natiuitate carnali, sed de natiuitate ex aqua & spiritu. ¶ Vbi attente nota singula verba. Nam dicendo nisi quis, omnes cõprehendit/oĩbus necessitatẽ imponit/nullũq; excipit. nullam ætatem/nullũ sexum/nullam conditionẽ excipit, sed cuiusq; differentię hominẽ cõprehendit dicendo quis. ☞ Dicẽdo natus/nouam naturã in illo significat. omnis. n. natiuitas/alicuius est naturæ. Et hoc ad differentiam eoꝝ qui baptizant̃ sed non nascunt̃ filii dei/quia obicem ponunt. ☞ Quod aũt dicit ex aqua (non ex vino/non ex oleo/aut quacunq; re alia sensibili) statutũ est ipsius iesu christi qui est verus deus. Et sicut reliqua iura velut positua diuina/pro ꝓpria rõne habent diuinam volũtatem, ita & hoc. Potuisset. n. iesus nouam natiuitatẽ statuere sine aqua & sine oĩ elemento sensibili: sed placuit sic maiestati eius. Non tñ sine multa rõne ex parte nostri: qui per sensibilia naturaliter ducimur in spũalia/qui compositi sumus ex natura corporis & spũs. vt intelligamus ex ablutione exteriori internã animi ablutionem: vt pcipiamus ꝙ sicut aqua mater est omniũ viuentium/ita sacramentũ hoc initium est nouæ vitæ: vt credamus/hoc sacramẽto in eam nos nasci naturã quæ beatitudo est nõ solum animæ sed etiã corporis. hinc. n. corpora nostra erunt gloriosa. ☞ Quod demum dicit & spiritu/formale est & id in quo summa totius consistit: & est velut naturale ius diuinũ. Nasci siquidẽ ex spiritu/necessariũ est simpliciter & absolute ad cõsequendum regnũ dei ex ipsa extremoꝝ natura. nam regnum dei nõ carnale sed spũale est: & non caro sed spũs est qui meretur regnum dei. Et quũ humani spiritus vires ad hoc nõ sufficiant, oportet diuino spiritu humanũ fulciri/oportet in diuinum spiritũ humanum eleuari ad hoc vt mereat̃ regnum dei. **non põt introire in regnum dei.** Quod superius dixerat non põt videre/modo explicat non põt introire: vt intelligamus coincidere videre regnũ dei/& introire in regnum dei. ☞ Aduerte hic ꝙ lex ista quo ad nasci ex spũ/non est noua: sed cõis est omnium temporꝝ non solum hoĩbus sed creaturis rõnalibus vniuersis. Sed ex ea parte qua exigit̃ nasci simul ex aqua/lex noua est, non ligans præteritos: qtñ nulla lex obligat præteritos. Et ꝓpterea non oportet esse solicitũ de iustis antiquis qui non sunt geniti ex aqua & spũ. ☞ Si aũt obiicitur ꝙ etiã posteriorꝝ multi ingrediunt̃ regnum dei non nati ex aqua & spiritu sed ex spiritu tantũ: vt qui catechumini morte occupant̃/& qui in sanguine martyrii baptizãtur. in promptu est rñsio/ꝙ oẽs sunt nati ex aqua & spiritu q̃is non re tñ voto. **Quod natũ est ex carne caro est: ⁊ qõ natũ est ex spiritu spũs est.** Declarato sensu quo dictum est oportere nasci denuo/declarat quid est id quod hac natiuitate nascitur. Declarat aũt ex similitudine carnalis generationis: dicendo ꝙ quẽadmodum quod natum est ex carne/hoc est ex carnali principio ꝓductiuo/assimilatur suo animaliũ. omnia. n. genita/carnalia sunt, quia nascunt̃ a principiis carnalibus) ita & quod natum est ex spiritu vt a ꝓductiuo principio/assimilat̃ spiritui, ac per hoc spũs est. **Non mireris ꝙ dixi tibi/oportet vos nasci denuo.** Concludit ex declaratione tam generantis q̃ geniti debere cessare admirationẽ nicodemi/de hoc ꝙ dixerat oportet nasci denuo. ¶ **Spiritus vbi vult spirat.** Dixerat hominẽ oportere nasci denuo: & declaraterat huius natiuitatis effectiuũ principium esse spiritũ/& similiter terminũ esse spiritum. Et qñ constat hominẽ non esse spiritũ/nec posse fieri spiritum, ideo manifestat quo sensu dictũ est ꝙ oportet hominẽ ex aqua & spiritu nasci spiritũ. Manifestat aũt hoc/declarando conditiones spũs in quibus hõ natus ex spiritu assimilat̃ spiritui: vt hinc intelligamus hominẽ nasci spũm participãdo has spiritus cõditiones. ¶ Prima itaq; cõditio spiritus generantis est/ꝙ vbi vult spirat. Ex qua conditione ad literã significatur ꝙ de spũ sancto qui habet ꝓprium velle est sermo. Nisi. n. haberet actum voluntatis, falso de eo diceret̃ vbi vult. Hic est siquidẽ spiritus de quo apostolus inquit. & hęc operat̃ vnus atq; idem spũs/diuidens singulis ꝓut vult. ☞ Nec solum significat ꝙ vult sed ꝙ vult libera electione/dicendo vbi vult. Electio. n. loci significat dicendo vbi vult. Sed locus susceptiuus spirationis nõ corpus est/sed animus. Et intellige per spirare ꝓpriam spiritus operationẽ. Ita ꝙ sensus est. spiritus operationẽ propriã exercet in quo vult. ¶ Si dictio interpretata vbi/põt interpretari quo (quod nõnulli affirmãt) magis cõgrueret legere/spũs quo vult spirat: propter aduersatiuã subiũctam/sed nescis vnde veniat aut quo vadat. hæc. n. aduersatiua supponere videt vt dictum sit spiritũ aliquo tendere: quod significat dicendo/spũs quo vult spirat. Et est sensus ꝙ per operationẽ suam ꝓpriam tendit quo vult/electione libera. **⁊ vocem eius audis.** Secũda conditio generantis spũs est/ꝙ vocem eius audis. In qua significatur spiritum generantẽ habere vocem sensibilẽ/dicendo & vocem eius. & ꝙ vox eius auditur etiã ab iis qui imperfecte credunt: qualis erat nicodemus. & ꝓpterea in secũda persona dicit audis. ☞ Est aũt vox spũs generantis tum illa de qua scriptũ est. non. n. vos estis qui loqmini, sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis. Tum illa quæ scripta est in libris prophetarũ: iuxta illud symboli. qui locutus est per ꝓphetas. Et vtrunq; specialiter audiebat nicodemus: quoniã doctor erat/sæpe voces prophetarũ audiens: & audiendo verba christi/actualiter audiebat vocẽ spiritus. **sed nescis vnde veniat, aut.** pro. ⁊/**quo vadat.** Tertia conditio est insciti a vtriusq; terminiꝰ scilicet a quo/vnde veniat, & ad quem/quo vadat. Et est sermo de venire & ire per operationem. Est enim sensus. ꝙ nescimus vnde veniat/hoc est ex qua ratione procedat in tale opus: & similiter nescimus quo vadat/hoc est ꝓprium finem quẽ intendit per talem spira-

tionem. Nam & rationes propriæ diuinoꝝ operum apud deum/ignotæ sunt nobis: & ꝓprii fines quos intendit deus/ignoti quoq; sunt nobis. præter hoc ꝙ tam vltimus finis q̃ prima origo procul est a scientia nostra. **Sic est omnis qui natus est ex spiritu.** Non dicit/sic est natiuitas spiritus: sed sic est, non aliquis sed oĩs qui natus est ex spũ. vt intelligamus manifeste significari sic esse genitũ ex spũ quẽadmodum est spũs: & perpendamus genitũ assimilari generanti in istis tribus descriptis conditionibus spũs. hoc. n. clare significat aduerbium sic. ¶ Et intẽdit per hæc instruere nicodemũ ꝙ homo natus ex spũ est spũs quãtum ad has cõditiones. quod sub aliis verbis dicimus ꝙ est spũalis habens has spũs conditiones. Participat in primis ꝙ vbi vult spirat. ne erraremus intelligendo natos ex spũ/veluti furiosos impetu agi (vt multi intelligunt) tanq̃ non sint dñi sui impetus. Ne inquã has insanias attribueremus natis ex spũ, explicauit magistrorũ optimus ꝙ oĩs qui natus est ex spũ/sic est vt spũs qui vbi (seu quo) vult spirat. ad significandũ ꝙ natiuitas ex spũ/fert non tollit libertatẽ liberæ electionis ꝓprii operis spũalis: sed nati ex spũ, tendunt spũali opere quo libere volunt/operant̃ in quo volunt exercitio. Propter quod & apostolus dixit ꝙ spũs prophetarũ subiecti sunt eis. Hanc conditionẽ diligentissime nota: contra illos qui spũales esse credunt̃/excusantes se ab aliquo indecenti ꝙ nõ possint aliter facere. tales. n. spũs nescit euangelica atq; apostolica doctrina. ☞ Participat secũdo ꝙ vocem ex spiritu ꝓfert sensibilẽ. ex abundantia. n. cordis os loquit̃. Eius siquidẽ qui ex spiritu natus est, vox quidẽ præcipue/sensibiles tñ omnes operationes ex spiritu ꝓcedunt: qm̃ spiritus præest animo/& dirigit operationes oĩs. ita vt audiamus vocem taliũ tanq̃ vocem spũs: hoc est cognoscere possimus ex signis visis & auditis internũ spiritum. ☞ Participat & tertio ꝙ ignorat̃ ab aliis vñ veniat & quo vadat. Quãuis. n. vocem & opera audiant & videant, nesciunt tñ euidenti cognitione diuinũ principium vnde venit/& similiter diuinum terminũ quo vadit. ☞ Et quũ legis/sic est oĩs qui natus est ex spũ, intellige sic actu vel habitu: ne infantes baptizatos neges natos ex spiritu ꝓpterea ꝙ non habent actu velle vt rendãt quo volunt. Rursus intellige sic/quãtum est ex natura spiritus ex quo homo nascit̃. Quod ideo etiã intelligendũ est: quia multi nascunt̃ in baptismo ex spiritu impfecte ꝓpter ipsoꝝ indispositionẽ. vel corporalem: vt infantes. vel spiritualẽr vt adulti qui minus deuote baptizant̃. Parantẽ fuit vt diuina sapientia explicaret effectum ꝓprium baptismi in recipientibus ipsum pfecte. s. fm actum volendi &c̃. vt relatiue ad pfecte recipientes/intelligeremus & metiremur impfecte recipientes baptisma. Talis siquidẽ est cuiusq; doctrinæ modus, vt actus doceat relatiue ad recipientia perfecte dispositа: vt facile patet discurrendo per singulas.

¶ **Respondit nicodemus: ⁊ dixit ei. qũo possunt hęc fieri?** Audita natiuitate hoĩs ex spiritu/& auditis cõditionibus quas habet hõ natus ex spiritu, mouet̃ nicodemus (qui venerat vt disceret) ad inquirendum modũ quo possunt hæc fieri. Et demõstrat ꝓnomen hæc/tum natiuitatẽ hominis ex spiritu/tũ efficaciam huius natiuitatis/tum necessitatẽ huius natiuitatis. hæc. n. tria iesus dixerat. Nam nõ solum dixerat hoĩes nasci ex spiritu, sed dixerat necessitatẽ/nisi quis natus fuerit/oportet vos nasci. & efficaciã videndi & introeundi in regnũ dei. Modum itaq; discere quærit quo hęc fieri possunt. ¶ **Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Tu es magister in israel.** pro. israelis. Hinc apparet nicodemũ non solum inter primatios fuisse iudęoꝝ/sed etiã fuisse legis diuinæ doctorẽ. propterea. n. dicitur magister israelis. **⁊ hęc ignoras?** Admiratiue legenda sunt: sonantq; nõnihil reprehensionis/ꝙ doctor populi fidelis ignoret hęc. Et vere non debebat vlq; quaq; ignorare hæc: qm̃ nosse poterat multos ꝓphetas natos ex spiritu/spũales/expectantes regnum dei &c̃. ☞ **Amen amen dico tibi.** Respurus dñs nicodemo ad quæsita/præponit tria opportuna ad ꝓpositum. Primum est cõmune dicendis & dictis: & est clara euidentia apud ipsum iesum omnium dictoꝝ & dicendoꝝ. vt per hoc intelligat nicodemus ꝙ iesus nõ loquit̃ ex auditu aut ex existimatione/aut etiã ex certa fide, sed ex certa scientia & euidẽtia. hoc. n. significat dicendo. **q; qõ scimus.** Non dicit credimus sed scimus/certa notitia cognoscimus. **loquimur.** quibuscũq; loquimur. **⁊ qõ vidimus.** Non dicit quod audiuimus. **testamur.** quibuscũq; testamur. Vtitur aũt numero plurali primę ꝓsonæ/propter duplicẽ notitiam, vtranq; claram & euidentẽ: creatam. s. & increatam. Anima siquidem ꝓsonæ/propter duplicẽ notitiam, vtranq; claram & euidentẽ: creatam. s. & increatam. Anima siquidem christi ab initio creationis suæ sciuit & vidit oĩa. præter hoc ꝙ christus erat verus deus/sciens & videns omnia. Ita ꝙ dicendo quod scimus/deum & hominẽ refert. nam deus & homo sciuerunt/viderunt/locuti sunt/testati sunt. Non ꝙ in christo duæ sint ꝓsonæ deus & homo: sed pluralis numerus ad pluralitatem referẽ naturarũ. ☞ Quãuis hoc posset etiam ꝓpter spiritus sancti personã quę simul cum filio loquebatur & testificabat̃ (de qua erat sermo) dictum intelligi. **Et testimonium nostrum non accipitis.** Secũdum quod præmittit est ꝙ modus discendi qũo possunt hęc fieri/est non modus cognoscendi euidenter sed credendo. Ad hoc. n. spectat quod dicit̃/& testimoniũ nostrum nõ accipitis. testimonium nãq; ad fidẽ non scientiam faciendã ordinatur. Et intendit per hoc insinuare nicodemo ꝙ si vult nosse qũo possunt hæc fieri/præparet se ad credendũ ipsi christo: & non pseueret in hac duricia non accipiendi testimonium nostrum. ☞ Vbi nota ꝙ dicendo non accipitis in plurali numero, insinuatur nicodemum non solum instrui/sed alios cum eo esse similes ei in credulitate imperfecta. Quod etiam superius insinuatum est in primis nicodemi verbis/dicendo pluraliter scimus quia a deo venisti. Quia tamẽ nicodemus caput eorũ erat/& ipse solus loquebatur, ad eum sermo dirigitur. ¶ Siquis tamen hæc verba

aliter exponeret(vt.ſ.ieſus ſe & prophetas monſtrauerit/dicendo quod ſcimus lõquimur & quod vidimus teſtamur;& mõ dicendo non accipitis/demõſtrauerit iudæos minus credulos ſibi & ꝓphetis)nõ erraret. Verificat.n. ꝓportionaliter de chriſto & oĩbus ꝓphetis/quod ſcimus loqmur & quod vidimus teſtamur;& de iudæis ꝙ teſtimoniũ noſtrum non accipitis. Vos.n.inqt ſtephanus ſemp reſtitiſtis ſpũi ſancto. Et eſt hic ſenſus planior;& magis confutans ignorantiã nicodemi. ¶ **Si terrena dixi vobis & non creditis, qũo ſi dixero vobis cęleſtia credetis?** Tertiũ opportunũ eſt ꝙ valde ardua ſunt/ꝙ ſuprema ſunt ea ex quibus diſcendũ eſt qũo poſſunt hæc fieri. Et declarat excellentiam quæſitoꝝ reſpectu dictoꝝ ex excellentia cœleſtiũ reſpectu terreſtriũ. Nõ.n.intendit terrena cœleſtibus cõparare: ſed metaphorico ſermone per terrena ſignificat inferiora quæ dixit;& per cœleſtia intelligit ſuprema dicenda. optimo vtens argumento ꝙ ſi ea quæ dixi/inferiora velut terrena/non creditis,quomodo ſi dixero vobis ſuprema elongata ab inferioribus ſicut cœleſtia a terrenis/crederis? Et dixit hoc ad accendendum nicodemum & alios ad credendum.

Et nemo. Intendit ieſus reſpondere ad principale quæſitum nicodemi/qũo poteſt homo naſci ex ſpiritu:& dicere ꝙ modus eſt credendo in ipſum ieſum pfecte. Et ꝓpterea inchoat a credendis.& primo ab vtraq; ſua natura:diuina.ſ.& humana,non qualitercũq; ſed beata. ¶ Inchoat aũt a cõiunctione &/propter emphaſim:ad excitandũ mentem ad celſitudinem myſterioꝝ.vnde & repetit eandem coniunctionem/ſubiungendo aliud credendũ de myſterio mortis ſuæ(quũ ſubiunget/& ſicut moyſes)ad repetendam emphaſim. **aſcendit in cęlum.** Quia præteriti tẽporis eſt aſcendit,cogimur nõ intelligere textum hunc de aſcenſione chriſti qua poſt reſurrectionẽ aſcendit in cœlum:quoniã illa non erat præterita. Et quia aſcendere in cœlũ/non diuinæ ſed humanæ eſt naturæ/nullaq; appatet tunc ꝓterita aſcenſio chriſti ad cœlũ niſi aſcenſus animæ ad viſionẽ & fruitionẽ beatam(a principio ſiquidem cõceptionis ſuæ in vtero matris chriſtus ſm animã aſcendit in cœlum:hoc eſt ad beatam dei viſionem & fruitionẽ.fuit enim chriſtus verus cõprehenſor ſm partem ſuperiorẽ/& verus viator ſm partem inferiorẽ)ideo de hac aſcenſione intelligendus eſt textus iſte ad literã. ¶ Et veriſſime dixit nemo aſcendit in cœlũ:quia ſolus ipſe inter homines aſſecutus fuerat beatitudinẽ cœleſtis patriæ. Quãuis etiã ponderando verbũ aſcendit/etiã angeli excludant quantũcunq; beati:quia nullus angelus ex vi ſuæ hypoſtaſis aſſecutus eſt beatitudinem:chriſtus autẽ ex vi ſuæ ꝓpriæ perſonæ peruenit ſm animã ad cœleſtis patrię beatitudinẽ. Et hic modus ſignificat verbo aſcendit. Sicut.n.chriſtus ſolus aſcẽdit in cœlum ſm corpus(reliqui enim ſancti velut rapiunt in cœlum)ita ſolus ſm animã aſcendit in cœleſtem fœlicitatẽ. **niſi qui deſcendit de cęlo filius hoĩs.** Duo dicunt.ſ.q; idem deſcendit de cœlo/& ꝙ deſcendit filius hoĩs.nec vnum ſine alio intelligi põt. Intellexiſſet forte nicodemus localem deſcẽſum,niſi declaraſſet terminũ deſcenſus nõ eſſe locũ ſed eſſe filium hoĩs.nihil.n.eſt aliud dei filium deſcẽdiſſe de cœlo/q̃ effectũ eſſe filium hominis. ¶ Et aptiſſime deſcribit myſterium incarnationis/dicendo deſcendit de cœlo filius hoĩs.nam effectum eſſe filium hoĩs/non ſolũ claudit in ſe ꝙ deus effectus eſt homo(quod potuiſſet fieri in cœlo)ſed ꝙ effectus eſt filius hoĩs.quod eſt effectum eſſe hominẽ natum ex homine:hoc eſt ex matre. Quod ga in terra vbi erat mater factũ eſt/merito vtitur verbo deſcendit:vt etiã inferior locus verificetur. Cœlum aũt pro cœleſti habitatione ſumit. Deus.n.ab oĩbus exiſtimat habitator cœli. Et vere ſic eſt:non per excluſionẽ habitandi vbiq;,ſed per extenſionẽ ꝙ etiam habitat in cœlo/& ibi manifeſtius ꝓpter clariores ibidem effectus. ¶ Hunc veriſſimũ ſenſum ſi valentinus hęreticus voluiſſet intelligere,non finxiſſet deſcendiſſe de cœlo filium hoĩs eo ꝙ attulit cœleſte corpus.quod ridiculũ eſt. **qui eſt in cęlo.** Ne intelligeret nicodemus deſcenſum hunc fuiſſe deſerendo terminũ a quo(quẽadmodum eſt deſcenſus localis)ſubiunxit ſe ſic deſcendiſſe filium hoĩs vt tamen remanſerit in cœlo.vt hinc intelligeret nicodemus ipſum ieſum eſſe verũ deum & verum filium hoĩs:qui ita de cœlo deſcendit filius hoĩs vt tũ ſit in cœlo.hoc.n.impoſſibile eſt alteri q̃ deo. ¶ Collige quattuor credenda in his verbis ꝓpoſitis. Primũ eſt ꝙ filius hominis eſt verus deus. Secũdum ꝙ eſt verus filius hoĩs. Tertium ꝙ aſcẽdit in cœlum ſm animã.& quartũ ꝙ ſolus ipſe aſcendit ſm animã in cœlum,qui ſolus deſcendit filius hominis & eſt in cœlo.

Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto. Adiungit(vt dictũ eſt)repetens emphaſim/ſecũdum credendũ.quod eſt myſterium paſſionis eius. Quod ex figura ænei ſerpẽtis declarat. Nu.21.ſcribitur res geſta.ꝙ quũ a ſerpentibus ignitis morderentur in deſerto filii iſrael,moyſes ꝑcępto dei fecit ſerpentem æneum & poſuit eũ in ligno excelſo pro ſigno:ita ꝙ quicũq; percuſſus a ſerpentibus aſpiciebat ſerpentem æneũ/non ſolum viuebat ſed ſanabat. Declarat ieſus ſe eſſe exaltãdum ſimili modo. Et ad literã intendit ſe eſſe crucifigendũ ad ſimile bñficium. **ita exaltari.** Q̃ exaltatio ſignificet crucifixionẽ,inferius ca.12.clare patet. Vbi chriſto dicente & ego ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipſum/explicat euangeliſta.hoc autẽ dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Et ad ſenſum quidẽ exaltabant crucifixit;pro quãto eleuati a terra/in cruce pendebant. Verũ ieſus myſterium intendit ſignificare exaltationis quo ad meritum:quoniã ex morte crucis meruit exaltari. propter quod inquit apoſtolus/deus exaltauit illum & dedit ei nomẽ quod eſt ſupra omne nomen. ¶ Aſſimilat autẽ ieſus ſeipſum in cruce ſerpenti æneo in ligno pendenti;eo ꝙ caro eius nõ caro peccati ſed ſimilis carni peccati erat,ſicut ſerpens ęneus nõ venenoſus ſed filis venenoſo aſali erat. Aitq; ita/in ligno/ita in ſignũ/ita ſalutifere. Et i ligno qdẽ patet/ga in cruce lignea.in ſignũ vero dr;ga crucifixũ corpus eſt ſignũ latentis filii dei & exceſſentiſſimę charitatis qua redemptio mũdi per crucifixũ facta eſt. Q̃ autem ſalutifere,explicat in textu/ſubiuncta vita æterna habenda per crucifixi fidem. **oportet.** neceſſitate tum diuinę ordinationis/tum humanę ſalutis ſubiunctę. **filium hoĩs.** Eundem quẽ dixit deſcendiſſe de cœlo filiũ hominis/modo dicit oportere crucifigi:& quem dixerat aſcendiſſe in cœlum/modo dicit oportere pati. vt intelligeremus ꝙ ſm animam quidem aſcenderat in cœlum,ſm corpus autem erat adhuc paſſibilis. **Vt omnis qui credit in ipſo.pro.in ipſum.** Proſequitur figuram ſerpentis ęnei quantum ad fructum. Ibi enim ſtatutum erat vt omnis qui aſpiceret in illum,hic autem vt omnis qui credit in ipſum.ibi oculis corporeis erat aſpectus;hic oculis mentis eſt nõ viſio ſed fides/nõ videre ſed credere. ¶ Significanterq; dicitur in ipſum:ad differẽtiam credẽtiũ ipſum ſed nõ in ipm. Qui enim credunt ſed factis negãt,credunt quidẽ ipſum ſed nõ in ipſum:qui aũt fide quę per dilectionem operatur credunt,ita credũt ꝙ credendo tẽdunt in ipſum. **non pereat.** Morſi enim a ſerpentibus ignitis/peribãt niſi aſpectu ſerpentis ęnei ſanarent.& nos omnes morſi ab ignitis ſerpentibus(dęmonibus ſcilicet)perimus niſi credamus in filium hoĩs exaltatum in cruce. **ſed habeat vitã ęternam.** Duo hic ſignificantur. Alterum ꝙ non ſolum beneficiũ liberationis a malo(ſcilicet ne pereamus)ſed etiã conſecutionis boni ex fide in ieſum crucifixũ/cõſequmur. Alterq; ꝙ non de carnali hoc ſteritu neq; de carnali hac vita eſt ſermo,ſed de vita ęterna.

Sic enim deus dilexit mundum. Propoſitis credendis cum fructu fidei credentium,procedit ex propoſitis ieſus ad reſpondendum quęſitis a nicodemo/quomodo poſſunt hęc fieri. Procedit autem reddendo rationem propoſitorum credendorum ex diuinę charitatis auctoritate. Et quoniã primum a deo dilectum apud legiſlatores & ſapiẽtes eſt mundus(ſingula enim fecit deus bona,mũdum aũt fecit valde bonum:vt dicit gen.1.)ideo nicodemũ legiſdoctorem inſtruẽs deus,a modo quo deus dilexit mundum/rõnem reddit dictoꝝ. Et intendit ꝙ magnitudo dilectionis diuinę erga mundũ/fuit ratio vt filiũ ſuum vnigenitũ daret mundo ad hoc vt oẽs credẽtes in eum nõ perirent ſed haberẽt vitam ęternam. ¶ Hanc ſniam intendit.quę quoniam ꝓfunda valde eſt/ſeleua lector mentẽ. Rõnem.in primis vtriuſq; ꝓpoſiti credendi/ſe reddere ſignificat per cõiunctionẽ enim. ¶ Aduerbium aũt ſic/ineffabilem magnitudinẽ amoris/ineffabilem modũ amãdi,ex parte rei amatę ſignificat.nã ex parte dei amãtis oĩs amor/oĩs modus eſt ĩmenſus. ¶ Deus explicat:vt ĩtelligat nicodemus ꝙ nõ ab vnitate dei quem induci colunt recedit:ſed illemet deus citatur qui creauit mũdum. **dilexit.** Ratio oĩs collati boni/dilectio ſignificatur: vt voluntariam collationem diuinã intelligamus/nõ naturali neceſſitate factã.& cõſequẽter ineffabilis modus diligẽdi/ratio ſignificatur eoꝝ quæ ſubiungunt. **mundum.** Mundum dicit/nõ hoĩem: nõ qa nõ dilexit hoĩem/ſed quia homo pars eſt mũdi,& bonũ partis pars eſt boni totius.parq; fuit vt creatori mũdi aſſignatet potius dilectio totius q̃ dilectio partis. Et dixit hoc ad ſignificãdum ꝙ non velut ex cõſequẽti/nõ velut ex quadã redundantia ceſſit in bonum vniuerſi myſterium incarnationis:ſed ex directa & primaria ĩtẽtione ipſius dei/myſterũ ĩcarnatiõis factũ eſt ꝓpter bonũ vniuerſi. ¶ Et ſi altius fueris cõtẽplatus,ĩtelliges hinc ꝙ ſicut deus creãdo/ſingula creat vt partes vniuerſi(qd' eſt creare ipſa ꝓp bonũ vniuerſi/qd' eſt create ipa vt cõgruũt vniuerſo)ita reſtaurãdo/ſingula facit ad bonũ vniuerſi/ſingula facit cõſona vniuerſo.vt ĩtelligamus ꝙ ordo gratię nõ deſtruit/nõ maculat/nõ deturpat vniuerſum ſed perficit ipm.imo plus vt intelligamus vniuerſum ĩdiguiſſe myſterio ĩcarnationis:ne in multis ſuis partibus detrimentum pateret/quæ per myſteriũ incarnationis reſtauratę ſunt. **vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret.** pro.**dederit.** Manifeſte coniũctio vt/explicat dilectionem mũdi rõnem fuiſſe vt deus dederit filium ſuũ vnigenitum.dederit aũt ꝓculdubio mundo. ¶ Et merito dicit dederit:qm̃ tam deus dans q̃ deus datus vnigenitus filius eius nõ cõcludebatur in vniuerſo.nã etiã ſm philoſophos deus ẽ ſupra totũ vniuerſum/& nulla pars eſt vniuerſi. Sed hoc ipſum quod eſt dediſſe filium ſuum vnigenitũ/eſt feciſſe filiũ ſuum vnigenitum partem vniuerſi.factus eſt enim homo:quem cõſtat vniuerſi partem eſſe. ¶ Et nõ ſatfuit vt diceret filium ſuũ,ſed appoſuit vnigenitum:vt myſterium trinitatis aperiret legiſdoctori. Nã filius dei/nomen põt eſſe cõmune multis:ſed filius dei vnigenitus cogit intelligere filium dei naturalem/& nõ aliqua adoptione. Propter quod ẽt nõ dixit filium ſuum primogenitum:quoniã appellatio hæc iam indulta erat populo iſrael exo.4.filius meus primogenitus iſrael. Vñ in his verbis inſinuauit duas trinitatis perſonas:filium ſcilicet & patrem.nam filius ſine patre intelligi nequit. Tertiã autem trinitatis perſonam/prius innuerat dicendo ſpiritus vbi vult ſpirat. **Vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam ęternam.** Dilectio mundi non ſolum explicatur ratio vt filium ſuum vnigenitum dederit,ſed etiam vt dederit ad hoc vt omnis qui credit in eum non pereat ſed habeat vitã ęternã: quoniam(vt dictum eſt)dilectio totius/ratio eſt dilectionis partium:qm̃ ſalus credentium diligitur a deo vt pars boni vniuerſi. ¶ Nec ꝓpterea minus diligitur(ſicut non minus diligitur manus quę diligit & curatur vt pars hominis/ꝓpter ipſum hominem)ſed vt intelligamus ꝙ etiam vita ęternę beatitudinis diligitur a deo vt pars vniuerſi:& penetremus non fieri monſtrum aliquod/nõ fieri mundum alium,ſed perfici vniuerſum per incarnationis myſterium/per ordinem gratiæ & gloriæ ſupernæ fœli-

citatis. ¶ Significantius autem repetit vt omnis qui credit in eum/& reliqua prius dicta:ad reddendā rōnem quare salutiferum est credere in filiū hois exaltatū in cruce. De filio enim hominis loquens dixerat/vt ois qui credit in ipsum nō pereat sed habeat vitam æternam. Reddit siquidem mō rōnem/ex hoc ꝙ ideō ipse est vnigenitus filius dei. Acsi apertius dixisset. ideo est salutiferū credere in filium hominis, quia credēdo in ipm credit in filium vnigenitum dei/datum vniuerso a deo ad hoc vt ois qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam.

Non enim misit deus filium suum in mundum. Expectabāt iudei filium dei regem magnū/iuxta tot prophetarū vaticinia. Et quoniā hoc verum quidem erat sed differendum vsq; ad secūdum filii dei aduētum, ne erraret nicodemus/ne iterum in admirationem consurgat/occupat iesus & instruit eum de mysterio huius primi sui aduentus. ℣ Et fuit hoc necessarium: quia dixerat se exaltandū in cruce. Facile enim potuisset errare nicodemus/aut saltem percontari quō tu es ille ꝓmissus filius dei ad salutem mundi & tū moriturus es in cruce, quum ille promissus sit rex mundi? Hanc inquā tacitam obiectionē excludendo/declarat aduentum hunc suū nō esse ad iudicandum sed ad saluandum: vt hinc intelligat nicodemus ꝙ venit ad saluandum per ꝓpriam mortem mundum per viam fidei. ¶ Cōiunctio enim/refertur ad duo. tum ad id quod superius dixerat/ita exaltari oportet filium hois. tū ad id quod ímediate dixerat/vt ois qui credit in eum. Quia enim credimus ea quæ non apparent, ex hoc ipso ꝙ salus ordinata est penes credere/significatū est ꝙ nō in sua manifesta gloria missus est vnigenitus filius. vtriusq; siquidem ratio redditur: & quare nō glorioſus venerit/& quare crucifigendus. ℣ Significāter dicit misit: vt intelligamus ꝙ de præterita missione loquit/hoc est de primo aduētu: ad differētiam secūdi aduētus/quo mittet iterum deus filium suum. ℣ Vbi etiam nota quod superius appellauit dare/modo appellat mittere. vtroq; tamen verbo mysterium incarnationis significatur. **vt iudicet.** Iudicare est ius dicere: quod ꝓprium est iudicis officium. Et propterea ex negatione exercendi officii iudicis/declarat se non missum in gloriosa forma quę exigit a iudice mundi. **mundum.** Par est vt vnigenitus filius iudex sit nō horum aut illorum tm̄/sed mundi: prout vere in secundo aduentu veniet vt iudicet mūdum/vt ius dicat mundo in oībus partibus suis quibus dicendum erit ius: vt reddat quibusq; ꝑm sua merita/vt reddat singulis quę illis debentur/sine bona siue mala. manifestum siquidē est ꝙ ad hoc non venit in primo aduentu. Vę enim mūdo si in primo aduentu venisset ad iudicandum mūdū/si reddidisset vnicuiq; ꝑm merita quæ inuenit. **sed vt saluetur mundus per ipm.** credendo in ipsum. Et prosequitur sermonem semp de mundo/perseuerādo in prima intentione boni totius vniuersi. Et est sensus. vt mūdus in suis partibus quæ aliter perirent/saluet per ipm. Hic est fructus intentus per primum aduentum. Et est sermo de salute ab æterna morte ad ęternę vitæ fœlicitatē. ¶ **Qui credit in eū non iudicatur.** Declarat ꝙ officium suum ad saluandum mundū per fidem/nō est officiū iudicis/nō est iudicare. Et oportuit hoc declarare: ne errares existimādo ꝙ licet iesus nō venerit iudex ad exercēdum publicum iudiciū/venit tm̄ ad exercendum occultū iudicium. Et hinc sequeret magnus error ꝙ donum fidei esset actus iudicis/ꝙ credētes a nō credentibus distinguerent meritis: ita ꝙ ex meritis crederent credētes/& nō credētes ex illata pœna nō crederent. ℣ Ad hunc errorem excludendū declarat iesus ex natura ipsorum actuū credendi & nō credendi/nullum intervenire iudicium ipsius in quem creditur vel nō creditur. Et incipit a credere: dicendo qui credit in eum nō iudicat. Non dicit non iudicabit sed non iudicatur: quia intēdit declarare ꝙ credere in eum/nō est ius dici illi qui credit, sed est gratuitam salutem consequi. Qui enim credit in eum, nō iudicatur de cōmissis antea peccatis: qm̄ credendo cōsequitur remissionem eorum & gratiam/nō ex iure seu ex debito sed gratuite credit. Hoc est enim dicere nō iudicatur. ¶ **Qui aūt nō credit.** Declarat idem ex actu nō credendi. vtiq; enim loco diuisiuo. Et ideo vbi primo declarauit ꝙ in actu credendi ipse iesus nō iudicat/declarat idem modo in altero oppositō: scilicet in actu nō credendi. **iā iudicatus est.** ac per hoc nō credens nō iudicatur a me. qui enim iudicatus est nō iudicatur. ℣ Et ne hęsites q̄rendo a quo iudicatus est/subiūgit. **q2 nō credidit in noīe.** pro. **in nomē / vnigeniti filii dei.** Ecce iudex ipsemet qui non credidit. eo enim ipso ꝙ nō credidit/iudicatus est/ius sibi dixit exclusionis a salute & vita credētiū. Sicut. n. refutās similitatē vrbis/ius sibi dicit exclusiōis a gratiis ciuiū vrbis, ita ꝙ nō credit in nomē vnigeniti filii dei/ius sibi dicit exclusionis a salute & vita credentium.

Hoc est aūt iudiciū. Dignatur dominus per seipsum declarare (adiūcta similitudine sensibili) ꝙ ipse non iudicat/sed nō credentes sibiipsis inferūt pœnam. ℣ Et pronomen hoc/demonstrat subiunctā electionem non credentium. Quę iudicium appellatur quo non credētes ius sibiipsis dicūt/quia est ipm iudicium in executione. eligendo enim non credere/eligendo tenebras, excludunt se a luce & vita credētium. Quum dixisset itaq; ꝙ non credit iam iudicatus est, declarat modo iudicium hoc esse iudiciū in executione electionis. Et demonstrat illud/dicendo hoc est autem iudiciū. q2. pro. q̄/lux. Sermo iste semiproprius & semimetaphoricus est. Transfert. n. nosa sensibilū lucis & tenebrarum in spiritualem & intelligibilem lucem: & iuxta differentiam hoīum in suis actionibus præferentium lucem tenebris vel tenebras luci, declarat nō credentes/electionis iudicio inferre sibiipsis malum quod credentes euasē rūt. **lux.** non corporalis sed spūalis/non sensibilis sed intelligibilis. Seipsum quem prius nominauerat

filium dei vnigenitum/modo noīat lucem. **venit.** Ipsum incarnationis mysterium venisse est. Per quod significat se sic datum ac missum a patre vt etiam ipse eadem voluntate venerit. **in mundum.** Quēadmodum in intentione dilectio mūdi prælata est (dicendo sic deus dilexit mundum) ita in executione mūdus præferatur/dicendo lux venit in mundum: vt quæ prius supra mundū existens lucebat in mūdo quemadmodum exemplar in exemplato/luceret mundo tanq̄ vna mūdi pars. Lux enim diuina incarnata luxit vniuerso mūdo/iam pars mundi effecta. luxit autem euāgelica doctrina/innumeris miraculis &c̄. **Et dilexerunt.** Libera electio significat. Et directe describitur cōtrarium diuinę rationi. nam ratio aduenientis lucis descripta est diuina dilectio mundi: & modo ex opposito ratio nō credēdi/ratio refutandi lucem diuinā/describit dilectio humana. **hoīes.** Tangit ratio diligendi homo/compositus ex duabus naturis, intellectuali & sensitiua: vt intelligamus hoīes sequentes sensibilia bona. quod cōmune valde est/quod ratio est mali moralis inuenti cōmuniter in genere humano. **magis tenebras.** hoc est bona sensibilia Quæ tenebrę appellantur quia priuata sunt lumine spūs. Et iter bona sensibilia supputa et humanā gloriam/famam/& alia huiusmodi: quoniam hæc a sensibilibus hominibus pēdent/& in sensu hoīum consistunt. **q̄ lucem.** spiritualis intelligentię/q̄ lucem fidei. Vbi vides iudiciū in executione diligendi magis sensibilia bona q̄ spūalem lucem mentiū. & sic isti prę ferendo tenebras luci/seipsos excluserunt a lucis beneficiis. **Erant enim mala eorum opera.** Redditur ratio quare homines dilexerunt magis tenebras q̄ lucē. Nō dicit fuerunt sed erant: ad significandū perseuerantiā eorū in malis operibus. Ex hoc enim ꝙ homines perseuerant in malis operibus/diligunt magis tenebras q̄ lucem. **Oīs enim qui male.** pro. **mala/agit, odit lucem.** Probat rationem inductam ex ista vniuersali/ꝙ omnis qui mala agit odit lucē. Quę est vera intelligēdo formaliter: hoc est quatenus mala agit. Multi enim mala agendo/appetūt lucem/volunt in manifesto mala agere, sed nō quatenus mala agūt: sed quatenus vindictā exercent, quatenus potētiam/gloriam aut excellentiam suam manifestare sic intendunt. quatenus enim mala agūt/vellēt latere. **¶ nō venit ad lucē.** Duo dicit. & ꝙ odit interno affectu lucem: & ꝙ nō venit exteriori opere ad lucem/ad manifestū/ad publicum. Quod etiam intellige formaliter. **vt nō arguantur opa eius.** Ratio quare oīs qui mala agit odit & nō venit ad lucem, explicat vt non reprehensibilia appareant opera eius/illa mala. ℣ Non dicit vt non arguatur ipse. Multi. n. sunt exēpti ab hoc timore (qui scilicet nō timent reprehēdi) sed nullus est cuius opera manifesta si sunt mala nō arguant: nullus est qui nō appetat & naturali & rationali appetitu opera sua exempta esse a reprehensione. ℣ **Qui aūt facit veritatem venit ad lucem.** Nō dicit qui autem facit bona opera (quod tamē expectabas dicēdum) sed e regione perseuerantiū in malis operibus distinguit facientes veritatem. Nec dicit qui loquitur aut meditatur sed qui facit veritatem: vt intelligamus ꝙ de opere loquitur. ℣ Et intēdit per facere veritatem/facere opera conformia veritati: tum naturaliter iferię mēribus humanis: tum euāgelizatę. Et describit per hoc venientes ad fidem/in hoc differre a nō venientibus. ꝙ nō venientes perseuerāt in malis operibus: & propterea nō veniūt ad lucem fidei. venientes aūt/faciūt veritatem: quia ex hoc ipso ꝙ faciūt cōformitet ad veritatē naturaliter iferram/ad synderesim & ad veritatem euangelizatam, veniunt ad lucem fidei. Propter quod significanter dicit qui facit/non qui fecit. nam q̄is multi multa mala opera fecerint, ex quo tamē nō cogitatione aut verbo. sed facto conformāt se veritati/venisit ad lucem fidei. ¶ Vbi erudite lector perspicere potes in quo euāgelicus iste textus discernit iter venientes & nō venientes/quātum ad rōnem veniēdi vel nō veniēdi ad lucem: iuxta illud quod inferius corā pilato dicit. oīs qui est ex veritate/audit vocem meam. **Vt manifestentur opera eius.** Agentes malas vitāt lucem vt nō arguantur opera eorum. quo contra, facientes veritatem/veniunt ad lucem/veniunt ad manifestum/ad publicum vt opera eorum manifestentur: hoc est vt manifestabilia appareāt/nulla reprehēsione digna. Et ad literam prodesit in publicum/profitentes se publice christianos, vt manifestētur opera eorum. ℣ Non dicit vt manifestentur ipsi: quoniam non docet iesus christianos quærere propriam gloriam, sed quęrere manifestationem operum christianorum. **quia in deo facta sunt.** Ratio quare ad manifestādum opera christiana venitur/per hæc verba significatur: vt scilicet cognoscatur quia opera christiana sunt facta/non innitendo homini sed innitendo deo. ac per hoc vt manifestetur deus in ipsis operibus, & non vt glorificetur homo. Et in hac conclusione percutit nicodemum: qui volebat venire ad lucem, & tamen veniebat nocte/volebat manere occultus. ¶ Collige erudite lector responsionem iesu ad quæsita nicodemi/quomodo possunt hęc fieri. Tria enim quæsiuit: scilicet modum nascendi ex spiritu/efficaciam natiuitatis ex spiritu/& necessitatem eiusdem. His tribus satisfactum est a iesu ex dictis. nam modus nascendi declaratus est credere in filium dei vnigenitum eundemq; filium hoīs exaltandū in cruce pro salute mūdi. efficacia declarata est ex diuina dilectione ex meritoq; mortis vnigeniti/ad hoc vt credentes in ipsum nō pereant sed habeant vitam ęternam. Necessitas demum monstrata est, ex hoc ꝙ nō credentes iam iudicati sunt a seipsis & exclusi a luce. Hinc enim clare apparet ꝙ oportet credendo in vnigenitum nasci ex spiritu.

Post hęc venit iesus ⁊ discipuli eius in iudeam terram. Ex hierusalem (q̄ est in sorte beniamin: vt patet iosue. 18.) venit in terram sortis iudę. Quis enim appellatione iudeę quādoq; cōprehēdat

etiam hierusalem cum sorte beniamin(vt quum dicitur procurante pontio pilato iudeam:eo ꝙ hierusalem a dauide erecta est in caput regni & in principatum tribus iudę de qua ipse erat) proprie tamen etiam post tempora dauidis hierusalem distinguebatur a terra iudę.vnde.::.paralip.zo. zahiel propheta dicit.o iuda & hierusalem nolite timere &c. ℣ illic demorabatur cum eis, ℣ baptizabat. Nisi enāgelista in principio sequētis capituli repetēs hoc exponeret ꝙ nō per seipsum sed per discipulos suos iesus baptizabat,intelligendum esset ꝙ propriis manibus baptizabat:sed ex quo euangelista negatiuā apposuit,excluſi sumus a tali intelligētia. ℣ Erat autem ℣ ioānes baptizans in enon iuxta salim. Nomina propria sunt locorum. ℣ Quia aquę multę erant illic: ℣ veniebāt ℣ baptizabant. ℣ Nōdum enim missus fuerat ioānes in carcerem. Narrās euangelista simul baptizare in diuersis locis iesum & ioānē,quod nullus alius euāgelista narrauerat)excludit causam admirādi quare alii euāgelistę hoc tacuerint:ex parte temporis:quia hoc fuit gestum anteq̄ ioānes mitteretur in carcerē.viderat enim reliquos euāgelistas ichoasse prædicationē christi post carcerem ioānis. ℂ Facta est autem quęstio. Adiiciēs euangelista quintum testimonium ioānis baptistę de iesu,narrat occasionem testificandi fuisse controuersiam inter discipulos ioānis & iudęos. ex discipulis ioannis. Origo quęstionis a discipulis ioannis significatur. cum iudeis. Non dicit cum galilęis quos superius numerauerat discipulos iesu qui interfuerant nuptiis: sed cum iudęis, qui viderant miracula facta a iesu in hierusalem,& propterea credebant. de purificatione. hoc est de baptismo seu ablutione. Discipuli siquidem ioannis prę ferebant baptismum ioānis baptismo iesu:iudęi autē ecōuerso. ℣ Et venerunt ad ioannem. arbitrum quęstionis. ℣ dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans iordanem. Hinc habetur ꝙ iesus post ieiunium in deserto reuersus est ad ioānem baptistam,& erat cum eo.Nam post baptismum imediate iuit in desertum:& inde rediit ad ioānem,vt monstraretur ab eo,vt populus cognoscereꝛ iesum.& circa finē illius anni cœpit iesus cōgregare sequaces,andream &c. ℣ Et nota quattuor quę dicunt ioanni,tendere ōia ad excitandum ioānem aduersus iesum.Et inchoāt a pristino statu humiliori iesu respectu ioānis. Talis enim humilior status significat,dicendo qui erat tecum.non tu cum eo,sed ipse tecum,velut sub vmbra tua. cui tu testimonium perhibuisti. Ecce secūdum cōmemoratio beneficii:vt velut ingratus iesus haberet,qui fauore testimonii tui cognitus est. ecce hic baptizat. Tertium est vsurpatio officii ioānis a iesu,tam cito.Celeritas enim significatur dicendo ecce:vsurpatio autem officii,dicendo baptizat. ℣ omnes veniunt ad eum. Hoc est quartum quod indigne ferebant,quod cruciabat eos:concursus.s.nō aliquos sed oīum pœnitentium ad iesum.nam tā venientes ad ioānem q̄ nō venientes ad ioannē(pœnitētes tū)veniebāt ad iesum:ga ioānes mittebat oēs ad iesum,ga ad hoc venerat.

Respondit ioānes. Nota responsionem ioānis ad singula.Et inchoat a repressione passionis seu affectus nimii discipulorum suorum erga se. ℣ dixit. Non pōt homo accipere quicq̄ nisi fuerit ei datum de cęlo. Suauis magister ioānes,ab vniuersalibus,a communibus quę nota erāt discipulis reprimit affectum eorum:ex hoc scilicet ꝙ non pōt,licite,homo,quicūq;,accipere quicq̄,officii,tituli,dignitatis,gradus &c.nisi fuerit ei datum a deo,habitante in cœlis.vt per hoc intelligerēt seruādam esse mēsuram in appetitu officiorum & graduum.& simul intelligerent ipmmet cognoscere officium sibi desuper datum:& rationabiliter mensurare seipsum,continereq; seipsum in inferiori gradu respectu iesu. ℣ Et significanter dicit non potest: ad exponendum discipulis ꝙ non ex reuerentiali quadam humilitate sed ex debito(quo non potest licite aliter facere)continet se sub iesu. Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis ꝙ dixerim non sum ego christus. Discipulorum indignatio ex hoc erat ꝙ ioānes qui maior iesu fuerat autoritate & fama,imo qui fuerat velut exaltator iesu, modo fiat minor autoritate,fama & concursu populi.& propterea ioānes post q̄ cōmunia proposuit de vniuscuiusq; hominis temperātia ad propriam mensuram ſm deum,explicat ꝙ nō de nouo sed suapte natura iesus est ipso maior & ipse minor:& ꝙ ex debito sui officii ipse testimonium perhibuit iesu,ꝙ nō exaltauit iesum sed executus est debitum suum. ℣ A verbis eorum inchoat propria.Dixerunt enim cui tu testimoniū perhibuisti.& propterea vos inquit ipsi testamini ꝙ olim dixerim non sum ego christus:ꝙ meipsum recognoui ac cōfessus sum me nō esse christum,sed iesum esse christum. sed quia pro. ꝙ missus sum. Non de nouo inferior sum illo:sed diuina dispositione tanq̄ inferior missus sum. ante illum. hoc est ad parandam viam illo. ℣ Qui habet sponsam,sponsus est. Adiicit olim dictis de seipso & iesu,nouo modo declarare distantiam inter iesum & se.Et facit hoc declarando propria vtriusq; officia,intendens ꝙ officium iesu est officium sponsi:officium autem suum est officium amici sponsi.Significat enim per hoc ꝙ multitudo fidelium dispensanda est fide nō ei sed iesu:ac per hoc ipse iesus est sponsus:quia habet multitudinem fidelium non qualitercunq;,non sicut ego habeo,sed sicut sponsam. Despōdi enim vos(inquit apostolus)vni viro virginem castam exhibere christo,non mihi. Ecclesia siquidem (quæ multitudo est fidelium)amatur tractaturq; a iesu,non vt serua sed vt sponsa.Et directe percutit immo instruit discipulos ioānes de officio baptizandi assumpto a iesu.Acsi apertius dixisset.ille baptizat vt sponsus,vt generet filios suę sponsę:ego autem baptizo vt amicus sponsi,præparans homines ad hoc vt fiant filii sponsę. ℣ Et significanter vtitur nobis sponsi & sponsę,non viri & vxoris:vt ītelligamus generationē

spiritualem,qua sic generantur filii vt maneat virginitas spōsę. Amicus autem sponsi. Omnis dignitate alias appellauerit se indignum ad minimum ministerium(soluendi scilicet corrigiam calciamenti)officio tamen & affectu amicum se modo appellat:vt intelligant discipuli ꝙ amore amicitiæ(quo bonum queritur amato)ipse prosequitur iesum,& vane conantur inferre dissensionem inter ipsum & iesum. qui stat. qui perseuerat amicus. ℣ audit eum. pręsentem,personaliter loquentem. gaudio gaudet. Hebraico more loquitur,ad exprimendam magnitudinem gaudii. ꝓpter vocem sponsi. Metaphoricus est sermo iste.introducens amicum spōsi qui pręmissus est ante illum ad sponsam:& vbi spōsus aduenit & sponsam alloquitur,amicus stans & audiens,valde gaudet propter vocem spōsi pręsentis. ℣ Et intendit ad literam ꝙ ipse gaudet ꝓpter vocem prędicationis iesu.Et ꝓpterea non dixit ꝓpter pręsentiam sponsi,sed ꝓpter vocem spōsi:ad significandum gaudiū de manifestatione iesu,ꝙ voce ꝓprię pędicationis,ꝙ voce suorum miraculorum manifestatur. ℣ Et pinxit per hoc corā discipulis suis seipsum intus:vt & ipsi gauderēt de voce iesu,sicut & ipse ioānes gaudet.Et nihilominus explicauit magnitudinem gaudii sibi concessi,negaram ptiscis patribus:quibus nō est datum vt starent & audirent vocem spōsi corporali pręsentia alloquentis spōsam. Hoc ergo gaudium meum. Hinc clare appareret quę sub metaphora sponsi & amici dicebat,de iesu & seipso intendere. impletum est. Diu enim desideratum,modo impletum est. ℂ Illum oportet crescere. Postq̄ respondit discipulis tam ad id qđ dixerant cui tu testimonium perhibuisti,q̄ quo ad illud ecce hic baptizat,modo respōdet ad illud omnes vadunt ad eum.Illum inquit oportet crescere,autoritate,fama,gloria,discipulis &c.Et dicit oportet,necessitatem diuinę diffinitionis significans. me autem minui. Non solum oportet illum crescere,sed ēt oportet me minui(quo ad concursum populi,quo ad congregationem discipulorum)ſm rem,& non solum relatiue:sicut lux stellę minuitur pręsentia solis.Paulatim enim cessauit concursus populi ad ioannem:& posito in carcere ablatus est.vt omnes concurrerent ad iesum. Qui de sursum venit.Ratio redditur quare oportet illum crescere:quia qui de sursum venit,hoc est de summa natura quę deitas est. supra omnes est. Dictio græca interpretata omnes,anceps est ad omnes vel omnia:tam hic q̄ in sequēti versiculo.qui de cœlo venit super omnes est. Vtrobiq; enim legi pōt in masculino vel neutro genere.Et legendum est nō super sed supra:vt eminens significetur & nō quasi innixus rebus. Et hic quidē quadrat masculinum genus:vt reddatur ratio quare illum oportet crescere,quia de supernis veniēs nō solum est supra me sed supra omnes.inferius autem quadrat vt legatur in neutro genere:quia explanādo dicetur,& omnia dedit in manu eius. ℣ Qui est de terra. Aduerte quo ad literam,repetendum esse est de terra. Ita ꝙ legendum est. qui est de terra,de terra est ℣ de terra loquitur. Et est sensus.qui venit seu proficiscitur ex terra,originem habet ex terra,& sermo eius oritur ex terra. Ita ꝙ semper prępositio designificat originem:tum personę,tum sermonis. ℂ Quid autem intendatur per hęc verba,mōstratur per subiuncta,e regione apposita:scilicet qui de cœlo venit &c.Est itaq; vt subiuncta porrigunt sensus. Qui est de terra.proprissime loquitur:& nomen relatiuum hypostasim refert. Persona,hypostasis e terra originem habens,de terra est:hoc est simpliciter & absolute orta est ex terra.ita ꝙ significatur ꝙ ille cuius persona ortum habet a terra,simpliciter & absolute ortus est ex terra:ab origine hypostasis subiungens originem totius simpliciter & absolute.Et consequenter etiam de terra loquitur:hoc est & sermo eius e terra originem habet:quia ītelligere quod sermone significatur,e terrenis ortum habet. Et hæc omnia cōmunia sunt omnibus hominibus,& ſm substantiam & ſm intelligere.naturale quidem omnino:quia intelligere humanum ortum habet a sensu.per reuelationem autem,pro quāto reuelata omnia reuelanē pendentia a phantasmatibus.& sic etiam ex terra quodammodo venit ītelligere prophetarum.Præsens tamen textus ad literam de cognitione naturali videtur tractare:quia ponit differē tiam inter christum & alios ſm esse hypostaticum & ſm naturalem cognitionem. Qui de cęlo venit: E regione ad illud qui est de terra,dicit qui de cœlo venit.Hypostasim significat diuinam,verum deum vnigenitum filium dei.hic enim solus est qui de cœlo venit ad pędicandum,ad baptizandum. Quia enim venit præsentis est temporis,aduentum significat iesu christi filii dei pręsentem:ad baptizandū ad pędicandum. super omnes est. pro. supra omnia est. E regione ad illud de terra est,dicit' supra omnia est,vt ex eo ꝙ persona diuina est quę venit,ipse iesus supra omnia describatur.Et vere supra omnia inferius probabit:quia omnia dedit ei pater in manu . Quis iesus actualiter prædicans non appareret ꝙ esset supra omnia:in rei tamen veritate erat supra omnia non solū quatenus deus sed etiam quatenus homo,quo ad potestatē.Et hoc hominē iesum habuisse ex gratia vnionis personalis,ex hoc ꝙ erat diuina persona,manifestant hæc ioānis baptistę verba:dicentis ipsum ideo supra omnia quia de cœlo venit. Et quod vidit ℣ audiuit. E regione ad tertium(scilicet & de terra loquitur)dicit & qđ vidit & audiuit. ℣ Naturalis notitia diuinorum quā habuit iesus christus filius dei,significatur per visum & auditum.Per visum quidem ad explicandum eminentiam:per auditum vero ad explicandū ordinē originis.quod enim audimus,ab alio ad nos deriuatur.filius siquidē dei ita omniū habet visionem,vt tamen suum videre habeat a patre.Et propterea dicitur & quod vidit & audiuit. hoc testatur: pędicando,docendo &c.Et intēdit ioānes baptista per hæc omnia,tum excludere a discipulis opinio-

nem comparandi se ad christum: vtpote quum ipse de terra sit, & non nisi ex terrenis loqui possit: iesus autem de cœlo veniat verus deus supra omnia, & quæ vidit & audiuit a patre testetur. Tum excludere erroneum intellectum amicitiæ inter se & iesum (appellauerat enim se amicū sponsi) ne putarent amicitiā velut inter pares aut propinquos. Tantum siquidem se distare ab illo significat, quantum persona ex terra (hoc est infime creata) distat a persona diuina.

Erat autem sabbatum in die illo. Non solum naturæ dominus sed etiam sabbati narratur/ex hoc q̄ cepit portari grabatum in die sabbati. **Dicebant ergo iudei.** Cōmuni generis noīe significantur illi iudei qui aduersabant ihesu. **illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est/nō licet tibi tollere grabatum tuum.** ℣ **Respondit eis. qui me sanum fecit, ille mihi dixit/tolle grabatum tuum ⁊ ambula.** Curatus homo citat autoritatem eius qui miraculose ipsum sanauit: vt hinc ostēdat non illicite se portare grabatū suum. Acsi apertius dixisset. non violo sabbatum, quia autoritate illius hoc facio qui miraculose me sanauit. **Interrogauerunt ergo eum. quis est ille homo qui dixit tibi/ tolle grabatum tuum ⁊ ambula?** Hinc apparet malignitas horum iudeorum. nam quum sanatus dixisset duo (scilicet & q̄ se sanum fecit/& q̄ dixit tolle grabatum tuum & ambula) non interrogant isti iudei quis est ille homo qui te sanum fecit: sed tantūmodo quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatū tuum & ambula. Hinc enim apparet q̄ machinabantur ad malum. **Is autem qui sanus fuerat effectus/ nescie bat quis esset.** Fuerat enim tāto tempore velut īmobilis constitutus q̄ non iterfuerat p̄dicationibus ihesu. & propterea nō est mirum si nō cognoscebat quis esset ihesus. **Jesus enim declinauit a turba constituta in loco.** pro. **ihesus enim declinauit/turba existente in loco.** Non enim significatur explicite q̄ ihesus abierit a turba: sed q̄ turba existente in loco illo/ihesus declinauit seu se subduxit. ℣ Et significatur duo: scilicet q̄ ihesus sanato infirmo abiit/& q̄ ꝓpter turbam ibi existentē abesūdo mixtus turbę est. ℣ Et dixit hoc euangelista: ad explicandum quare ille sanatus non manifestauit tūc quis esset qui eum sanum fecerat: quia scilicet nec cognoscebat ipsum ihesum/nec ihesus erat amplius ibi prędens/nec aduertebat qua via discesserat pp turbā ibi existētē. ita q̄ nō potuit discerni & īsinuari ab illo sanato. **Postea inuenit eum ihesus in templo: ⁊ dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare.** Hinc insinuat q̄ infirmitas illa ꝓpter peccatum acciderat. **ne deterius tibi aliquid contingat.** Tum recidiuum peccatum/tum noua ingratitudo deterius aliquid mereretur. **Abiit ille homo: ⁊ nunciauit iudeis.** Hinc apparet q̄ non quicunq; iudei sed primores aliqui erant isti qui vexauerāt & interrogauerant sanatum. nam hierusalem plena erat iudeis: & nisi aliqui certi iudei fuissent, non dixisset euangelista/abiit ille homo & nunciauit iudeis. **q̄ ihesus esset qui fecit eum sanum.** Hinc apparet q̄ bono aīo rectaq; intentione iste retulit iudeis. ad hoc enim significandum euangelista narrat non retulisse quod interrogauerant (scilicet quis est ille qui dixit tibi tolle grabatum tuum & ambula) sed annunciasse qđ non interrogauerant beneficium receptum. Annunciauit enim q̄ ihesus esset qui se fecit sanum/annunciauit opus miraculosum affectu gratitudinis & ad dei gloriā. **Propterea persequebantur iudei ihesum.** Desunt hic quattuor dictiones. **⁊ querebant ipsum interficere.** Tāḡ tota hæc historia propter hanc conclusionem relata fuerit ab euangelista/hinc icipit rationem doctrinę subsequēter datę a ihesu. **q: hec faciebat in sabbato.** Prima itaq; culpa quā imponebāt iudei ihesu/erat violatio sabbati. ¶ **Jesus autem respondit eis.** Dicēdo respōdit, aut ad aīos refert/aut subintelligi vult indeos arguisse forte signis eum q̄ sabbatum violaret curādo in sabbato. **Pater meus vsq; modo operatur.** Rationem reddit ihesus q̄ licite operaretur in sabbato/ex imitatione dei. ℣ Et cōsistit vis rōnis in directa potestione rōnis sabbati. Ratio siquidem sabbatizandi erat quia die septimo requieuit deus ab vniuerso opere quod patrarat. Quod non sic intelligitur/q̄ die septimo inceperit esse otiosus: sed q̄ cessauit cōdere noua genera creaturarum. Et ꝓpterea moyses non dixit q̄ deus requieuit die septimo: sed apposuit a quo requieuit. s. ab vniuerso opere qđ patrarat. Falsum ergo itellectū diuinę qetis ihesus tollēs dicit. p̄ meus vsq; mō opat? Acsi aptius dixisset. q̄uis generit die septimo a creādo noua genera creaturaꝝ: non tū quiuit absolute, sed vsq; mō opat/sed cōtinue opat. ¶ Si q̄ris qđ opat? in prōptu est cōseruatio cōtinua rerū oīum: q̄ in nihilum rediret nisi eas manus oīpotentis conseruaret. In promptu est gubernatio vniuersi: & specialiter creaturarum rōnalium. In promptu sunt illuminationes/īspirationes/miracula/& id genus reliqua: q̄ deus vsq; modo opatur/tam in sabbatis q̄ in aliis diebus. **⁊ ego operor.** Ex hoc ipso q̄ deus operat diebus oībus/infert q̄ ipse quoq; operat diebus oībus. Perinde acsi dixisset. Nō est ratio cur me arguatis q̄ operor in sabbatis, qm̄ assimilor patri meo. ipse enim absq; discretione diei q̄at, & sic ego oībus diebus licite operor. Hic. n. sensus directe rñdet tacitę obiectioni iudeoꝝ de violatione sabbati. Nec excludit q̄ hæc verba sint vera absolute de ipso chro inquātū deus/q̄ opat sicut opat p̄ eius cōtinue. pp qđ euāgelista p̄misit q̄ rñdēdo ad p̄secutionē rōne sabbati/dixit hęc verba. ¶ Vbi et aduerte q̄ alii euāgelistę narrauerūt iesum/calūniatibus ipm q̄ sabbatū violaret, rñdisse cōfutādo illos ex gestis a dauide/a sacerdotibus/ab ipsismet extrahētibus asinū ex fouea aut ducētibus bouē ad aquā: hic vero euāgelista natrat iesum rñdisse ex opatione dei p̄s ēt in sabbatis: qm̄ intendit diuinā iesu naturam

manifestare. ℣ **Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere.** Accumulat euangelista causas quare iudei persequebant ihesum. **quia non solum soluebat sabbatum.** Hinc apparet q̄ refert euāgelista causas prout habebātur a iudeis. Ihesus enim nō soluebat sabbatum: sed iudei calumniabantur eum q̄ soluebat sabbatum. **sed ⁊ patrem suum dicebat deum, ęqualem se faciens deo.** Hoc est alterum quod imponebāt ihesu q̄ scilicet faceret se ęqualem deo. quū in veritate ipse non se faceret sed natura esset ęqualis deo. ℣ Vtriusq; tamē calumnię occasionē ex factis & dictis prętarratis acceperāt iudei. Nā ex hoc q̄ pręceperat tolli in die sabbati grabatum & portari, occasionem habebāt dicendi q̄ violarit sabbatum. ex hoc vero q̄ reddebat rōnem quare nō violasset sabbatum/dixit q̄ faceret sicut pater suus deus qui semper operat, occasionem habebant dicendi q̄ faceret se ęqualem deo: volens se ęq parare deo, vt sicut deus semper operat ita ipse semper operetur. ℣ Significantiusq; apponebant hanc ęqualitatis clausulam: vt intelligeremus q̄ iudei non persequebantur ihesum ex eo q̄ diceret suum patrem deum (quum hoc esset licitum cuilibet fideli) sed ex hoc q̄ appellabat deum patrem suū tali mō q̄ seipm faceret ęqualem deo: hoc est cū p̄sumpta ęquiparātia ad deum. ¶ Et dixit hæc euangelista nō solum vt natret causas persecutionis & sensum quo iudei intelligebāt verba ihesu: sed vt manifestet quo tendunt sequentia christi verba dicta respōdendo ad hunc sensum iudeorum.

Respondit itaq; ihesus. Sequentia verba/respōsiue dicta significant. responsiue autem ad iudeos/impugnātes eū de his duobus subordinate. Inchoauerunt enim impugnationē ab operatione in die sabbati: sed respōdente ihesu se semp operari sicut patrem suum deum, ascenderunt impugnando hāc ęquiparātiā ad deum/allegatam pro rōne operis in sabbato. **⁊ dixit eis. Amen amen dico vobis.** Iudeis respondet impugnantibus eum. **non potest filius.** Quęstio erat de ęqualitate filii ad patrem/occasionata ex opere. Et ꝓpterea ihesus intendens monstrare ęqualitatē filii ad patrem ex opere, procedit ex parte spectantium ad opus. ℣ Et hinc intendit declarare æqualitatem filii ad patrē tripliciter. primo ex cōcursu filii ad oīa quæ facit pater: siue creando/siue gubernando &c. Secūdo ex hoc q̄ filius incarnatus facit supnaturalia opera in genere humano: scilicet suscitare mortuos/vīificare aias/iudicare mundum. Tertio ex hoc q̄ filius ĩcarnatus adorādus est sicut pater. adoratio enim est fructus operum: & ꝓpterea adiungit eum spectātibus ad opus. ¶ Procedit aūt primo ex identitate facti. Et quia opus ad operantem spectat, ideo vt sermo esset formalis/mōstrat ęqualitatem filii ad patrem quatenus vterq; est opifex. ꝓpterea enim non ex rōne consubstantialitatis sed ex idētitate facti ęqualitatē hanc docet. Rursus formalissimus simul & suauissimus doctor ihesus, sic ex parte operis docet ęqualitatem filii ad patrem/vt & auditores intelligant/& nihilominus veritas tanti mysterii a proprietate non labatur sermonis.

¶ Describit itaq; æqualitatem filii opificis ad patrem opificem sub formali ratione opificis agentis a ꝓposito. Opificis. n. actus est facere: & qualitas opificis ad opificēm in duobus p̄se cōsistit. s. in videndo q̄ facit alter opifex/& in faciēdo eadem. Si. n. opifex vnus videat q̄cunq; facit opifex alter/& oīa illamet faciat, ęqualis est illi opifex. nisi fiqđ videret oīa quę facit alter/nō per se adęquaretur illi/sed aut nō adęquaretur in iis quę lateret ipm/aut a casu adęquaretur. Et rursus nisi videret, nō adęquaretur vt opifex opifici. opifex enim inquantum opifex/non adęquat alterum opificem fm rōnem operandi nisi videndo: qm̄ vterq; est agens a proposito. ℣ Hæc in cōmuni sunt vera. In spāli aūt materia (scilicet de patre & filio opifice) scito q̄ si filius posset facere aliquid quod non videret facere patrem, nō esset maioris potētiæ sed minoris: quia hoc ex defectu naturę & potentię eius oriret. Et propterea a negatione huius potentiæ inchoat/dicendo. **non potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit patrem facientem.** Et lege quod viderit pro qđ viderit. Negatur de filio opifice potētia duorū. Alterum est faciēdi quicq̄ nisi quod pater facit. alterū est modus faciendi. s. a se. Et primū quidem spectat ad terminū faciendum: secundū aūt ad faciendi principium. Posse siquidem filium facere a se vt distinguitur a patre/esset si filius haberet naturā aliā a natura p̄s. nā ex ꝓpria natura/ac p hoc a seipso/ex sua nō patris posset potentia posset exequi aliqd qđ nō exequit p seipsum p̄: vt patet de oī rōnali creatura. oīs. n. creatura rōnalis quia habet aliā naturā a dei natura/pōt aliqd a se exeq qđ nō per seipm exequit deus. Vñ p hoc q̄ filius nō pōt a se facere, excludit diuersitas naturę filii a natura p̄s. Ita q̄ ęqualitatē filii ad p̄em ex parte opis declarat, tū ex negatione potētię faciēdi a se: qđ est ex negatione diuersę potētiæ diuersęq; naturę in se & p̄se. tū ex negatione potentię faciēdi aliud q̄ pater. Quæ duo se mutuo inferunt/quoniā negatio diuersę naturæ īfert negationem diuersi faciendi & econuerso. Et clara est doctrina/ex principio & termino aperiens veritatē. ¶ Dicit ergo nō pōt/nō dicit nō licet: ad declarandū idētitatē potērię filii & patris. Vt hinc audiant iudei q̄ non est iūctus patri sicut alii filii iunguntur patribus suis/aut sicut filii adoptiui per gratiam iunguntur deo: qui etsi imitantur patrem/possunt tamen aliud facere q̄ facit pater. ipse enim est talis filius patris sui dei q̄ omnino nō pōt facere nisi quod facit deus pater. Et similiter alii filii qa alterius sunt naturę, ērsi non facerēt tū possunt a se facere aliud: ipse vero talis est filius q̄ oīno nō pōt a seipso (prout a patre distinguit) facere aliud q̄ p̄. Vt hinc habeat manifeste q̄ potentia faciēdi in filio est illamet quæ est potentia faciēdi in patre. nam si esset alia, penes principium faciendi vel terminum faciendum differret. ¶ Et dicit nisi quid viderit: ad significandum liberum concursum

ad faciendum/ad differẽtiam agentis naturalis. Facere enim videdo/proprium est agentis a ꝓposito: & quod facimus videdo aliũ facere/facimus libere. filius aũt nõ naturaliter sed libere facit ꝙcquid facit. Et ꝓpterea dicit nisi ꝙd viderit: vt per hũc modũ faciendi (scilicet videndo quid facit pater) intelligamus filium ita nõ posse aliud facere/ꝙ cum hac imporẽtia libere facit/libere cõcurrit ad faciendũ. Ne errares: intelligendo patrem quidẽ libere facere, filium vero nõ libere sed naturali necessitate facere quod facit pater. ¶ Et nõ dicit didicerit sed viderit: vt intelligamus ꝙ non disciplina sed penetratiuus intuitus filii intetuenit in hoc ꝙ filius facit idem quod pater facit. Ita ꝙ dicendo nisi quid viderit, significat nisi ad quod concurrerit tanq̃ agens a ꝓposito/penetrando patrem facientem. Rursus dicit viderit/ne notionalem actum sed essentialem intelligamus significari (videre enim actus est ad ea quę sunt substantiæ nõ ad ea quę sunt relationis in diuinis spectans) & intelligamus prout est, ꝙ filius clare videns vniuersum diuinum facere/libere facit illud idem quod facit pater. ¶ Et dicit facientem/non fecisse aut factum: vt intelligamus filium simul facere. Dicit facientem/non imperantem aut ordinantẽ: vt nulla subiectio/nulla subordinatio filii ad patrem respectu operationis sed solus concursus liber significetur ad faciendum (hoc est ad exequendum) illud idem quod exequitur patet. facere enim exequẽtis est. ¶ Et dicit quid: vt intelligamus vnum atq̃ idem esse illud quod facit filius & quod facit pater. Nec dicit nisi ꝙd viderit fieri a patre: ne ex parte passi intelligatur cõcursus filii & patris. Sed tam ex parte patris q̃ filii dicit facere: vt intelligamus concursum patris & filii ad faciendũ vnum & idẽ ex parte actionis. ¶ Significantiusq̃ dicit seorsum filium facere & seorsum patrem facere/nullam mentionem faciens de cõcursu amboꝝ nisi videndo: ne errares intelligendo patrem & filium concurrere ad facere idẽ sicut causam superiorẽ & inferiorẽ/aut sicut causas partiales/aut sicut agẽs & instrumẽtũ/aut sicut patrẽ & matrẽ/ & si quid est aliud huiusmodi: sed intelligeres (si potes) filium facere libere illud idem quod facit pater, vna omnino indiuisa actione/vna rõne agendi: quia sunt vnum faciendi principium. **Quecunq; enim ille fecerit, pro. facit, hęc & filius similiter facit.** Duo continentur in antedictis verbis: scilicet filium nõ posse nisi idem quod facit pater facere/& filium videre patrem facientem. & ambo probat. Et prius primum: ex hoc ꝙ tam terminus ad quẽ terminatur facere filii adęquat terminum ad quẽ terminatẽ facere patris (hæc enim adęquatio clare significatur dicendo ꝙ quecunq; pater facit hæc & filius facit) q̃ qualitas faciendi in filio similis est qualitati faciendi in patre. aduerbium nanq; similiter/vnã qualitatẽ actionis in vtroq; significat. Quia igitur ex adęquatione faciendorum cognoscitur ęqualitas potẽtię & ex identitate faciendorum cognoscitur idẽtitas potentię, ideo probatur a posteriori (scilicet ex facere omnia quæ facit pater) ęqualitas siue identitas potentię factiuę in filio ad potentiam factiuã in patre. Et multo magis manifestatur/adiuncta similitudine faciendi. ¶ Vera autem hęc esse cõstat: quia indiuisa sunt opera trinitatis ad extra: quę sola significant per facere. indiuisa autem & quo ad rõnem faciendi & quo ad substãtiam modumq; faciendi: & nõ solum quo ad terminum. **Pater enim diligit filium: & omnia demonstrat ei quę ipse facit.** Posq̃ declarauit primum (scilicet nõ posse facere nisi quod facit pater) declarat secundum: scilicet nisi quid viderit patrem faciẽtem. Declarat autem hoc ex parte rei visę: scilicet quia pater mõstrat filio omnia quę ipse pater facit. ideo enim filius videt patrem facientem/quia pater mõstrat filio oĩa quę facit. Et hoc declarat a priori/quia pater diligit filium. ita ꝙ dilectio est ratio monstrationis/& monstratio est ratio visionis. Hic est planus & formalis sensus literæ. ¶ Vbi aduerte ꝙ patrem mõstrare filio oĩa quę facit/est patrem facere in manifesto filii omnia quę facit. ita ꝙ non actio aliqua quę sit monstratio/sed modus quo facit pater omnia describitur: scilicet in manifesto filii. Quemadmodum enim descripsit modum quo filius facit/dicẽdo quid viderit, ita describit modum quo pater facit/dicendo monstrat filio oĩa quę facit. Et dixit hoc: quia hic mõdus faciẽdi est ex parte rei visę ratio ꝙ filius videat. Ex hoc enim ꝙ pater in manifesto filii oĩa facit, infertur ꝙ filius videt patrem facientem quicquid facit. Non ꝙ inter hæc interueniat causalitas aliqua: sed quia si videre filii causaretur a re visa, causaretur ex hoc ꝙ pater in manifesto filii omnia facit. sicut æternitas nõ causatur ab immutabilitate: sed quia si causaretur causaretur ab immutabilitate/dicimus deum ęternum quia immutabilem. Et simili modo intellige ꝙ quia pater diligit filium/facit quę facit in manifesto filii. Hęc siquidem tria (scilicet filium videre/& patrem in manifesto filii facere/& patrem diligere filium) naturalia sunt in deo: & consequenter se habent sicut causa & causatum si causarent. In carnalibus patribus clare patet ꝙ ex vehementi dilectione qua pater aliquis afficitur filio/nihil facit occulte a filio. sed vtrunq; est liberum: quia carnalis pater & libere diligit filium/& libere facit quæ facit in manifesto filii. Verum si carnalis patris erga filium amor tam vehemens esset non liber sed naturalis, causaretur quoq; ꝙ naturaliter nihil occultaret eorum quæ facit filio. sicut enim ex amore libero causatur libere nihil occultare, ita ex naturali amore causaretur/naturaliter non occultare. Ascende hinc ad diuina & percipe ꝙ pater diligit filium quantum diligibilis est/amore naturali. vult enim naturaliter pater filio/non hoc vel illud bonum sed omne ac summum bonum simpliciter & absolute. & hinc naturaliter facit in manifesto filii quicquid facit. ¶ Et bene nota ꝙ q̃is patrem facere sit libere, modus tamen iste faciendi (scilicet in manifesto filii) est naturalis. Quis enim in libertate patris sit facere vel

non facere, non tamen est in libertate patris modus iste faciendi (.i. in manifesto filii vel occulte a filio) sed naturale est ꝙ si facit faciat in manifesto filii. & ꝓpterea ex naturali amore patris erga filium infert in textu. Naturalia enim in deo/ex naturalibus in ipso formaliter declarant tanq̃ vnum causet ex altero: vt voluntas ex intellectu/& intellectus ex essentia/& similia. ¶ Ordinat itaq; ielus naturalia patris & filii quatenus sunt opifices/formali ordine: declarans indęis humani intellectus more ſm ordinem formalem qũo pater & filius conueniunt ad faciendum idem/ex hoc ꝙ pater diligit filium quãtum diligi potest: & cõsequenter omnia quæ facit monstrat filio: hoc est in manifesto filii facit. Hinc. n. declaratur prius dictum. .i. ꝙ filius videt patrẽ facientem. quod declarandũ erat. **¶ Et maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.** Declarata ęqualitate filii ad patrẽ ex parte operis longe elenati a nostra natura (operis. .s. diuini cõmunis toti trinitati: quod ab initio exercuit/creando mũdum &c.) declarat mõ ęqualitatem filii ad patrẽ etiam ex parte operis/sed operis nobis manifesti: quod. .s. exercet ipse filius factus homo. Et propterea vbi hactenus vsus est verbo præsentis tẽporis/spectantis ad cõtinuam operationem diuinam cõmunem patri & filio (dicendo facit/monstrat) modo vtitur verbo futuri tpis: quia transit ad opera a filio dei simulq; filio hominis exercenda. ¶ Et appellat maiora his, resuscitationẽ mortuorum/viuificationẽ animarum/iudiciũ mundi/& huiusmodi. Quæ vere sunt maiora opera illis operibus quę fecerat. .s. curare infirmos/eicere vendentes & ementes de tẽplo/ꝓcipere vt qs tolleret grabatũ suum in sabbato. ¶ Demonstrare autẽ significat in manifesto facere/sicut supertius. Sed addit: quia supertius sumitur pro in manifesto filii facere. hic autẽ sumitur non solum pro facere in manifesto filii (vt testatur ꝓnomen ei) sed etiã cum sensibili signo apud alios: vt testanť subiuncta verba/vt vos miremini. Ita ꝙ opera hæc maiora faciet pater in manifesto filii/quia filius clare videbit deum facere hæc opera. in alioꝝ autem admirationẽ de filio: quia videbunt ipsa opera/sed non videbunt patrẽ operantem.

Sicut enim pater. Explicat tria genera operum maioꝝ his/demõstranda a patre filio cũ admiratione iudeoꝝ. Primum habet duos ramos. .s. suscitare mortuos ad vitam corporis/& viuificare animas. vtrũq; siquidem est magnũ opus & proprium deo. Propter hæc enim duo dicit. **suscitat mortuos.** quo ad vitam corporis. **& viuificat.** quo ad vitam animæ/quæ est per gratiã. Nisi enim de viuificatione animarũ loqueretur/superflue addidisset & viuificat: quoniã suscitare mortuos/nihil aliud est q̃ eos ad vitam reducere. **Sic & filius.** Ecce æqualitas quo ad modum faciendi: ꝙ sicut pater facit sic & filius. **quos vult.** Ecce æqualitas quo ad libertatẽ. & ex parte voluntatis explicat filium cõcurrere cum patre ad faciendũ vt agens a ꝓposito: quod superius explicauerat ex parte intellectus/dicendo quid viderit. **viuificat.** tam suscitando mortuos q̃ viuificando animas: vt significet æqualitas in vtroq; opere. ¶ **Neq; enim pater iudicat quẽq̃.** Secũdum genus operis explicatur. Ita ꝙ cõiunctio enim/non est redditiua rationis immediate prius dictæ viuificationis: sed refertur ad explicandũ maiora opera, & accumulat opus iudicii operi viuificationis. ¶ Sed nota differẽtiam inter opus viuificandi & iudicandi relatiue ad patrem. Nam suscitare & viuificare descriptũ est cõmune patri & filio/dicẽdo sicut pater suscitat & viuificat sic & filius: iudicare autẽ describitur aliter patris q̃ filii. Describitur enim pater nõ iudicare/ea ratione quia non exercet personã sensibilis iudiciis: quia pater non est homo/non est iudex sensibilis. de illo. n. iudicio est sermo quo mundus est iudicandus. **sed omne iudicium dedit filio.** Iudicium omne appellat iudicium vniuersale. Datur autẽ gratuitam collationẽ significat/factam filio dei in mysterio incarnationis, tunc enim dedit deus filio opus iudicii quũ factus est homo: hoc est tunc cõstituit eum iudicem mũdi. ¶ **Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrẽ.** Tertium opus (quod vt fructus precedẽtium ꝓponitur) est debitus honor filio sicut patri. Demõstrauit enim deus hæc opera, vt iesus christus filius dei adoretur latria sicut adoratur pater deus. Et huiusmodi adoratio est tertiũ genus operis/maius illis. **Qui non honorificat filium/non honorificat patrẽ.** Duo priora genera operũ quia exercenda sunt per filium/sine cõtrarietate descripta sunt: honoratio veto quia per homines exercenda est/cum cõtrarietate describitur inter honorantes & non honorantes. ¶ Et ne errares intelligendo fructũ honoris esse ex quadam decentia & non ex necessario debito, ideo subiungit rationẽ necessarii debiti ad honorandum filium sicut patrẽ/ex hoc ꝙ non honorare filium est non honorare patrẽ. Hinc enim manifeste sequitur ꝙ sicut debitũ est honorare patrem ita & filium. **qui misit illum.** Adiunxit hoc ad explicãdum ꝙ de filio misso (hoc est de filio incarnato/de filio dei qui est etiam filius hominis) loquit: & simul explicat rationẽ redundantiæ inhonorationis suæ in inhonorationẽ patris/ex eo ꝙ pater misit ipsum. iniuria enim quæ fit legato/fit leganti. ¶ Et significanter non dicit qui dehonorat filium/sed qui non honorat: vt intelligamus non solum iniuriam dehonorationis sed negationẽ honoris culpabilẽ esse.

Amen amen dico vobis. Considera ordinem. Prius dixit/maiora his demõstrabit. Deinde explicauit proponendo quæ sunt illa maiora. & explicauit esse tria genera operum. .s. viuificare/iudicare/& adorari. Modo manifestat figillatim singula ſm singulos ramos. Et incipit a viuificatiõe. ita ꝙ declarat ꝙ sicut pater viuificat sic & filius viuificat. **qz qui verbũ meum audit.** Explicat modum quo filius viuificat. Duo siquidem cõcurrunt ad hunc modũ. nam ex parte filii concurrit verbum euangelicũ: & propterea dicit quia qui verbũ meum. Ex parte autẽ viuificandoꝝ concurrit primo auditus verbi christi: & pro-

ꝓterea dicit audit. Concurrit secundo fides. & propterea subiungit. ⁊ credit ei qui misit me. Fides ipsa explicatur dicendo credit. Credenda autē ſummatie traduntur dicendo ei qui misit me. nam & mysterium trinitatis & mysterium incarnationis in his verbis cōtinetur. pronomina enim ei & me patrē & filium monſtrant: missio autē mysterium incarnationis significat. In his. n. reliqua credenda claudunt. habet vitam ętternam. Ecce vivificatio animarū: quā facit christus euangelizando in iis qui credunt euangelio. Dicendo enim habet vitam æternā manifeſtat ſe loqui de vita animæ. ℣ Et dicit habet: qa in præſenti vita habetur inchoative vita æterna. Gratia enim ſeu charitas viuere in æternū perſeverantem inchoat in anima. Et in iudicium non venit. pro. veniet. Modus explicatur quo anima credendo vivificatur ſm duo. Alterum eſt plena remiſſio peccatorū. Et quo ad hoc dicitur ꝙ in iudicium non veniet: quoniam cōmiſſa peccata ira delentur ꝙ non veniet iudicandus pro illis non dicet ei ius quod mereretur pro illis: quia oīa ſunt ei cōdonata. ſed tranſiet. pro. tranſiuit a morte in vitam. Alterum eſt tranſitus a ſtatu æternæ mortis in ſtatū æternæ vitæ. vt intelligamus ſtatū ante fidem, eſſe ſtatū mortis æternæ: & in vivificatione animarū interuenire reſuſcitationē aiæ de morte æterna in vitā ętternam.

Amen amen dico vobis. Declarato modo quo filius vivificat animas, cōſequenter declarat modum quo reſuſcitat mortuos corpore. vtrūq; enim propoſuerat. q⁹ venit. pro. veniet hora, ⁊ nunc eſt. Dicit veniet propter futuram reſuſcitationē. Et dicit hora non dies aut annus, propter breue tēpus ſuæ prædicationis. Et dicit & nunc eſt: quia imminebat tunc. Humano enim more loquitur: quo cōſueuimus eum qui tam appropinquat nunciare dicendo veniet & nunc eſt hic. quando mortui. corpore. Nōn dicit omnes ſed indefinite: quia aliqui tantū ſignificant reſuſcitandi in imminenti hora: lazarus. ſ. filius viduę & filia archiſynagogi. audient. hoc eſt ad ſimilitudinē audientium obedient. Mortui enim nō poſſunt audire proprie loquendo: ſed tamen ſurrexerunt omnes hi tres ad literā acſi audiſſent. vocem. ſenſibilē lazare veni foras adoleſcens tibi dico ſurge talitha cumi. Ad literā enim deſcribitur modus quo mortui erant ab ipſo reſuſcitandi: ſenſibili. ſ. vocatione interueniēte acſi mortui audirent. filii dei. virtutem vocis ad reſuſcitandū ſignificat ex diuinitate. vox enim formabat a filio hominis: ſed virtutē habebat ex hoc ꝙ erat vox filii dei. ℣ Et qui audierint. modo dicto. Quos audientes non legimus niſi tres fuiſſe: viuent. Ecce reſuſcitatio: non ad vitam æternā, ſed ad vitam præſentē. ℣ Vbi nota erudite lector ꝙ nullum aliud corporeū opus miraculoſum ieſus affert in teſtimoniū ſuæ æqualitatis ad patrē (hoc eſt ſuæ veræ deitatis) niſi reſuſcitationē mortuoꝝ & illam per modum imperii ſola voce. Ad hunc enim imperii modum explicandū dicitur ꝙ mortui audient vocem & qui audierint viuent. Vnde habes ꝙ antichriſtus etſi faciet mirabilia, nunq̄ tamen faciet hæc quæ ſunt dei propria. ſ. vivificationē animarum & reſuſcitationem mortuoꝝ. ¶ Sicut enim pater. Declaratis modis vtriuſq; vivificationis a filio, declarat poteſtatē vivificandi in ipſo ſicut in patre: ad reddendā rationem dictoꝝ circa vtrūq; opus. & propterea apponitur cōiunctio enim dicendo ſicut enim. habet vitam in ſemetipſo. Habere vitam in ſemetipſo eſt habere vitam ſine dependentia ab alio. Qui enim habet vitam dependentē ab alio quantū eſt ex ſe pōt deficere a vita: ac per hoc non in ipſomet ſed in alio conſiſtit cōſeruatio vitę eius: & partim habet partim non habet in ſe vitam. Qui autē habet ſimpliciter & abſolute in ſemetipſo vitā ſine dependentia ab alio habet illam. Sic autē eſt in trinitate: quia & patet habet vitam ſine dependentia ab alio, & filius habet vitam ſine dependentia ab alio. Et hoc eſt quod hic dicit. ſic dedit. non gratuito dono ſed naturali generatione. Et dixit hoc: vt intelligamus ꝓpria poteſtate filium vivificare tam animas q̄ corpora ſicut & patrem. ⁊ filio habere vitam in ſemetipſo.]

Et poteſtatem dedit ei. Explanatis iis quæ ſpectabant ad æqualitatē ex parte operis vivificatiui filii incarnati, explanat modo ſpectantia ad opus iudicii vniuerſalis. quod ſecūdo loco ꝓpoſuerat: dicendo neq; enim pater iudicat quēq̄ ſed omne iudicium dedit filio. Explanando ſiquidē dicta verba ꝓpoſita ſubiungit hæc. ℣ Significanterq; dicit & poteſtatē: ne executionem iudicii intelligeres. Quod aūt dicit dedit ſ gratuitū ſignificat donum. iudicium. Deeſt cōiunctio. Legendū eſt. et. ſeu etiam. iudiciuꝫ facere. Et eſt ſermo de iudicio vniuerſali quo mundus iudicabit. q⁹ filius hominis eſt. Non dicit & poteſtatē dedit filio hominis (ne parem rationē inferres de quolibet filio hominis) ſed dicit ꝙ poteſtatē dedit ei filio dei, quia eſt filius hominis. vt intelligamus poteſtatē iudiciariam datam coniuncto. ſ. filio dei iam filio hoīs. Ira ꝙ ratio quare conſtitutus eſt filius dei iudex eſt qa ipſe eſt ēt filius hoīs. ¶ Si queris quare oportuit filiū dei eſſe filium hoīs ad hoc vt cōſtitueret iudex mundi? In prōptu eſt ratio: quia. ſ. iudex dū ius dicit oportet ꝙ videat a iudicandis. deus aūt ipſe purus non pōt videri a iudicandis: quum magna pars iudicandoꝝ ſit reproba qui non poſſunt videre deum. viſio. n. dei beatos eos efficeret. Deus autē in natura humana aſſumpta videri pōt ab oībus iudicandis tam bonis q̄ malis. Et propterea qa filius dei eſt filius hoīs conſtitutus eſt iudex mundi: quod eſt patrem dediſſe ei poteſtatē faciendi iudicium. hanc enim habuit ieſus ab inſtanti conceptionis ſuæ. & propterea dicit dedit in præterito.

Nolite mirari hoc. ſ. ꝙ filius conſtitutus eſt iudex quia filius hominis eſt: audientes factum neſciendo quare. q⁹ venit. pro. veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt. Rationem facti reddit ex modo iudicii futuri. Et intendit ꝙ quia cōgregatio iudicandoꝝ erit ſenſibilis & iudicium erit ſenſibile,

ideo dedit ei poteſtatem iudicium facere quia filius hominis eſt. ideo non eſt mirandum. ¶ Vide ſingula. Deſcribit in primis hora ventura futuri vniuerſalis iudicii. Et dicit ꝙ oēs non aliqui non indefinite (vt ſuperius) ſed vniuerſaliter tam boni q̄ mali qui in monumentis ſunt corpore mortui. audient vocem filii dei. pro. vocem eius. Modus quo ſuſcitabunt omnes mortui idem omnino deſcribit cum modo quo reſuſcitati ſunt illi tres. Eadem enim verba repetunt. ſ. audient vocem eius: quia ad ſenſibilē vocem ieſu chriſti tanq̄ audientes ſuſcitabunt tanq̄ ſi a ſomno ſurgerent. imperii ſiquidē vis deſcribit. ¶ Significanter autē euangeliſta non repetit filii dei, ſed pronomine vtitur monſtrante filium dei eūdemq; filium hominis quē poſtremo nominauerat: quia in ſuſcitatione illoꝝ trium a ieſu homine paſſibili explicanda fuit deitas illius: & ꝓpterea dictum eſt vocē filii dei. In ſuſcitatione autē omnium mortuorum a ieſu homine īmortali glorioſo non oportuit explicari deitatem: quoniā ipſa forma glorioſa cum maieſtate præ ſe ferret filium hominis eſſe filium dei. Et procedent qui bona fecerunt. Ecce iudicium ius dicetur iuxta merita. & ꝓpterea fit mētio operū. ℣ Non dicit & ꝓcedent qui crediderunt ſed q bona fecerunt: qa fides ſine opibus mortua eſt qa opibus ius dicet. in reſurrectionē vitę. Ecce præmiū bonorū operum. Quod vt intelligas, vide in litera ꝙ ꝓcedere in reſurrectionē cōe erit mortuis bonis & malis: qm vtriq; per reſurrectionē habebunt vitam corporalem. ſed dīa erit ꝙ bonorū reſurrectio erit ad vitam, malorū autem erit ad iudiciū. Vtrorūq; reſurrectio ſm rei veritatē erit ad iudicium (quoniā omnes aſtabimus ante tribunal chriſti) ſed iudiciū quod fiet bonis, deſcribitur tacito iudicii nomine a termino a præmio a vita ad ſignificandū ꝙ non tam iure q̄ gratia eis dabitur vita. Et deſcribit vniuerſum præmiū a vita: quia quicqd perfectionis eſt vitalis erit eorū præmium: quia erūt toti vita, nihilq; mortalitatis in eis locum habebit. ℣ Quo cōtra pœna reproboꝝ non deſcribitur in ſeipſa ſed deſcribit in iudicio ad ſignificandū ꝙ non aliunde q̄ ex iure iuxta eoꝝ mala opera punient. Et ꝓpterea non dixit procedent in reſurrectionē pœnaꝝ ſed iudicii: vt reſurgere ſignificent non ad pœnas ſed ad ius. non. n. delectat deus pœnis dānatorū ſed iure. ℣ Perpende hinc qd ſupius diximus iudicē dicturū ius tam bonis q̄ malis & ꝓpterea oportere eſſe deum hoīem. Qui vero mala egerūt in reſurrectionē iudicii.

Non poſſum ego Declarato modo iudicii declarat iuſtitiā iudicii. Et quoniā triplici ex capite poteſt iudicium a iuſto declinare (vel ex parte potentiæ vel ex parte intellectus vel ex parte volūtatis) ideo ex his tribus capitibus oſtendit iudiciū ſuum eſſe iuſtum. Et inchoat a potentia. non poſſum ego quis filius hominis ſim. a meipſo facere quicq̄. Non ſolum non poſſum declinare a iuſto iudicio & facere alicui violentiam, ſed nec quicq̄ poſſum facere a meipſo: hoc eſt quod non faciat deus quod nō faciat pater. Et in prōptu ratio eſt: quia non ſum a meipſo ſed a patre. Sicut audio iudico. Excluſa violatione iudicii poſſibili ex parte potentiæ, excluditur modo ex parte ſcientiæ. ſicut audio. Auditus ſenſus eſt diſciplinæ. & propterea diſciplinā qua doctus eſt filius hominis a deo ſignificat dicendo audio. ℣ Et intendit ꝙ q̄uis ſim homo, iudico tamē ſicut audio a deo ſm regulam diuinæ ſcientiæ. Et ꝓpterea hinc non poteſt violari iudicium. ⁊ iudicium meū iuſtum eſt. Concluſio & præcedentiū & ſequentis priſ in medio locata eſt. Quia non quęro voluntatē meam, ſed voluntatē eius qui miſit me. Deeſt. patris. Excluditur tertio violatio ex parte volūtatis. Voluntas enim humana declinare pōt. & propterea quicunq; quærit facere voluntatē propriam facile errat in iudicio. Voluntas autē diuina lex eſt omnis iudicii. & ꝓpterea qui conformat ſe voluntati diuinæ non errat iudicando. ℣ Q⁹ aūt ſermo ſit de volū tate chriſti humana quā dicitur non quæro facere voluntatē meam, teſtantur verba ſubiuncta de eius miſſione. Miſſio enim ad myſterium incarnationis ſpectat. ¶ Et nota ꝙ cōcluſio in medio poſita quātum eſt formam cōcluſionis ponitur vt cōcluſio iſtius tertii. ſ. cōformitatis ad voluntatē diuinam. Non quin ſit concluſio etiam præcedentiū: ſed quoniā non eſt concluſio præcedentiū niſi mediante hoc tertio. hoc enim tertium eſt immediatū concluſioni. Poſſe ſiquidem & ſcire exiguntur qmdē ad iudicium: ſed nihil ſunt niſi ſequatur voluntas recta ad iudicandum. volūtas enim recta eſt quæ infert iudicium præſuppoſitis iis quæ ſunt potentiæ & ſcientiæ.

Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniū meum non eſt verum. Explanatis ſpectantibus ad opera vivificationis & iudicii (æqualitatē filii dei manifeſtantiū) explicat modo tertiū quod ſimul ꝓpoſuerat de debito honore filio ſicut patri. Hoc enim ꝓpoſuerat dicendo vt omnes honorificēt filium ſicut patrē &c. ℣ Et quoniā debitus honor filio exhibēdus eſt ei per fidem fides autē innititur teſtimonio, propterea honorē ſibi debitum tractat explicando teſtimonia quæ ſunt de ipſo: vt ſic adherentes teſtimoniis honorent & inhonorātes cōuincantur inhonorare deum repellendo tot teſtimonia diuina. ¶ Circa teſtimonia autē de ſeipſo primo excludit teſtimoniū proprium. deinde affert teſtimoniū humanum. & poſtea teſtimonia diuina. Et quoniā teſtimonium ꝓprium ipſius chriſti ſm rem erat verum (quia nec ſm ꝙ deus nec ſm ꝙ homo poterat mentiri) ac per hoc non poterat categorice excludere teſtimoniū proprium tanq̄ non verum, ideo hypothetice cōditionaliter excludit teſtimoniū proprium. Conditionalis enim eſt vera ſi tam antecedens q̄ cōſequens eſt impoſſibile. ¶ Verum occurrit hic quæſtio de veritate ipſius cōditionalis: quia eius cōtradictoria ab ipſomet ieſu aſſeret inferius ca. 8. Solutio eſt ꝙ hic loquit de ſeipſo ſm quid, ibi vero ſimpliciter. Q⁹. n. hic loquatur de ſeipſo ſm quid ex

præcedentibus insinuatur. In verbis imediate præcedentibus tria dixit/distinguentia quodāmodo ip/sum a seipso:dum dixit non possum a meipso facere quicq̄/& sicut audio iudico/& non quæro volūta/tem meam sed voluntatē patris. Statimq; subiungens si ego testimoniū/quid aliud insinuat nisi q̄ pno men ego demōstrat ipsum non absolute sed ſm quid:hoc est demōstrat ipsum ſm se tanq̄ vnum homi nem/demonstrat ipsum seclusō auditu a patre/demōstrat ipsum seclusō quærere voluntatē patris. Acsi apertius diuisset. Si ego affectans ea quæ testimonii proprii sunt testimoniū perhibeo de meipso,testi/monium meum non est verū:pro quāto non ex ratione veri sed ex affectu proprio procederet. **Alius est qui testimonium perhibet de me.** Cōtra proprium testimoniū inducit alienum. Et quoniā inferius explicat duos alios(.s.ioānem baptistā & patrem)ideo quū indefinite dicatur alius est,potest indefini/te intelligi absq; determinatione ad alterū eorum. Sat enim est præsenti ꝓposito q̄ non ego testimoniū perhibeo de meipso,sed alius est qui testimoniū perhibet de me. **Et scio q̄ verum est testimoniū q̄ perhibet de me.** Quānis ego non perhibeā testimonium mihiipsi,scio tñ certa scientia & fateor quia verum est testimoniū quod ille alius perhibet de me/tam pater q̄ ioānes.℣ Et dixit hoc:ad explicādum q̄ ea quæ dicit de seipso/dicit ex certa scientia ad verificandū testimonium quod de ipso perhibetur. Acsi apertius diceret.non dixi hæc ad testificandū,sed ad verificandū testimonium tam ioānis q̄ patris.

Vos misistis ad ioānem. Explicat alium/testimonium perhibentē de ipso.Explicat aūt ab autoritate ioānis apud illos:dicendo vos misistis ad ioānem/tanq̄ ad hominē maximę apud vos autoritatis mi/sistis.ℨ **testimonium perhibuit veritati.** Non dicit & testimoniū perhibuit mihi/sed veritati:quia ioā nes testificatus est veritatē non solum de iesu sed etiā de seipso.dixit enim se nō esse christum &c.vt hinc testimonium ioānis irrefragabile esset:vtpote qui veritatē præposuit propriæ gloriæ. **Ego aute non ab homine testimoniū accipio.** Verba hæc valde ob/cura essent/nisi aduersatiua subiuncta explana/ret illa. Nam & ipse iesus dicet discipulis/eritis mihi testes in hierusalē & samaria & vsq; ad vltimum ter ræ.quod sonat oppositū eius quod modo dicit/testimonium ab homine nō accipio.℣ Sed sensus est q̄ non accipio testimonium humanū vt testimonium necessariū mihi/vt testimonium ꝓpter me.hūc n. sensum manifestat aduersatiua subiuncta.sed hec dico vt vos salui sitis. Ecce quare testes apostolos/ ecce quare testimonium ioānis.s.propter nostrā salutem. Et vere sic est.indignum est enim vt iesus chri stus verus deus/veritas infallibilis,vtatur ex parte sui testimonio humano:quod cōstat esse fallibile. Et propterea verissime dicit.ego non ab homine testimoniū accipio/ex parte mei:sed vtor testimonio hu/mano vt vos salui sitis/ex parte vestri/vt vos credatis more vestro per humana testimonia. **Ille erat.** Qualitatem ioānis(qui perhibuit de ipso testimoniū)declarat ex similitudine lucernæ. Tempus præ/teritum erat/insinuat q̄ ioānes iam erat in carcere aut occisus/iesu dicente hæc. **lucerna ardens ℨ lu/cens.** Vas ignis & lucis ioānes describitur:vt ardore interior charitas/luce vero exterior doctrina ver/bo & exemplo significetur. **vos aute voluistis ad horam exultare in luce eius.** Quānis ioānes fuerit lucerna ardens & lucens, vos tamē non credidistis ei.ita misistis ad eum q̄ non perseueranti voluntate sed ad horam/ad modicū tempus, voluistis exultare sub luce eius:hoc est volnistis lęto animo ipsum su scipere.Nam quum ioānes negasset se christum/& testimoniū perhibuisset veritati de se & de me,nolui/stis amplius exultare sub luce eius:imo increpastis eū/quid ergo baptizas si tu non es elias &c.℣ Et dixit hoc ad aperiendū q̄ non solum verba ipsius iesu sed etiam verba ioānis parumpenderunt.

Ego autem habeo testimoniū maius ioāne.pro.ioānis. Subaudit enim testimonio. Non accipio ab homine testimoniū ex parte mei:sed ex hac parte habeo testimoniū maius testimonio ioānis. **Opera enim.** Primum testimoniū maius est genus operū mirabilium quæ fecit. **quę dedit mihi pater.** col latione gratuita/mihi verbo incarnato. **vt perficiaz ea.** Non dicit vt aliqualiter disponā/vt rogem pro illis,sed vt perficiam/vt ex integro faciam illa:ad differentiā aliorum sanctorū.Solus enim iesus christus virtutem habuit perficiēdi mirabilia opera:quia solus fuit deus. **ipsa opa quę ego facio.** Nota erudite lector eadē opera describi data ei a patre/& eadē quæ ipse facit:vt intelligamus sic cōcessa esse incarna/to verbo/vt ipse filius autoritative & ꝓpria potestate faciat illa:eadē.s.potestate qua pater. **testimoniuz perhibent de me q2.pro. q̄/pater misit me.** Explicatur quid testificant opera de ipso.s.q̄ pater misit me:hoc est mysterium trinitatis & incarnationis.vtrūq; enim in his verbis clauditur:vt prius dictū est. ℣ **Et qui misit me pater.** Secūdum testimoniū maius est pris. **ipse testimoniū perhibuit de me.** Cō/stat q̄ pater perhibuerat testimoniū quādo iesus fuit baptizatus.hic est filius meus dilectus.℣ Quānis non oporteat restringere testimoniū paternum ad testimoniū sensibile.nam de petro scriptum est.caro & sanguis nō reuelauit tibi/sed pater meus qui est in cœlis. Vnde paternū testimonium siue sensibiliter siue spiritualiter perhibitū fuerit/intelligitur. Constat enim multos spirituali tractu ad iesum accessisse. ipse siquidē spiritualis tractus/testimoniū est paternum. **Neq; vocem eius vnq̄ audistis.** Sicut ape tuerat q̄ non crediderant testimonio ioānis,ita modo aperit q̄ non acceperunt testimoniū patris:ex/cludendo tres modos quibus paternū testimonium accipi pōt a nobis.℣ Primus est per signum sensi/bile.& hic excluditur dicendo/neq; vocem eius vnq̄ audistis.vt appellatione vocis/oē sensibile signum intelligat. **neq; speciem eius vidistis.** Secundus modus est per claram visionē.Et hic excludit dicendo

neq; speciem eius vnq̄ vidistis. ℨ **verbum eius non habetis in vobis manens.** Tertius modus est per internam inspirationē seu reuelationem:qui est cōmunis omnibus vere fidelibus.Et hic excluditur dicendo.& verbum eius.s.dei patris reuelatū per prophetas, non haberis/deliberatione & studio,in vo bis/non in codicibus/non in sermonibus.in vobis,non ſm quid/hoc est in scientia vestra,sed in vobis absolute/in intellectu volūtate & opere.manens/non transitoriū quātum est ex parte diuini testimonii/ sed permanens:sine pœnitentia enim sunt dona dei.ita q̄ verbū ex se manens non habetis vt manens in vobis:quia deliberatione & studio perseuerandi non habetis verbū dei. Et descripsit testimoniū in/ternæ inspirationis seu reuelationis ab hoc effectu(.s.habendi verbum propheticū perseuerans in ani/mis)vt intelligamus & sciamus discernere interna testimonia de iesu ab hoc individuo effectu:qa sine isto effectu non sunt.Cornelii centurionis gesta testanē q̄ diuinum testimoniū remisit ipsum ad verbū dei per petrum.saulus ab ipso christo vocatus/remittitur ad verbum dei exequendū susceptione baptis/mi ab anania.Et breuiter si hęretici/si iudæi verbū dei in seipsis manens haberent,non fallerent suis in/ternis motibus. **Quia quē misit ille/huic vos non creditis.** Ratio quare testimonium patris inter/num habens verbū suum manens in animis non percipitis/est quia non creditis mihi quē pater misit. Erat tunc tēpus credendi non solum deo sed etiā mesiæ/dei filio misso a deo patre.Et propter hoc increꝺ/dulitatis peccatum merebantur q̄ verbū diuinum non haberet mansionē in animis eoꝝ.℣ **Scrutami/ni scripturas.** Tertium testimoniū maius/est scripturarū autoritas. Vere amica ē veritas veritati. Re/mittit se iesus ad scripturas:nullam sacrarum scripturarū refutans,nullam mendosam/falsam aut suspe ctam dicēs.Cuius oppositū faciunt hęretici/cuius oppositū fecit machomet. **q2 vos putatis in ipis vitam ęternā habere.** Quales sunt scripturę de quibus loquit/explicat:illas.s.i quibus vos putatis vi/tam æternā habere.Simulq; hic aperitur q̄ iudæi tunc tēporis putabant in sacris scripturis ꝓmitti sibi vitam æternā,& non solum tēporale regnum. Neq; enim aliter scripturæ habent vitam æternā q̄ pro/mittendo.℣ Nec reddit rationē scrutandarum scripturarū propter seipsum iesum,sed ꝓpter vitam æter nam ipsoꝝ iudæoꝝ.ad hoc enim spectat coniunctio quia vos putatis.Rationē itaq; ex propria ipsorū opinione affert ad eoꝝ vtilitatem.ℨ **illę sunt que testimoniuz perhibent de me.** Scripturæ quæ etiā iudicio vestro promittunt vitam æternā/sunt illę quę testimoniū perhibent de me.s.q̄ ego sum dona tor vitæ.℣ Magna christianæ fidei autoritas habetur,ex hoc q̄ non credit nouo/ficto adinuentoq; deo incarnato/sed scripturarū sacrarum antiquo testimonio longe ante perhibito.nec sunt scripturæ a no/bis conditę,sed ab aduersariis vsq; hodie seruatę:nec solum seruantur ab eis,sed expectanē toto animo implendę. **Et non vultis venire ad me.** In singulis testimoniis culpantur iudæi q̄ non acquiescunt illis.℣ Nec dicit & non potestis aut nescitis/sed non vultis:vt inexcusabilis culpa mōstretur. **vt vitam habeatis.** Quæritis vitam ex scripturis:& tū actorem vitæ testificatū a scripturis præsentem refutatis. ita q̄ voluntate & facto contradicitis vitæ promissæ in scripturis.

Claritatem.pro.gloriam/ab hominibus non accipio. Totus iste sermo de testimoniis(vt ꝓdictum est)ordinatur ad honorē debitum filio sicut patri.& ꝓpterea explanatis amplissimis testimoniis de se/ ipso q̄ debeāt sibi credere,subiungit honorē ipsum qui credendo est ei debitus.℣ Et ne putetur ambire honorem,explicat & qualiter ipse ad huiusmodi honorē se habet/& vnde prouenit q̄ ipsi iudęi non ip/sum honorant.Gloriam inquit ab hominibus non accipio/vt gloriam:quoniā indigna est me gloria humana:quoniā nihil est humana gloria mihi/qui gloriam habeo æternā apud patrem. Sicut.n.nox est quæ claritatē accipit a candelis accensis/dies aūt non accipit claritatem ab eis(quia clarus est sole) ita iesus clarus gloria diuina non accipit claritatē gloriæ ab hoīum laudibus. **sed cognoui vos.** More principis quū non offeruntur ei munera reuerentialia loquitur iesus.Consueuerunt enim principes di/cere.non æstimo accipere munera a vobis(vtpote quæ nihil mihi sunt)sed vobis non offerentibus co gnoui vos q̄ non diligitis me.Sic iesus dicit q̄ gloriam ab hominibus pro nihilo habet:sed cognouit experimentaliter iudæos.q2.pro. **q̄/dilectionē dei non habetis in vobis.** Non dicit sed expertus sum q̄ me non diligitis/sed q̄ non diligitis deum.tum ad explicandū quod ꝓposuerat.s.qui nō honorificat filiū non honorificat patrem.explicat siquidē hic q̄ ex eo q̄ nō diligunt deum nō honorificant filium. Tum ad petiendū directe rationē qua iudæi dicebant se pśequi ipsum.s.ex zelo dei/vt ꝑmiserat euāge/lista.Hoc.n.directe excludit:dicendo q̄ non honorādo me/cognoui q̄ dilectionem dei nō habetis.℣ Et significanter dicit in vobis:acsi aperius diceret.dilectionē dei hēris in vestris verbis/sed non in vobis.

Ego veni in nomine patris mei. Manifestat quod dixerat.s.eos nō diligere deum.tum quo ad amorē amicitiæ.tum quo ad amorē cōcupiscentiæ. Et de amore quidē amicitiæ manifestat dicendo.ego veni in noīe pris mei:hoc est vt nominet & glorificetur pater meus/non vt glorificer ego. ℨ **non accepistis me.pro.ℨ non accipitis me.** In quo manifestat q̄ non diligitis deum amore amicitiæ:dum nō vultis illi gloriam pro qua ego veni.Et quod peius est. **Si alius venerit in noīe suo.** hoc est pro gloria ꝓpria/ non pro gloria dei:vt antichristus & quicunq; alius non quærens quæ dei sunt. **illum accipietis.** Ecce detestanda peruersitas:q̄ non amatis gloriam deo/& amabitis gloriam homini.amor enim amicitiæ vult bonum alteri.℣ Et significat hanc peruersitatem sub conditione/si alius venerit:ad significandum

pronitatem illoꝝ iudæoꝝ ad amorem amicitiæ erga homines potiusq̃ deum. ¶ De amore vero con/cupiscentiæ subdit. Quō vos potestis credere. V bi nota ꝙ non solū declarat in eis defectum amo/ris, sed simul defectum fidei ex amore cōcupiscentiæ: quo. s. cōcupiscentes sibiipsis bonum gloriæ/non concupiscunt gloriam a deo sed ab hominibus. Hinc enim manifeste apparet ꝙ amore amicitiæ glo/riam hominis præponunt gloriæ dei: & amore cōcupiscentiæ gloriam ab homine præponunt gloriæ a deo. ℣ Et ex hoc secundo capite declaratur etiā defectus fidei: dicendo qūo potestis credere? Et valet rō quia credere est actus intellectus moti a voluntate. hinc enim fit vt quotū voluntas non est affecta ad quærendum gloriam a deo/sed est affecta ad gloriam humanā, parum aut nihil moueat intellectū ad credendum: quoniā voluntas mouet ꝑpter bonum quod amat. ℣ Et dicendo qūo potestis/significatur ꝙ nullo modo aut vix possiunt credere tales. qui gloriam ab inuicē accipitis. Ecce affectus cōcupiscen tiæ humanæ glorię/ex delectatione significatus. qua accipitur humana gloria vt gloria/vt vera gloria: quum tamē in veritate paruū valde quid sit/& indignum verę virtutis affectu. Et gloriaꝫ quę a solo Deo est. hoc est quæ cōsistit substantialiter in sola claritate apud deum/etiam si coram toto vniuerso la teat. talis est enim vera gloria, quę a solo deo est quo ad ipsam substantiam glorię. Gloria nāq; sanctoꝝ ab alijs/accidentale quid est ad glorią quæ est a deo. sicut beatitudo sanctoꝝ ex alioꝝ societate/acciden/tale qd est: quia in solo deo cōsistit substantialis eoꝝ beatitudo. non queritis? Nō dicit non cōcupisci/tis/non vultis (dixissent. n. vellemus) sed dicit nō quæritis: culpans eoꝝ electionē ac studium/q̃ non stu dent ad acquirēdū gloriam quę est a solo deo. ℣ Et nota ex hoc textu erudite lector: quātam vim habet contra nō solum dilectionē sed fidem christianā affectus ad humanā gloriam sine studio ad quęrendā gloriam quę a solo deo est. Hic. n. affectus magnos oēs qui dānant/ad dānationem ꝑcipue adducit.

Nolite putare. Punitionem futuram dicti criminis quo inhonorarunt patrem/demum subiungit. Si/mulq; percutit alteram rationē qua iudæi dicebant se persequi iesum. s. ex zelo legis moysi/quę violaba tur violando sabbatum. nam & hanc quoq; rationē euangelista superius attulerat. Vnde inducit puni tionem eorum futurā/ab accusatione illam significans. accusatio enim directe ordinatur ad punitionē accusati. In cuius signum leges statuerunt legem talionis accusanti. ℣ Rationē vero eorum excludit ex iniuria quā ipsi inferunt moysi. Quā significat ex eo ꝙ moyses accusat eos. ita ꝙ sicut accusatio mon/strat punitionem accusatorū, ita accusator monstrat iniuriam sibi factam. Dicit itaq; iesus. nolite pu/tare. q̃. pro. q̃/ego accusaturus sum vos. hoc est nolite putare ꝙ reseruetur mihi accusatio vestri/ꝙ re tardetur accusatio vestri vsq; quo accusem in futurum vos. apud patrem. de hoc ꝙ nō honoratis me/ꝙ non creditis mihi. Est qui accusat vos. Iam presens est accusatio contra vos/non expectans futu/ram meam accusationem. moyses. Non accusabit sed accusat/lacessitus ipse iniuria a vobis. in quo vos speratis. Scitote ꝙ illum habetis accusantem vos de hoc vno eodemq; crimine, in quo vos spe/ratis/sed non creditis illi. ¶ Si quæris quid est moysen accusare iudæos? in promptu est responsio ꝙ est punibiles eos ex suis scriptis monstrare/in hoc ꝙ nō credebant iesu. ℣ At si quæris quo pacto iudęi spe/rabant in moyse & tamen non credebant illi? responsio est ꝙ sperabant in promissis moysi/& credebant moysi in genere, non credebant autem in singulari: hoc est credebant ꝙ illa quæ moyses scripsit essent vera/& sperabant se consequi illa, sed non credebant promissiones in isto singulari quod erat iesus im/pleri. quod tamen tenebantur credere ex tot testimoniis. Si enim crederetis moysi, crederetis so/sitan. pro. vtiq; & mihi. Superfluit coniunctio &. Ista conditionalis manifestat ꝙ credere moysi/infert necessario credere iesu. ℣ Et dicit hæc/ad manifestandam iniuriam quā inferunt moysi/ad manifestan/dam rationem quare moyses accusat eos de hoc ꝙ non credunt iesu. Vtrunq; enim horum hinc ma/nifestatur. Vnde & primo probat consequentiam conditionalis: subdendo. De me enim ille scripsit. Dicendo de me/ipsum in singulari demonstrat. Si quæris vbi est scriptum, lege deute. 18. capitulū. Si autem illius literis non creditis. Arguit a maiori/grauiorem esse incredulitatem eorum in moysen q̃ in ipsum. simulq; manifestat aliam radicē in iudæis quare non credebant iesu. s. ex defectu fidei in moy/sen. ¶ Ita ꝙ colligere potes tres causas in iudæis quare non credebant iesu. Prima est quia non dilige/bant deū tam amore amicitię q̃ cōcupiscentiæ. Secūda est affectus ad humanā gloriam. Tertia est im/perfecta fides erga moysen: & eadē ratione ꝑphetas. ¶ Significanter itaq; dicit literis: ad exaggerandū incredulitatē erga moysen. Nam sicut firmius est quod mandat literis q̃ quod dicit verbis, ita culpabi/lius est nō credere literis q̃ verbis. Et ꝑterea optime ex eo ꝙ nō credunt literis moysi/infertur ꝙ non cre dunt verbis iesu. Immo hinc declarat maior gravitas peccati in moysen: merito vrgēs vt moyses accu set eos. qūo verbis meis credetis? Dfia inter iesum & moysen (quo ad hoc ꝙ moyses scripsit iesus ve ro nihil scripsit) insinuat. Et in hoc etiā monstrauit se esse deū: cuius non est scribere in mēbranis sed in rebus/sed in cordibus, & reuelare scribenda per alios: vt & in hoc equalis esset filius patri.

CAPVT .VI.

Post hęc abiit iesus. Ratio ꝙ iesu inerit nunc/ex matth. 14. habetur ꝙ fuit audita occisio ioānis baptistæ. hac enim ratione matthæus describit iesum abisse nauigio in hūc locum descriptum a ioāne. Vnde habetur ꝙ quū iesus existens in galilea audierit mortem ioānis

(vtpote qui illinc nauigio venit trans mare) & verba in præcedenti ca. relata/hierosolymis dicta appa teant (ex eo ꝙ miraculo ibidem facto adiungunt/non pure sed vt responsiue dicta, non ad galilæos sed ad iudæos/persequentes iesum quia operabatur in sabbato) gesta hæc quæ subiungūtur non imediate iuncta fuerunt gestis in præcedenti ca. Quātum autem tēporis interceſſerit nescitur. hoc tamē euange/lista asserit ꝙ post illa gesta & dicta fuit hæc nauigatio. Et ex eadem cōiunctione euangelistarū habetur ꝙ ioānes fuit occisus parum ante miraculū multiplicationis panum quod subiungitur. Et propterea vere dicitur ꝙ ioānes fuit occisus ꝑpe pascha illud cuius mentionē faciet euangelista nūc nunc. trans mare galilęe. Lacus est: sed hebraica consuetudine appellat mare/galilęę a ꝓuincia. qō est tiberiadis. Ora maris declaratur ad quā abiit iesus/non quęcunq; sed ea quę est tiberiadis. Diuisę enim erant oræ maris illius iuxta districtus ꝑprios ciuitatibus: sicut cōmuniter accidit. tiberias nāq; nomen est ciuita/tis. Et sequebatur eum. pedestri itinere: vt marcus. 6. ca. refert. multitudo magna q̃ videbant signa. Deest eius. Legendū est. q̃ videbant eius signa quę faciebat super iis qui infirmabant. Euangelista narrata ab aliis euangelistis miracula solum nominat. Ratio enim cōcursus ad iesum erat desiderium sanitatum quas cōsequebantur miraculose ab eo. vnde & tunc etiā curauit egritudines eoꝝ. ¶ Subiit ergo. pro. autē. Propositum euangelista iter iesu & iter multitudinis: prosequitur modo iter iesu. in montez iesus. Vt patet luc. 9. iesus descendens ex naui/ingressus est desertū quod erat in territorio ciuitatis beth saidæ: ac per hoc mons iste cuius ioānes meminit/in deserto illo erat. Ita ꝙ pars illa trans mare in quā venit iesus, quo ad oram maritimā erat ciuitatis tiberiadis: quo ad locū vero interiorem desertum/erat ciuitatis bethsaidæ. & ibi sedebat cuꝫ discipulis suis. Sedere nō tam situm corporalem q̃ quietem si/gnificat. nam & ideo illuc discipulos duxerat vt aliquātulum quiescerent. Significanter enim narratur sedens cum discipulis suis: vt intelligamus turbas ad ipsum non ascendisse, sed ipsum iesum cum solis discipulis aliquātulum quieuisse. Vnde & marcus refert ꝙ iesus exiuit ad turbam. Erat autē proximū pascha dies festus iudęoꝝ. Hoc est secūdum pascha narratum a ioāne euangelista post miraculū nu priarum. Et describit euangelista tēpus miraculi subiuncti: vt suppleat omissum ab aliis euāgelistis tps quo occisus fuit ioānes, & supputationē annoꝝ quibus prędicauit iesus post nuptias habeamus.

Quum sublenasset ergo oculos iesus. Vt etiā ex inferius narratis habetur/iesus descendit de monte (quod alii euāgelistæ appellant exisse ipsum ad turbā) & curauit infirmos. & prędicauit eis cum tanta modestia oculoꝝ ꝙ non vidit quātitatem multitudinis: sed postmodū hora tarda pulsantibus discipu lis vt dimitteret turbam/ad hoc vt puderent sibiipsis de cibo, sublenauit oculos iesus/& vidit ingentē multitudinem. & vidisset q̃ multitudo maxima. pro. ꝙ multa turba/venit ad eū. pro. ad se, dicit ad philippum. Pulsatus a discipulis iesus vt dimitteret turbas/vbi vidit multitudinē magnam dicit phi lippo. vnde ememus panes vt manducent hi? Non quærit locū sed precium. non ignarus pauperta tis/sed. ¶ Hoc autē dicebat tentans eum. Experimento manifestare volens modicā philippi fiduciam. vt intelligamus quales erant etiā tunc discipuli eius. Ipse enim sciebat quid esset facturus. ℣ Rndit ei philippus. Ducentoꝝ denarioꝝ panes non sufficiunt eis. Hinc apparet ꝙ quærēdo vnde eme/mus/de pecunia pro precio erat sermo. vt vnusquisq;. Deest. eoꝝ/modicū quid accipiat. Vere mani/festat philippus sua respōsione se nullam habere fiduciā futuri miraculi. Solam enim paupertatē citat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater simonis petri. Post mīsionē philippi iesus interro/gauit discipulos/quot panes habetis? Et quū vidissent quid haberet/andreas respondit. Est puer. pro. puellus/vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tantos. pro. inter tot? Nec andreas fiduciam habebat futuri miraculi. & ꝑpterea respondendo addidit/ sed hæc quid sunt inter tot. ℣ Dixit autē iesus. facite homines discūbere. Erat autē fenum multuꝫ pro. herba multa/in loco. Locum cōgruum ad sedendū describit. Discubuerunt ergo viri. exceptis mulieribus & paruulis. numero quasi quinq; milia. Accepit ergo iesus panes. Propriaꝝ manuum ministerium describitur. & quuꝫ gratias egisset. elevatis in cœlū oculis: ad monstrandū ꝙ a deo fiebat miraculum. Significanter q̃ describit gratiarū actio in patratione miraculi: ad erudiendū nos ꝙ petitio futuroꝝ ex gratitudine præteritoꝝ consurgere debet. distribuit. Desunt hic tres dictiones: discipulis/di scipuli vero. Legendū est. distribuit discipulis/discipuli vero discūbentibus. Officium ipsius iesu & officia discipuloꝝ describuntur. Similiter & ex piscibus quātum volebant. Putant aliqui legēdum esse quātum volebat/iesus. Crediderim ego significari ꝙ tam panes q̃ pisces iesus multiplicabat quātū volebant discipuli ad distribuēdum turbis: quēadmodū principalis dispensator dat ꝓpositis mensarū quātum petunt. illi aūt petebant ad affluenter dandū. Vt aūt impleti sunt, dixit discipulis suis. colli gite quę supfuerunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophi nos fragmentoꝝ ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus. Supfluit & duobus piscibus. quę supfuerunt iis q̃ māducauerant. Vide reliqua exposita in aliis euangelistis in locis ꝓdictis. Illi ergo homines quū vidissent qō iesus fecerat signū, dicebāt ꝙ hic est vere ꝑpheta. In textu græco præponit articulus dictioni ꝑpheta: ad significandū ꝙ non de quocunq; ꝑpheta sed de illo insi gni ꝑpheta (mesia. s.) intendunt. qui venturus est in mundū. Dictio greca interpretata venturus est/

est inceps ad venturus est vel venturus erat. Parū tāmen refert. Nam venturus est/ad diffinitionē legis & prophetarū refertur: venturus erat/ad professionē ipsorum, afferentium ipsum esse qui venturus erat. ¶ **Iesus ergo quū cognouisset.** Duo effectus illius miraculi narrantur. Alter professionis fidei. alter cōmotionis turbæ ad volendum facere iesum regem. Quā cōmotionem iesus cognouit præsentem in animis eorū. Et ratione nouæ præsentiæ obiecti/notitia iesu significatur noua. erat enim noua ex parte rei cognitę; ac per hoc erat noua actualis notitia humana. **q2. pro. q; venturi essent.** Non dicit q tunc facturi erant ipsum regem, sed q venturi essent: significans q illi dispositi erant ad tractandū cum aliis/ & redituri ad hoc vt facerent eum regem. **vt raperent eum & facerent eum regem. pro. & raperent se vt facerent se regem.** Significat n. euangelista dispositionē illoꝝ ad cogēdum per modū raptus iesum ad hoc vt acceptaret regnū. In quo monstrat magnus affectus illoꝝ ad faciendū iesum regē: motoꝝ ex eo q pauerat eos. Simulq; monstrat q cognoscebant iesum alienū esse ab appetitu regni: vtpote quem oportebat rapere. **fugit iterꝝ.** Superfluit iterū. Et non est legendū fugit sed secessit. **in monte ipse solus.** Hinc clare apparet q iesus descēderat de monte ad docendū/ad sanandū/& demum pascendū panibus & piscibus turbā. ¶ Nec interuenit fuga: qui dimissa seu licētiata turba (vt matthęus testat) ascendit in montem. tum ad orandū. tum ad secedendū a loco quo venturi erant vt facerent ipsum regem.

Ut autē sero. pro. serum/factū est. Hoc factum discipulorū non fuit post secessum iesu in montem/sed ante: præcipiente imo cōpellente iesu discipulos vt conscensa naui se præirent ad bethsaidam donec licentiaret turbas. Sed ioānes euangelista prius narrauit integrū progressum iesu vsq; ad montē: & deinde narrat progressum discipulorū. **descenderunt discipuli eius ad mare.** A deserto bethsaidæ aliquātulum remoto a mari/descenderūt ad illam forte maris partē in qua reliquerant nauem. **Et quū ascendissent nauim venerūt. pro. veniebāt/trans mare in capharnaū.** Relatiuum est trans mare. Et sicut ora maris tiberiadis erat trans mare respectu loci vnde iesus venerat cum discipulis, ita capharnaū erat trans mare respectu istius loci vnde modo soluebāt discipuli. ¶ Sed statim occurrit hic quæstio: quia iesus præceperat vt se præcederent ad bethsaidam. apparet enim q inobedientes fuerint discipuli euntes ad caphamaum. ¶ Solutio est q (quantū ex scriptis colligitur) capharnaū est ciuitas non ad littus maris/sed aliquātulum a mari remota: ita q portus non erat portus capharnaum sed portus bethsaidæ. & propterea coincidunt nauigare ad capharnaū & ad portum bethsaidæ/quo appulerunt. Et quoniā portus ille in regione genezareth erat aut forte genezareth vocabat, ideo terminus ille ad quē huius nauigationis appellatur & genezareth & bethsaida & capharnaū ab euangelistis/diuersis rōnibus. ¶ Et nota q non dicit venerunt sed veniebant. inchoata enim nauigatio versus capharnaū significatur/non perfecta. **Et tenebrę iam factę erant: & non venerat ad eos iesus.** Ratio redditur recessus discipulorū sine iesu. Significatur q discipulos expectasse vsq; ad tenebras nocturnas iesum/si forte licētiata turba veniret ad eos: qui iam præcesserant & præparauerāt nauim. **Mare autē vento magno flante exurgebat.** Tempestas maris describitur ex vento. quā alii euangelistæ diffusius prosequuntur. **Quū remigassent ergo quasi stadia viginti quinq; aut triginta.** Rem gestam humano more euāgelista describit/velut ignota mēsura stadiorū: vt intelligamus q historiā scribit humanæ historiæ more. **vident iesum ambulantem super mare & proximū naui fieri.** Circa quartā vigiliam noctis hoc fuisse testatur marcus. ita q tanto tēpore tam parum nauigauerant. **& timuerunt.** putantes phantasma esse. **Ille autē dicit eis. ego sum, nolite timere.** Tacet euangelista scripta ab aliis de petro: qui init ad iesum &c. **Voluerunt ergo accipere eum in nauim.** Scrupulosa sunt hæc verba: quoniā præ se ferunt q iesus non ingressus est nauim: quod tū constat ex aliis euangelistis esse falsum. ¶ Solutio est q euangelista non dicit iesum non esse ingressum in nauim (quod esset cōtrarium narrato ab aliis) sed dicit q voluerūt eum accipere in nauim: significans q discipuli putantes se more solito nauigaturos vsq; ad portū/voluerunt ipsum accipere in nauim. Sed quia opinio solitę nauigationis fefellit eos, ideo subiungit non negatio ingressus iesu in nauim/sed negatio solitę nauigationis: subiungendo. **Et statim nauis fuit ad terrā. pro. in terra/in quā ibant.** Ita q ꝟm historiā iesus ingressus est nauim: & statim non solito cursu nauigationis nauis fuit in portu illo ad quē tendebant. vt vltra miracula ab aliis recitata/intelligamus ēt hoc miraculum factū q statim nauis appulit ad terrā ad quā ibant. Et ga non est ingressus iesus nauim ad finem solitę nauigationis ad quē volebant ipsum accipere, ideo euangelista vsus est tali mō loquendi.

Altera die. pro. postero die. Significat enim dies imediate sequens. **turba quę stabat trans mare in illa parte maris vnde discesserāt discipuli sine iesu. vidit q; naucula alia non erat ibi nisi vna.** Desunt sex dictiones. **illa quā ingressi sunt discipuli eius. Et q non introisset cuz discipulis suis iesus in nauim. pro. nauculā, sed soli discipuli eius abiissent. Alię vero supuenerunt. pro. venerunt/naues a tiberiade.** Illa maris ora erat quidē tiberiadis: sed distabat a tiberiade/a qua in illum locum venerunt naues posteto die. **iuxta locum vbi manducauerant panem.** Miraculū panis non fuit patratū in ora maris, sed (vt dictum est) in loco deserto bethsaidæ: iuxta quē locum erat hæc pars maris ad quā venerunt a tiberiade naues. Et ppterea euangelista dicit/iuxta locū vbi manducauerant panē. **gratias agentes deo. pro. gratias agente dño.** Non enim describitur q comedentes gratias egerint: sed q iesus do

nator panis

nator panis gratias egerit. ¶ Et dixit hoc euangelista/ad explicandum de qua manducatione panis loquitur: scilicet de illa qua manducauerunt panem datum a domino gratias agente. ¶ Significanter q non nominat iesum sed dominū appellat/ad explicandum vtrang; naturam. diuinā/dicendo dominū: humanam dicendo q gratias egit. Vtriusq; enim opus in miraculo illo apparuit. **Quū ergo vidisset turba q; iesus non esset ibi neq; discipuli eius, ascenderunt.** Deest. & ipsum naviculas: & venerūt **capharnaum quęrentes iesum.** Supradicta omnia argumenta narrauit euangelista/ad explicandam rationem quare turba venerit ad quærendum iesum in capharnaum: quoniam hinc pendet occasio sequentis doctrinæ. ¶ Et nihilominus significatur q venientes in capharnaum/quærebāt vbi erat iesus. non enim inuenerunt ipsum in littore aut in porta ciuitatis. **Et quum inuenissent euz trans mare.** in synagoga capharnaum: vt inferius explicatur. **dixerunt ei. rabbi quando huc venisti?** Quū debuissent petere quomodo huc venisti trans mare, rusticano modo petunt quando huc venisti? confundentes quando & quomodo. Euangelista siquidē recitat rusticorū verba: qui non distinguunt aduerbia interrogatiua. ¶ **Respondit eis iesus.** Sequēs doctrina responsiue data significatur. & dixit. **Amen amē dico vobis: quęritis me.** Non respondet iesus interrogationi rusticorū: sed facto eorum quo quærebant eum. **non q; vidistis signa.** Quærere iesum ex miraculis visis/fructus est intentus per miracula. Est. n. quærere iesum affectu imitandi ipsum discendiq; ab ipso. qđ in istis non erat. **sed q; māducastis ex panibus & saturati estis.** Affectus ad corporeū cibū manifestat trahens illos ad quærēdū iesum.

¶ **Operamini.** Occasione acceptā ex eo q isti quærebāt iesum ppter cibū corporis/instruit eos iesus de cibo animæ: quēadmodum samaritanam occasione aquæ instruxerat de potu. Et incipit ab opere: tum vt de cibo animæ tractet ad similitudinē cibi corporis, qui operando acquirit. tum vt intentionē spiritualis cibi explicet non sufficere sine opere: sed oportere intendētem spiritualem cibum acquirere/ exercere se operando ad hoc vt acquirat illum. **non cibum qui perit.** Cibus corporis appellatur cibus qui perit: quia est ad sustentationē vitæ mortalis. ¶ Et quoniam iesus mandat operari/& vetat operari propter cibum corporeū, ideo hinc erroris occasionem sumpserunt qui non laborandum credunt vt manducemus corporaliter. Nescierunt enim distinguere inter finem intentum & id quod consurgit ex necessitate materiæ. Cibus enim corporis non est finis intentus ab homine: sed ex necessitate mortalis naturæ consurgit indigentia cibi/appetitus cibi: & cōsequenter operari propter cibum. Cibus autē animæ est intentus vt finis, toto appetitu studio & opere acquirendus. Ita q quū dicitur operamini nō cibum qui perit/sensus est. intendite per opera vestra non cibum qui perit. quod est, phibere cibum qui perit vt finem. Hunc enim sensum manifestat subiuncta aduersatiua. **sed qui permanet in vitam æternam.** Cibum nāq; permanentē in vitam æternam vt finem intentum/per opera acquirendū esse constat. Animæ autē cibus constat ex vero & bono: quia anima constat ex intellectu & voluntate. & intellectus pascitur vero: voluntas autē bono. vnde cibus qui permanet in vitam æternam/constat ex vero & bono nutriente vitam animæ æternam. Appellatur enim cibus animæ permanens in vitam æternā/ quia officium eius est sustentare vitam immortalem. quæ est vita æternæ gloriæ futurę. Et directe cōtra cibum qui perit/distinguit cibum permanentē in vitam æternam. ¶ Inferius autē explicabitur quid est iste cibus. nunc satis est nosse q quēadmodum cibus corporis sustentat vitam corporalem mortalē, ita cibus animæ sustentat vitam in ęternum mansurā ipsius animæ. Ita q nō de quocūq; cibo animæ est sermo, sed de permanente in vitam ęternā: vt intelligamus hunc cibū non solū distingui a cibo corporis sed etiā a quocūq; cibo aię non nutriente illā ad vitam ęternę fœlicitatis. qualis est bonū humanę glorię/& veritas quęcūq; non ducens ad ęternā fœlicitatē. ¶ Et inchoauit a præcepto opandi non ppter cibum peremptē sed ęternū: qa intētio cœlestis magistri est auertere hoies a solito fine studiorū humanorū & cōuertere ac eleuare hoies oēs ad dirigendū studia & opa sua pro quāto tendunt ad ppriū bonum ipsorū/ad cibum ęternū vt finem cōcupiscibiliū reliquorū. ¶ Vbi & aduerte q in pcedenti ca. affectū ppolnentē gloriam humanā/descripsit impedire fidē: hic vero studiū ad cibum pereuntē plusq; ad æternū/ prohibet. Illud aīa/hoc corpus pstat impedimentū salutī ęternę. **Quem filius hois dabit vobis.** Ne erraremus intelligēdo posse per nosmetipsos opando acqrere cibum pmanentē in vitam ęternā absq; eo q daret nobis ab aliquo hoie, subiunxit ppriū possessorē simulq; largitorē cibi pmanentis in vitam ęternā/esse filiū hois: vt intelligamus nō aliunde posse nos acqrere cibū q; ex dono filii hois. Simulq; intelligamus ad hūdum hūc duo oportere cōcurrere. alterū ex pte nostri. s. opus. alterū ex parte filii hois. s. dare. ¶ **Hunc. n.** Pronomē hunc/clare in textu grēco demōstrat nō cibum sed filiū hois: quī est masculini generis, & dictio interpōtata cibū est fœminini generis. **pater signauit. pro. sigillauit/deus.** Cōiunctio enim/monstrat q hęc ſnia reddit rōnem pcedentis. Reddit sigdem rō quare filius hois dat nobis panē permanentē in vitam æternā/quia ipsum pater deus sigillauit: hoc est quia ipse est filius dei. ¶ Incarnationis mysteriū sigillatione filii hois a patre deo/significat: eo q quēadmodum sigillando figuta sigillātis sigilli imprimit sigillato, ita filio hois impressus quodāmodo est filius dei/qui est figura dei: iuxta illud ad hebr. 1. qui quū sit splendor glorię & figura substantię eius. est. n. filius dei similis patri in substantia. Et ppter hoc significātius in lra non dicit pater sed pr deus. quod est nomē substantiæ diuinę.

¶Dixerunt ergo ad eum. Non dicit responderunt aut dixerunt illi/sed dixerunt ergo:vt intelligamus non illos rusticos qui dixerant quando hoc venisti, sed homines eruditos in lege occasione accepta ex verbis iesu/dixisse hæc quæ subiunguntur.præ se ferunt enim loquentes eruditos,qui presentes erant in synagoga. **Quid faciemus.**pro. **facimus/vt operemur opera dei?** Intellexerãt isti verba iesu(scilicet operamini cibum qui permanet in vitam æternam)monere ad opera dei:percipientes q̃ operari opus dei est id quod dat vitam æternam. Et propterea erudite petunt quod est illud factum nostrum in quo consistit operari opus dei. Sicut enim alias petierunt quod est mandatũ magnum in lege,ita modo petunt quod est factum nostrum quod nos oportet operari/in quo consistit operari opus dei prebens vitam æternam. Factum siquidẽ nostrum significatur,dicendo in præsenti facimus. ¶ **Respondit iesus: ⁊ dixit eis. Hoc est opus dei.** Illi quesierant de operibus,iesus respondet de opere:significans vnũ esse opus velut substantiale. ¶ Et dicit dei/non legis.contra opera siquidem legis distinguitur ab apostolo fides,& non contra opus dei. **vt credatis in eum quez misit ille.** Credere est opus nostrum & est opus dei.& propterea directe respondet quesito:assignans opus nostrum voluntarium/simul & diuinum. Credere siquidem in iesum,continet in se/& id quod est intellectus(scilicet credere iesum.quod cõmune est voluntariis & inuitis:nam & demones credunt inuiti mysterium incarnationis & trinitatis/ex euidentia factorũ)& id quod est voluntatis:scilicet confidere/tendere in iesum.hoc enim præpositio in/adiungit.Credere siquidem deum aut deo/actus est solius intellectus:sed credere in deum/est credendo confidere seu tendere in deum.quod continet in se actum intellectus & voluntatis:actus fidei/spei & charitatis. ¶ Et significantet complectitur mysterium trinitatis & incarnationis:dicendo in eum quem misit ille/scilicet deus. Vbi aduerte q̃ credere in verbum incarnatum/appellatur opus dei non solum quia est donum dei in opere nostro,sed quia est opus primum exactum a deo/& vniens hominẽ deo. In hoc.n. opere cõsistit substantialiter vnio hois ad deum in hac vita:& est illud qđ prębet vitam æternam.

¶Dixerunt ergo ei. rursus eruditi in synagoga:occasione accepta alterius quæstionis ex eo q̃ ad hoc peruenerat doctrina iesu q̃ credere in ipsum missum a deo/conferebat vitam æternam. **Quod ergo tu facis signum,vt videamus ⁊ credamus tibi?** Non petunt quodcũq; signum,sed tale signum q̃ habere tibi quæ dicis de teipso.Et propterea magis explicando intentionem quæstionis/subiungunt. **quid operaris?**(scilicet sufficiens ad hoc.) **¶Patres nostri manducauerunt manna.** Argute petunt/proponendo signum monstratum quum missus est moyses:clare significantes q̃ quia tu maiorẽ te dicis moyse(dicendo q̃ credere in te missum a deo/confert vitam æternam)oportet q̃ tu operaris signum maius fuit illud quod fuit tempore moysi:quo tempore patres nostri manducauerunt manna. Acsi apertius dixissent.non aliqua turba sed vniuersus populus qui tunc erant patres nostri, manducauerunt mãna/non panes hordeaceos. **in deserto.** in quo quadraginta annis fuerunt.Et intẽdunt per hoc q̃ signa quę fecerat non erant sufficientia,sed oportebat signum maius monstrare. **Sicut scriptum est.** Hinc clare appatet q̃ non erant rustici sed eruditi in lege(in synagoga presentes)qui mouebant has quæstiones. **¶Panem de cęlo dedit eis manducare.** Cõmunis panis/ex terra generatur:manna autem ex quo cõficiebatur panis,non generabatur in terra/sed ad modum roris de supernis descendebat.& propterea sicut ros dicitur de cœlo descendere,ita & panis ille dicitur de cœlo datus.

¶Dixit ergo eis iesus. Occasione nacta ex querentium verbis/aggreditur iesus doctrinã de seipso quatenus est panis vitæ.Et primo tractat de seipso vt est panis vitæ.deinde de passione sua futura,ſm quam est cibus & potus vitæ. **Amen amen dico vobis/non moyses dedit vobis panem de cęlo.** In textu græco præponitur articulus dictioni panem. Ex quo patet q̃ non negat iesus moysen dedisse patribus eorum panem de cœlo,sed negat moysen dedisse illum panem de cœlo:hoc est insignẽ illum panem de cœlo qui prębet vitam æternam. ¶ Ita vt hinc duas differentias intelligamus.alteram inter datores/moysen & patrem iesu.alteram inter datos panes de cœlo:scilicet mãna & panem illum. hæ enim duæ differentiæ monstrantur ex aduersatiua subiuncta. **sed pater meus dat vobis panem de cęlo verum.** Et significanter apponit verum:ad declarandum q̃ illum panem permanentem in vitam æternam/pater iesu dat,non fictum/non præsumptum/sed verum,sed vere existentem talem q̃ permanet in vitam æternam. **¶Panis enim verus.** pro. **dei/est.** Dictioni panis præponitur articulus:vt intelligamus q̃ de eodem insigni pane loquitur.& quem prius appellauerat panem verum/modo appellat illum panem dei. ¶ Et per coniunctionem enim/reddit rationem vtriusq; differentiæ prædictæ, ex duabus conditionibus.Altera est. **qui de cęlo descendit.** hoc est qui non solum datus dicit de cœlo/sed vere descendit de cœlo. Descendere siquidem actus est voluntarius:qui non competit inanimatis. quæ mouentur quidem deorsum/sed non vere descendunt. Rursus de vero cœlo/de summa celsitudine descendere, non competit cuicunq; inanimato. Et propterea etiam hinc apparet differentia panis veri seu dei. ¶ Altera est. **⁊ dat vitam mundo.** Et hæc quoq; differentia duo complectitur:scilicet dare vitam, & mundo/non populo israel tantum.Et intendit per dare vitam/dare vitam simpliciter & absolute,& non ad tempus.Ex hoc enim q̃ ille panis dei habet has conditiones(scilicet q̃ vere descendit de

cœlo/& vere dat vitam mundo)manifeste infertur q̃ moyses non dedit illum, sed pater iesu dat illum. ¶ **Dixerunt ergo ad eum.** Occasione accepta ex tam præclaris conditionibus descripti panis/prorumpunt auditores ad petendũ. **Domine semper da nobis panẽ hunc.** Quẽadmodum samaritana petit/da mihi hanc aquã vt non sitiam neq; veniã huc haurire,ita isti carnaliter petunt. Signum autẽ q̃ carnaliter petunt/habef ex eoꝝ verbis:iunctis cum hoc q̃ iesus subiungit eos non credere.

¶Dixit autẽ eis iesus. Ego sum panis vitę. Hactenus dixerat in tertia persona credendũ esse in eum quem misit pater deus;modo explicat in prima psona.tanq̃ prius de seipso velut in indiuiduo vago locutus fuerit,& modo in indiuiduo signato/dicendo ego sum. Ita q̃ petentibus da nobis hunc panẽ,respondet/ecce hic panis/ego sum panis vitæ. **Qui venit ad me/non esuriet: ⁊ qui credit in me/non sitiet.** Declarat se esse panẽ vitæ/ex effectu:quia.l.præstat non esurire neq; sitire vnq̃. Acsi apertius diceret. panis quicũq; alius non est panis vitæ absolute,sed est panis vitæ ad horam:quia non tollit famem & sitim absolute/sed pro tunc:ego autẽ tollo famem & sitim in æternũ. Et ratio differentiæ est:quia reliqui cibi sunt transitorii:& ꝓpterea redit fames/redit sitis.ipse autẽ solus est permanens, ita q̃ nunq̃ desinit. ¶ Et quasi debuisset dicere qui manducat me(vt cõsequenter loqueretur ad panem)dixit qui venit ad me/qui credit in me:vt abstraheret auditores a cogitatione panis corporei/a cogitatione manducandi & bibendi corporaliter,& eleuaret eos ad cogitandũ & intelligẽdum q̃ de pane spiritus loquit. ¶ Dicit autem venit & credit:vt vtriusq; partis animæ officia explicet.credere siquidẽ partis est intellectiuę:venire autẽ partis affectiuę. Voluntas enim tendit ad obiectum in re:intellectus autẽ trahit obiectum in se.Propter quod dicunt philosophi q̃ bonũ & malum est in rebus,verum autẽ & falsum in anima. ¶ Et quum dixisset se esse panẽ vitæ/declarat nihilominus q̃ tollit non solum famẽ sed sitim:vt eleuemur ad intelligendum & penetrandũ q̃ quæ sunt dimissa in inferioribus alimentis(nam alimẽti sicci est tollere famem,humidi vero tollere sitim)vniuntur in rebus supernis ordinis.nec ibi est distinctio huiusmodi alimentorũ:sed plenam vtriusq; appetitus satietatem panis vitæ fert secum. ¶ Et verificatur tam nõ esurire q̃ non sitire(vt in ca.4.declaratũ est)simpliciter & absolute.Cum quo stat q̃ quanto magis credimus in iesum & venimus ad eum/tanto magis esurimus & sitimus augmentũ & perfectionẽ. **in eternum.** pro. **vnq̃.** Sacietas non ad horam sed perpetua significatur. **Sed dixi vobis:q̃ ⁊ vidistis me ⁊ non credidistis.** pro. **creditis.** Tacitæ obiectioni respondet/vtendo hac aduersatiua. Poterant enim obiicere q̃ oportebat facto monstrare teipsum panẽ vitæ,& non verbis. Hinc inquã obiectioni respondet.sed dixi vobis/sed verbo explicaui me esse panem vitæ,quia vidistis me factis & tamẽ non creditis. Ita q̃ necessitas dicendi est ꝙ facta visa non ducunt vos ad credendũ.verba enim adiuncta factis plus valent. **Omne qõ dat mihi pater/ad me veniet.** Petentibus panem hunc/respondet iesus ecce ego sum hic panis:& subiunxerat veniendum esse ad se.Declarat modo modum habendi hunc panem:qui est modus veniendi ad eum. ¶ Et intendit q̃ habere hunc panem/pendet primo ex dono patris sibi infallibili. Acsi apertius dixisset.Vos petitis da nobis hunc panẽ:scitote q̃ modus habendi est iste/q̃ pater dat mihi habituros hunc panem, & ita dat q̃ infallibiliter ad me venient.oportet ergo vos volentes hunc panem/esse datos mihi a patre meo/datos sic q̃ infallibiliter ad me veniatis. Et per hoc excluditur omnis via salutis si non itur ad christum. ¶ Et est sermo de dare non ſm quid(hoc est ſm præsentem iusticiam)sed de dare simpliciter & absolute.quod vocatur dare per prædestinationẽ. Quod enim deus absolute dat christo, pculdubio sortietur effectũ:q̃.l.ad eum veniet ex tali dare. **⁊ eum qui venit ad me.** Non sola patris datio/sed liberum hominis arbitrium ad habendum hunc panem cõcurrit. Et propterea descripto infallibili euentu ex ordine diuini doni/subiungitur liber cõcursus hominis:dicendo & eum qui venit.venire enim actus est voluntarius. **non eiiciam foras.** Tertium concurrens ad habendum hunc panem/est consecutio ipsius iesu.Ad quã se concurrere iesus/tertio loco describit:ad similitudinem acceptantis venientem ad se domi. Non acceptans siquidem venientem/eiicit eum foras:acceptans autem retinet eum intus. ¶ Duo ergo dicit. Primum q̃ seipsum concurrere ad hoc/declarat:vt seipsum obiectum beatitudinis declaret. Alterum est q̃ eiectio est eiectio ab intimis:alioquin nõ terminaretur ad foras. Vt hinc intelligamus venientes ad iesum/admittendos ab ipso ad intima/ad ea quæ sunt interiæ fœlicitatis. ¶ Et dixit hoc:ad declarandum qualis vitæ est panis:scilicet vitæ spiritus/vitę quæ consistit in intimis. Sicut dixit non eiiciam,ad declarandum se quãtum est ex se/venientes omnes recipere. ¶ Colligе prudens lector q̃ tribus concurrentibus ad habendum hunc panem(scilicet patre dante/homine veniente/& iesu admittente)quum ipse iesus dicat se nullum eiicere venientẽ,relinquuntur duo reliqua tanq̃ non ad ipsum iesum spectantia/sed ad patrem & ad homines: ac per hoc satisfactum est petitioni da nobis hunc panem. Acsi apertius dixisset.ego quidem sum ille panis/& nullum eiicio venientem ad me/sed patris dono & vestra voluntate opus est vt ad me veniendo panem hunc habeatis. **Quia descendi de cęlo.** Simul reddit rationem q̃ ipse non eiicit datos sibi a patre:& declarat se habere conditiones superius descriptas panis dei. Prima enim conditio erat q̃ descendit de cœlo. & hanc in se verificari explicat: dicendo quia descendi de cœlo/non corporeis gressibus sed vniendo mihi carnem humanam. Ipsa enim carnis in terra assumptio/descensus est de cœlo de summa celsitudi-

me.non vt faciam voluntatem meam,sed voluntatez eius qui misit me.Duas esse in christo volun/
tates hic patet:humanam scilicet(de qua dicit voluntatem meam)& diuinam, quam dicit voluntа/
tem patris.℣ Dupliciter autem de voluntate humana iesu loqui possumus.vel ſm seipsam:vel vt subia
cet regulæ diuinæ voluntatis. Voluntas enim iesu ſm seipsam/ſm suam naturam/nude acceptа, non
habet bonitatem infallibiliter: quoniam eiusdem est naturæ cum voluntate quæ fuit in adam ante
peccatum.Prout autē inhæret regulæ diuinæ voluntatis,declinare non potest ad malum. Vtriusq; asit
conditionis/textus meminit.nam dicendo non vt faciā voluntatē meam/de voluntate humana nude
accepta loquitur.verissimum siquidē est q̄ non venit ad habendum pro regula operū suorum volun/
tatem humanam ſm se.Dicendo autē sed vt faciam voluntatē eius qui misit me/significat voluntatem
suam faciendi conformiter ad voluntatē diuinam.¶Hec est enim.pro.autem/volūtas eius qui misit
me patris. Explicat voluntatē paternam quā ipse est adimpleturus. Et primo quo ad datos sibi a pa/
tre,dicendo. vt omne qō dedit mihi non perdam ex eo. Ratio quare non eiicio/est voluntas patris
vt non perdam aliquid eorū quæ dedit mihi.sed resuscitem illud.Duo constituit mihi pater erga da/
tos a se mihi. Alterum est negatiū:vt.ſ.non perdam aliquē eorum. Alterum positiuū/vt resuscitē illos.
Primum spectat ad salutem spiritus:secūdum ad salutem corporis.vtrunq; tamē ad statum æternæ fœ
licitatis.℣ Et declarat per hæc duo officia sua:se missum eē ad,seruandū ea quæ sunt spiritus/& ad resuſci
tandum corpora.quæ manifeste sunt officia solius dei. in nouissimo die. Tempus resuscitationis de/
scribitur finis tēporis.non enim esset nouissimus dies nisi esset finis tēporis:iuxta illud apoc.10.iurauit
per viuentem in secula q̄ tēpus non erit vltra.¶Hec est autē voluntas patris mei qui misit me. Re/
petit voluntatē patris:vt explicet eandem respectu venientium quā explicauerat respectu datorū. Ita q̄
vbi prius explicauit voluntatē patris ad explicandum officia propria sibi constituta erga datos sibi a
patre,modo explicat eandem ad explicandū effectus seu fructus acquirendos a venientibus ad iesum.
vt omnis qui videt filium z credit in eum. Vere credentes describuntur duobus actibus.ſ.videndi
filium/& credendi in eum. Et hic quidem secūdus iam declaratus est. Primus autē continet q̄ filius vi/
detur credendus.Nō enim dicit q̄ omnis qui videt me(quod posset intelligi de visu corporali)sed qui
videt filium:quod non potest intelligi nisi de visu spirituali. Et quū constet q̄ non est sermo de visione
beata(quoniā iungitur videre cum credere)cōsequens est q̄ de illa spirituali visione filii est sermo quæ
stat cum credere:imo quæ est ratio credendi.nam præponit videre filium ad credere in eum. Huiusmo/
di autem visio filii est qua mente videmus filium credendum:vel ex euidentia miraculoꝝ/vel ex testimo
nio scripturarū/vel ex interno lumine fidei. Hæc enim sufficiunt ad videndum filium sub ratione credi/
bilis.quā credibilis ratiōnē explicant subiuncta verba/& credit in eum.Nisi enim de visione filii sub ra/
tione credibilis esset sermo, & esset implicatio in adiecto adiicere visioni filii credere in ipsum(quoniā
quod videtur non creditur)& nō subiunxisset & credit in eum. Adiiciendo itaq; & credit in eum/expli/
cat q̄ de videre filium sub ratiōe credibilis loquitur.¶Et hinc habes erudite lector modum rationēq;
credendi/esse visionem credibilium.Non enim speciale aliquid de filio explicatur:sed quod cōmune est
omnibus quæ sola fide habentur. Credimus enim mysteriū trinitatis/mysterium incarnationis & reli/
quos articulos fidei,quia videmus non illa quæ credimus/sed illa esse credibilia. Sicut credimus remo/
tissimas partes terræ cōditionesq; earū quas nunq̄ vidimus,quia habemus tot testimonia q̄ videmus
illas esse credibiles.habeat vitam eternam.Ecce fructus primus/spectās ad fœlicitatē corporis.℣ Et z ego
resuscitabo eum in nouissimo die. Ecce secundus fructus/spectans ad fœlicitatē corporis.℣ Vbi ad/
uerte q̄ non repetendo dicit & ego resuscitabo:sed ad significandum se executurum constitutum sibi a
patre vt resuscitet,executurum autem respectu credentium in eum.

¶Murmurabant ergo iudei de illo.Hinc apparet q̄ non rustici/non galilæi sed iudæi qui ab hieroſo
lymis venerant(vt alii testantur euangelistæ)erant mouentes has quæstiones/incredduli & omnia per/
turbantes.qz dixisset/ego sum panis viuus. Supfluit viuus. qui de celo descendi. Et dicebant.nō/
ne hic est filius. Deest iesus. Legendum est. Nōne hic est iesus filius ioseph/cuius nos nouimus
patrem z matrem!A nomine proprio & a genere simul describunt ipsum:apponētes etiam notitiam
patris & matris.℣ Et habes hinc coniecturam q̄ ioseph viuebat tunc tēporis/sicut & mater. Dico antē
cōiecturam: qa posset dici q̄ paulo ante mortuus esset,& tū notus erat istis. ¶Quo ergo dicit hic/q̄ de
celo descendi!Ratio murmuris consistit in hoc q̄ iesus erat hō genitus sicut & alii:qđ in cōpossibile ap
parebat verbis iesu/quibus dicebat se descendisse de cœlo. venit.n.ex matris utero sicut & cæteri.
¶Respondit ergo iesus:z dixit eis.Huic murmuri occurrit iesus:primo cōpescendo.¶Nolite murmu
rare.pro.ne murmurate in invicem. Superfluit præpositio in. In quo apparet q̄ non dicebant hæc
iesu/sed inter se.¶Nemo potest venire ad me.Explicat deinde rationē quare murmurant:quia.ſ.carent
dono dei quo trahantē ad christū.℣ Nec dicit nemo venit ad me/sed nemo pōt venire:vt intelligamus
negari non solū actum veniendi sed potentiā veniendi.Et est sermo de potētia ppinqua:quę.ſ.elicitiua
est actus/cui ad operandū nō deest nisi executio.nisi pater qui misit me traxerit eū.Non violentia,sed
reuelatione/inspiratione/instinctu/excitatione mentis.Nec propterea excusatur non veniens ad iesum/

si non trahitur a patre cœlesti:quoniam non excusatur ab obice impedientе ipsum vt trahatur a pa/
tre.℣ Explicat ergo iesus clare quod superius occulte dixerat/omne quod dat mihi pater &cē.declarando
simul q̄ iō isti murmurabant quia nō erant tracti a patre. Ita q̄ ordo veniendi ad iesum/est q̄ primo est
tractus internus:& ppterea attribuitur patri/invisibili.deinde est posse per donum acceptū venire. &
tertio est venire.z ego resuscitabo eum in nouissimo die.Non est repetitio sed explicatio eiusdem gra/
tiæ resuscitationis/cōferendę ab ipso venientibus ad eum.Quā etiam a se cōferendam dixerat credenti/
bus in se:vt idem intelligamus præmiū vtrorūq;.ſ. venientium & credentiū. Quæ autē sit differentia
inter venire & credere/iam declaratū est.¶Est scriptum in prophetis.Autoritate scripturæ declarat trа
ctum paternū. Nec nominat propheta aliquis:qm̄ sententia prophetarū inducitur.¶Et erunt omnes.
Non distribuit pro singulis generū/sed pro generibus singulorū:hoc est non significant omnes hoies/
sed omnes cōditiones hominū:masculi/femine,senes & pueri,diuites & pauperes,barbari & reliquę ho
minum differentiæ.Intendit.n.q̄ cuiusq; cōditionis homines erunt. docibiles. pro.docites/dei. Hic
est modus quo pater trahit.ſ.docendo intus.Ad hoc affertur prophetæ sententia q̄ cuiusq; cōditionis
homines erunt dociles/facile suasibiles respectu dei docentis.Hinc.n.facile apparet vniuersalis extensio
diuini tractus ad rusticos/ad mulieres &cē.ita q̄ nemo venit nisi tractus diuina doctrina interiori. ¶Dis
qui audiuit a patre z didicit. Efficacia tractus simul cū mō discendi a deo/declarat.Acsi apertius dice
ret. Ex parte quidē patris cōcurrit docere trahendo/seu trahere docendo:quoꝝ alterū pertinet ad intelle
ctū/alterū ad voluntatē.ex parte vero eoꝝ qui docent & trahuntur/cōcurrit primo audire internum:&
propter hoc dicit/audiuit a patre.cōcurrit secūdo discere.℣ Humano more spiritualia describunt.Disci
pulus primū audit a magistro:& per hoc discit.sed auditus percęptio est eoꝝ quæ dicunt:discere antē
continet in se & credere & pficere.oportet enim addiscentē credere præceptori.& cuius credat,non discit
nisi in auditis proficiat.Proportionaliter siquidē accedentes ad deū/oportet primū audisse:hoc est per/
cepisse quæ deus docet.deinde didicisse:hoc est credendo profecisse in auditis.& sic tertio.¶Venit ad me
non corporali gressu,sed affectu/sed operibus.Hęc est enim efficacia diuini tractus.¶Non q̄ patrem vi
dit quisq̄.Ne intelligeres auditi patrē sicut auditur sensibilis doctor(qui videt dum auditur)& puta
res spirituali visione videri patrē a spiritualiter audientibus,occurrit huic falsæ existimationi:declaran
do q̄ solus ipse vidit patrē.Et excluditur nō solum quilibet homo/sed etiā quicunq; angelus.Sed est ser
mo de quocūq; ſm vires naturales,& ppterea subiungit.nisi is qui est a deo/hic vidit patrē.Solus.n.
deus naturali facultate videt deum. Vnde & per hoc nō solum excludit erroneū intellectum,sed & simul
declarat seipsum esse verū deum:utpote qui solus vidit deum patrē.℣ Nec ppterea excluditur spiritus
sanctus:qa videre est actus essentialis,respectu cuius exclusiua seu exceptiua adiuncta termino psonali
(puta patri aut filio)nō excludit aliam personā diuinam:vt in theologia speculatiua declaratur.
¶Amen amen dico vobis,qui credit in me. Tertio respondet quo ad materiā de qua murmurabant.ſ.
ego sum panis qui de cœlo descendi. Respondet autē prius diuisim:hoc est prius quātum ad illud ego
sum panis/deinde quātum ad illud qui de cœlo descendi.& demum cōiungit vtrunq; simul.℣ Confir/
mat quod dixerat ego sum panis:declarando qualis panis est ab effectu & modo edendi illum. Dicen/
do enim qui credit in me/manducationē panis significat. Subiungendo autē. habet vitam eternam.
præsentaneum effectum māducationis huius panis significat. Et verificatur q̄ habet vitam æternam
virtualiter & in sui initio. Charitas.n.seu gratia initiū est vitæ æternæ:sicut semē cōtinet fructum.℣ Et
declaratur per hoc q̄ nulla opus est mora ad hoc q̄ panis iste causet vitam æternā:sed dum manduca/
tur/efficit q̄ manducans habet vitam æternā in seipso. ¶Ego sum panis vitę. Ratio quare qui credit
in me habet vitam æternā/est quia ego sum panis vitæ:hoc est sum cibus cōferens vitam absolute(&
non ad tempus)manducanti me.¶Patres vestri manducauerunt mānа in deserto/z mortui sunt.
Declarat illam particulā qui de cœlo descendi, ex differentia inter mānа appellatum panem de cœlo/
& hunc panem de cœlo:penes hoc q̄ mānа a manducantibus se non tollebat mori,panis aūt iste man
ducantibus se/confert non mori. ¶Vbi perspicacius attende q̄ differentia ista non est penes omnino
idem:hoc est penes mori corpore.puta q̄ alter permiserit mori corpore/alter vero tollat mortem corpo
ris:vel q̄ alter permiserit mori spiritu/alter vero tollat mortem spiritus.Neuter enim sensus est literalis.
℣ Sed differentia ista est penes idem ꝓportionaliter:scilicet penes comedentes respective. Est enim sen/
sus q̄ manna se manducantibus non cōferebat non mori corpore,quum manducantes ipsum ederent
ad vitam corporis:iste aūt panis manducantibus se cōfert non mori illa vita ad quā seruandā mandu
catur.manducatur enim propter vitam spiritus:& cōfert non mori spiritu. Stat itaq; solida differentia/
relata ad manducantes & mortem proportionaliter seu respective.℣ In qua differentia cōsidera etiam
q̄ respondet dicentibus.quid operatis tu plusq̄ moyses,patres nostri manducauerunt manna in deser
to:sicut scriptum est/panem de cœlo dedit eis.Respondet enim ecce quid operor maius:quoniam mā/
na cibus fuit non tollens mortem,iste autem panis est cibus tollens mortem. ¶Si quæris quo pacto
verificatur q̄ iste panis tollat mortem : quum multi postq̄ comederunt hunc panem mortui fuerint
spiritu: alioquin in errorem illorum laberemur qui dicunt charitatem semel habitam non posse per/

di. Solutio est ꝙ quātum est ex parte cœlestis panis/sufficiens est ad conferendum comedenti nunꝯ mo/ri spiritu: hoc est nunꝯ peccare mortaliter. sed ex defectu ex libero arbitrio habentis vitam quæ duraret in æternum, prouenit mors spiritus. Abiicit enim a se vitam spiritus ille qui peccat: & non ex defectu panis aut vitæ puenit mors spiritus. Non sic autē erat in māna: qm̄ cibus erat corporeus/impotens ad præstandū vitam corporis sine mori. **Hic est panis de cęlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit non moriat.** pro. **vt quis ex eo edat ⁊ non moriatur.** Plus cōtinet hæc litera ḡ vt comedens hunc panē non moriatur: qm̄ cum hoc significat etiā ꝙ panis iste descendit de cœlo ad hoc vt edatur. hoc n. clare significat dicendo/de cœlo descendens vt ḡs ex eo edat. **Ego sum panis viuus.** Declara/tis sigillatim singulis particulis/iungit vtranq; simul. Ego sum panis viuus/quo ad primā. **qui de cęlo descendi.** quo ad secūdam. ☞ Vbi aduerte ꝙ prius dixit ego sum panis vitę, modo autē ego sum panis viuus: vt intelligamus ipsum esse & panē vitæ/seruatiuū vitæ aliorū in æternum, & panē in seipso for/maliter viuū: & differre a māna non solū qua est panis tollens mortem, sed etiā qūa est panis in seipso viuus. Ita ꝙ descendit vere de cœlo viuus: & non cecidit de cœlo vt māna res non viua. **Si quis man/ducauerit ex hoc pane/viuet in ęternum.** Prius ablationē mortis dixerat effectū huius panis: mō col/lationem vitæ æternæ dicit effectum eiusdē panis. Vt vtrinq; ex vtroq; cōtrario (morte. s. & vita) decla/retur effectus huius panis. Et intellige viuet in æternū/quātum est ex parte panis: vt expositū est. ☞ Vbi perspice efficaciam huius panis nō solum ad tollendā famem/sitim & mortē/& ad conferendum statim vitam, sed ad efficiendū ꝙ viuat in æternū. ☞ **Et panis quē ego dabo.** Postꝯ declarauit seipsum rōne manam naturā assumptam esse panē viuum. & incipit a morte passionecꝙ suā: dicens esse similiter cibū & vita mundi. Quod est dictu/oportere mūdum pasci credendo & amando non solū deum in ipso iesu homine, sed etiam hominē passum ac mortuū pro salute mūdi. Propterea enim hactenus seipsum dixit panem: modo autē cum cōiunctione copulatiua/accumulando ait & panis. ☞ Significanter ꝙ dicit da/bo/& non dicit do: qm̄ futura erat donatio eius. Stimulꝙ petentibus da nobis hunc panē/declarat qua/lis est panis quē ipse dabit. **caro mea est.** Desunt tres dictiones. s. **quā ego dabo.** Et sequit. **pro mundi vita.** Manifestissime explicat panē hunc fore passionē & mortem suam: dicendo ꝙ panis quē ego dabo est caro mea, non mystica non spūalis sed quā ego dabo pro mundi vita. constat enim ꝙ in passione & morte sua daturus erat carnē suam naturalē pro mundi vita. ☞ Et dicendo dabo/significat voluntario dono se passurum ac moriturꝝ. Et dicendo pro mundi vita/manifestat causam patiendi & moriendi nō pro aliquoꝝ sed pro mundi vita. ¶ Si vita spiritus intelligit, glosa opus est distinctiua de sufficiētia vel efficientia. Mors. n. christi sufficiens fuit pro spūali vita mundi: ḡuis nō effecerit illā in oībus ꝓpter im/pedimentū ex parte multoꝝ. Quāuis etiā sm̄ efficientiam possit verificari mors christi pro mundi vitā spirituali: pro quāto spiritualem vitam effecit non alicuius partis aut ętatis mūdi, sed in omni parte & ætate mundi. ☞ Sed si vita in sua amplitudine intelligit, non est opus glosa limitatiua: quoniam vitam corporalem etiā iniquorum efficit mors christi. restaurauit enim naturā non in aliquibus sed in omni/bus: vt potentius sit donum christi ḡ peccatum adæ.

Litigabant. pro. **pugnabant/ergo iudęi adinuicez.** Occasione sumpta ex hoc ꝙ iesus dixerat carnem suam esse panem quē esset daturus, inter se certabant iudæi/non galilæi. **dicentes. Quō potest hic.** Im possibilem modū existimabant. **nobis carnē suam.** Superfluit suā: sed subintelligit. **dare ad mandu/candū!** ¶ **Dixit ergo eis iesus.** Occasione sumpta ex hac verboꝝ pugna inter iudæos/procedit ad ex/planandū ordinate manducationē carnis suæ. Et inchoat a necessitate manducandi illā. **Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnē filii hominis ⁊ biberitis eius sanguinē.** Necessitatē man/ducandi carnē & bibendi sanguinē filii hominis, explicat ex priuatione vitæ/pro culdubio spūalis. **non habebitis.** pro. **non habetis.** Significatur enim presens priuatio/non futura tantū. **vitaꝫ in vobis.** Et quoniā textus iste similis p̄cepto baptismi superius. 3. ca. descripto (nisi quis natus fuerit ex aqua & spū non pōt introire in regnū dei. pati siqdem necessitate ac mō hic dicit/nisi manducaueritis carnem filii hois & biberitis eius sanguinē non habetis vitā in vobis) occasio diuersaꝝ factionū seu sectarū fuit & est, ideo pspicacius discutiēdus est: vt clare habeat sensus lsalis, ex quo solo trahit efficax argumentū.

¶ TRIPLEX igitur sensus dicit huius literæ. Primus est de fide mortis christi. Et est sensus. nisi vi/fueritis morte filii hominis tanꝯ cibo & potu/non habetis vitā spiritus in vobis. Et hic sensus est in se verus & necessario intentus. Verus quidē: quoniā nisi anima hominis sic credat mortē christi ꝙ susten/tetur per illā velut cibum & delectet in illa velut potu/non habet vitam gratiæ in seipsa. Necessario aūt intentus. tum qa separatio carnis & sanguinis manifeste mortē christi in qua separatus est sanguis a carne/ explicat. tum qa expresse dixit/caro mea est quā dabo pro mundi vita: quod constat mortē eius explica/re. imo ad declarandū hoc (scilicet quā dabo pro mundi vita) ad respondendū iudæis quomodo potest hic nobis dare/manifestat modum: scilicet per separationē carnis & sanguinis: hoc est per mortē talem in qua sanguis separabitur a carne. qualem constat esse mortem crucis. ¶ Secundus sensus est de fide

sacramenti eucharistiæ, quod est memoriale mortis christi: iuxta illud apostoli. quotiēscūq; mādica/bitis panem hunc & calicē bibetis/mortem dñi annūciabitis. Calix. n. & hostia separationē realem car/nis & sanguinis quæ fuit in cruce/significant. Et est sensus. nisi spūaliter manducaueritis & biberitis sa/cramentū eucharistiæ/non habetis vitā in vobis. Et hic sensus est verus in se: qm̄ spūaliter manducare & bibere sacramentū eucharistię quo ad rem sacramenti/nihil aliud est ḡ manere in christo & christum manere in eo. sine qua māsione constat nō esse vitam spiritus. ☞ An aūt sit intentus/non clare apparet. Imo si perspicaciter fuerit consideratū, apparet ꝙ sermo formalis non est de sacramēto sed de re sacramē/ti/sed de fonte sacramenti: qm̄ formaliter loquendo si manducare & bibere spūaliter sacrm̄ eucharistiæ necessarium est ad vitam, sequit̄ ꝙ sacraliter manducare & bibere idem sacramentū est necessarium ad vitam. Et patet sequela: ex eo ꝙ præceptū cogens ad sacramentū/formaliter loquēdo cogit primo & di/recte ad sacramentale perceptionē: vt patet in præcepto baptismi. ad spūalem autē perceptionē (quæ consistit in voto) cogit tanꝯ ad initium sacramenti. Vnde dicere ꝙ hic ꝑcipitur spiritualis perceptio eucharistiæ & non sacramētalis, formaliter loquendo est cōtraria implicare. Nec ꝓpterea intelligas ar/guendos doctores exponentes hoc de spūali manducatione: qm̄ ad rem sacramēti referunt. ¶ Tertius itaq; sensus est de manducatione sacrali/digne tñ. Et est sensus. nisi realiter māducaueritis carnē filii ho/minis in sacro hostiæ & biberitis in sacro calicis eius sanguinē/non habetis vitam spūs in vobis. Ita ꝙ iuxta hunc sensum necessariū est ad salutem nō solum sacrm̄ baptismi, sed etiam sacrm̄ eucharistiæ sub vtraq; spē. Ex hoc sensu orta paulo ante est secta bohemoꝝ/cōicantium etiā infantes sub vtraq; spē.

Huic sensui cōtrariat ecclesiæ cōsuetudo, non cōicans infantes/nec cōicans populū sub vtraq; spē. Nec sola cōsuetudo sed doctrina: qm̄ docet sufficere ad salutem cōicare sub spē panis. ¶ Et ḡuis hęc auton/tas sufficiat ad manifestandū ꝙ textus iste nō tradit præceptū de pceptione sacri sub vtraq; spē/& cōse/quenter ꝙ nō tradit pręceptū de manducando & bibendo sacrm̄ eucharistię, sectatoribus tñ illoꝝ dog/matum nō satisfit/sed textū hunc pro se afferunt cōtra nostrā consuetudinē & doctrinā: dicendo ꝙ nisi de pceptione sacri tractaret dñs in his verbis/non distingueret inter manducare & bibere. & rursus non distingueret inter manducare carnē & bibere sanguinē. sed ex hoc ꝙ tam accurate distinguit inter hęc/ insinuat ꝙ de pceptione sacri eucharistiæ tractat. Præterea subiungendo caro mea vere est cibus & san/guis meus vere est potus, non pōt negari quin de sacro carnis & sanguinis loquaꝫ. eadem aūt materia tractaꝫ hic monstrando necessitatē/quæ tractaꝫ subiungendo veritatē. De sacri ergo eucharistiæ mādu/catione & bibitione est hic sermo. ¶ Sed hęc facile reiiciunt: ipspiciendo ꝙ in hoc eodē capitulo paulo superius iesus dixit. qui venit ad me nō esuriet, & qui credit in me non sitiet vnq̄. Clare. n. in his verbis quæ cōstat non spectare ad sacrm̄ eucharistiæ/dñs distinguit esurire & sitire: quod ęquiualet ad distin/guere inter manducare & bibere. nā esurire ad manducationē & sitire ad bibitionē pertinet. Non potest itaq; ex distinctione inter māducare & bibere/trahi argumentū efficax ad inferendū ꝙ de sacro euchari/stię est sermo. Similiter distinctio inter carnē & sanguinē non adiuuat, sed potius ad cōtrarium ducit: qm̄ caro non qualitereūq; describit distincta a sanguine, sed separatione vt cibus a potu. cōstat autem ꝙ realis separatio carnis & sanguinis christi in sacro/est representatiue tñ: in morte aūt christi fuit sm̄ rem. ☞ Et si instet ꝙ hic est sermo de carne & sanguine sub rōne cibi & potus/& nō sm̄ ꝙ in esse suo naturali erāt: ac per hoc de carne in sacro & sanguine in sacro separatis. Solutio habet ex iam dictis: ꝙ supius dñs tractauit de seipso vt tollit famē & vt tollit sitim: & tñ non ꝓpterea infert ꝙ tractauit de seipso sub spē sacri qua tollit famem & spē sacri qua tollit sitim. Tractat. n. de carne & sanguine ꝑtibus mortis suę/vt cōplectendis mente vt cibo & potu animæ: qa nisi sustentet spiritus morte christi vt cibo & delectetur illa vt potu/non est vita spūs in nobis. Quod demū dicit caro mea vere est cibus &c. ad literā (vt pare/bit) eandē materiā tractat/& mortē suam habere vere rationē cibi ac potus significat: vt ibi declarabit. Quāuis extensiue verificetur etiā de carne & sanguine sub sacro: sicut etiā caro naturalis & sanguis na/turalis christi extendunt ad sacrm̄ eucharistiæ/pro quāto vere cōtinent sub spēbus panis & vini in illo sacro. ¶ Inepte aūt applicari hinc necessitatē cōicandi oībus/ex eo deprehendit ꝙ manducare sacrm̄ præsupponit māducationē naturalem: sicut nasci sacraliter ꝑsupponit nasci naturaliter. Nullus nascit ex aqua & spū nisi natus sm̄ carnē. & similiter nulli imporenti exercere actū manducādi naturalē impo/nitur necessitas māducandi sacrm̄. Infantes ergo qui adhuc māducare non pūt sed fugere/inepte cōclu/dunt sub hoc p̄cepto: dato sed non cōcesso ꝙ de manducatione sacri textus loquerer. Quod. n. sub actu manducādi imponit, solis potentibus māducare indici intelligit sm̄ planā legum oīum intelligentiā. Sed nō oportet ex datis arguere istos: qa ex textu cōuinci possunt. nā de illo māducare ac bibere tractat textus iste/de quo imediate subdit. **Qui manducat meam carnē ⁊ bibit meū sanguinē.** Constat. n. ꝙ manducare & bibere sacramentū/nō est hoc manducare & bibere: qm̄ manducare & bibere sacrm̄/cōmu/ne est ad digne & indigne manducare & bibere: vt apostolus clare docuit. 1. ad cor. xi. hoc autem de quo textus loquit/non est cōmune ad digne & indigne: quia est habere vitam æternā/vt textus dicit. Non enim dicit qui manducat digne carnē meam & bibit digne sanguinē meum/sed qui manducat & bi/bit: vt intelligamus ꝙ de ipso manducare & bibere loquitur quod non eget modificatione digne/quod

non est cōmune ad digne vel indigne. Clare igitur apparet ꝙ non est ad literā sermo de manducare & bibere sacramentū eucharistię, sed de manducare & bibere mortē iesu. ¶ Declarata itaq; necessitate manducandi carnem & bibendi sanguinē (alioquin non habet vita spiritus in nobis) declarat modū quo hoc manducare & bibere se habet ad vitam. Multipliciter siquidē contingere pōt aliquid esse necessariū ad vitam. Possumus.n. dicere nisi pecuniā habeas non sanaberis; nisi medicū habueris non sanaberis; nisi tali balneo aut cibo vsus fueris non sanaberis. & hæc diuersimode verificātur. Et ꝓpterea quū dixisset iesus nisi manducaueritis carnem & biberitis sanguinē non habetis vitam in vobis, quia multipliciter intelligi poterat manducatio necessaria ad vitam; declarat qūo concurrit manducare carnē & bibere sanguinē eius ad vitam: dicendo. Habet vitam ęternam. Ecce de quo manducare loquor: de illo. s. quod est habere vitam æternā; quod fert secum vitam ętemā; quod ponit in manducante & bibente vitam æternā. ¶ Vbi patet qualiter se habet hoc manducare & bibere ad vitam æternā: ꝙ non sicut aliquid accidentale aut extrinsecū; sed est ipsum habere vitam æternā. Dicendo enim post promulgatam necessitatem manducandi ad vitam; qui manducat habet vitā, significat ꝙ manducare est habere vitā. Et vere sic est: qñquidem pasci morte iesu; est habere vitam æternā. **Ego resuscitabo eum in nouissimo die.** Non est repetitio sed explicatio eiusdē prēmii manducantiū carnem & bibentium sanguinem filii hominis: quod ꝓmissum est tam venientibus q̄ credentibus in filium dei; missum a deo. ¶ **Caro.n. mea.** Coniunctio enim; testatur ꝙ ad reddendā rationem præcedentiū inducuntur hæc verba. Reddit siquidem ratio eius quod dixerat; qui manducat meam carnē & bibit meum sanguinē habet vitā æternam. Et incipit ratio ab hoc ꝙ caro eius est cibus & sanguis potus. Caro mea; naturalis quā dabo pro mundi vita. **vere est cibus.** Non dicit est cibus corporis; sed absolute est cibus: ne arctares sensum ad cibum corporis. Vnde sufficit ad verificandū hunc textum ꝙ sit cibus animæ. transferē enim cibi nomen & ratio a cibo corporis ad cibum animæ. Cibus autē nomen est officii cibandi; significans ꝓportionem rei quæ manducat ad cibandum manducantē. Vnde panis qui est cibus hominis; est venenū accipi; est cibus: ad differentiā gloriæ humanæ; quæ reputat cibus animæ: ad differentiā speculatiuæ contēplationis; quæ reputat cibus animæ: & vniuersaliter ad differentiā reliquoꝝ quę reputantur cibare animā. quoniā nihil horū vere est cibus animę: quoniā nihil horū vinificat animam. verus.n. cibus solus ille est qui vinificat. **¶ sanguis meus.** naturalis qui effundet pro mundi vita. **vere est potus.** non venenū. Est enim non falso; non opinatiue officiū habens potus animæ. est nāq; vinificans animā sicut potus corporeus vinificat corpus. ¶ Et dixit hæc: ad manifestandū ꝙ mors sua est alimentū perfectum animæ. cōstat enim alimentū perfectum ex cibo & potu. ¶ **Qui manducat meam carnē ¶ bibit meum sanguinem, in me manet ¶ ego in illo.** Prosequitur rationē: declarando modū quo tam caro q̄ sanguis suus vinificat alendo animā. Et affert ambas veri cibi & veri potus cōditiones; verificari inter carnem ac sanguinem suum & manducantē ac bibentem. Tandiu res manducata est cibus corporis q̄diu manet in manducante & māducans in illa. & simile est de potu. Alimentū enim corporis oportet ꝙ sit in illo qui alitur: alioqn non aleret. & rursus oportet ꝙ qui alitur sit in re quæ alit: sit dico per operationē naturæ. Nisi.n. natura eius qui alit attendat alimento; iam nō alitur. rursus si alimentū transiuit siue in eum qui altus est; siue in quācunq; aliam materiā, iam non est amplius alimentū; iam non est cibus aut potus. ¶ Dicendo itaq; in me manet & ego in illo; omnes cōditiones alimenti describit sibi cōuenire respectu manducantis carnē & bibentis sanguinē eius. Nam dicendo manet; excludit trāsitum. dicendo in me ponit attentionē manducantis ad ipsum. & dicendo & ego in illo; ponit se intus in māducante. Cōiunctionem ergo mutuā ac permanentē intus; significat inter manducantē & ipsum. Constat aūt coniunctio ista mutua in anima; ex charitate: iuxta illud. qui manet in charitate; in deo manet & deus in eo. Et est animum manere in iesu vt amato & desiderato: & similiter iesum manere in animo vt amato & trahendo ad se. ¶ Si hæc latius intelligere vis, cōsidera qūo amans est in amato ꝼm amorē veræ amicitiæ; simul & concupiscentiæ: cogitando de illo; desiderando illi bona (gloriæ; famæ; diuitiarū) sperando ab illo &c̄. & intelliges hęc. ¶ Significantius autē dicit in me & ego in eo, & non dicit manet in carne aut in sanguine meo & sanguis aut caro mea in illo: vt ascēdat a carne & sanguine ad seipsum: vt declaret ꝙ manducare carnem & bibere sanguinē; coniungit manducantē & bibentem non tantū carni & sanguini sed sibiipsi. vt intelligamus ꝙ qui pascit morte eius; non cōiungitur tantū humanæ meę naturę, sed coniungitur mihiipsi; qui sum non solum homo sed verus deus.

Sicut misit me. Pedetentim inducit conclusionē. Incœpit.n. ex hoc ꝙ caro & sanguis meus est verum alimentū animę: & inde subiunxit ꝙ hoc alimentū prestat manducanti & bibenti; manere in me & me in illo: mō aūt adiungit ꝙ manere in me & me in illo; dat manducanti viuere ꝓpter me. vt sic de primo ad vltimū illatio pateat eius quod ꝓpoſuerat. s. qui manducat meam carnē & bibit meum sanguinē habet vitam æternā. ¶ Ad declarandū itaq; hoc ꝙ manere me in manducante & manducantē in me; cōsecrat viuere ꝓpter meipsum sit ipsum viuere ꝓpter me, affert similitudinē modi quo ipse iesus vivit. Et dicēdo misit me; vtrāq; naturā suam significat. nā missus est filius dei: missio aūt est ipsa incarnatio. **viuens**

pater. Quia intendit resoluere effectum qui est vita manducantium; in supremam causam propriam, ideo non dicit sicut misit me pater; sed adiungit viuens: vt effectus vitę reducatur in primum vinētem tanq̄ propriam vitæ causam. **¶ ego viuo.** Ecce causa media; similiter ꝼm latitudinem vitalē. **ꝓpter patrem.** Ex eo ꝙ meminit missionis; & prępositio propter dependēriam significare videtur, de vita iesu spirituali qua verus homo viuit spiritu propter patrem viuentem (tum effectiue; tum exemplariter; tum finaliter) est sermo. **¶ qui manducat me; ¶ ipse viuet ꝓpter me.** hoc est sicut missio a patre viuente facit me viuere propter patrem; sic consequenter manducatio mei viuificat manducātem viuere propter me. Ita ꝙ missioni respondet māducatio: & viuere propter patrem viuum; respondet viuere propter me viuum. Et missio quidem filii a patre viuente; est verissima & propria ratio ꝙ filius ꝼm humanitatem viuat totaliter propter patrem. nā mysterium incarnationis est ratio ꝙ filius ꝼm ꝙ homo totaliter viuat propter patrem: tota enim vita christi fuit semper ꝓpter deum, ita ꝙ nihil penitus declinauit ab esse propter deum. manducare vero iesum viuum (hoc est pasci in intellectu & affectu de iesu viuo) ratio est ꝙ manducans viuat non totaliter sed ꝼm spiritum propter iesum viuum; non mortuum cibum. Vt intelligamus ꝙ a patre viuēte deriuat vita in filium viuū; & a filio viuo deriuatur vita i nos: sed a patre deriuatur per missionem; a filio vero deriuatur per manducationem. & percipiamus non solum in iesu vt filius est dei sed etiam vt est filius hominis; esse virtutem causatiuam vitæ nostræ: non sicut in primo principio vitæ sed sicut in media causa tali qualis descripta est: scilicet vnita filio dei per gratiam vnionis personalis quam ipsius missio significat. Simulq; percipiamus contrarium esse ordinem in manducatione hac spirituali & in manducatione corporali; quo ad rationem vitę. In cibatione enim corporis, ratio viuendi ex parte manducantis se tenet; & ex ipso prouenit ꝙ cibo cōmunicetur vita: vt patet. in manducatione autem hac; vita cōmunicatur manducanti ex cibo māducato: ita ꝙ vita se tenet ex parte iesu qui manducatur viuus. Et ad hoc explicādum attulit aduerbium similitudinis dicendo sicut misit me. significatur enim assimilari modo viuēdi ꝓpter patrem; ex missione causato, modum viuendi nostrum ex māducatione ipsius. ¶ Mutila autē apparet similitudo: quia post sicut nō subiungitur sic. perfecta enim locutio exigebat vt diceretur sic & qui manducat me. Sed propter mysterium euangelista tacuit sic: ad significandum ꝙ non tā similitudo q̄ causalitas intenditur; per hæc verba. vt intelligamus ꝙ quia pater viuens misit filium viuentem ꝓpter ipsum deum patrem, ideo effectum est vt qui manducat iesum viuat ꝓp iesum. **Hic** enim sensus itētus est: reddēs rationē veram & ꝓpriam quare manducans carnem & bibēs sanguinem iesu habet vitam æternam. & propterea nō subiunxit sic: sed tacito hoc aduerbio subiunxit coniunctionem copulantem effectum suę ꝓprię causæ. **Hic est panis.** Recole ꝙ sermo iste de carne ei? vt cibo incœpit; dicendo & panis quem ego dabo caro mea est quam dabo pro mundi vita: quia itaq; a pane incœpit; ad panē redit. Nec ad repetēdum dicūtur iterum verba hæc: sed ad explicandum eadem cōpetere filio hominis quæ dicta sunt de filio dei. Superius de seipso ratione naturæ diuinę existentis in ipso misso a deo; in ipso verbo icarnato, dixerat hic est panis qui de cœlo descendit; & reliqua de differentia ad manna in deserto: modo hæc eadem dicit de carne sua; ratione tamen hypostasis. Vnde pronomen hic; demonstrat panem carnem suam dandam pro mundi vita. **qui de cęlo descendit.** Et est preteriti temporis descendit. Vt intelligamus nō esse aliam carnis sue hypostasim & aliam hypostasim filii dei; sed vnam & eandem, dicit de pane carnis sue ꝙ descendit de cœlo. Et vere hypostasis carnis iesu descēdit de cœlo; quādo verbum caro factum est. **¶ Non sicut manducauerūt patres vestri manna ¶ mortui sunt.** Non est repetitio sed explicatio ꝙ etiam panis qui est caro sua; habet hanc conditionem ꝙ tollit mortem. & differt a manna dato in deserto: in hoc ꝙ manducantes manna mortui sunt; perdiderunt vitā pro qua seruanda manducabant manna: non sic autem contingit manducantibus hunc panem, sed. **qui manducat hunc panem.** carnis meę. **viuet in ęternum.** illa vita pro qua seruanda manducat hunc panem. Quod verum est quātum est ex parte manducati panis: quoniam sufficit ad seruandum vitam spiritus in æternum. Quia tamē non tollit libertatem arbitrii humani, ex parte hoīs contingere pōt ꝙ manducato hoc pane homo postea moriatur morte spiritus; morte peccati mortalis; abiiciendo a se vitam ętemā quam panis hic prestat. **Hęc dixit in synagoga docēs in capharnaum.** Locus describitur; vt historia explicetur.

Multi ergo audientes ex discipulis eius; dixerunt. Durus est hic sermo. Accusant sermonē iesu ꝙ impenetrabilis sit ad similitudinem duri: quod non cedit tangenti. **¶ quis pōt eum audire!** Superfluit coniunctio &. Nō solum sermonem accusant, sed auditorem non posse inueniri dicūt. ¶ **Sciens aūt iesus apud semetipsum.** Vt intelligamus ꝙ murmur discipulorum non audiebatur a iesu: sed diuinitus sciebat iesus discipulorum murmur. **ꝙ murmurarent de hoc discipuli eius; dixit eis. Hoc vos scandalizat!** Interrogatiue legendum est. Intelligens siquidem iesus ex sermone suo scandalizatos discipulos; intendit sedare eorum scandalum: & interrogatiue manifestat eis quę inter se dixerant murmurando. ¶ Pronomen hoc; demonstrat sermonem dictū de seipso ꝙ erat panis coelestis &c̄. Et non expectata illorum responsione tollit rationem scandali; subiungendo. **Si ergo videritis filiū hoīs.** Duo dixerat iesus quę videbantur dura. Alterū fuit. ego sum panis viuus qui de cœlo

descendi. Vnde & contra hoc dixerant iudei/nonne hic est iesus filius ioseph &c̄. Alterum fuit. nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem nō habetis vitam in vobis, cum reliquis huiusmodi. Contra quod dixerant iudei/quomodo pōt hic nobis dare carnem suam ad manducandū? Et propterea quo ad vtrunq; sedat iesus scandalum. Et quantum ad primum (scilicet ego sum panis vitus qui de cœlo descendi) dicit. si ergo videritis filium hominis. **ascendentem vbi erat prius.** Supple videbitis veritatem verborum meorum sonantium q̄ descendi de cœlo. Et vere conuincit discipulos conditionalis ista: q̄ si viderint ipsum ascendentem in cœlum/certi erunt q̄ descendent de cœlo. visus enim confessans ascensum/sufficiens est testimonium de priori descensu. Subintelligitur autem categorica/q̄ videbitis filium hominis ascendentem: ac per hoc manifestum tunc erit q̄ descendi de cœlo. ¶ Dixit autem hæc conditionaliter eo q̄ multi illorum discipulorum non erant visuri ipm ascendētem in cœlum. Propter hoc enim non dixit videbitis: sed conuicit eos ex conditione si videritis. multi siquidem illorum erant visuri & multi non: vt patet ex eo q̄ multi remānserūt & multi abierunt. ¶ Et dicit vbi prius erat/propter veritatem vtriusq; naturæ. erat enim prius ſm naturam diuinam in cœlo, & ascendebat ſm naturam humanam: vna tamē & eadem hypostasis vtriusq; naturę. Et propterea ratione vnius erat ibi: ratione alterius erat ascensurus. ¶ **Spiritus est qui viuificat.** Quantum ad secundam occasionem scandali (scilicet manducationem carnis suę) sedat scandalum acceptum/prius assignando rationem vitę absolute. & deinde applicando ad propositam materiam. Et absolute quidē dicit. spiritus est qui viuificat/vita quę sola est vera vita sine admixtione mortis, qui vimificat animam/q dat & seruat vitam ęternam. **caro non prodest quicq̄.** hoc est caro inquantum caro/inquantum distinguit e regione spiritus, non prodest quicq̄ ad dandum seruandumq; vitam ęternam. Sicut nicodemo impossibile reputanti q̄ homo iterum nascatur/dixerat quod natum est ex carne caro est & qđ natum est ex spiritu spiritus est, ita modo discipulis scandalizatis de mānducatione carnis suę & potu sanguinis sui ad habendum vitam æternam/dicit. spiritus est qui viuificat/vita ętema, caro non prodest quicq̄/ad vitam æternam. Et est sermo iste formalis de spiritu & carne: & verus sic vt nullam habeat cōtradictionem si penetretē. Non dicit/caro mea non prodest quicq̄ (hoc enim contrariaretur antedictis) qui manducat meam carnem habet vitam ętemam) sed dicit caro. vt intelligamus in pronoie mea/significari spiritum iūctum carni: ex quo caro mea prodest multum ad vitam ętemam/ex quo caro mea manducata seruat vitam ętemam. Propter quod reddidit rationem quare caro sua confert vitam ętemam, ex hoc q̄ ipse viuit propter patrem/& manducans ipsum viuit propter ipsum. quæ ambo cōstat spectare ad spiritum. Vnde hinc habetur q̄ etiam caro christi inquantum caro e regione spiritus/nec crucifixa nec mortua prodest quicq̄ ad vitam mundi/sed confert vitam mundo inquantum caro christi crucifixa/mortua &c̄. quoniam dicendo caro christi inquātum caro/dicit id quod cōmune est omni carni: dicendo autem inquantum caro christi/dicit id quod est proprium christo: scilicet caro iuncta filio dei & spiritui charitatis in anima iesu christi. **Verba quę ego locutus sum.** pro. loquor/ vobis. Res significatę per verba quæ ego loquor vobis in hac mea doctrina de carnis & sanguinis mei manducatione & bibitione. **spiritus & vita sunt.** Tum ex parte rei manducandę & bibēdę: quia caro mea & sanguis meus habent rationem cibi & potus/ex spiritu & vita. ex spiritu quidem deitatis meę & charitatis meę: ex vita vero similiter diuina & spirituali in mē existente. Tum ex parte actus manducādi & bibendi: quia manducare & bibere non sunt actus carnales, sed spirituales & vitam veram secum ferentes. Tum ex parte manducantium: quia non ſm carnalem partem sed ſm eam partem hoīs quæ spiritus est/& ad quam spectat vita vel mors æterna, exercenda est mānducatio carnis meę & bibitio sanguinis mei. Tum ex parte effectus: quia non seruatur per hoc manducare & bibere caro/sed spiritus: & confertur non vita opinata aut ſm qđ/sed vita quę vera & ętema vita est. Omni ergo ex parte q̄ dixi sunt spiritus & vita. ¶ Vbi prudens lector considera q̄ quum duo in re hac dixerit (scilicet manducare & bibere/& vitam æternam habere manducādo & bibendo) primum declarat esse spiritum/hoc est spirituale. alterum aūt confirmat esse vt dixerat: ac per hoc instruit eos q̄ verba sua spiritualiter intellecta (hoc est de spirituali cibo/de spirituali potu/de spūali manducare & bibere) habēt secum vitam æternam, vt prius dixerat. Et quia tota ratio scandali erat rōne manducationis & bibitionis carnalis, ideo sufficientissime sublata est. ¶ Et scito hoc in loco, antiquum errorem negantem in eucharistię sacramento verum christi corpus contineri/modernis tēporibus fundatum esse super hunc textum. caro non prodest quicq̄. Cōuincuntur autem ex hocmet textu/ intellecto ſm eos de sacramento eucharistię: ex eo q̄ manifeste dictum est/qui mānducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam ętemā. Si nāq; de substantia carnis christi est sermo/caro multum prodest: vtpote qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternā. & modo dicitur q̄ nō prodest quicq̄. ergo propriam ignorāt vocem hęretici isti. ¶ Planus literæ sensus iam explicatus est: scilicet q̄ est sermo de carne vt caro distinguitur contra spiritum/est sermo de carne absolute non de carne christi: quæ est caro iūcta spiritui qui est deus. Sed si etiam condescendendum est istis hebetioris intellectus, in promptu est altera expositio: scilicet q̄ quum dicitur q̄ caro non prodest quicq̄/caro non est nomen substantiæ sed officii

hoc est carnalis tam cibus q̄ potus. Hic enim sensus directe respondet scandalo discipulorum, & nulli prius dictorum aduersatur: quoniam cum hoc sensu est simul verum q̄ qui spiritualiter manducat carnem naturalem christi & spiritualiter bibit naturalē sanguinem christi (credendo/confidendo/& amādo carnem datam pro mundi vita & sanguinem similiter fusum pro mundi vita) habet vitam ętemā. Perinde est autem asserere q̄ caro naturalis christi nō prodest quicq̄ ad vitam spiritus, & asserere q̄ caro crucifixa/sanguis effusus iesu christi nihil nobis prodest ad salutem æternam/quia caro non prodest quicq̄. quod est non esse christianum.

Sed sunt quidā ex vobis qui nō credunt. Reddita rōne doctrinę suę iesus declarat scandalum discipulorum non ex duro sermone sed ex eoꝝ incredulitate procedere. Et ad hoc significandum aduersatiua vtitur coniunctione: dicendo/sed sunt quidam ex vobis. Acsi apertius dixisset. non est duricia sermonis occasio scandali/sed incredulitas quorundam ex vobis. **Sciebat enim ab initio iesus.** Interponit euāgelista rōnem verboꝝ iesu non esse scientiam nouam, sed scientiam ab initio conceptionis suæ. **qui essent credētes.** Duo explicat pręscita. Alterum cōmune multis: quo distinguuntur credētes a nō credentibus. Alterum proprium iude proditoris: dicendo. **& quis traditurus esset eum.** Quo distinguit iudas ab aliis vndecim apostolis. **Et dicebat.** ex scientia prędicta **Propterea dixi vobis.** Non solū docet originem scandali esse ex eoꝝ incredulitate, sed originem incredulitatis eoꝝ declarat. propterea/quia sunt quidā ex vobis qui nō credunt, dixi vobis/paulo ante. q̄. pro. q̄/nemo pōt venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ecce origo incredulitatis vestrę/negatio tractus a patre meo. hoc enim supius dixerat/nemo pōt venire ad me nisi pater meus traxerit eum.

Et hoc. pro. **ex eo.** Subaudi tępore. **multi discipuloꝝ eius abierūt retro.** pro. **abierūt ad ea quę retro.** Incredulorum pertinaciam subiungit euāgelista: q̄ non obstantibus his sermonibus iesu/multi discipuli abierūt ad ea quæ retro. Profectum vitę spūalis significari per ꝓgressum ad anteriora/defectum vero per ire ad ea quę retro, testatur apostolus ad phil. 3. ea quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero q̄ sunt priora meipsum extendens. Vnde euangelista describit istos ad defectum vitæ spiritualis abisse. **& iam non cum illo ambulabant.** sequela corporali. Vnde apparet q̄ & corpore & spiritu deseruerūt iesum. & q̄ abire retro/spectat ad spiritum: sicut non ambulare spectat ad societatem corporalem. ¶ **Dixit ergo iesus ad duodecim. nunquid & vos vultis abire?** Occasione accepta ex recessu multorum discipuloꝝ/interrogat iesus duodecim: nō inuitando ad recessum, sed tum ad explicandum eos esse in sua libertate. tum ad cauendum ne putarent iesum indigere eis: & arrogarent sibi q̄ remanendo cum iesu/cōferrent beneficium ipsi iesu.

Respondit ergo ei simon petrus. Significanter euangelista apponit ergo: vt intelligamus petrū plenum fidei & feruoris/occasione accepta ex hac propositione iesu prorupisse in hanc respōsionem. **Domine ad quem ibimus?** Nota particulas responsionis. Inchoat a persona iesu tanq̄ ab eo cui nullus est comparabilis: dicendo ad quem ibimus/scilicet simlem tibi? Quasi dicat. nullus est qui possit tibi compatari ad quem ire possemus. **verba vitę ętemę habes.** Dixerāt alii discipuli durus est hic sermo. & propterea petrus post cōmendatam personam/cōmendat sermonem iesu. Commendat autē ad cōmunem mundi vtilitatem, non diuitiarum sed vitę, non temporalis sed ętemę. **& nos credimus.** pro. **credidimus/& cognouimus.** Vtrunq; est pręteritum. In persona collegii. 12. apostolorum petrus putans se verum dicere/putās alios vndecim esse tales qualis ipse erat, tertio loco a cōmuni apostolorum fide perseuerantiam asserit/& dicit duos actus: scilicet credidisse (& hic est actus intellectus moti a voluntate ad credendum) & cognouisse. & hic est actus intellectus moti a testimoniis tot miraculorum. **q̄ tu es christus filius dei.** Deest ſm quosdam codices grecos viuentis. Quod si in oibus non est, adūctū ab aliquo videtur. Si autē de textu est, dicta videntur hæc a petro postq̄ in partibus cesareę philippi dixerat ex patris cœlestis reuelatione/tu es chs filius dei viui. matth. 16. vbi hęc exposita sunt. ¶ **Respondit ei iesus. Nōne ego vos duodecim elegi.** Corrigit iesus responsionem petri: aperiendo q̄ occasio dicendi nunquid & vos vultis abire, nō ex diffidentia aut ignorātia fuit sed ex iniquitate vnius eorum. ¶ Nec dicit absolute vnus ex vobis diabolus est/sed cōmemorādo electionem nōne ego elegi vos duodecim: ad explicandum grauitatem criminis/q̄ cum tanto beneficio (scilicet q̄ ego elegi vos) vnus ex vobis est diabolus: & ad insinuandum nouitatem huius criminis in illo/scilicet q̄ post electionem est effectus diabolus. Dicendo nanq; nonne ego elegi vos, insinuat q̄ bonos elegit duodecim ex vniuerso numero discipulorum. imo ad hoc significandum/pronomen emphasim exercēs appositum apparet. Acsi apertius dixisset. ex eo q̄ non obstante q̄ ego elegerim vos bonos ad gradum apostolatus/vnus ex vobis ex sua libertate est diabolus, occasio mihi data est interrogandi omnes vos. nunquid & vos vultis abire/vtendo male vestra libertate sicut ille vnus vtitur. Simulq; declarat petro & aliis non verificari verba petri ad quem ibimus/de singulis eorum. nam ille vnus habebat alium ad quem iret: scilicet ad propria cōmoda. **& ex vobis vnus diabolus.** Dictionem grecam interpres reliquit. debebat transferre hanc vt alias: & dicere calumniator seu delator. explicat siquidem iesus spēm criminis. Et vere iudas calumniator seu delator fuit: quoniā detulit iesum & calumniatus est iesum tanq̄ malū/quādo vēdidit

ipsum. Quod quis alibi non sit ab euangelistis explicatum/constat hoc in loco explicari: expresse subiungente euangelista q̄ propter iudam proditurum iesum/dixerit iesus hæc de iuda. est? Non dicit erat aut fuit/sed est: vt intelligamus crimen præsens/non in vno actu sed in vsu. calumniator enim seu delator non potest proprie dici qui semel tm̄ calumniatur aut defert, sed qui in vsum ducit calumniari seu deferre. Ita q̄ hinc habemus q̄ iudas iam erat calumniator/etiam anteq̄ calūniaretur iesum q̄ sensualis esset: vtpote qui vnguenti pretiosi vnctionibus delectaretur: & hoc a muliere pulchra. hanc enim ea lumniam implicite elicimus ex euangelio. Dicebat autem de iuda simonis scarioth. pro. iscariote. Legendum est enim in casu ablatiuo: quia refertur non ad simonem sed ad iudam/vt ipsius cognomē. Hic enim erat traditurus eum, quum esset vnus ex duodecim.

CAPVT .VII.

Post hec autem. Ordo historiæ significatur. ambulabat. prædicando. iesus in galileam. pro. in galilea. Erat enim in galilea. Non enim volebat in iudeam. pro. in iudea/ambulare. hoc est non volebat discurrere per iudeam prędicando/sed discurrebat per galilæam. q̄z querebant eum iudei interficere. Ad literam ideo declinabat iudeā/quia nolebat adhuc capi & occidi: agens quod erat hominis.

Erat autem in proximo. pro. in propinquo/dies festus iudeorum scenophegia. pro. scenopegia. Et est dictio græca/a fixione tentoriorum dicta: significans festum tabernaculorum. quod a quintodecimo die mensis septimi a iudeis septem diebus celebrabatur/in memoriam q̄ fixerāt tabernacula. 40. anns in deserto/aliti a deo: vt dicitur leui. 23. Et describit tempus euangelista: vt intelligamus sex menses defluxisse inter relata in precedenti capitulo & quæ referuntur in hoc. nam illa fuerant gesta quum festum celebrabatur sole existente in libra, quum esset in oppositione lunę ad solem in ariete: hoc autem festum celebrabatur sole existente in libra, quum esset in oppositione lunę mensis septimi. vt gesta interim/ab aliis euangelistis scripta/non repetat. Dixerunt autem. pro. ergo. Occasionem dicendi/prius premisit euangelista fuisse quia iesus declinabat iudeam, declinās persecutiōes iudeorum. Et propterea dicit/ dixerunt ergo: hoc est ex hac occasione. ad eum fratres eius. Scripture consuetudine/ cōsanguinei appellant fratres. Transi hinc. id est ex galilea. z vade in iudeam. Vbi est metropolis hierusalem. vt z discipuli tui videant opera tua que facis. Seipsos exim̄sit a numero discipulorum: cupientes vt discipuli iesu qui erant in iudea/qui non sequebantur ipsum sed audiebāt ipsum, viderent miracula quæ faciebat iesus. Nemo quippe in occulto quid facit, z querit ipse in palam. pro. in libertate/esse. Rationem assignant transeundi in iudeam ad hoc vt discipuli eius videant miracula ipsius/ex cōmuni ratione quærentium liberari a persecutionibus. Nullus enim quærens liberari a persecutionibus/facit miracula sua in occulto, sed in publico: vt sic visis miraculis habeat fautores & liberetur a timore persecutionum. ¶ Vbi duo considera. Alterum est q̄ isti supponebant iesum quærere liberari a persecutionibus iudeorum/quærere vt ipse esset in libertate eundi per iudeā & hierusalem/& libere prædicandi & docendi ibidem, absq; timore persecutionum iudeorum. Et hoc putabant quia videbant q̄ iesus nolebat in iudeā ire quia quærebant ipsum iudei interficere. ¶ Alterum est q̄ locus galilee respectu iudee existimabatur ab illis locus occultus respectu iudeorum. propter hanc enim existimationem/dicunt iesum facientem miracula in galilæa facere in occulto respectu iudeorum. Et habet nō nihil veritatis dictum istorum: quoniam miracula q̄is publice fierent in galilea, quia non fiebant in iudea/non credebantur a iudeis narrata audientibus. & propterea erant iudeis occulta quantum ad certitudinem scientiæ/quantū ad visum. Si hec facis. Sub dubio dicunt iesum facere miracula: vt ex eorum verbis cognoscamus ipsorum icredulitatem. manifesta teipsum mundo. Primum hortati sunt vt iret in iudeam ad faciendum ibidem miracula ad acquirendum libertatem a psecutionibus iudeorum: modo hortantur ipsum ad idem ad acquirendam gloriam humanam. ¶ Et manifestationem in iudea appellant manifestationem mundo. tum quia ibi erant ex omni natione mundi/propter templum ad quod confluebant israelitę ex omni parte mūdi. tum quia ibi erant principes sacerdotum & scribę ac summa totius populi israel. Et propterea quod ibi erat manifestum/redundabat in manifestationem tori mundo: per quem dispersi erant israelitę. Ibi etiam erat cęsaris nomine præses: quo mediante poterat ipse manifestari cęsari: ac per hoc mundo. Neqz enim fratres eius credebāt in eum. Interponit euangelista rationem verborum: quia scilicet nec ipsi credebant in iesum, sed existimātes ipm esse purum hominem/ad ea quæ mundi sunt hortabantur: libertatem scilicet & gloriam. vnde clare apparet hos iesu consanguineos non esse illos qui erant electi in eius apostolos, sed alios.

Dicit ergo eis iesus. occasione accepta ex eorum verbis. Tempus meum nondum aduenit. Respondet ordine retrogrado ad singula. Et primo ad tertium/si hæc facis manifesta teipsum mundo: dicendo q̄ tempus manifestandi seipsum ita publice in iudea/nondum aduenit. Significans per hoc q̄ singula opera sua agebat definitis temporibus/& non prout occurrebat: vt faciunt alii homines. Et in hoc continetur q̄ nondum aduenerat tempus eundi in iudeā/vt illi suadebant. tempus aūt vestrum semper est paratum. Adiungit differentiam inter tempus suum & tempus illorum: ad significādum

impedimentum non esse cōmune sibi & illis: sed differri tempus suum non autem tempus illorum/ad eundum manifeste in hierusalem. Non pōt mundus odisse vos. Respondet secundo dicto: scilicet vt visis miraculis in iudea/libet sit a persecutionibus. Respondet autem declarādo causam persecutionum non esse ignorantiam miraculorum: sed odiū ex eo q̄ testimonium reddit de malis operibus eorū. Et simul explicat impedimentum temporis sui non habere locū in fratrū suorū tēpore. Ita q̄ vtrunq; intendit: scilicet & reddere rationem quare tempus suū nondū aduenit/& tēpus illorum semper est paratum: quia mundus me odio habet, vos autem non. & declarare q̄ non ignorantia miraculorum sed odium est ratio q̄ iudei quærunt ipsum interficere. ¶ Quia autem fratres eius meminerant mundi (dicendo manifesta teipsum mundo) ideo iesus etiam mundi meminit/dicendo non pōt mundus. intendens appellatione mundi vniuersitatem affectorum mundo vt sic. Propter quod significanter dicit nō pōt. naturale siquidem est vnicuiq; diligere quod suum est: ac per hoc naturale est mundo diligere q̄ suum est/diligere vos qui estis affecti mundo. ¶ Et per hoc soluit obiectio opponētium q̄ poterāt isti odio haberi ab alis mundanis hoibus: vt continue videmus odia mundanorum hominum inter se. Nam hinc apparet q̄ non mundus/non ipsa vniuersitas mundanorum cōtrariatur mundanis: sed cōtrarietas est inter aliquos particulares mundanos hinc inde ex particularibus causis. Inter iesum autē & mundum (hoc est vniuersitatem mundanorum) erat contrarietas: quoniam ipse contrarius erat nō aliquibus sed oibus mundanis vt sic. Vnde & significanter iesus loquit de mundo tanq̄ de aliquo vno subiungendo. Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo. non quia nesciat miracula mea, sed quia ego tum operibus tum verbis testimonium perhibeo de illo. q̄z. pro. q̄ opera eius mala sunt. Ecce res de mundo testificata a me: scilicet q̄ opera mundi (quorūcunq; affectorum mundo) mala sunt. Et hęc est vera rō odii iudeorū contra me. Vos ascendite ad diem festum hūc. Respōdet primo/transi hinc & vade in iudeam. Respondet autem simul concludendo ex premissis/vos ascendite nunc. Ego enim nō ascendam. pro. ego nondum ascendo/ad diem festum istum. Nō negat se ascensurum: sed negat suū tunc ascensum. Sciebat enim se paulo post ascensurū. q̄z meum tempus nondum impletum est. Quod prius dixerat nondum aduenit/modo dicit nōdum impletum est. incho auerat enim sed non aduenerat quo ad terminum. Hęc quum dixisset, ipse mansit in galilea. exequendo quod dixerat/ego nondum ascendo.

Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc z ipse ascendit ad diem festum. Quot dies intercesserint quibus moratus est in galilea post illa verba/nescitur: sed hoc tm̄ scitur q̄ post ascensum cognatorum suorum ipse ascendit. non manifeste, sed quasi in occulto. Non enim ascendit prędicando/premittendo discipulos ad prępārādos auditores &c̄. sed velut persona priuata. ¶ Iudei ergo. de quibus dictum est q̄ querebant eum interficere. querebant eum in die festo. vt caperent. z dicebant. vbi est ille? Non aperiebant venenum suum turbis: sed non videntes eum more solito/interrogabant vbi est ille/ volentes inuestigare vbi esset. Et murmur multus. pro. multum/erat in turba. pro. in turbis/de eo. Quidam enim dicebant q̄ bonus est. alii autem dicebant non, sed seducit turbas. pro. turbam. In turbis quidem erat murmuratio: & de turba erant dicentes q̄ bonus est. dicentes autem q̄ seducit turbam, inter turbas quidem erant/sed non de turba. Nisi forte increduli aliqui de turba: arrogantes sibi exemptionem a turba/tanq̄ ptudentiores aliis. Nemo tamen palam. pro. libere/loquebatur de illo. Quis diuersę essent opiniones de iesu, illi tamen qui recte sentiebant/non libere loquebantur quod sentiebant. propter metum iudeorum. Turbę erant diuersarum tribuum: & existentes in hierusalem timebant iudeos/qui principabantur & persequebantur iesum.

Jam autem die festo mediante. pro. circa festi dimidium. Festum scenopegię durabat septem dies. vnde quarta dies videtur significari. ascendit iesus in templum. Dixerat prius euangelista q̄ ascēdit iesus ad diem festum: modo autem dicit q̄ quarta die ascendit in templum. An autem ista sit explicatio temporis quo appulit iesus hierosolymis/an triduo fuerit ibidem quasi in occulto, certum non habeo. z docebat. more solito in templo. Et mirabantur iudei. Quis quæreret eum interficere/& iesus agens quod est hominis ad tempus declinauerit eos, modo agēs quod est dei/compescebat eos ne se caperent: & in motum admirationis eos vertit. dicentes. Quomodo hic literas scit. Manifestant ipsimet iudei duo. Alterum est q̄ doctrina iesu erat talis quę ex notitia scripturarū ꝓcedebat, & tali notitia quæ non poterat haberi nisi a viro literato: alioquin nō dixissent/quomodo hic literas scit. Alterę est q̄ sciebant iesum non didicisse literas: alioquin non dixissent. quum non didicerit? Vbi aduerte q̄ non galilei sed iudei erāt isti: vt intelligamus iudeos diligentius examinasse anteactam vitā & exercitationē iesu in pueritia/in adolescētia & in iuuētute, & inuenisse q̄ fabrili arti operā dederat/non literis.

Respondit iesus: z dixit. Occasione sumpta ex admiratione iudeorum/declarat iesus quomodo literas scit. Mea doctrina. quam auditis. non est mea. hoc est non est a me. Quod verissimum est: quia est a patre. Ita q̄ pronomē mea quum dicitur mea doctrina/simplicem possessionem significat, quum vero dicitur nō est mea/originem negat a se: quoniā nec ipse est a se sed a patre. sed eius qui misit me. Sed est originaliter eius/patris, qui misit me/per mysterium incarnationis. Siquis voluerit. Declara/

verat quomodo literas sciť/dicēdo q̄ suum docere erat in se a patre qui misit illum.declarat modo qui sunt cognoscentes hoc:scilicet q̄ doctrina eius est ex deo.Nec exigit vt literas didicerint aut discāt/nō magnitudinem ingenij/non longum studium:sed solam voluntatem/dicendo siquis voluerit. **voluntatem eius facere.** Ecce quod exigit volendum:scilicet facere voluntatem dei/factis exequi quod vult deus. **cognoscet.** Amplissima schola ad cognoscendum/oibus patet sola bona voluntate. **de doctrina.** supple mea. **vtrum ex deo sit an ego a meipso loquar.** pro. **loquor.** Bona voluntas confert intellectui discernere doctrinam quæ ex deo est/ab ea quæ non est ex deo:quia spiritualis homo oia diiudicat,a/alis autem non percipit ea quæ dei sunt .Sicut enim bona dispositio gustus dat gustui discernere differentias saporum,sic bona dispositio voluntatis si vere est bona (hoc est quātū est ex se/ex executione diuinę voluntatis suam bonitatem comprobans) dat intellectui discernere doctrinam ex deo a doctrina quæ non est ex deo.hæc enim vt contraria vere bonæ dispositioni sentitur:illa autem vt consona.℣ Et dixit hoc suauissimus doctor:vt declararet in iudęorum voluntate consistere vt cognoscant si doctrina eius est ex deo/an ipse loquatur a seipso seclusō deo.Et exclusit per hoc tacitam interrogationē/quomodo possumus nos cognoscere verum esse q̄ doctrina tua sit ex deo.modus enim iam dictus est. **Qui a semetipso loquitur/gloriam propriam querit.** Declarat nihilominus benignissimus magister signum cōmune omnibus etiam non facientibus voluntatem dei/quo possit cognosci doctrinam eius esse a deo.Et consistit signum in hoc q̄ qui loquitur a semetipso seclusō deo,tendit ad propriā gloriam/quęrit quę sunt mundanę gloriæ:qui autem nō quærit propriam gloriam sed gloriam dei, monstrat q̄ doctrina sua est a deo.Gloria enim est præcipuum appetibile ex doctrina. et propterea qui non querit propriam sed dei gloriam docendo,ex deo docet/nō a seipso.Hanc tamen secundam partem latius prosequitur:dicendo. **Qui autem querit gloriam eius qui misit eum,hic verax est.** Quo ad officium fideliter quærens quę sunt mittentis/veraciter exercet officium missi. **℣ iniustitia in illo non est.** Esset iniustitia si gloriam sibi vsurparet .Vbi cōsidera q̄ absolute hæc sunt vera de quolibet doctore diuinorum:q̄ qui querit propriam gloriam/non a deo sed ex seipso loquitur:qui autem querit gloriam dei,& verax est in officio docendi/& iniustitiam non cōmittit vsurpādo sibi gloriam quę deo debet.Immo & consignificat q̄ qui loquitur a seipso,non solum iniustus est quęrendo propriā gloriam/sed etiam non verax est:vtpote qui a semetipso (hoc est nō ex deo) loquitur.omnis enim homo mēdax.℣ Singularissime aūt dicit hęc iesus de seipso in tertia persona verificata: quoniam & omnino verax/& sine vlla iniustitia quęrens gloriam dei cum confusione ppria, vixit/docuit/& conuersatus est. **Non ne moyses.** Dixerat siquis voluerit/declarando in voluntate eorum cōsistere q̄ cognoscāt doctrinam eius.subiungit modo ipsos non esse tales:eo q̄ non seruant legem dei.Et hinc reddit rōnem quare non cognoscunt doctrinam eius esse ex deo.℣ Aggranat autem transgressionem eorū/dicendo nonne moyses.Commemorando enim datorē legis quē ipsi venerabantur,inexcusabiles eos mōstrat.nonne moyses/quem vos veneramini. **dedit vobis legem.** dei.**℣ nemo ex vobis facit legem!** Ōmis sermo iste verificaretur de oibus/pro quanto nullus perfecte seruabat legem (iuxta illud act.15.quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus) directe tamen ad iudęos quęrentes iesum interficere/sermo iste dirigitur.Vnde & subiungit. **Quid me queritis interficere!** Contra legem directe agitis/quęrentes me interficere.Scriptum est exo.13.insontem & iustum me occidas.quęnam causa est in me cui quęratis me interficere. **Respondit turba.** Iesus in cōmuni loquębatur/ad iudęos intendens:turba autem nesciēs iudęorum cōsilium/arrogauit sibi verba omnibus dicta.Et propterea respondit. **℣ dixit.** ℣ **Demonium habes.** Prorumpit in contumeliam/immo blasphemiam:vere cōtestans q̄ non seruabat legem:ac p hoc non cognoscebat doctrinam iesu esse ex deo,sed attribuebat eā dęmoni.Nesciens insana turba vnde iesus doctrinam haberet/attribuit illam dęmonio:& dęmoniacum asserit iesum. **quis te querit interficere!** Attribuit mendacium iesu/dicenti quid me quęritis interficere!Et hoc quia turba nesciebat consilium iudęorū:sed remeritas turbę monstratur negando quod nescit.

Respondit iesus :℣ dixit eis. Vnum opus feci. Non respondet contumeliis,sed causę quam imponebant ei iudęi:scilicet q̄ esset violator sabbati.propter quam causam dicebant se persequi illum:vt in ca.5.dictum est. Vbi & narrauit euangelista curationem languidi.38.annos:cuius nunc meminit iesus, dicendo vnum opus feci.Cōmemorat enim illud opus quo curauerat hominem illū in sabbato/& prę ceperat vt tolleret grabatum suum.hoc siquidem fuerat opus factum ab ipso in hierusalem. **℣ omnes miramini.** Quum multa fecissem miracula in hierusalem/non estis admirati omnes nisi de hoc vno. Apparebant enim in hoc vno quasi contraria.hinc diuina operatio miraculi,presertim quia cura facta fuerat solo imperio:inde violatio sabbati.Et ꝓpterea mirabantur omnes/nescientes causas vtriusq; facti iungere. **Propterea moyses.** hoc est vt non miremini opera mea in sabbato/vt intelligatis licita esse opera mea in sabbato,ideo moyses circuncisionem precepit fieri etiam in sabbato. Intendit.n. iesus instruere eos q̄ ex hoc q̄ fm legem circuncisio licita est in sabbato,insinuatum est q̄ opera quę fiūt diuina autoritate/in sabbato licita sunt:talia autem erant opera eius. **dedit vobis circuncisionem.** Dupliciter dedit.Primo scribendo mandatum dei factum ad abraham de circuncisione.Secundo præ

cipiendo illud seruari/sed.12. **non qz ex moyse est sed ex patribus.** prioribus moyse. Et interposuit hoc ne male intelligerent q̄ moyses dedit circūcisionem. **Et in sabbato circuncidītis hominem.** Factum subiungit ex suo genere illicitum in sabbato:quod tamē facitis. **Si circuncisionem.** quę nō est curare sed vulnerare. **accipit homo in sabbato vt non soluatur lex moysi.** præcipiēs octauo die circuncidi. **mihi.** misso a deo. **indignamini.** contra me insurgitis. **qz totum hoiem sanum feci in sabbato!** E regione circuncisionis ponit sanare totum hominem . Circuncisio enim integritatem hominis tollit/auferendo particulam pellis:vulnusq; infert/egens medicina.Et propterea dicit sanum feci/cōtra egritudinem vulneris:& dicit totum/contra diminutionem integritatis.ad conuincendum eos q̄ si in sabbato licet facere opus violans sanitatem & tollens integritatem hominis,multo magis licet facere opus sanitatis integrę.℣ Verificatur autem integritas sanitatis in illo homine curato , quia sanauerat cum nō solum in corpore sed in anima.Quod apparet ex eo q̄ illi dixit/noli amplius peccare ne deterius tibi aliquid contingat.ad hanc enim integritatem significandam dicit/totum hominem sanum feci. **Nolite iudicare ſm faciem.** pro. **aſpectum.** E regione circuncisionis locauerat/sanum facere totum hoiem:e regione moysi locauerat seipsum.Et propterea ad occurrendum iis qui poterant dicere tu te equiparas moysi/dicit.nolite iudicare ſm aſpectum/exteriorem,quo aspicior a vobis pauper & vnus de populo/& non dux populi sicut moyses. **sed iuſtum iudicium iudicate.** Considerate merita causæ/considerate me patratorem miraculi solo imperio:& sic iustum iudiciū iudicate/mihi licere facere hæc in sabbato nō minus q̄ moysi circūcidere in sabbato.imo ex parte operis multo magis.

Dicebant ergo quidam ex hieroſolymis. pro. **hieroſolymitis.** Ciues hierosolymitani describunt/ **Nonne hic est.** Hierosolymitę isti q̄us increduli & scientes consilium iudęorum cōtra iesum/nihilominus nō erant in numero quærentium interficere iesum.Et propterea in tertia persona aiunt. **quem querunt.** scilicet iudei . **interficere! Ecce palam.** pro. **libere.** Et deest coniunctio. Ita q̄ legendum est. **℣ ecce libere loquitur.** In quo apparet q̄ vtebatur iesus virtute deitatis suæ quando volebat libere loqui & non capi. Testantur enim isti q̄ non solum non audebāt facere/sed nec dicere. Et propterea subdunt. **℣ nihil ei dicunt. Nunquid vere cognouerunt.** Suspicantur mutasse sententiam principes,suspitione collatina discurrendo/non credendo. **principes.** Primates notitiam habentes legis & prophetarum/principes appellant:& ex eis pendere populum quo ad notitiam mesię significant/referendo cognitionem ad principes spectare. **qz.** pro. **q̄/hic est christus!** Deest vere.Legendum est. **q̄ hic est vere christus!** Iesus enim erat ſm multorum opinionem christus.& propterea isti dicunt si cognouerunt q̄ est vere christus/non ſm opinionem. **Sed hunc scimus vnde sit .** Hinc apparet incredulitas istorum:& q̄ nec ipsi credebant in iesum/nec putabant principes mutasse sentētiam . Excludunt siquidem his verbis iesum esse christum/propterea q̄ sciebant originem eius:scilicet natum ex maria & ioseph/ vt ipsi putabant. **christus autem qui venerit nemo scit vnde sit .** Mira cecitas.Sciebant mesiam ex semine dauid promissum:& cum hoc nemo scit vnde sit. qđ est manifeste confiteri duas origines christi.alteram notam/ex dauid:& alteram ignotam.Et tamen ex eo q̄ cognoscebāt originem ſm carnem/ negant ipsum esse christum ; confundentes origines , confusum habentes intellectum/sicut & confusum habebant affectum.

Clamabat ergo iesus in templo. Occasione accepta ex verbis hierosolymitarum iesus duplicem originem suam significat.Clamor autem tum ad libertatem sermonis/tum ad magnitudinem materiæ significandam fiebat. **docens ℣ dicens. Et me scitis.** ſm carnem. **℣ vnde sim scitis.** ſm carnis originem:vt vos dicitis. **℣ a meipso non veni.** hoc est & cum hoc quod de me scitis/verum est etiam aliud quod nescitis:scilicet q̄ a meipso non veni. In hoc enim significatur mysterium tum deitatis tum incarnationis eius.nam venit deus incarnatus nō a seipso sed a patre. **Sed est verus.** seu verax.Deū significat appellatione veri seu veracis:quia vt dicitur ad ro.3.deus verax/oīs vero hō mendax.Nam sicut superius in ca.6.quia se actorem vitę dicebat/appellauit deum viuentem (misit me pater viuens) ita modo quia se actorem doctrinæ tradit/appellat deum verum.doctrina enim a veritate procedit. **qui misit me.** Missio incarnatio est.explicādo enim illam negationem a meipso non veni/dicit se missum ab eo qui est fons veritatis. **quem vos nescitis.** Et hæc est origo mesiæ quā vos nescitis:de qua dicitis. christus quum venerit nemo scit vnde sit. **Ego scio eum.** Hierosolymitę dixerant/nemo scit vnde sit.iesus distinguit:declarādo q̄ vos quidem nescitis vnde sit/quia nescitis eum qui misit mesiam:ego vero scio eum.quod est scire originem diuinam mesię/quod est scire vnde sit. **℣ si dixero qz nescio eum, ero ſimilis vobis mendax:sed scio eum.** Omnes istę tredecim dictiones superfluę sunt. **qz ab ipso sum.** Rationem reddit quare scit illum veracem/hoc est deum:quia ab ipso sum.Non dicit quia ab ipo sum hoc vel illud/huius vel illius naturæ/in hoc vel illo gradu,sed absolute quia ab ipso sum:ad significandum natiuitatem suam diuinam/qua est a deo patre.Sufficiens enim ratio sciēdi deum est quia ab ipo sum absolute:quoniam hoc importat esse deum. **℣ ipse me misit.** in carnem . Ex primo est scientia diuina:ex secundo est scientia humana/beata tamē.quam habuit anima christi ab instāti conceptionis suæ ex gratia vnionis personalis:quam significat missio.

Quærebant ergo eum apprehendere. Accensos animos iudęorum ex dictis iesu verbis (quibus duas origines suas manifestauerat) euangelista significat: describens eos hac occasione quęrētes eum apprehendere. Intelligebant enim iesum loqui de origine sua diuina prēter humanam. & propterea accendebantur ad apprehendēdum eum tanq̄ blasphemum. **& nemo misit in illum manus: q̄ nondum venerat hora eius.** hoc est ab ipso diffinita vt apprehenderet. In hoc enim diuinam suam virtutem monstrabat. **¶ De turba autem multi crediderunt in eum.** Quis pertinaces fuerint iudęi, non tamē infructuosa fuit christi doctrina tunc: quoniam multi de turba crediderunt in illum. & dicebant illi de turba qui credebant. **Christus quum venerit, nunquid plura signa faciet q̄s quę hic facit?** Recitat euangelista argumentum quo vtebantur credentes in iesum ad firmitatem suę fidei. Et est argumētum a multitudine miraculorum: quia promissus christus non faciet plura miracula q̄ facit iesus: ac p hoc non est expectandus venturus christus, ex quo presens est faciens tot miracula. Acsi apertius dicerent. In quo cognoscendus est messias, si non cognoscitur ex tanta multitudine miraculorum qua maiorem non faciet christus? ¶ Vtuntur autem modo loquendi tanq̄ christus sit venturus, dicendo christus quum venerit nunquid plura signa faciet? vel cōmunicando in modo loquendi cum non credentibus iesum esse messiam: vel referendo futurum ad promissionem factam patribus & scriptam a pphetis. Acsi dixissent. christus ſm prophetas venturus, nunquid plura signa promissus est facturus his quæ hic facit? ¶ Vbi aduerte legendum esse. **plura signa his faciet.** Ita q̄ in nostro textu deest pronomen his. q̄s. Superfluit. **quę hic facit.** vel fecit.

Audierunt pharisęi turbam murmurantem de illo hęc. Subiungit euangelista occasionem subsequentis doctrinę: narrando q̄ pharisęi audientes turbam non libere loquentem hæc prædicta de iesu sed murmurantem, tanq̄ magis sonarent q̄ proferrent. **& miserunt principes & pharisęi.** pro. **& miserunt pharisęi & principes sacerdotum ministros vt apprehenderent iesum.** Pharisęi quidem audierunt turbam sonantem hæc de iesu: sed non soli, sed ipsi simul cum principibus sacerdotum (apud quos summa autoritas erat) miserunt ministros vt apprehenderent iesum. Ecce promisio quam fecerunt ne cresceret multitudo credentium in christum. ¶ An autē missio ministrorum fuerit illo die quarto quo ascendit christus in templum, an altero die, hic non clare dicitur. Rationi tamen cōsentaneum hendere eum, & in fructu multorum credentium in ipsum. quorum verba pharisęi audientes post prædicationem concurrerūt ad principes sacerdotū: & cū eis postea miserunt ministros. Et hoc sine dubio amplectendū apparet: ex eo q̄ inferius altera turbę dissensio ex nouis iesu sermonibus subiungitur.

¶ Dixit ergo eis iesus. Superfluit eis. Tacet euangelista executionem: hoc est aduentum ministrorū ad hoc vt apprehenderent iesum. Et illorum aduentu subintellecto narrat quid dixerit iesus: sciens missos ministros vt se apprehenderent. **Adhuc modicum tempus vobiscum sum.** Aperit iesus se nolle adhuc comprehendi: dicendo se adhuc modico tempore cum illis permansurum. Acsi apertius dixisset. non est adhuc tempus quo ego volo apprehendi: superest enim modicum tempus. Quod fuit spatium sex mensium: hoc est vsq̄ ad pascha. ¶ Elegit autem iesus modico tempore predicare, vt etiam hinc monstraret se esse verum deum: vtpote qui tam modico tempore monstrans seipsum personaliter sufficeret ad mutandum totum mundum: vt rei probauit euentus. **& vado ad eum qui me misit.** Voluntariam mortem suam significat, dicendo vado. nam de ire per mortem ad literam loquitur. Interce dente enim morte iuit ad deum qui misit illum: iuit autem moriendo, resurgendo & ascendendo in cœlum. ¶ Et significanter explicat qui me misit: vt intelligamus q̄ vadit ſm naturam humanam, quam missio explicat. **Quęretis me.** Postq̄ uero ad patrem quæretis me ad retinendum. **& non inuenietis.** me resurgente. Custodia enim quam procurarunt poni in sepulchro iesu christi (ne forte venirent discipuli eius & furarentur eum) fuit quærere iesum ad retinendum corpus eius, vt confunderent discipulos iesu de promissa resurrectione infra triduum. sed non inuenerunt eum tertio die retinendum: quoniam surrexit. ¶ Persecutionem itaq̄ sui a iudeis, non finiendam morte sua prędicit: dicendo. quęretis me, etiam in sepulchro retinere, & non inuenietis, retinendum illo tempore quo quæretis me retinere. **Et vbi sum ego.** in gloria patris mei. Non dicit vbi ero, sed vbi sum: vt intelligamus ipsum tam esse ibi quo vadit. esse quidem vt deus: quo vadit autem vt homo. **vos non potestis venire.** Non solum non venietis, sed nec potestis venire. tum quia facultas naturę non extendit se ad hoc. tum quia malicia vestra impedimentum præstat, & efficit vt non possitis venire.

Dixerunt ergo iudei ad seipsos. Subiungit euangelista cogitationes iudęorum causatas ex dictis verbis. **Quo hic iturus est.** Intellexerant verba iesu non de ire per mortem, sed de ire de loco ad locum in hac vita. & propterea discutiunt, incerti quo hic iturus est. **quia non inueniemus eum?** Angustia iudęorum erat ne iesus euaderet persecutionem ipsorum. **numquid in dispersionem gentium.** pro. **grecorum iturus est, & docturos gentes.** pro. **grecos.** Dubitauerunt isti an iesus iturus esset ad docendum israelitas dispersos in regno grecorum: vbi non poterant potestatem suam exercere principes iudęorum. fuerant enim israelitę longo tempore sub regno grecorum: & magna videtur multitudo eorum

eorum dispersa inter grecos. & propterea dicūt in dispersionē grecorum. Israelitę siquidem dispersi in grecia, græci vocabantur: & dispersi romę, romani vocabantur: vt patet act. 2. **Quis est hic sermo quem dixit. quęretis me & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire?**

In nouissimo aūt die magno festiuitatis. Ad insinuandū q̄ cōtinuabat iesus illis diebus exercitū docendi, extremos dies cōmemorauit euangelista: inchoando a media re festi vsq̄ ad vltimū. Et quoniam addit diem illum nouissimum esse magnum, octauus dies describi videtur: qui erat dies solennis. Dicitur enim leui. 23. de die primo & octauo q̄ erit celeberrimus atq̄ sanctissimus: est enim cętus atq̄ collectę. Hic siquidem erat terminus festiuitatis. **stabat iesus, et clamabat.** vt ab omnibus audiretur magis excitaret ad magnitudinē promissi. **dicens. Siquis sitit.** Dixerat malis, quo ego vado vos nō potestis venire: innuit modo non oēs sed sitientes, sed appetentes spiritualia bona. & propterea dicit siquis sitit. ¶ Explicat autem apperitum boni spūalis noīe sitis, quia sub similitudine aquæ spirituale bonum promissurus erat. **veniat ad me.** Nemo excipit: sed cuilibet sitienti spūale bonum, monstratur fons, monstratur iter ad fontem. Dicendo veniat, voluntarium ire significat. dicendo ad me, fontem demōstrat. & bibat. quod est ēt actus voluntarius. Nō sufficit venire ad fontem, sed oportet bibere, si letanda est sitis. non sufficit venire ad iesum fide, sed oportet incorporare sibi iesum haustu amoris. **Qui credit in me.** Quod dixerat veniat ad me & bibat, exponit dicendo credit in me. Actus enim fidei & amoris significatur dicendo credit in me: vt superius declaratum est. **sicut dicit scriptura.** Duplex pōt esse constructio citatę scripturę. vel cum precedēti particula. & est sensus. quemadmodum scripturę prophetarū dicunt in me esse credendum. Vel cū sequenti particula. & est sensus. quemadmodum dicit scriptura sacra, flumina aquę viuę fluxura de ventre eius. ¶ Primus sensus indubie est verus. Alter aūt incertus est: eo q̄ in sacra scriptura quā habemus non inuenit hoc dictum. Dico autem quā habemus: quoniā multos libros prophetarū nō haberi qui forte tēpore quo iesus erat in terra habebant, apparet ex li. parali. vbi fit mentio librorum nathan, gad, ahię, addo, semeię, & ozai. **flumina de ventre eius fluent aquę viuę.** Plus dicit hic iesus q̄ dixerat samaritanę. Tunc n. dixerat, aqua quā ego dabo fiet in eo fons aq̄ saliētis in vitā ęternā. nūc āt dicit q̄ flumina fluēt de vētre eius. ¶ Et dicit flumina. tū ad significādū alterę flumē ad salutē ppriā, alterę ad salutē aliorū. tū ad significādū diuersa flumia gratiarū diuersarę ad salutē aliorę. Vtroq̄. n. mō apparet in aplis flumia fluxisse aq̄ viuę post receptū spūs sancti in pētecoste. **Hoc aūt dixit de spū quē accepturi erāt credētes in eū.** Declarat euangelista sermonē iesu metaphoricum. **Nondum enim erat spiritus datus.** pro. **sanctus.** Explicat euangelista significanter se dixisse in futuro accepturi erant: quia spiritus sanctus de quo est sermo, nondū erat. vt intelligamus q̄ non de spūsancto q̄libet, sed illo modo quo nondū datus erat sed dandus, esse sermonē. **¶ Vbi aduerte duo esse hic obscura.** Alterum circa verba textus. Nō enim dicit nondū erat spiritus datus, sed nondum erat spūs sanctus. quod ſm sonum verborę blasphemia est. sonat enim spiritū sanctum ſm substantiā nondū fuisse. Sed ratio dicendi manifestat q̄ non loquitur de esse in se, sed de esse in credētibus. Dixerat. n. de spū quē accepturi erant credētes in eū. & reddendo rōnem q̄ accepturi erāt credētes, dicit nōdum enim erat spūs sanctus: supple in credentibus in eum. ¶ Et tunc surgit alia obscuritas circa hanc sententiam: ex eo q̄ constat, in quocunq̄ est charitas esse spiritum sanctum: ac per hoc non apparet verum q̄ nondum erat spiritus sanctus in credētibus in eum. Solutio est q̄ hic est sermo de spiritu sancto sub ratione spiritus sancti cōmunis sensibiliter credētibus in iesum. Tria dico. Primum sub rōne spiritus sancti: hoc est sub ratione spiritus simpliciter & absolute sancti: ad dīam spūs sancti quo ad hoc vel illud: puta quo ad donū pphetię, vel quo ad gratiam miraculorū & similia. Secūdum, cōis credētibus in iesum. quis enim ioānes baptista repletus fuerit spū sancto: communis tū non fuit spūs sanctus ante festum pentecostes. Tertium, sensibiliter. Ita q̄ spūs sanctus absolute & cōmuniter & cum hoc sensibiliter (hoc est cum signis sensibilibus) nō erat tunc in credentibus in iesum. Et de hoc ad literam euangelistā loqui, apparet ex duobus. Tum ex eo q̄ dicit quem accepturi erāt credentes in eum. per hoc. n. significat q̄ de futuro dono cōmuni credentibus in eum, loquitur: sicut per hoc q̄ nominat spiritū sanctum, significat q̄ loquitur de spiritu sancto absolute. Tum ex ratione subiuncta de glorificatione iesu: quum dicit. **q̄ iesus nondum erat glorificatus.** Hæc enim ratio clare significat q̄ de spiritu sancto cōiter & sensibiliter dato credētibus in ch̄m post ascēsionē dīi, est sermo. ¶ Et dicitur iesus nondū glorificatus, quia nō totaliter fuit glorificatus ante resurrectionē suam: immo ante ascēsionem suam. nam ante resurrectionem habuit tam corpus q̄ iam passioni alicui subiectam: & ante ascensionem adhuc non habebat extrinsecam gloriam cœlestis habitaculi.

Ex illa ergo turba. pro. **multi ergo e turba.** Non superius noīata sed alia. vnde & dissensiones pprias hnie turbę subiungit. **quū audissent hos sermones eius, dicebāt. hic est vere propheta.** Pars turbę etsi non perfecte credit, sentit tamen iesum nō ficte, non falso sed vere esse pphetam: sicut fuerunt alii veri prophetę. **Alii dicebāt. hic est christus.** Pars turbę melius dispositа recte sentiens de iesu, asserit ipsum esse messiam. **Quidā aūt dicebāt. Numqd a galilea venit. pro. véturus est, christus? Nōne scriptura dicit q̄ ex semine dauid & de bethleē castello vbi erat dauid, venit christus?** Pars tur-

bę male dispósita obiicit a patria:eo ꝙ iesus galileus reputabatur.Et quoniam isti scripturā citāt/eruditiores in turba videnť fuisse. ¶ Dissensio itaq; facta est in turba ꝓpter eū. Vniuersum hoc capitulum narratuum est dissensionum:vsq; adeo vt ii supparentes/ad septenarium numerū ascendant. Tanq; ex intentione euangelista collegerit dissensiones cum propriis occasionibus,quas alii euangelistę prætermiserāt.quæ tamē oēs in festo illo vel occasione illius festi oborte sunt.Intendit siquidem euāgelista describere quę erant de iesu opiniones in iudea:postq; alii euāgelistę descripserant/in galilęa quem dicunt hoies esse filium hois. Quidā aūt ex ipsis volebant apprehēdere eū. Pertinaces non solum in incredulitate/sed ī proposito capiendi iesum ēt in illa turba describunť:longe peiores ministris missis ad capiendum iesum.nam ministri abstinuerunt voluntarie ab executione mandati:isti autem inuisi volebant eum capere. sed nemo misit super eum manus. Hinc clare apparet aliā turbā fuisse hanc ab illa supius notata.Quia.n.bis in illis diebus voluerūt eū cape,ideo euāgelista iterū dicit ꝙ nemo apprehendit eum:eadem proculdubio rōne/quia nondū venerat hora diffinita ab ipso.

Venerūt ergo ministri ad pōtifices ⁊ phariseos. Ordo narrationis insinuat ꝙ ministri die vltimo festinitatis interfuerūt prędicationi iesu.An aūt pluribus diebus venerint & tñ distulerint tam exequi q̄ referre/an vltimo tñ die venerint ad capiendū,incertum est.Potuit enim esse ꝙ pharisei & pōtifices prius ordinauerint vt ministri irent ad capiendū iesum(& ꝓpterea euāgelista superius narrauit ꝙ miserūt ministros)& tamē ministri nō iuerint vsq; ad vltimum diem.& potuit esse ꝙ penultimo die miserunt,ita vt vltimo irent.Diuersis enim modis potuit accidere interuallum tēporis. Et dixerūt eis illi. quare nō adduristis illum? Respōderūt ministri. nunq̄ sic locutus est homo sicut hic loquit. Superfluit loquitur:& deest homo.Legendū est.sicut hic homo. Ex modo loquendi/ex gratia sermonis fatentur ministri se victos & mutatos.hoc enim significāt aduerbia sic & sicut. Respōderunt ergo eis pharisei. nunquid ⁊ vos seducti estis? Insurgunt in ministros:argnētes eos ex sermonibus iesu seductos a veritate legis. Nunquid ex principibus aliqs credidit in eum/aut ex phariseis ? Nō sufficit arguere eos tanq; seductos:sed ab exemplo nituntť illos cōuincere.ab exemplo inquā maiorū , tum primatum:apud quos est autoritas & scientia.tum phariseorū:apud quos vigebat religio. Sed turba hęc. Ne sequantur turbam/ne seducantur cum turba,monent ministros suos, que non nouit legem. Ex ignorantia legis turbam seduci dicunt.& quod peius est subdunt. maledicti sunt. Deute.27.dicitur maledictus qui non permanet in sermonibus legis.& propterea appellant eos de turba credentes in iesum maledictos:tanq; recedentes a lege.

Dixit nicodemus ad eos/ille qui venit ad eum nocte:q vnus erat ex ipsis. Vltima dissensio inter ipsos principes ex verbis nicodemi describit. Numqd lex nostra iudicat hoiem. Vidēs nicodemus furoré collegaꝝ ꝑcipitū cōtra iesum/qa damnabāt iā ipm inauditū,non opponit excusando iesum tanq; inocentem(nolebat enim se manifestare esse discipulum iesu)sed obiicit ꝙ dānatur inauditus/obiicit modū quo proceditur cōtra iesum.& hoc non ex meritis iesu sed ex vi legis. nisi prius audierit ab ipso ⁊ cognouerit quid faciat? Excludit nicodemus iudiciū ex aliox relatione:& oportere ipm audiri qui iudicandus est dicit.tum vt opponat se torrenti.tum vt audirent iesum loquentē:sperans ꝙ si audirēt illum/mutarent sentētiā saltem aliqui eox. Respōderunt:⁊ dixerūt ei. Numquid ⁊ tu galileus es? Exceēate illos furore/nō respōdent obiectioni:sed insurgēdo in collegā/ꝙ hanc suasionem nō zēlo legis sed affectu ad iesum ꝓtulerit,suspectū eū proferunt tanq; galileum:hoc est imitatorem iesu galilei .Hic enim mos est magnatū nolentiū audire sana cōsilia:reddere scilicet suspectos eos q sane cōsulunt/tanq; factiosos aut affectos. Scrutare scripturas. Supfluit scripturas. Inter doctos erat sermo.& ꝓpterea diuertēdo a iusto modo suaso/diuertūt nicodemū ad scrutādū historias. ⁊ vide qz.pro.ꝙa galilęa prophęta non surgit.pro.nō surrexit. Arguebāt isti ex ꝓteritis (ex eo scilicet ꝙ nullus fuerat ꝓpheta ex galilęa)ꝙ iesus nō solū nō eēt messias sed nec ꝓpheta:ac ꝑ hoc ꝙ esset pseudopropheta.& cōsequēter ꝙ iuste eū ꝓsequebant.Sed sicut falsum dixerūt dicēdo ꝙ nullus ex principibus credebat iesu(vt patet de nicodemo)ita forte falsum dixerūt in hoc.Sed quicquid sit de falsitate aut veritate ꝓteritoꝝ , cōstat temerarium esse iudicium ꝓpterea iudicare ꝙ nullus galileus posset esse propheta/constat furorem esse ꝓpterea persequi iesum. Et reuersi sunt vnusquisq; in domū suā. Dissensio hæc peperit bonum fructum:dissoluendo congregatos principes & phariseos contra iesum.

CAPVT .VIII.

Iesus aūt perrexit. Aduerte ꝙ hæc prima pars huius capituli cū tota historia adulterę/nō est oino autentica:qm nō constat ipsam esse partē euāgelii. Vnde & hiero.in.2.li.dialogi aduersus pelagianos dicit.in euangelio ſm ioannem in multis & grecis & latinis codicibus inuenit de adultera muliere quæ accusata est apud dominū.Dicendo in multis/ mōstrat nō esse autenticam hanc historiam sicut reliquę partes euangelii ſm ioannem.Quia tamen in ecclesia legitur tanq; pars euangelii /exponemus illam.in montem oliueti.pro. oliuarū. hoc est in bethaniam/intra distrctum montis oliueti existentem.Ibi enim hospitabatur nocte:vt patet ex aliis euangelistis. Et diluculo iterū venit in tēplū:⁊ ois populus venit.pro.veniebat/ad eū:⁊ sedēs docebat eos.

¶ Adducunt autem scribę ⁊ pharisei. Deest.ad ipsum/mulierem in adulterio deprehensam: ⁊ statuerunt eam in medio: ⁊ dixerunt. pro. dicunt/ei. ¶ Magister hęc mulier modo deprehensa est in adulterio. Supfluit modo:& desunt aliquę dictiones.Ita ꝙ legendū est. Deprehensa est in ipso facto quum adulteraretur. Proponunt patratum crimen inexcusabile. In lege autem moyses mandauit nobis huiusmodi.pro.eas quę sunt huiusmodi/lapidare. Tu ergo quid dicis? ¶ Hoc autem dicebant tentantes eum. Exponit euangelista quorsum proponerent hāc questionem. vt possent accusare eum. Vel ꝙ cōtrarius esset legi/si cōtra legem moysi diceret nō lapidandam:vel de inclementia/si diceret lapidandam.Et si quidē contra legem diceret/accusarent eum apud populum,manifestando ipsum inclementem. Jesus aūt inclinās se deorsum / digito scribebat in terra. Quid scripserit/nescitur. Cur autem scripserit,ad litteram puto vt hoc facto ostēderet se esse deum:qui olim digito scripserat in tabulis lapideis mandata decalogi.Scribit non in lapide sed in terra,& nō calamo sed digito:vt ex modo scribēdi se eundem deum, ex differentia,autem iter terrā & lapidē/differētiam status noui testamēti a statu veteris testamēti significaret. Nisi enim hoc factum ad significandū fecisset, inutile apparet. Quum ergo perseuerarent interrogantes eum. Hinc coniicitur ꝙ non scripsit verba quę postmodum protulit vt legerent̄ a scribis & pharisęis:tanq; prius responderit scripto/& postea protulerit quę scripserat.Nō enim perseuerassent petentes responsum. erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est vestrū/primus in illam lapidem mittat. Prudētissima responsio/nec legi contratia nec a clemētia aliena :sed via ad clemētiā sine offensione legis/cū confutatione malignantiū. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autē hęc. Superfluit hæc:& desunt aliquę dictiones.Legendū est. At illi quum audissent/⁊ a conscientia rēdargurent̄. Totum enim explicat euāgelista. vnus post vnum exibant:incipientes a senioribus.Desunt tres dictiones. vsq; ad postremos. Et remansit.pro. ⁊ relictus est. Significatur enim ꝙ illi abeuntes reliquerūt iesum. solus iesus. non per exclusionē discipulorum/sed tentantium. ⁊ mulier in medio stans. hoc est īmota a loco medio in quo statuerant eā scribę & pharisęi. Erigens autem se iesus.Desunt hic multę dictiones. quum neminem vidisset ꝑter mulierem. Intellige neminē illorum qui contra mulierem venerant .dixit ei. ¶ Mulier vbi sunt qui te accusabant.pro.vbi sunt illi accusatores tui? nemo te cōdemnauit? Quę dixit.nemo dīe. Dixit aūt iesus . Nec ego te cōdemnabo.pro.condemno. Ecce clemētia sine legis iniuria.Est enim sensus.nec ego condemno te ad hoc vt lapideris. Vade ⁊ iā amplius noli peccare. Offm̄ iudicis recusauit exercere:qa nō venit vt iudicet mūdū.offrū veto saluatoris exercet, monēs vt amplius nō pecceť. ¶ Vbi ēt relucet magna mānsuetudo.nō.n.eā aspitate verboꝝ corripuit,sed sola monitione cauendi in futurū a peccato.

Iterum ergo locutus est eis iesus. Nulla cōtinuatio ꝓcedentis facti ad hæc subiuncta/testat̄ adiectiā esse ꝓcedentem particulam:nec īmerito ab illustribus doctoribus prętermissam. ¶ Postq; ergo in nouissimo festiuitatis die dixerat iesus/si quis sitit veniat ad me &c.iteꝝ locutus est eis:scilicet iudęis. dicens. Ego sum lux mundi. Apte sermoni de veritate doctrinę & de spiritusancto/adiūgitur sermo de luce. ne intelligerent spiritum quem accepturi erant discipuli/fore spiritum impetus & furoris quo poetę scribunt hoies agi(quem ꝑii manię tribuit)declarat venientes ad se/ita replendos spū ꝙ simul replebunť lumine. ꝓpterea.n.adiungit/ego sum lux mūdi . Proculdubio de seipso diuina hypostasi ſm diuinā naturā loquit/appellādo se lucē mūdi.Est.n.lux nō sensibilis sed itelligibilis:cuius ista lux sensibilis ꝓticipatio quędā est.ē lux/nō lumē:qm̄ est fons luminis/nō ꝓticipatio lucis. Est lux mūdi/nō hoium tm̄ sed vniuersoꝝ,ab vniuersis diuersimode ꝓticipata.nā a creaturis itellūm hūtibus ꝓticipat̄ itelligendo:diuersimode tm̄/tū ſm diuersos naturę gradus & dispōnes/tū ſm diuersitatē meritoꝝ.a creaturis vero sensum hūtibus diminute ꝓticipat̄ sentiēdo.sūt.n.sensus velut riuuli itellectus.A creaturis demū ūmis/vestigio quodā potius q̄ imitatiōe lucis illius ꝓticipatio hī. Qui sequitur me. nō corpali gressu, sed fide/charitate/imitatione q̄ operoꝝ.nō ambulat.pro.nō ambulabit/in tenebris. Lucē sine occasu se ēe manifestat;ꝓmittēdo sequētē se lucē/nō ambulaturū in tenebris. Si.n.ipse eēt lux qm̄ deficiēs,cōtingeret ꝙ sequēs ipsum lucē qm̄ ambularet in tenebris:qm̄ scilicet lux deficeret seu occideret. Sed ex hoc ꝙ nō est ambulaturus in tenebris sequens ipsum,manifestat ꝙ ipse est lux indeficiens/nō solū in seipso sed ēt in sequente ipsum.simulq; declarat nullū ambulantē in tenebris/esse sequacem suum. Et est sermo de tenebris ignorantię/oppositę scientiæ salutis;& tenebris peccatorū/quæ contrariant̄ ipsi saluti. sed habebit lumen vitę. Lumen ꝓticipatio est lucis.& dicitur vitę/ad differētiā luminis scientiæ eorū quę nō requirunť ad vitā aīæ. ¶ Et declarat ꝑ hoc ꝙ non promittit sequacibus suis participationē sue lucis ad sciendum speculabilia philosophiæ & similiū,sed lumen vitę:hoc est lumen ad directionem suæ vitæ in veram vitam.vnde & dicit lumen vitæ/tum illuminādę/tū conferendę.illuminat enim vitales actiones nostras(quales sunt oēs actiones voluntariæ) & confert vitam gratiæ , quę est initium vitæ æternę. ¶ Duplex itaq; fructus in sequacibus lucis describit:scilicet negatio ambulationis in tenebris/ & assecutio luminis vitæ. Vterq; proprius lucis effectus est.

Dixerunt ergo ei pharisei. Religionis ꝓfessores ex sua professione audaciores ceteris loquūtur : qui

humiliores esse deberẽt. **Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.** Prorumpunt phariſęi in reprehenſionem ieſu, occaſione ſumpta ex eo q̃ proprium teſtimonium non habet rationem veri teſtimonii. Quod verum eſt de teſtimonio puri hominis vt ſic. ¶ **Reſpondit ieſus: & dixit eis. Et ſi ego teſtimoniuz perhibeo.** Pronomen ego nõ demonſtrat ieſum ſm q̃ homo ſecluſo deo (vt in ca. 5. demonſtrauit) ſed demonſtrat hypoſtaſim vtriuſq; naturæ/diuinæ ſcilicet & humanę: vt ſequentes rationes manifeſtant. **De meipſo.** quo ad ea quæ de me credẽda ſunt/quę videri ab hominibus non poſſunt: cuiuſmodi ſunt q̃ deus ſum/q̃ verbum ſum factum caro. **verum eſt teſtimonium meum.** Directe contrarium eius quod dixerant phariſęi aſſerit in hac conditionali. Non dicit veris eſt ſermo meus/verum eſt dictum meum, ſed verum eſt teſtimonium meum. Plus enim requiritur ad verum teſtimonium q̃ ad verum ſermonem. Sermo nanq; verus/contẽtus eſt ſic eſſe vt ſignificat. ad teſtimonium autem verum requiruntur tria. Primo q̃ ſic ſit vt ſignificat. Secundo q̃ ſit iuſtum/non ex paſſione prolatum. ſuſpecti enim teſtimonium non habetur p̃ vero teſtimonio. Tertio q̃ ſit legitimũ. Quicquid horum deſit/non eſt verum teſtimonium: vtpote non conſtans ex iis quæ requiruntur ad integram rationem teſtimonii. ſicut non eſt verum aurum/ſi aliquid deſit ex requiſitis ad integram rationẽ auri. Et ꝓpterea ſubiungit ieſus probationem ſequelę in conditionali propoſita/quantũ ad hęc tria. **Quia ſcio.** Prima conditio requiſita ad veritatem teſtimonii (ſcilicet veritas ſermonis) pendet ex ſcientia. oportet enim ſcire ſic eſſe qui teſtatur ſic eſſe. Et propterea quantum eſt ex parte ſcientię manifeſtat teſtimonium proprium eſſe verum/dicẽdo quia ſcio. **vnde veni & quo vado.** Vniuerſa materia teſtificata conſiſtit in myſterio incarnationis & fructu ipſius. & propterea vtriuſq; ſe plenam habere notitiã explicat. Myſterii quidem incarnationis/dicendo vnde veni. nam in his verbis continetur vtraq; natura. Dicẽdo vnde/deitas ſignificatur cum origine a patre: iuxta illud/exiui a patre. dicendo veni/myſterium incarnationis explicatur. ¶ Fructus vero/dicendo & quo vado. Totus enim progreſſus eius ad ſalutem humani generis/ſignificatur dicendo vado: additõ termino paterne dexterę ad quam vadit ducendo ſecum membra ſua. **vos autem neſcitis vnde venio aut quo vado.** Differentia inter me & vos penes ſcire & neſcire vnde venio & quo vado/ratio eſt q̃ vos dicatis mihi teſtimonium tuũ de teipſo nõ eſt verum/& q̃ ego dicã eſſe verum. Acſi apertius dixiſſet. ſi vos ſcireris vnde venio & quo vado, non diceretis mihi/teſtimonium tuum de teipſo non eſt verum. ¶ **Vos ſm carnem iudicatis.** Secunda conditio veri teſtimonii eſt iuſtitia/eſt q̃ nõ procedat ex paſſione/ex affectu, ſed ex iuſtitia. Differẽtia inter vos & me penes iuſtitiã/eſt q̃ vos ſm carnem iudicatis. Iudicare enim proprius eſt actus iuſtitiæ: quum ſit ius dicere. quod tunc in veritate eſt, quum ius dicitur animo/verbo & opere: quod cõpletitur omnem iuſtitiæ actum. Vnde iudicare ſm carnem/eſt ius dicere ſm carnalem affectũ. **ego non iudico quẽq̃.** Non dicit ego non iudicabo/ſed dicit ego nõ iudico: quia q̃uis futurus eſſet iudex, in preſenti tamẽ tunc vita non iudicauit/non ius dixit/ſed gratiam ſalutis impendebat. **Et ſi iudico ego.** Iuſtitiam ſuam ieſus (quam non exercitatione iudicii monſtrabat) aperire volens/manifeſtat eam conditionali. propterea enim p̃miſit ſe nõ exercere iudicium/vt locum pararet conditionali. Intẽdit ſiquidem contra id quod dixerat vos ſm carnem iudicatis/e regione apponere iuſtitiam ſuam: ſicut fecit de ſcientia. Et quia categorice nõ poterat aſſerere/ego autem iudico iudicium verum (eo q̃ ipſe nõ exercebat iudicium) ideo negando ſe iudicare/ad conditionalem deuenit. **iudicium meum verum eſt.** Cõtra iudiciũ ſm carnem/diſtinguit iudicium verum. contra iudicium illorum (monſtratorum per pronomen vos) diſtinguit iudicium ſuum: ſignificãs q̃ illi iudicãt non ex iuſtitia ſed affectu/ipſe autem iudicat ex iuſtitia. ¶ **Et intendit per hanc differentiam in præcipuo iuſtitiæ actu** inter ſe & illos/ manifeſtare differentiam in ſecundariis iuſtitiæ actibus: de quorum numero eſt ferre teſtimonium. Acſi apertius dixiſſet. Vos ſm carnem iudicatis/ſm carnem teſtimonium perhibetis: & propterea inter vos teſtimonium ꝓprium non eſt verũ ex parte iuſtitiæ. ego aũt licet non iudicem: quia tamen ſi iudico/iudicium meum ſm veritatem iuſtitię eſt, ideo etiam teſtimonium meum de meipſo/verũ eſt etiam ex parte iuſtitię. **Quia ſolus non ſum.** Ratio quare iudiciũ meũ verũ eſt/eſt quia nõ ſum purus hõ ſed deus. Deum ſe eſſe ſignificat/dicẽdo qa ſolus nõ ſum. Quelibet creatura habet hoc q̃ ei⁹ eẽ nõ eſt niſi ipſa: ac p̃ hoc ſola eſt ſuo eſſe. cuilibet aũt & ſoli hypoſtaſi diuinę cõuenit vere dicere ſolus nõ ſum: quũ vno eodẽq; eſſe quo eſt vna hypoſtaſis diuina/eſt & alia. Vñ & ſubiungit. **ſed ego.** qđ eſt ꝓnomẽ hypoſtaſis. & **qui miſit me pater.** quod eſt ẽt nomen hypoſtaſis. Et meminit miſſionis/vt itelligamus eandem eſſe hypoſtaſim vtriuſq; nature: diuinę. ſ. cõis ſibi & pfi/& humanę ſm quã ẽ miſſus. ¶ **Et in lege veſtra ſcriptum eſt.** Tertia conditio veri teſtimonii eſt eſſe legitimũ. Et ideo hanc etiam conuenire teſtimonio proprio de ſeipſo manifeſtat: citans legem moyſi/quam illi profitebanf. qz. pro. q̃ **duorum hominum teſtimonium verum eſt.** Quantũ eſt ex parte legis/numerus binarius teſtium ad legitimã veritatẽ ſufficit. **Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo.** Si duoꝝ hoſum teſtimoniũ legitime verꝝ eſt, multo magis teſtimoniũ duarꝝ ꝓnarꝝ q̃ ſunt deus. Ego. n. ſum vna ꝓſona diuina. & **teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater.** Ecce alia ꝓſona diuina. Sed diligẽtius nota q̃ vis huius ꝓbationis cõſiſtit in hoc q̃ me phibente teſtimonium de meipſo/ꝑ ſimul perhibet teſtimoniũ de me. ita q̃ teſtimo-

nium meum de meipſo eſt teſtimonium duoꝝ teſtium: ſcilicet meũ & patris. Ex hoc enim directe probat q̃ teſtimonium ſuũ de ſeipſo eſt verum legitime: qa eſt teſtimonium duarum perſonarꝝ. Et per hoc manifeſtat indiuiſa eſſe opera diuinarum perſonarũ: ſicut in precedenti probatione manifeſtauit indiuiſum eſſe diuinarum ꝓſonarum. Vnde nõ eſt quęrendũ quid eſt illud teſtimonium paternũ: quoniam de eodem teſtimonio loquit. ¶ **Dicebant ergo ei.** Occaſione toties introducti patris nouam queſtionem mouent. **vbi eſt pater tuus?** De loco quærunt dei/quem credebant vbiq; eſſe. & propterea nõ meruerunt reſponſionem ad queſitũ, ſed ad ignorantiam. **Reſpondit ieſus.** monſtrando eis rationem ignorantię. **neqz me ſcitis neqz patrẽ meum.** Et verum dicit: quia neutram hypoſtaſim diuinã cognoſcebant. **Si me ſciretis, forſitan.** pro. **vtiqz & patrem meum ſciretis.** Ecce via ſciendi patrẽ/ſcire me. Et eſt verum non ſolum de notitia certæ fidei (qua qui indubitata fide cognoſcit filium/indubitata quoq; fide cognoſcit patrem) ſed etiam de ſcientia euidentię. nam qui videt filium/videt & patrẽ: vt inferius dicetur philippo. ¶ **Hęc verba locutus eſt ieſus in gazophylacio.** Specialẽ templi locũ euangeliſta explicat: in quo erat capſa theſauri, ſeu potius oblationum quæ ſeruabantur pro ęratio diuinorum. **docens in templo. Et nemo apprehendit eum.** Sicut nec durante feſto apprehenſus eſt/ita nec tranſacto feſto apprehendi potuit nolens: eadem ratione repetita. qz **necdum venerat hora eius.** Vere eius/vtpote ab ipſo libere diffinita.

Dixit ergo iterum eis ieſus. Ne intelligeremus euangeliſtam repetere in ꝑcedenti narrata capitulo/apposuit iterum. Subiungunf enim ſimilia imo eadem ſm partem. **Ego vado.** Totus ꝓgreſſus meus tã vitę q̃ mortis/eſt voluntarium ire. & **quęretis me.** tum in ſepulchro retinẽdũ. tum in meis membris perſequendo/ſaule ſaule quid me ꝓſequeris? & **in peccato veſtro moriemini.** hoc eſt & in peccato pſecutionis meę/in peccato ptinacię veſtrę moriemini corpore. Quod vſq; in hodiernum diem verificari videmus. moriuntur enim iudęi in peccato infidelitatis ſuę erga ieſum. **Quo ego vado.** ad dexterã ſcilicet patris mei. **vos non poteſtis venire.** impediente vos infidelitatis crimine.

Dicebant ergo iudei. non galilęi. **Nunquid interficiet ſemetipſum: qz dicit quo ego vado vos nõ poteſtis venire!** Prius audientes hęc eadem verba/dixerant nunquid in diſperſionem græcorũ iturus eſt? nunc peiora cogitãt/nunqd interficiet ſemetipſum? exiſtimantes ad omnẽ locum quo iret ieſus poſſe quoq; ſe ire (de locis huius mundi loquendo) & ſola morte poſſe ire illo quo ipſi non poſſent ſeq. ſupponebãt enim q̃ nullus eorum ſe vellet interficere. ¶ **Et dicebat eis.** Interpoſitis verbis indeorũ circa ſenſum verborum ieſu, ꝓſequitur euangeliſta doctrinam ieſu: explicatinã illius particulę/& in peccato veſtro moriemini. **Vos de deorſum.** pro. **ex iis quę deorſum.** ſeu ex infernis. eſtis: **ego de ſupernis ſum.** Intendens declarare fidem ſuam ſolam eſſe remediũ q̃ non morianf in peccatis ſuis/inchoat a duplici differẽtia inter ſe & illos: qua manifeſtaf hinc eorũ neceſſitas/inde ipſius virtus. ¶ Prima differẽtia eſt. vos ex infernis eſtis/ego de ſupernis ſum. Quę vera eſt tum quo ad eſſe perſonale: quia vos conſtatis ex infimis/quæ ſunt ex nihilo, ego autem ſum de ſupernis/quę ſunt diuina. Tum quo ad eſſe moris ſeu ſpũs. vos enim habetis affectũ ex iſimis: ego autem replerum habeo affectũ de ſupernis/ quę diuina ſunt. **Vos de mundo hoc.** ſcilicet ſenſibili. **eſtis: ego non ſum de hoc mundo.** Altera differentia ẽt vtroq; modo verificatur: quia & perſona mea non eſt de mundo ſenſibili/ꝓnæ autem veſtræ ſunt de mundo ſenſibili: & mores veſtri ſunt de ſenſualitate huius mundi/mores autem mei non inde ſunt. ¶ **Et hęc ſecunda differentia eſt velut ſpecies prime/quæ eſt velut genus.** eſſe enim ex infimis/ commune eſt omnibus creaturis: eſſe autem de mundo ſenſibili/ſolis ſenſibilibus conuenit. Et habetur ex his differentiis q̃ vos idigetis me: vtpote qui eſtis ex infernis/qui eſtis de mundo ſenſibili. indigeris me q̃ ſum de ſupernis/qui non ſum de hoc mundo. **Dixi ergo vobis.** Infert ex his differentiis vtrunq;. Et primo morẽ eoꝝ in petis. qz. pro. q̃ **moriemini in peccatis veſtris.** Ex hoc. n. q̃ vos eſtis ex iſernis/manetis i peccatis veſtris: & ex hoc q̃ vos eſtis de hoc mũdo (.ſ. ſenſibili) moriemini in ſtatu i quo eſtis. **Si enim nõ crediderit is qz. pro. q̃ ego ſum.** Ecce ſecũdũ: ecce remediũ/in ptãte eoꝝ poſitũ, q̃ ego de ſupernis ſum/q̃ non ſum de hoc mundo. ſi non crediderit is q̃ ego ſum. **moriemini in peccato veſtro.** pro. **in peccatis veſtris.** Significanter aũt non repetit de ſupernis/ſed dicit abſolute q̃ ego ſum: vt itelligamus oportere credere ipſm eſſe verꝝ deũ. Nulla. n. creatura põt abſolute dicere/ego ſum: quũ plus habeat de nõ eſſe q̃ de eſſe. ſicut q plus habet nigredinis q̃ albedinis/nõ põt abſolute dicere ego ſum albus. Solus aũt deus eſt qui eſt ſine quacunq; ꝓmixtione nõ eſſendi. eſt. n. ſolus actus purus/nullã oino compatiens in ſe potentialitatem: ois autem creatura permixta eſt potentię: vt in philoſophia patet.

Dicebant ergo ei. Occaſione ſumpta ex eo q̃ dixerat ego ſum/abſq; additione aliqua, interrogant iudei ieſum. **tu quis es?** Adiectionem petunt/non intelligentes q̃ ſe deum diceret. ¶ **Dixit.** Deeſt. conjunctio. Legendum eſt. **Et dixit eis ieſus. Principiũ qui.** pro. **qz & loquor vobis.** Dictio interpretata principium/in textu græco eſt caſus accuſatiui aut eſt aduerbium. Et in caſu qdem accuſatiuo cõſtruere hũc textũ fateor me neſcire. ꝓpter qđ aduerbialiter hũc textum itelligo. ¶ Duo enim in hac prima reſpõſione ieſus de ſeipſo reſpõdet quęrẽtibus tu quis es? & poſtea addit tertiũ, R fider. n. i primis ſe poteſtatem habere iudiciariam: quod eſt ipſm eſſe iudicem eoꝝ. Et deinde ſe eſſe miſſum a verace ad an-

nunciandum mundo quę ab illo audiuit.& demum subiūgit notitiam sui futuram post mortem suā. ℣ Se agrem esse iudicem non qualitercunq; sed commemorando eorum demerita/eorum crimina/in hoc q̄ audiunt ipsum iesum loquentem sibi & non credunt, respondet dicendo. principium/hoc est primum quidem dico vobis, quia & loquor vobis. **multa habeo. pro. possum/de vobis loqui ꝛ iudicare.** Hoc est in primis quia & ego personaliter loquor vobis (prędicando/manifestando mysterium salutis mundi)/ideo possum multa de vobis tum loqui testificando iniurias quas mihi infertis/tum iudicare damnando. Inferius dicetur/si non venissem & locutus eis non fuissem peccatum non haberent. hoc idem hic significatur q̄ quia iesus locutus est eis/ideo multa de ingratitudine & pertinacia eorum p̄o loqui & iudicare. ℣ In quo vides q̄ commemorando eorum demerita explicat se iudicem, non actu iudicantem/sed potentem/sed habentem potestatem iudiciariam. Et hoc est primum quod respōdet quę retibus/tu quis es? Sed quoniam iudicium in futurum seruabatur (ad secundum scilicet aduentum) ideo modus explicandi se iudicem tanq̄ officii veri quidem sed futuri introducitur cum aduerbio primum & coniunctione aduersatiua sed/transeunte ad officium p̄sens. **Sed qui me misit verax est.** Aduersatiua vt dictum est coniunctio/ad ipsum dicere potius q̄ ad rem dictam refertur: sicut & aduerbium principium/ad dicere quoq; refertur. Ita q̄ continuatio literę est hæc. Primum dico quia & loquor vobis/multa possum de vobis dicere & iudicare: sed quoniam hoc seruatur in futurum/dico p̄sens officium meum, qui me misit verax est. ℣ Describit p̄sens suum officium/prius ex parte mittētis: describendo mittentem esse veracem. Deum mittentem appellat veracem/quia de missione ad docendum est sermo. doctrina enim procedit a veritate. Et dicendo qui me misit verax est, dicit/missus sum a verace. **℣ Et ego quę audiui ab eo/hęc loquor in mundo.** Non solum mittens est verax/non solum missus sum a verace, sed etiam ego sum verax: quia quæ audiui ab eo (& non alia) loquor in mundo. Ita q̄ petentibus iudeis tu quis es/respondet quo ad p̄sentia q̄ sum missus a verace verax ad loquendum mundo. ℭ Significanter autem dicit audiui/& non dicit vidi: quoniam quæ ipse iesus etiā ſm animam vidit in deo veritatis fonte/non sunt sermone explicabilia: quæ autem audiuit, sicut vocibus significantur audita/ita sermone quoq; possunt mundo explicari. Ad significandum itaq; q̄ non omnia quorum notitiam habuit a deo/sed ea tm̄ quæ vt explicabilia nouit hæc docuit, dicit quæ audiui ab eo. ℣ Significanter quoq; dicit loquor in mundo. loquor inquit/non scribo: & in mundo/non in angulo/non in vno regno/non in asia sed in mundo. quoniam doctrinam suam sic tradebat in vno loco q̄ intendebat eam tradere mundo: quoniam missus est doctor mundi/& non israelitarum tm̄. **℣ Et non cognouerunt q̄. pro. q̄/patrem eius. pro. eis/dicebat deum.** Superfluit deum. Intendit enim euangelista dicere q̄ non cognouerunt q̄ loquendo illis supradicta patrem appellaret veracem qui misit ipsum: & a quo audiuit hæc quę docet & testatur in mundo/explicanda mundo. Oportebat enim ad hoc cognoscendum q̄ iungerent hæc verba cum verbis a iesu sępe dictis: scilicet patet meus misit me. his nanq; adiunctis cognouissent q̄ de patre suo loqueret: q̄ respōdisset quęrentibus tu quis es/sum filius veracis qui misit me verax annuncians mundo quæ a patre meo audiui. Hoc enim officium continue exercebat iesus.

¶ Dixit ergo eis iesus. Occasione sumpta ex eo q̄ non intellexerant iudei responsionem iesu quo ad hoc q̄ dicebat se filium veracis/adiunxit sequentia. **Quum exaltaueritis filium hominis.** in cruce. (mortem enim suam vt inferius euangelista exponet/significat exaltatione filu hominis) hoc est post mortem meam in cruce. **tunc cognoscetis.** quod modo non cognoscitis/quod modo non intelligitis tunc cognoscetis. Et dixit hoc: quia multos eorum qui crucifixuri ipsum erant/p̄cuidebat pœnitentiam acturos & ad fidem venturos. eosdem enim alloquitur, dicendo quum exaltaueritis/& dicendo cognoscetis. Lege actus apostolorum: & inuenies hæc impleta ad literam post missionem spiritussancti/act. 2. **q2 ego sum.** Respondet directe petentibus tu quis es/ex eo q̄ dixerat quia ego sum. non estis modo capaces ad cognoscendum quia ego sum/absq; quacūq; permixtione non essendi, hoc est deitatem meam: sed tunc cognoscetis me esse deum/notitia certę fidei. **Et a meipso facio nihil.** Non solum cognoscetis q̄ ego sum (quod est deitatis) sed etiam cognoscetis me esse filium dei: quod est originis diuinę. Hæc enim significatur dicēdo/& a meipso facio nihil. sed esse & facere meum/ orīē ab alio, scilicet patre. **sed sicut docuit me pater.** Deest. **meus/hęc loquor.** Explicat patrem quem non intellexerant. Et quemadmodum superius dixerat audiui ab eo, ita modo dicit docuit me pater: ad idē scilicet significandum. nam neq; proprie est ibi auditus neq; docere: sed vtrunq; assumptum est ad limitādum explicanda. quę enim hō dixit/pōt quoq; loqui. Cognoscetis ergo tunc ēt hoc q̄ sicut docuit me pater hæc loquor: hoc est sermones meos ꝓcedere a deo patre meo. **Et qui me misit.** Cognoscetis etiam mysterium incarnationis/quo ego missus sum. Cognoscetis in quā me nō esse missum sicut alii ꝓphetæ missi sunt a deo, sed sicut filium proprium ipsius dei: dum cognoscetis q̄ & qui me misit. **mecum est.** Minus dicit & plus significat: q̄n̄ significat mecū est inseparabiliter. pr̄.n. inseparabilis est a filio icarnato. **ꝛ non reliquit me solum.** Deest. **pater.** Significāter dicit nō reliquit: q̄n̄ de cōtinuata gubernatiōe diuina in oībus & per oīa quæ erāt filii hois/est sermo. Ita q̄ sensus est. cognoscetis q̄ pater nō reliquit desistendo

a continua seruatione me hominem solum: hoc est seclusa deo. **quia ego quę placita sunt ei facio semper.** Meritum continuatę gubernationis describit. ex hoc q̄ non quandoq; sed absq; vlla interpolatione semper fecit quæ placita sunt patri, meruit continue gubernari/cōtinua diuina cura seruari in omnibus suis actionibus & passionibus &c̄. ℣ Nec obiicias contra hoc meritum q̄ ipsemet erat deus/seruans seipsum hominem sine vllo merito. voluit enim etiam hoc modo (scilicet merendo) continuā habere gubernationem diuinam. ita q̄ non solum iure diuinæ personæ sed etiam alio modo (scilicet iure meriti) habere voluit continuitatem diuinę curę. Quemadmodum voluit intrare in gloriam suā etiam merito mortis suæ. **¶ Hęc illo loquente multi crediderūt in eum.** Fructus prædicationis iesu subiungitur ab euangelista.

¶ Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderunt ei iudęos. Duas conditiones horum describit euangelista. Alteram generis: scilicet iudęos. qui maxime aduersabantur christo. Galilęi enim minus erant illi contrarii. Alteram fidei informis. nam non dicit crediderunt in eum (quod significat fidem formatam charitate) sed crediderunt ei: quod est actus fidei informis. **Si vos manseritis in sermone meo.** Prę uidebat istos non perseueraturos. & ꝓrrepta a conditionali incipit. Nec dicit si vos deliberaueritis manere/sed si vos manseritis. quod ad ipsam perseuerātię executionem spectat. Manere autem in sermone iesu/est perseuerare in fide & opere prędicatis atq; p̄ceptis sermone iesu. **vere discipuli mei eritis. pro. estis.** Ad differentiam discipulorum ad tempus (qui scilicet ad tempus credunt/ & in tempore tentationis recedunt) apponit vere: declarans per hoc q̄ discipuli sui ad tempus/non sunt vere discipuli sui. Propter hoc enim dicit in præsenti estis: apertę significando q̄ discipuli non mansuri/non sunt vere discipuli sui: quia non sunt discipuli absolute sed ſm quid/scilicet ad tempus. **ꝛ cognoscetis veritatem.** Pondera conditionalem: cuius antecedens est/si vos manseritis in sermone meo. Cuius cōsequēs multas habet partes. primam de p̄senti/vere discipuli mei estis. secundam de futuro/& cognoscetis veritatem. Perseuerantia ergo in sermone iesu/infert non solum esse discipulum iesu absolute, sed etiam futuram cognitionem veritatis. ℣ Non dicit & credetis/sed cognoscetis: vt claritatē notitiæ significet. Nec dicit cognoscetis quę dico/quę propono mundo vt credantur, sed veritatem. tum quia discipuli iesu perseuerātes superueniente lumine spiritussancti cognouerunt veritatem fidei, q̄s non viderint illa q̄ credebant. tum quia perseuerantes omnes in fide formata, adipiscuntur fructum fidei/cognitionem veritatis fidei. vident enim credēda esse ea quę sunt fidei, non vt opinabilia/nō vt probabilia/sed vt vera. Hoc est siquidem cognoscere veritatem: quod est videre credibilia sub ratione veri credibilis, nō opinabilis aut probabilis. **ꝛ veritas liberabit. pro. liberos faciet/vos.** Hæc est tertia pars consequētis, quæ est fructus secundę: scilicet q̄ veritas fidei cognita facit vos liberos a seruitute peccati/a seruitute passionum mundanarum. ℣ Vide discipulos christi suscepto spiritussancto a timore & respectibus humanis liberos: & intelliges hanc promissionem. Conspice quotidie electos dei liberos a seruiture mundanarum passionum: & videbis veritatem huius promissionis. Præter hoc q̄ veritas fidei formatę liberat a seruitute peccati/quantum ad maculam.

¶ Responderunt ei. iudei scilicet qui ei crediderūt. Semen abrahę sumus. Quum multa audissent, nihil magis eos offendit q̄ imputata seruitus. Et propterea omissis reliquis/superbi discipuli impatientes q̄ appellati fuerint serui, non solum liberum sed nobile genus suum ex abraham proferunt. Carnales enim erant: & de corporali libertate intellexerant verba iesu. & propterea liberum citant genus. **ꝛ nemini seruiuimus vnq̄.** Non solum genere sed etiam ſm proprias personas liberos se affirmāt: dicendo se nunq̄ seruisse alicui. Artificiose loquuntur/libertatem ab extremis tuentes (scilicet ex abraham primo patre & a propriis personis) omittendo intermedios parentes: quos constabat multiplici seruitute affectos/tum in ægypto/tum in babylone/tum in variis subiectionibus & direptionibus: vt patet in libro iudicum. Dicebant autem isti personas suas esse liberas, quia adhuc non erant in seruitutē romanorum redacti/sed erant tributarii: & non vt serui sed vt liberi sub cęsare gubernati per præsidē. **Quomodo tu dicis/liberi eritis?** Futura enim libertas seruitutem supponit. Hinc clare apparet discipulos istos parum reuereri magistrum: dum se sic opponunt contra eum.

¶ Respondit eis iesus. mansuetissimus magister ordine prępostero. Nam prius respondet explicādo de qua libertate & seruitute loquitur. & deinde ad id quod dixerant semen abrahę sumus. **amen amen dico vobis q̄. pro. q̄/omnis qui facit peccatū/seruus est peccati.** Ecce de qua seruiture loquor. Et est sensus q̄ omnis nullo excepto faciens peccatum/incurrit seruiturem peccati. Consistit autem seruitus peccati in duobus. vnum est in nō posse abiicere illud a se. Quis in ptāte facientis peccatū/sit facere vel nō facere pctū: factū tū peccatū abiicere a se/nō est in ptāte eius. Hāc ergo seruitutē incurrit/q̄ oportet ipsum subiici pctō facto. remanet. n. peccatum macula & reatu in aīa inseparabiliter: quis actio peccati trāsitoria sit sicut & delectatio. ℣ Secūdū est q̄ peccatū remanēs dominat ī aīo/trahēdo ad aliud peccatū tāta & tali efficacia vt oporteat hoiem subiectum peccato nisi pœniteat/denuo peccare: qa iam aīus auersus est ab incōmutabili bono/retinēre hoiem ne peccet. Nec ꝓpterea excusatur pctōr a nouis pctis. tum quia volūtarie committit singula, licet non possit vitare omnia. tum quia voluntarie se posuit in

statu talis seruitutis.tū qa pōt qđ in se est facere vt pœniteat.¶ Merito aūt qui facit peccatum incurrit seruitutē peccati:qa faciendo peccatū exorbitat a vera libertate:qa abutit libertate/ vtendo ea contra rectā rōnem/vtendo ea contra p̄cepta dei largitoris libertatis.iustū est.n.vt qui seip̄m ab ordine rōnis rectę deiecit/tortę rōnis seruituti subiiciat.Et est sermo de pctō simpliciter & absolute:qđ est solū peccatū mortale.pctū.n.veniale nō est peccatū nisi p̄m qđ. **Seruus autem non manet in domo in eternum:filius manet in eternum.** Declarata seruitute/declarat liberatorē a seruitute.& ex dr̄ia iter seruū & libertū in genere/descendit ad ꝓpositū in spāli. Assumit aūt dr̄iam inter filiū & seruum absolute/penes hoc qđ est manere vel nō manere in domo.Et intrēdit q̄ seruus nō habet ius manendi in domo in ęternū:qm̄ nullū habet ius p̄seuerādi in domo dñi sui,sed ex nutu dñi pendet q̄ vendat/q̄ nunq̄ ad domū redeat.filius aūt ius habet manendi in domo p̄s in ęternum/eoip̄so q̄ filius est.¶ Significatiusq̄ dr̄ filius in numero singulari:vt plenū ius manendi in domo p̄s explicet/ne vlla diuisio cū fratre impediens obuiet.¶ Et quū multę sint dr̄ę inter filiū & seruū/hāc solā suauissimus doctor assūpsit:qm̄ hęc differētia directe manifestat fructū libertatis.Dixerat.n.q̄ veritas liberos vos faciet:nec vlteriorē fructū subiecerat.& ꝓpterea mō fructū libertatis subiūgit:qui est manere in domo in ęternū.Quē dependere a filio/ex hac dr̄ia infert,subiungēdo. **Si ergo vos filius liberauerit.pro.liberos faciet,vere liberi eritis.pro.estis.** Ex hoc q̄ filius manet in domo in ęternum/potestatē libertatis faciendi seruū habet.Et si hāc ptāte vsus fuerit filius æterni p̄s erga vos seruos pcti,subiungēdū erat manebitis in domo in ęternū. Sed radicem manēdi in domo in ęternū/subiūxit.vere liberi estis:hoc est nō estis amplius serui pcti,sed vere liberi/ad dr̄iam eoq̄ qui sunt liberi ad tēpus:& cōsequēter manebitis in domo p̄s mei in ęternū. in qua serui pcti ad tēpus quidē manere possunt,nō aūt in ęternū.Domus.n.dei(vt patet.1.ad timo.3.) est cōgregatio fideliū.in qua multi serui pcti sunt,sed nō perseuerabūt in ęternū in societate iustorū:qđ esset manere in domo dei in ęternū.¶ Cōsidera q̄ prius dixerat/veritas vos liberos faciet:& mō dicit/ si filius vos liberos faciet.vt intelligamus libertatē nō pēdere ex sola cognitione veritatis/nō pēdere ex solis actibus nostris quos numerauerat(s.p̄manere in sermone eius/& cognoscere veritatē)sed etiā ex gratia filii.Et vere sic est:qm̄ ex parte nr̄i requirit & id qđ est intellectus & id quod est opis:ex parte aūt dei remis & hm̄oi,oritur a libertate spūs/q̄ est per veritatē fidei:& p oppositū esse seruū passionū & respectuum humanoꝝ/ex seruitute pcti ꝓuenit,& ꝓpterea iesus cōtra libertatē gratiæ q̄ est p veritatē fidei/e regione locat seruitutē pcti.¶ **Scio q2.pro.q̄ filii.pro.semen/abrahę estis.** Occasione acceꝑta ex eo q̄ dixerāt discipuli iudęi semē abrahę sumus/arguit eos.intendens q̄ licet natura descēderit ex abrahā, imitatione tū morum ex alio sunt patre q̄ abrahā.Assentit itaq̄ generi p̄m naturalē originē ex abrahā:& opponit cōtrarium morē/dicēdo. **sed queritis me interficere.** In quo apparet q̄ isti qui crediderūt ei/iā mēte recidinauerāt. **q2 sermo meus nō capit.pro.nō habet locū/in vobis.** Ne excusarēt tanq̄ iustā ītentionē occidēdi ip̄m/subiungit inocētiā suā.Acsi aptius dixisset.quæritis me interficere nō ob aliquod meū crimen,sed quia sermo meus non habet locum in vobis.¶ Et vere sermo eius nō habet locum in animis passionibus subiectis:quales esse istorum animos/& p̄cedentia & sequēcia testantur.Ex eo enim q̄ sermo iesu non habebat locum suum in animis iudęorum/ꝑcedebat q̄ ipsum vt blasphemum ac vt violatorem sabbati persequebant.passio siquidem animi impedit mentem a discretione veri. **Ego qđ vidi apud patrē.Deest. meum/loquor.** Auget rationem arguendi/ad conuincendum eos q̄ habēt aliū patrem q̄ abraham.Et arguit ab exemplo suo/ego loquor quę vidi apud patrē meum . & vna eademq̄ sententia ab exemplo suo arguit & iustitiam doctrinę suę explicat,dicendo se loqui visa apud patrem suum deum.¶ Nec te moueat q̄ superius dixerat se loqui audita & docta a patre.Eadem siquidem sunt visa/audita & docta,diuersis rationibus diuersimode significata.Hic enim significantur vt visa , ad testificandum euidentem notitiam illorum se habere.Et quia argumento ab exemplo congruit , vt congrue inferat/ subiungit. **z vos.** Deest.**igitur/quę vidistis apud patrem vestrū facitis.** Quemadmodum ego loquor quæ vidi apud patrem meum,sic consequens est vt vos quæ vidistis apud patrem vestrum faciatis. Quod est dicere q̄ querendo me interficere/facitis quę vidistis apud patrem vestrum:vt hinc intelligerent se alium patrem habere q̄ abraam.

¶ Respōderūt,z dixerūt ei.pater noster abraham est. Audientes se facere quę viderunt apud patrem suum/& non intelligentes quid iesus intenderet,perstant in carnali origine/rursus asserendo suum patrem esse abraham . Acsi apertius dixissent . hoc scimus q̄ pater noster abraham est: quid autem tu intendas dicendo q̄ facimus quę vidimus apud patrem nostrum nescimus. **Dicit eis iesus . Si filii abrahę estis.pro.essetis,opa abrahę facite.pro. faceretis vtiq3.** Non de filiis ꝑm carnem sed ꝑm imitationem fidei & morum loquitur/dicendo.si filii/imitatione,essetis abrahæ facere tis vtiq̄ opera abrahę. Nec eget ꝓbatione hęc cōditionalis. **¶ Nūc aūt quęritis me interficere.** Procedit a destructiōe cōsequētis ad destructionē antis.opus vestrū est q̄rere occidere me,nō vir̄ iniustū seu malū/sed. **hoiem qui veritatem vobis locutus sum.** Nota singulas particulas.Primo hoiem.in quo nullū sonat meritū vt occidat/sed potius vt nō occidat.Deide qui veritatē locutus sum.ad excludēdum crimē quodcūq̄/tam

mendacii q̄ falsitatis.**quā audiui a deo.** ad excludendum crimen pseudoprophetæ. Et per hoc excludit vtranq̄ causam quæ ꝑm legem erat contra prophetas.s.si vel falsum dixisset,vel propheta esset nō veri dei sed idolorū seu dęmonum &c. **¶ Hoc abrahām non fecit.** Pronomen hoc/demonstrationē simpliceꝫ exercet.demonstrat.n.genus operis:& non hoc opus individuale. Intendit siquidem q̄ simile opus nunq̄ fecit abraham.Et in hoc cōpletur destructio consequentis. **vos facitis opera patris vestri.** Vbi concludendū erat vos non estis abrahæ filii/imitatione,cōcludit non dictam negatiuā:sed affirmatiuā continentem in se virtualiter illā/dicendo.vos facitis opa patris vestri.Intendit.n.inferre cōclusionem pendentem etiam ex antedictis/vos quę vidistis apud patrem vestrum facitis. Exclusō nanq̄ q̄ non faceꝛent opera abrahæ,persistit in conclusione priore/vos facitis opera alterius q̄ abraham patris vestri: non ꝑm carnem sed ꝑm morem.

¶ Dixerunt itaq3 ei. Tandem intellexerunt q̄ non de patre carnali/sed de patre fidei ac morum iesus loquebatur.& ꝓpterea inchoant nouam responsionē. **¶ Nos ex fornicatione non sumus nati.** Fornicationem appellant idolatriam:eo q̄ in sacra scriptura filii fornicationū appellantur israelitæ idolatræ. De patre ergo fidei/religionis/& cōsequenter morum,respondent se non esse ꝑm cultum & mores natos ex idolatria. **vnum patrē habemus deum.** Non sumus vt samaritani/habentes plures patres religionis:colentes plures deos/seu colentes deum verum & cum hoc alium deum.hi enim habent plures patres:nos vero vnum tantum patrem religionis habemus deum/qui solus est deus. ¶ Et dicunt hoc vt reiiciant verba iesu/vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.Non enim possent argui si facerent quæ vidissent apud patrem suum deum.

¶ Dixit ergo eis iesus. Consequenter ad eoꝝ verba dicit.**Si deus pater vester esset,diligeretis vtiq3 me.** hoc est si deus amore & honore haberetur a vobis pater,diligeretis saltē me. Et non dixit diligeretis & honoraretis:quoniā ab honorando poterant excusari ex ignorantia q̄ ipse esset deus:sed a diligēdo nulla poterant palliatione se excusare.debebant enim ipsum diligere saltē vt dei nuncium seu prophetam.consequens nāq̄ est vt diligens aliquē vt patrem/diligat omnē nuncium illius vt rem patris. Propter quod subiungit. **Ego enim ex deo processi.** deus de deo æterna natiuitate/& hō missione. **z veni pro.venio.** ad prædicandum/ad redimendū mūdum. Ecce ratio cōsequentiæ:q̄ si deus pater vester esset diligeretis me,quia ego ab illo processi & veni/quia sum res dei & nuncius eius. **¶ Neq3 enim a meipso veni.pro.venio.** hoc est non venio ad prædicandū ex proprio consilio secluso deo.**sed ille me misit.** ad euangelizandū. **¶ Quare loquelā meam non cognoscitis?** Interrogatiue legendū est.Et est sensus.quare non cognoscitis loquelā meam esse diuinā ex ipsa loquela? Sicut enim petrus galilęe loquens/ex loquela agnitus est(quū dictum est illi.galilęus es/nam & loquela tua manifestū te facit)& cōiter hoium patriæ loquelis agnoscuntur,ita iesus loquelā suam diuinam habens dicit/quare loquelam meam non cognoscitis?Quēadmodum enim miracula sua faciebat non sicut alii prophetæ sed modo diuino(s. imperando)& quēadmodum docebat tanq̄ potestatē habens,ita modus loquendi diuinus erat/& diuinitatem sonabat.Quod ministri pontificū in p̄cedenti caplo testati sunt:qui missi vt eum caperent, ex modo loquendi iesu mutati retulerunt/nunq̄ sic locutus est homo sicut loquit iste homo.**q2 non potestis audire sermonē meum.** Reddit ipsemet iesus rationē quare loquelam suam non cognoscerent. Acsi apertius dixisset.Dicam ego vobis quare loquelā meam non cognoscitis.ratio est qa non potestis audire sermonē meum:tanto me odio habetis/tanta inuidia me ꝓsequimini vt nō possitis audire sermonem meum.hinc.n.fit vt non possitis cognoscere loquelā:fastidio habentes sermonē meum/nō cognoscitis loquelam.¶ Et dixit hoc:ad explicandū q̄ ignorantię suę causa sunt ipsimet/est eoꝝ malicia/ est eoꝝ passio tanta vt nec audire quidē possint sermonē eius.Redditq̄ simul veram causam nō cognoscendi loquelam.oportet enim ad discernendū loquelam attente audire sermonem loquentis. **Vos ex patre diabolo estis.** Quod pluries in genere dixerat patrē vestrum/demum explicat illum. Diabolus (vt dictum est)greca est dictio:& ex vi sermonis significat calūniatorem seu delatorē.translatum autē est ad significandū dęmonem tam apud grecos q̄ apud latinos.Ita q̄ hoc in loco nomē est dęmonis. Patrem autē non natura/sed exēplo dicit. Vñ & subiungit.**z desideria patris vestri vultis facere.** Q2 habeatis diabolum vt exēplar quod imitamini,hinc patet quia desideria illius vultis facere.filii enī est adimplere desideria paterna. In quo ostendit eos obsequentissimos esse filios diaboli:vtpote qui nō expectant p̄cepta patris,sed spontanei sunt ad adimplendum desideria patris. **Ille homicida erat ab initio.** Probat q̄ ipsi desideria patris diaboli volunt facere quo ad duo.s.homicidium & elongationē a veritate. Vtrunq̄ enim hoꝝ erat in istis:quęrētibus interficere iesum/& elongatis valde a veritate quā euangelizabat iesus.Et ꝓpterea vtrunq̄ hoꝝ manifestat esse in diabolo:vt cōuincantur q̄ volendo hęc facere/volunt adimplere desideria diaboli. Ille/diabolus,homicida erat. Vere homicida:qui occidit hominē anima & corpore.abstulit.n.vitam animæ & vitam corporis,nō ab vno hoie sed ab hoie/ab humano genere. Vere homicida:qm̄ ex intentione occidendi animā & corpus hominis/tentauit & suasit homini.Et dicit ab initio:quia in initio mundi quo creatus fuit homo/homicidium fecit. **z in veritate non stetit.** Declarat alterum crimē dęmonis/quod fuit prius q̄ homicidium. Et est sermo de veritate

fidei. In principio siquidem omnes angeli illuminati sunt veritate fidei supernaturalis beatitudinis/ad quam peruenire possent propriis meritis: sed aliqui pseuerarunt in veritate fidei reuelatæ beatitudinis/ appetentes & petentes illam ex diuina gratia: aliqui autem non perseuerarunt in veritate/conformantes se gratiæ reuelatæ beatitudinis. & propterea dicuntur in veritate non steriſſe. **quia non est veritas in eo.** hoc est quia non est in eo amor veritatis. Et cõsidera q̃ vbi debuisset dici/quia non fuit in eo veritas, dixit quia non est in eo veritas: vt plus significaret: vt. s. manifestaret perseuerantiã non veritatis in diabolo. Ita q̃ ga ex tunc non est in eo veritas vt amata in amante, ideo in veritate nõ steterit. vera enim & ꝓpria ratio non pseuerandi in veritate reuelatæ beatitudinis/est negatio amoris ad veritatem. In hoc nãq; primum discreti sunt angeli boni a malis: q̃ illi amauerunt veritatẽ reuelatam vt regulam & finem actionũ suarum, isti autẽ non amauerunt illam nec amãt. ¶ Et aduerte q̃ q̃uis sit sermo de veritate iustitiæ fidei reuelatæ, non tamẽ dicit & in veritate iustitiæ fideiſed in veritate non stetit: & similiter non dicit quia non est in eo veritas iustitiæ/sed quia nõ est in eo veritas. ad significandũ q̃ veritas iustitiæ fidei/est veritas ex qua pender omnis veritas quæ est in libera potestate cuiuscũq; creaturæ. Ita q̃ ideo dicit absolute in veritate & veritas: eo q̃ est sermo non de hac vel illa sed absolute in qua libertũ est stare/quæ potest amari & non amari. Quod dicimus ꝓpter veritatem naturalẽ intellectus: quæ non subest libertati creaturæ rationalis: quæ & remansit in diabolo. De hac enim non est sermo, sed de veritate in qua stare vel non stare positũ est in libertate rationalis creaturæ: vt textus ipse clare sonat. **Quũ loquitur mendacium/ex propriis loquitur.** Veritatem reuelatã reliquit, naturalem autẽ habet non propriam sed cõmunicatam a deo: sed quũ mendacium loquitur, ex propriis loquitur/non ex cõmunicatis sibi a deo. **q; mendax est ⁊ pater eius.** s. mendacii. Non solũ est mendax, sed etiã primus qui dixit mendacium. Primum enim mendaciũ in sacra scriptura cõmemoratum, est mẽdacium quod dixit diabolus eue/nequaq̃ moriemini. **Ego autẽ si.** pro. q; **veritatẽ dico, non creditis mihi.** Duarum conditionum quas descripsit in demone, alterã (. s. homicidii) superius descripserat istos imitari/dicẽdo quæritis me interficere. alterã (. s. auersionis a veritate) subiungit modo istos imitari: dicẽdo q̃ quia dico veritatem ideo non creditis mihi. Vere cõprobatur inimica vobis veritas/ex eo q̃ non creditis mihi quia dico veritatem. hoc enim est cõprobare vos esse filios diaboli, qui cõtrarius est veritati: vtpote pater mẽdacii. ¶ **Quis ex vobis arguet.** pro. **arguit me de peccato!** Ne iudei se excusarent/dicendo q̃ iõ non credunt ei quia peccator est, innocentiã suam ab omni peccato ꝓponit: dicẽdo. Quis ex vobis arguit? hoc est hẽt rationẽ arguendi, me de peccato: quasi dicat. nullus, ga nullum peccatũ habeo. **Si veritatẽ.** Deest autem. Legendũ est. **Si autẽ veritatem dico.** Partitione vtitur. Si non possum argui de peccato/ sed veritatem dico. **quare vos non creditis mihi!** Et intendit probare quod dixerat. s. quia veritatem dico non creditis mihi. Acsi apertius diceret. Si non ex odio veritatis nec ex meo peccato, reddite vos rationem quare vos non creditis mihi/ex quo ego dico veritatẽ. **Qui ex deo est.** Adiungit alteram rationem quare non credunt sibi/dicendo qui ex deo est. non loquendo de esse naturæ sed de esse moris. Et est sensus. Qui ex deo est fm affectum. **verba dei audit.** id est suscipit. Verba quidẽ dei necessaria ad salutem/suscipit vt necessaria ad salutẽ: verba autẽ dei exhortatoria/suscipit vt expediẽtia. illa vt præcepta/ hæc vt cõsilia. **Propterea vos nõ auditis.** Hinc apparet q̃ nõ de auditione corporali sed de auditiõe interna (hoc est susceptione) iesus loquit. nam ad literã illis loquebat verba diuina qui audiebãt. Ex hoc enim q̃ dicit in pñti non auditis/significat q̃ de interna locutione loquebat. **q; ex deo non estis.** fm affectũ. Considera in hac illatione affirmatiũ esse ex deo/inferre affirmationẽ audiendi verba dei: & negatiũ esse ex deo/inferre negationẽ audiendi verba dei. vt intelligamus ꝓpriam afferri cãm. nam in causis ꝓpriis affirmatio est causa affirmationis & negatio negationis. Et vere ex dono dei in affectu (siue donũ illud sit gratuita motio/siue quodcũq; aliud gratuitum) inde prouenit interna auditio verboꝝ dei: siue exterius siue interius ꝓponantur. ¶ Vbi etiã nota q̃ non repetit verba dei/dicendo propterea vos non auditis (non enim dicit/propterea vos nõ auditis verba dei) vt intelligamus eadem esse verba ipsius & verba dei: vt intelligerent iudæi q̃ idem erat non credere verbis iesu & non audire verba dei. Quod iudæi intellexisse se monstrant in subiuncta responsione.

Responderunt ergo iudei. Hactenus euangelista non aliter nominauit respondentes/vt intelligeremus illos locutos iudeos qui crediderunt iesu. modo nominat iudæos respondentes: ad insinuãdum q̃ docente iesu in templo illos iudeos qui crediderunt iesu/cõuenerunt interim ad eos alii iudei. Ita q̃ responsio ista non ascribitur illis qui crediderunt vt ꝓpria, sed cõmunis significatur iudeis ibi ꝓsentibus/ tanq̃ lacessitis iniuria duplici. tum ex deo nõ estis. tum ex patre diabolo estis. **⁊ dixerunt ei. Nõne bene dicimus nos.** Vbi manifestant se hæc quidẽ dixisse, sed modo agnoscere q̃ bene dicunt/modo approbant dicta. Nec aiunt nõne bene dicunt/sed bene dicimus nos: manifestantes se esse illos qui perseuerãt dicendo hæc. q;. pro. q̃ **samaritanus es tu.** non genere sed more. Samaritam enim & cõtrarii erant iudeis, & partim seruabant ritum iudeoꝝ & partim non. & ꝓpterea quia iesus videbatur cõtrarius eis/& videbatur partim seruare legem & partim soluere violando sabbatũ, ideo contumelioſe appellant eum samaritanum moribus. **⁊ dęmonium habes!** Nolentes credere iesum miracula facere diuina virtute/

doctrinam q; habere a deo, attribuunt vtrunq; dęmoni. Et intendunt q̃ iesus dęmoniaca virtute/& miracula faceret & doceret: propterea q; tot arrogare sibi ipsi.

Respondit iesus. Non ad contumeliam propriam/qua appellatus est samaritanus: sed ad iniuriã dei/ qua dictum est dęmonium habes. Hęc enim directe tollebat fidem credentium/tollebat veritatẽ doctrinæ/nocebat populo. præter hoc q̃ erat directe contumelia diuina/vt filius dei diceretur dæmoniacus. **Ego dęmonium non habeo.** Maxima mansuetudine iniuriam declinat simplici negatione. **sed honorifico patrẽ meum.** Probat ab opere se non habere dęmoniũ/quia opus facit cõtrarium dęmonio: scilicet honorifico pattẽ meum. Dęmon enim contra honorẽ dei pugnat: ego autẽ deum patrem meũ honorifico/verbo & opere. **⁊ vos inhonorastis.** pro. **inhonoratis me.** Et vos hæc verba nõ dicitis vt credatis me esse talem: sed ad inhonorandũ/ad contumelia afficiendũ me. **Ego autẽ non quęro gloriam meam.** Quãuis dicam q̃ vos inhonoratis me, non tũ propterea ego homo quęro gloriã meam ꝓsentem. Rursus q̃uis dicam de meipso q̃ ex deo processi/& alia huiusmodi, non tamẽ per hęc quęro gloriam meam: hoc est non quęro per hęc/honorari & laudari ego homo, sed quęro obedire/declarare veritatẽ/euangelizare vobis quę sunt ad dei gloriam & vestrã salutẽ. & breuiter non intendo nec quęro ꝓsentem gloriam meã: sed opera obedientię/sed meritaſed vt laudet & glorificet deus. **Est qui quęrat.** Licet ego non quęrã gloriam meam, scitote tamẽ mihi esse debitam/& q̃ extat deus qui quęrat gloriam meam. intentio mea fm q̃ sum homo/non tendit ad hoc vt ego homo in ꝓsenti glorificer a vobis: intentio tamẽ dei rendit ad hoc vt vos glorificetis me. Deus enim vult vt homines honorẽt in ꝓsenti vita sanctos suos (sicut ꝓcipit honorari parentes) q̃uis sancti viri non quęrant vt glorificentur in præsenti vita. ¶ Nec dicit est qui quærit/sed quærat: vt intelligamus deũ non tam quærere q̃ quæsiturum: hoc est præcipere quidẽ vt glorificetis me, non tamẽ effectum facere velut studioſe quærens/sed quæsiturum postea eos qui glorificauerũt & qui non/examinando merita hominũ. **⁊ iudicet.** Non aduersatur hæc sententia superiori/pater nõ iudicat quẽq̃: quoniã ibi est sermo de iudicio sensibili & vniuersali: hic est sermo de iudicio quod quotidie exercetur a deo & in vita & in morte hominũ. Non solũ itaq; extat qui inquirat/sed etiã qui ius dicat non glorificantibus & glorificantibus me: illos puniendo/ istos præmiando. **Amen amen dico vobis: siquis sermonẽ meum seruauerit.** Lacessitus iniuria iesus non desistit a prædicatione: instruens ab exẽplo prædicatores. & quod dixit verbo se nõ quærere gloriam propriam/monstrat euangelio: proponendo ea quę erant salutis humani generis. Simulq; contestat a potentia sermonis sui/non dęmoniacũ sed diuinũ esse suum sermonẽ: docendo q̃ siquis sermonẽ suum opere seruauerit. **mortem non videbit in ęternum.** Dicit in ęternum/ad differentiã mortis tẽporalis. mors enim æterna est mors animæ: mors vero tẽporalis est mors corporis. ¶ Nec dicit non morietur/sed non videbit mortem: vt intelligere possent q̃ de morte illa loquebatur quæ cõsistit in videre, quæ priuat non vita naturæ/sed vita quæ consistit in visione. quæ est vita fœlicitatis æternæ. Ita q̃ videre mortem/est habere mortem in actibus animæ/visione significatis.

Dixerunt ergo ei iudei. Nunc cognouimus. Vide furorẽ. Non solũ a contumelia inchoant responsionem (quũ tamen iesus eis mansuetissime ꝓponeret eorũ salutem) sed proprii honoris obliuiscuntur: manifestates se temere hactenus dixisse/dęmoniũ habes. Non enim dicunt nunc etiã cognouimus/sed nunc cognouimus. prius igitur non cognouerant, & tamẽ dixerant. q;. pro. **q̃ dęmonium habes.** Impossibilem reputabant veritatem verboꝝ iesu. & ꝓpterea dicunt se nunc cognouisse q̃ dęmonium haberet: vtpote loquens manifeste falsa & impossibilia. **Abraham mortuus est ⁊ prophetę.** Excęcati odio non solum errant intelligendo verba iesu de morte corporis: sed pręcipites non dubitant/non quęrunt quo sensu illa verba dixerit, sed diffidunt de morte corporis dicta. & ꝓpterea obiiciunt mortẽ abrahæ & prophetarũ: quos constabat sermonẽ dei seruasse. **⁊ tu dicis. siquis sermonẽ meum seruauerit, nõ gustabit mortem in eternum.** Iesus dixerat non videbit: mortẽ ſpiritus significans actione ſpiritualiſsima/qualis est visio. isti vero passionibus excęcati/de morte corporis intelligentes, actionẽ materialiſſimam inter sensationes (qualis est gustare) repetunt. **Nunquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est ⁊ prophete mortui sunt.** Debebant cõsequenter dicere nunqd tu maior es deo (cuius sermo seruatus non abstulit mortẽ abrahę & prophetarũ: quum dicas siquis sermonẽ meum seruauerit non videbit mortem in æternũ) sed passio non solum impedit cognitionẽ/sed etiam ordinem cõsequentiãq; sermonis. Simulq; manifestant quã de illo opinionẽ habebant post tot miracula: q̃. s. non esset maior nec abraham nec ꝓphetis. **quem teipsum facis!** Sicut a contumelia inchoarunt ita in cõtumeliam terminant. Non dicunt quis es/sed quẽ te facis! significando q̃ seipsum exaltaret/q̃ sibiipsi arrogaret personã quę non esset: dicendo tantã esse vim sermonis sui vt seruet a morte.

Respondit iesus ordine prępostero. nec ad singula/sed ad duo vltima. Omittit enim respõdere ad primum (. s. dęmoniũ habes) quia iam respõderat. **Si ego glorifico meipsum.** Dixerant vltimo/quem teipsum facis! imponentes ei q̃ non esset sed faceret seipsum personã tam excelsam. Et ꝓpterea ad hoc primum respõdet. Si ego/homo secluso deo, facio meipsum gloriosum/vt vos dicitis. **gloria mea nihil est.** tum quia vana/tum quia falsa esset gloria quã ego mihi vsurpatẽ. **Est pater meus qui glorificat me.**

Ecce vnde veniunt verba glorioſa de me.ſ.a patre meo. **quem vos dicitis q̃.pro.q̃ deus veſter eſt.** Clare aperit eis ꝙ pater ſuus eſt deus/non alius deus q̃ ille quem iudæi dicunt deum ſuum: vt manifeſte intelligas ꝙ ipſe homo non glorificat ſeipſum, ſed deus eſt qui glorificat illum/deus eſt qui mandat ei dicere illa/deus eſt qui dedit ei vnde illa glorioſa verba vera ſint. nam deus pater generando filium dedit ei deitatem, ex qua glorificabatur. ℣ Significanter autem non dicit/pater meus deus veſter, ſed apponit quem vos dicitis deum veſtrum: quia in veritate non erat deus eorum: vtpote quẽ non colebant corde ſed ore: iuxta illud. hic populus labiis me honorat/cor autẽ eorum longe eſt a me. **¶ non cognouiſtis eum.** Differentiam ſubiungit inter ſe & illos/penes notitiã patris dei. Si pronomen eum/monſtrat patrem, planus eſt ſenſus: qa non cognouerunt deũ ſub ratione patris æterni filii. Si autẽ pronomen eum demonſtrat deum, tunc ſcrupulus occurrit: quia notus in iudæa deus. ℣ Solutio eſt ꝙ ſi eſt ſermo de notitia fidei/intelligitur de notitia affectiua & effectiua: qua iſti carebant. Et huic ſenſui fauent ſubiuncta e regione verba ieſu/ſcio eum & ſermonẽ eius ſeruo. Si autẽ eſt ſermo de notitia euidentię, planus eſt ſenſus ꝙ iudæi non habebant euidentẽ notitiam dei ſui. Quãuis enim potuiſſent habere euidentiam per creaturas (vt dicit ad ro. 1.) euidentiam tamẽ dei ſm ſpecialem ꝓuidentiam qua nominabaꝫ deus eos non habebant. **ego autem noui eum.** tam vt filius dei notitia diuina/q̃ vt filius hois notitia beata. **Et ſi dixero q̃.pro.q̃ non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.** In hoc ero ſimilis vobis ꝙ ero mẽdax ſi dixero ꝙ non noui eum. Mendaces erant/dicentes nunc cognouimus ꝙ dęmoniũ habes. quod enim non eſt/non poteſt ſciri. Et q̃is impoſſibile fuerit tam antecedens q̃ cõſequens huius cõditionalis, ipſa tamen cõditionalis eſt vera. ſicut ſi diceremus ſi leo volat habet alas, cõditionalis eſt vera: & tamen tam antecedens q̃ cõſequens eſt impoſſibile. **Sed ſcio eum.** Exaggerat ieſus ſe noſſe deum patrem ſuum/& illos ignorare. vt hinc manifeſtet tum ſe ſcire ꝙ pater ſuus glorificat eum/quod ipſi nolunt ſcire. tum vt manifeſtet coniunctionem ſui cum deo patre/ad excludendum coniunctionẽ cum dęmone. Propter quod etiã adiungit. **¶ ſermonem eius ſeruo.** verus homo obedio ſermoni dei. quod directe contrariaꝫ habentibus dęmonium. **¶ Abraham pater veſter.** Reſpondet ad id quod dixerant/nunqd tu maior es patre noſtro abraham. **exultauit vt videret.** Deſiderium abrahę ad videndũ/deſcribitur ab exultatione tum valde deſiderium eſt. **diem meum.** hoc eſt claritatem diuinitatis męæ. **Et vidit & gauiſus eſt.** Nõ fuit: nec oportet teſtimonium ex geneſi quærere.

Dixerunt ergo iudęi ad eum. Quinquaginta annos nõdum habes. Vt in tuto verba proferentꝫ dicunt qnquaginta annos: quũ ieſus duos ſupra triginta annos hęret. **¶ abrahã vidiſti?** Hinc apparet ꝙ ieſus dicendo ꝙ abraham vidit diem meũ/non de die futuro reſpectu tẽporis abrahæ ſed præſenti loquebatur. Ita ꝙ verba q̃bus vſus eſt ieſus/ſignificabant ꝑſentiã ſuam abrahæ: aliogn non intellexiſſent iudęi ꝙ abrahã vidiſſet. nec ieſus cõſequẽter rñdiſſet de diuinitate ſua vt rñdit/dicens. **Dixit eis ieſus. amẽ amẽ dico vobis, antequã abrahã fieret/ego ſum.** Nõ dicit ego fui/vt deum ſe eſſe ꝓfiteatur: qui ita eſt ꝙ non nouit præteritũ aut futurũ. Et hinc clare apparet ꝙ de die æternitatis ſuæ dixit/vidit diem meũ. Ad manifeſtandũ ſiquidem illam veritatẽ/dicit antequã abraham fieret ego ſum. ex eo. n. ꝙ deitatem ſuam manifeſte affert/ſignificat ꝙ de die deitatis ſuę locutus eſt. **¶ Tulerunt ergo lapides vt iacerẽt in eum.** Tanq̃ non ferentes blaſphemiã/cucurrerunt ad lapides: vt pœna legis ſtatuta contra blaſphemos/eum occiderent. Vbi apparet manifeſtus furor, ſine proceſſu/ſine autoritate iudicis/ſine ſententia procedere ad lapidationẽ: non habita etiã ratione loci/templi ſcilicet. **Jeſus autem abſcondit ſe. pro. abſconditus eſt.** Non ſub aliquo latibulo ſed ſua poteſtate. Redditus eſt enim inuiſibilis ab eis. & propterea dicit abſconditus. **& exiuit de templo.** Deſunt hic ſeptẽ dictiones. **tranſiens per mediũ illoꝝ & pręteriit ſic.** Quattuor ſiquidẽ narrantur de ieſu. Primũ ꝙ abſconditus eſt/inuiſibilitate. Secũdum ꝙ exiuit de templo. Et hinc explicatur locus in quo ſupradicta docuerat. Tertium via qua exiuit/dicendo tranſiens per medium illoꝝ. ne intelligeremus per diuerticula exiſſe de tẽplo. Quartum modus quo ambulauit. ſ. ꝙ ſic abſconditus inuiſibilitate ꝑtranſiuit in medio, dicendo & pręteriit ſic. ſ. inuiſibiliter. Et in hoc ieſus id quod verbis dixerat (.ſ. ſe eſſe deum) facto cõprobauit. deitatis nãq; opus erat/inuiſibilem ſe reddere coram ipſis ſtatim. ℣ Quãto autem ſpatio inuiſibilis ierit extra tẽplum/non eſt aliter ſcriptum. inſinuatur tamẽ tanto ſpatio ſic iuiſſe quanto opus fuit ad euitãdum illum furorem. tantum enim ſpatium inſinuat euangeliſta/dicendo & pręteriit ſic. Quod tamen non negamus potuiſſe eſſe ſolum ſpatium infra ſepta templi: quoniam euangeliſta nihil de hoc manifeſtat.

CAPVT .IX.

ET pręteriens ieſus. Non eſt certum an iſtud tranſire fuerit ſtatim poſt hiſtoriam narratã. Ex eo enim ꝙ deſcribuntur diſcipuli ieſu cum eo/apparet ꝙ non fuerit tunc. Nam ſolus abſconditus exiuit de templo, & pręteriit in medio illorũ. **vidit hominẽ cęcum a natiuitate.** Niſi fixiſſet intuitũ erga illum, non attuliſſet euangeliſta vt occaſionẽ quęſtionis ſubiunctę a diſcipulis ꝙ ieſus vidit illum cęcum. **& interrogauerunt eum diſcipuli eius/dicentes. Rabbi, quis**

peccauit, hic aut. pro. an parentes eius vt cęcus naſceretur? Supponunt diſcipuli ex peccato prouenire mala pœnæ. Et quia in hoc eos erraſſe manifeſtat ieſus/non eſt mirum ꝙ ſomniauerint alterã quęſtionis partem. ſ. peccatũ illius. vere enim aſſimilatur ſomnio: quũ fuerit natus cęcus/nec potuerit peccare anteq̃ naſceretur. ℣ **Reſpondit ieſus. Neq; hic peccauit neq; parentes eius.** Subintellige vt cęcus naſceretur. Non negat eum aut parentes peccaſſe: ſed negat peccatũ eorum fuiſſe cauſam cęcitatis. **ſed vt manifeſtentur opera dei in illo.** Diſcimus hinc mala pœnæ a deo infligi quandoq; ad manifeſtandum gloriã ipſius dei. Nec in hoc iniuriam facit deus alicui: vtpote qui nulli debet & qui propter maius bonum diſponit res ſuas ſic. ℣ Significanter aũt dicit opera dei/& non dicit opus dei: vt intelligamus non ſolum opus miraculoſæ ſanitatis manifeſtandũ in illo, ſed ꝙ opera ieſu ſint a deo manifeſtandũ in illo. ad hoc enim directe ordinata eſt miraculoſa hæc curatio. **¶ Me oportet operari.** Diuerſis occurrentibus occaſionibus/multiplicat ieſus documenta. Vnde & nunc occaſione oblata cęci qui non petebat curari/docet qua ratione & quãto tẽpore operaturus eſt. Dicendo enim oportet/manifeſtat ꝙ etiã non rogatus facturus eſt opera, ad hoc vt adimpleat quod ſibi iniunctũ eſt a patre. Huiuſmodi enim neceſſitatẽ clare ſignificat/dicendo me oportet operari opera eius qui miſit me. De ſeipſo ſiquidem miſſo loquitur. conſtat autẽ ipſum oportere adimplere iuſſa a mittente. **opera eius.** Significãter dicit operari opera eius: vt induiſum ſignificetur operari filii & patris. imo vt vnum & idem operari intelligamus eſſe filii hominis/filii dei/& patris. **qui miſit me.** Nõ ſolum ad ſignificandũ rationem neceſſitatis ſed ad explicandũ quæ ſunt opera quæ oportet illum operari/dicit qui miſit me. Significat. n. per hoc ꝙ ſunt opera ad quæ facienda miſſus eſt in primo ſuo aduentu. ita ꝙ omnia opera ſpectãtia ad primum aduentum/cõprehenduntur. **Donec dies eſt.** Ecce quãto tempore oportet ipſum facere ea ad quæ miſſus eſt. Et appellat totum tẽpus ab initio primi aduentus vſq; ad tẽpus ſecũdi aduentus diem/ad ſimilitudinẽ diei ſenſibilis. Conſueuimus enim noſtra opera exercere donec dies eſt: iuxta illud. ortus eſt ſol, exibit homo ad opus ſuum & ad operationẽ ſuam vſq; ad veſperã. Ratione itaq; tẽporis idonei ad operandũ appellatur totum tẽpus vſq; ad iudicium dies: eo ꝙ vſq; ad tempus illud/libertum eſt operari meritorie vel demeritorie. Et vſq; ad tẽpus illud extenduntur opera ieſu ſpectantia ad primum eius aduentum. continua enim gubernatio eccleſiæ/ad primũ eius ſpectat aduentũ. Vnde & ipſe dixit. ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationẽ ſęculi. **Venit nox quãdo nemo põt operari.** Hinc clare apparet ꝙ de die cui ſuccedit nox/locutus eſt. & ꝙ noctem appellat tẽpus in quo non põt aliquis operari/proculdubio meritorie. Vnde non dicit venit nox in qua ego non poſſum operari/ſed dicit in qua nemo poteſt operari: ſignificans aperte ꝙ de die & nocte aliorũ loquitur: hoc eſt de tẽpore quo alii poſſunt operari meritorie vel demeritorie & de tẽpore quo neutrum poterunt. Quod erit tempus ſecundi aduentus. tunc enim erit cõpleta dies merendi vel demerendi, & veniet nox: hoc eſt tẽpus non amplius merendi aut demerendi. **Quãdiu ſum in mundo/lux ſum mundi.** Ne intelligeres diem & noctẽ ſuccedere ſibi ieſu/nene intelligeres noctem ꝓpter abſentiam ipſius ieſu, declarat præſentiã ſuam in mũdo eſſe ſicut præſentiã lucis ſolaris. quæ ſemper eſt clara/nullãq; habet in ſe viciſſitudinẽ diei & noctis, ſed ſemper eſt lux mundi: dimiſio autẽ diei & noctis/eſt partibus terræ. Acſi apertius dixiſſet. non dixi diem & noctem niſi veſtrũ diem & veſtram noctem. nam vobis eſt dies & vobis nox/nõ mihi: quia ego q̃diu ſum in mundo/ſiue in primo ſiue in ſecũdo aduentu, ſemper ſum lux mundi/ſemper luceo luce intelligibili. Vnde non definitur certum tẽpus dicendo q̃diu, tanq̃ futurũ ſit tempus quo non ſit in mundo: ſed ſignificatur coęuitas lucendi mundo ad eius eſſe in mundo. & quia eſſe in mundo erit ęternum/ipſe quoq; erit lux mundi in æternũ. In cuius ſignum non dicit q̃diu ero/nec dicit lux ero: ſed vtitur ꝑſenti tempore (quod eſt ꝓprium deitatis & æternitatis) dicendo vtrobiq; ſum. ℣ **Hęc quum dixiſſet, expuit in terram: & fecit lutum ex ſputo.** Non accepit puluerẽ ex terra/& in vola manus fecit lutũ: ſed expuit in terram & ibi fecit lutum. **& linuit lutum.** Non ſolum poſuit lutum, ſed vngendo/illud ſuper oculos extendit. **ſup oculos eius.** pro. cęci. **& dixit ei. Vade/laua in natatoria ſiloe.** qđ interpretat miſſus. Quia dictione hebraica vtebatur ſcribens grece (q̃uis eſſet nomen ꝓprium) apponit interpretationẽ: ad ſignificandum myſterium virtutis illuminatiuæ in illo lauacro eſſe non ex natura ſed ex ſignificato: hoc eſt ex miſſo: hoc eſt verbũ caro factum eſt. **Abiit ergo/& lauit: & venit.** ex lauacro illo. **videns.** Itaq; vicini & qui viderant eũ prius qz mẽdicus. pro. ꝙ cęcus/erat, dicebant. **nõne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alii dicebant ꝙ hic eſt. alii autẽ/nequaq̃ ſed ſimilis.** Superfluũt duæ dictiones: nequaq̃ ſed. Legendum eſt. alii autẽ ſimilis eius. pro. ei/eſt. **Ille vero.** Superfluit vero. dicebat qz pro. ꝙ ego ſum. **Dicebant ergo ei qũo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit ille.** Deſunt duæ dictiones. & dixit. **Homo qui dicit ieſus lutum fecit & vnxit oculos meos.** Si quæris qũo cognouit cęcus ꝙ ieſus lutum fecerit/quũ hoc non viderit? Reſpondet ꝙ ſpuere illum in terrã/ſenſu auditus percepit: facere autẽ lutum/relatione ipſius aut aſſiſtentium diſcipulorũ cognouit. Non enim res geſta eſt concurrentibus ſolis nudis verbis quæ recitat euangeliſta: vt cõuincitur ex eo q; non recitatur promiſſio recipiendi viſum. Non enim recitatur dictum/vade laua in natatorio ſiloe & recipies viſum. quod tamen conſtat fuiſſe ei dictum. Quemadmodum ergo hoc non eſt recitatum, ita non ſunt recitata verba quæ

interuenerunt inter cęcum & iesum seu discipulos. oportet enim subintelligere ꝙ aut cęcus dixerit qd vultis mihi facere? aut ꝙ ei sine interrogatione dictum fuerit. bono animo esto, permitte luto quod fecit seu fecit iesus vngi oculos tuos. A ratione siquidē humana alienum est ꝙ tes sic nude gesta sit, cum solis verbis euangelistæ. ⁊ dixit mihi. Vade ad natatoriā siloe ⁊ laua. Et abii ⁊ laui, ⁊ video. pro. vt autem abii ⁊ laui, visum recepi. Et dixerunt. pro. dixerunt igit̄ ei. vbi est ille? Ait. nescio. Adducūt ad phariseos eum qui. Deest. dudum, cęcus fuerat. Erat aūt sabbatum quādo lutum fecit iesus ⁊ aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabant eum ⁊ pharisęi quō vidisset. Ille aūt dixit eis. lutum posuit mihi super oculos: ⁊ laui ⁊ video. Dicebant ergo ex phariseis quidā. non est hic homo a deo, qui sabbatū non custodit. Alii autē dicebant. quō potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo. Superfluit ergo. cęco itez. tu quid dicis de illo qui pro. q2. aperuit oculos tuos? Interrogant pharisæi illum qui fuerat cęcus. quid dicis de iesu, propter hoc ꝙ aperuit tibi oculos? Ille aūt dixit q2. pro. ꝙ, ꝓpheta est. Non crediderūt ergo iudei de illo ꝙ cęcus fuisset ⁊ vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderant. ⁊ interrogauerunt eos, dicentes. Hic est filius vester quē vos dicitis ꝙ cęcus natus est? quō ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius: ⁊ dixerunt. Scimus ꝙ hic est filius noster, ⁊ ꝙ cęcus natus est. quō autē nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate: ętatem habet. Transpositę sunt particulæ. Legendum est. Ipse ętatem habet, ipsum interrogate: ipse de se loquatur. pro. loquetur. Hęc dixerūt parentes eius quoniā timebant iudeos. Iam enim cōspirauerant iudei, vt siquis eum cōfiteretur esse christū, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt q2. pro. ꝙ ętatem habet, ipsum interrogate.

Vocauerunt ergo rursum hominē qui fuerat cęcus: ⁊ dixerunt ei. Da gloriaz deo. nos scimus q2. pro. ꝙ hic homo peccator est. Non valentes pharisæi inficiari factum, procurant vt illuminatus nō adhęreat iesu, nec publicet miraculum in laudē iesu. & hoc sub specie diuinæ gloriæ. Intendunt enim dicere ꝙ gloria miraculoꝝ danda est deo, nō homini peccatori. ꝙ det gloriam deo, affirmando cum eis veritatē. ſ. ꝙ iesus est peccator, & ꝙ deus illuminauit eum. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio. vnū scio q2. pro. ꝙ cęcus quū essem, mō video. Dixerunt ergo ei. Deest. rursus. Iterꝝ interrogant, si iam: ⁊ deest. non, audistis. Intendit qui fuerat cęcus arguere eos ꝙ non audierant interno auditu, ꝙ erant surdi corde. Ita ꝙ de auditu interno loquitur. Quum autē subdit. quid iterum vultis audire? de auditione exteriori loquitur. Nunquid ⁊ vos vultis discipuli eius fieri? Insinuat se iam discipulum iesu esse. Maledixerunt. pro. cōuitiati sunt. Non enim imprecatio significatur, sed cōuitium. ergo ei: ⁊ dixerunt. Tu discipulus illius sis. pro. es. Intellexerant pharisæi istum se profiteri discipulū iesu. & hoc ipsum in cōuitium illi dicunt. sicut cōuitiando dicimus, tu es indisciplinabilis? & similia. Erāt enim isti de numero illoꝝ de quibus scriptum est, vę qui dicitis bonum malum. esse nāq; discipulū christi in contumeliam vertunt. nos autē moysi discipuli sumus. Tanq̄ conuitii rationē reddentes, iesum cōtrarium moysi ponunt: occasione illa quia sabbatū non custodit, institutum a moyse. Nos scimus ꝙ moysi locutus est deus: hunc autē nescimus vnde sit. quātum ad doctrinam. Fatebantur enim se nescire vnde sit doctrina iesu, scientes doctrinā moysi esse a deo: sed nolebant scire. Respondit ille hō: ⁊ dixit eis. In hoc n. mirabile est q2. pro. ꝙ, vos nescitis vnde sit: ⁊ aperuit meos oculos. Eorum ignorantiam iunctam miraculo illuminationis suæ, vertit iste homo in cumulū miraculi. Et intēdit ꝙ si vos sciretis vnde sit (puta a deo) minus miraremini de opibus eius: sicut minus mirabant̄ de miraculis christi illi qui pro certo tenebant ipsum esse filium dei. sed vestrū nescire accumulat admirationē: vt pote latentiorē contestans causam euidentis facti quo aperuit oculos meos. Scimus autē q2. pro. ꝙ peccatores deus nō audit. Secūdum cōem regulam cōiter a fidelibus creditam, loquit̄ iste homo. Regulare siquidē est peccatores non exaudiri a deo: hoc est pseuerantes in ao peccandi. Tales nāq; soli dīr peccatores cōiter. qui. n. non pseuerant, vocant̄ pœnitentes. ℣ Nec obstat si pseuerantes in peccatis, qñq; exaudiant: qñ hoc est prætereregulare & ratum. sed siqs dei cultor est ⁊ voluntatē eius facit, hunc exaudit. pro. audit. Et est sermo de audire cū effectu: qđ dicimus exaudire. Et dixit hæc, ad redarguendū aliud dictum pharisæoꝝ. ſ. nos scimus ꝙ hic homo est peccator. ex hoc enim ꝙ iesus exaudiebat a deo, arguit ꝙ non erat peccator. A seculo non est auditū q2. pro. ꝙ, quis aperuit oculos cęci nati. Procedit ad vlteriora ex nouitate facti: ex hoc ꝙ nunq̄ alias legitur factum a quocunq; ꝓpheta simile miraculum. Nisi esset hic a deo. Non suffecit isti homini concludisse negatiuā (. ſ. ꝙ iesus non erat peccator) & cōmunem conditionē iustorum. ſ. ꝙ cultor dei est & voluntatē eius facit: sed ex nouitate miraculi infert ipsum esse a deo. ad confutandū tertium pharisæorū dictum, hunc autē nescimus vnde sit: apertius dicens ꝙ ex ipso facto apparet hunc iesum esse a deo, & quo ad miracula & quo ad doctrinā. non poterat pro. non posset, facere quicq̄. Verum dicit iste olim cęcus ſm doctrinā legis, in qua eruditus erat. Homines nāq; esse a deo, cognoscebant ex miraculis. sic enim cognoscebant moysen, eliam, sic eliseum. Nōdum intellexerat cęcus iste nouam christi doctrinā: qua docuit ꝙ etiam gratia miraculorū conceditur

peccatoribus. & propterea dixit, nisi esset hic a deo nō posset facere quicq̄. Et nihilominus regulariter loquendo, gratia miraculoꝝ non nisi iustis cōceditur. ℣ Et hæc intellige exponēdo verba istius cęci dicta ab eo. Quod ideo dixerim: quia cōferendo primam responsionē quā dederat pharisæis dicentibus nos scimus ꝙ hic homo peccator est, cum iis quæ modo dixit, apparet supuenisse intus diuinū lumen quo protulit hæc verba de iesu. Nam prima responsione dixerat, si peccator est nescio. modo vero probat ꝙ non est peccator, sed dei cultor & faciens eius voluntatē: & (quod plus est) probat ꝙ est a deo, ex nouitate tanti miraculi. Vnde exponendo tanq̄ ex interno lumine procedentia, dicta de hoc singulari, verissima sunt ꝙ nisi esset hic a deo missus non posset facere quicq̄ mirabilium operū quę facit. ℣ Respondērūt: ⁊ dixerunt ei. In peccatis. Deest. tu. Contęptiue appositum videtur ꝓnomen. natus es totus. Cęcitatem pœnam peccati interpretantes, dicunt eum natū totum in peccatis. Et referr̄ totum ad animam & corpus. Omnes nāq; ſm animā nasci in peccato, didicerant a dauide. ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum &c̄. Sed quia iste etiā in corpore cum pœna peccati natus fuerat, ideo dicunt in peccatis tu natus es totus: hoc est ſm vtranq; partem, animā & corpus. ⁊ tu doces nos? Repetunt ꝓnomen contēptiue: & indignū dicunt vt doceat. Præsumptionis eum arguunt: tanq̄ imersum peccatis, præsumentē officium iusti. docere siquidē diuina, officium est iustoꝝ. ℣ Significanter ꝙ adiungunt nos. acsi aperte dicerent. Si doceres infimos aut pares, tolerabile forte esset: sed ꝙ tu doceas nos (pharisæos ꝓfitentes religionem & iustitiam) intolerabile est. Et eiecerunt eum foras. hoc est extra synagogā decreuerūt eum esse: hoc est excōmunicauerunt eum. Quod enim modo est excōmunicare, hoc tunc erat ab eorum congregatione separare: quod est extra synagogam facere. Qui autem essent actus a quibus priuabātur seu separabantur isti, non est scriptum.

Audiuit iesus q2. pro. ꝙ eiecerunt eum foras. ⁊ quum inuenisset eum. Non dicit reperisse, tanq̄ fortuito obuium: ad significandū ꝙ ex intentione inuenit eum. Quod ideo dixit euangelista: vt instrueret pastores ecclesiæ, vt essent studiosi erga repulsos ab aliis ꝓpter nomen iesu. dixit ei. Tu credis in filium dei? Non interrogat tu credis in me, sed in filium dei, latentē in homine. fidem enim diuinitatis suæ exigit. Respondit ille: ⁊ dixit. Quis est dñe. supple filius dei. vt credam in eum? Quānis cęcus iste agnosceret iesum esse illum qui se illuminauerat, non tamē didicerat ꝙ ipse esset filius dei. & ꝓterea credens iesu, ab ipso perit quis est filius dei: exhibens se paratum ad credendū. Et dixit ei iesus. Et vidisti eū. ſ. filium dei, in corpore. ⁊ qui loquitur tecum, ipse est. Pronomen eum & relatiuū qui, significant hypostasim filii dei esse hypostasim illam quæ videbatur, quæ loquebatur: ad confutationē hęreticoꝝ distinguentium plures hypostases in christo. At ille ait. credo dñe. Et procidens adorauit eum. Superfluit procidens. Verbis dixit credo dñe: & facto adorationis cōfessam fidē executus est ope religionis.

Et dixit ei iesus. Supfluit ei. Non dicit euāgelista subiuncta verba dicta illi qui fuerat cęcus: sed absolute dicta a iesu in cōi. In iudicium ego in hunc mūdum veni. Non est cōtraria hæc sentētia illi superius dictæ ca. 3. non misit deus filium suum in mūdum vt iudicet mūdum: quoniā ibi de officio suo loquitur, hic autē de effectu qui cōsurgit ex officio eius. Vnde ibi negauit se iudicare, quod sonat officium: hic vero non affirmat se venisse ad iudicandū, sed venisse in iudicium, tanq̄ cōsurgens ex suo officio. Subiuncta. n. verba hunc sensum manifestāt. vt qui nō vident videant, ⁊ qui vident cęci fiant. Ex officio prædicandi, docendi, miracula faciendi, & demum redimendi mūdum per crucem, cōsecutū est hoc iudicium tum discretiuū tum punitiuum: vt qui non vident, tam gentiles qui mō non vident q̄ iudæi qui non arrogant sibi videre, videant (& est semper sermo de visione salutis fidei) & per oppositum qui vident, hoc est qui arrogant sibi videre, cęci fiant. ℣ Nec dicit nō videant (quod importat priuationē actus videndi) sed dicit cęci fiant, quod importat priuationē posse videre: qm̄ arrogantes sibi ꝙ sine iesu videant ea quæ sunt suæ salutis, incurrūt iusto dei iudicio talem mentis dispositionē vt nec possint videre salutem fidei. Quānis diuina gratia non sit alligata huiusmodi pœnis, sed multos horū conuertat ad se: vt patet de paulo apostolo, & multis iudæis indutatis postea vere cōuersis. Hæc discretio, hęc pœna, subsecuta ex aduentu christi manifeste apparet.

Et audierunt quidā ex phariseis. Deest. hęc qui cū ipso erant. Inter multos auditores describūtur etiā quidam ex pharisæis: qui non discendi sed notandi ac accusandi gratia cū ipso erant. ⁊ dixerūt ei. Nunqd ⁊ nos cęci sumus? Scientes se non credere in iesum, & audientes appellari cęcos incredulos iesu, petunt explicari in spē de se, nunqd & nos cęci sumus? Dixit eis iesus. Si cęci essetis. Nō intergauerant isti pharisæi nunqd & nos cęci simus, vt debebant interrogare, interrogando cōsequenter ad verba dicta a iesu. dixerat. n. & qui vident cęci fiant: & nō dixerat cęci sunt. Sed interrogauerant nunqd & nos cęci sumus. quod lōge distat a verbis iesu. Nam iesus locutus fuerat de fieri cęcum cęcitate quæ est pœna peccati: vt qui arrogant sibi videre, puniantur cęcitate. isti autē interrogant non de pœna incurrenda: sed quid sentit & dicit de ꝑsenti ipsoꝝ dispositione in mente, quo ad hoc quod est videre vel cęcum esse. Et ꝓpterea iesus directe & proprie nūder interrogationi eorū, non de cęcitate quæ est pœna peccati sed de dispositione mentis eorū absolute, dicendo si cęci essetis: hoc est si priuati essetis notitia scripturarum, notitia doctrinæ meæ, notitia miraculoꝝ meoꝝ. non haberetis peccatū infidelitatis in

me.essetis enim excusati ab hoc peccato. Hinc siquidem clare patet q̄ nō de cęcitate illa quæ est pœna peccati (de qua dixerat/cęci fiant) loquitur nunc.illa enim non excusat a peccato infidelitatis. ¶Nunc vero dicitis q2.pro.q̄/videmus. Non dicit/nūc vero videtis (quod est cōtrarium cęcitati) sed dicit/nunc vero dicitis q̄ videmus: hoc est nunc vero arrogatis vobis videre. Et per hoc explanat quod supe rius dixerat/& qui vident cęci fiant. Hic siquidē explicatur q̄ appellantur qui vident, qui dicūt q̄ vide/ mus/arrogantes sibi videre. quod cōmune est omnibus superbis & sapientibus huius mundi/& iudæis incredulis christo: vt patet. peccatum vestrum. Deest ergo. Legendum est. ¶Peccatum ergo vestrum manet. Arrogantia videndi mysteria diuina/videndi ea quæ sunt propriæ salutis, optime infert pecca/ tum vestrum manere. Duo infert. tum peccatum vestrum: scilicet infidelitatis in me. tum perseuerātiam infidelitatis vestræ/significatam dicendo manet.

CAPVT .X.

AMen amen dico vobis. Minus perspicacitet qui distinxit textum euangelii per capita/in/ choauit hic caput decimū. Debuerat siquidē inchoare vbi dictum est. & dixit iesus in iudi/ cium ego in hunc mūdum veni. Inde enim ex priuato cum olim ęco sermone trāsiit euan/ gelista ad narrandum sermonē publicum. Vbi & descripsit inter auditores etiā pharisæos: ad quorum interrogationē quum declarasset iesus qui sunt videntes incursuri cęcitatē, modo declarat amen dico vobis. qui non intrat per ostium. Parabolam proponit differentiæ inter furem & pastorē/ penes non intrare per ostiū vel intrare per ostium: subiungendo cōditiones pastoris & ouium. in ouile pro. in stabulū. Plus enim significatur q̄ ouile. significatur nāq; locus septus intra quē seruantur oues. ouium. non camelorū/non boum/non asinarū/non equarū/non caprarū. Minimis infimisq; ac vtilio/ ribus & mermibus quadrupedibus gregalibus indigentibus pastoris cura/assimilat electos suos iesus. reliqua enim maiora/ capræ aūt & minus vtiles & armatæ sunt cornibus. sed ascendit aliunde. Duas dere aliunde. Vt duabus his conditionibus cōcurrentibus describatur ex modo ingrediendi fur. ¶Et si/ gnificanter dicit ascendit/& non dicit intrat: ad significandū q̄ non qualitercūq; intrat fur sed ascēden do: hoc est altiorē gradum vsurpando. Doctores enim capita sectarū & pseudoprophetę describunt. ille fur est & latro. Et appellatur fur simul & latro: quia & occulte & violente accepturus est nō suum. Fures enim sunt/occultando doctrinā suam sub specie veritatis: latrones autē adiiciendo tot media vt tanq̄ vim inferant mentibus hominū quos seducunt. Vel qui prius sunt fures, postea emergunt latrones/eo gendo manere in falsa doctrina. Qui autē intrat per ostium, pastor est ouium. Ecce differentia inter furem ouium & pastorē eorum/penes viam intrandi. pastor enim intrat per ostium: fur autem ascendit aliunde. ¶Huic ostiarius aperit. Ratio differentiæ est: quia ostiarius aperit pastori ouium/non aūt furi. ¶Vniuersa hæc parabola inferius exponit ab ipso iesu: exceptra hac clausula, & ea quā iā exposuimus/ sed ascendit aliunde. Et propterea scito ostiarium intelligi spiritū sanctum: qui aperit vero pastori ingres/ sum ad oues/& nō aperit furi ingressum ad oues. Nullus enim illustratione spiritus sancti seducitur ab huiusmodi doctoribus: & soli illustrati a spiritu sancto/suscipiunt verum pastorē. & oues vocem eius audiunt. Sex conditiones veri pastoris describit. Tres cōsistentes in actionibus ouium. s. audire/sequi & scire. & tres consistentes in actionibus pastoris. s. vocare/educere/& præcedere. Sed in textu non hoc ordi ne nominant, sed intersecantur: inchoando ab actione ouium quę est audire. Et est sermo non de audi/ tione exteriori (quoniā tali auditione oues audiunt etiā fures) sed de auditu velut spontaneo. lęto enim animo audiunt vocē pastoris. Et proprias oues vocat nominatim. Hęc est conditio prima ex parte pastoris. in qua simul describitur vocare nominatim/& eius ratio. s. quia oues sunt eius propriæ. & educit eas. Secunda pastoris cōditio/eductio est ouium ex stabulo ad pascua. Et quum proprias oues emi/ serit/ante eas vadit. Antedictæ cōditiones quadrant pastoribus ouium corporaliter. hæc autem tertia minus quadrare videtur: quoniā pastores corporei soliti sunt sequi greges: iuxta illud. & sustulit eum de gregibus ouium/de post fetantes accepit eum. Posset tamē intelligi q̄ custodes sequuntur gregem: pa/ stor autē eius sunt propriæ oues præcedit. Et hunc puto esse sensum parabolæ. & oues illum sequunt. Adiungitur secūda conditio consistens in actu ouium sequendo pastorē. q2 sciunt vocem eius. Tertia conditio cōsistens in actu ouium (. s. cognoscere vocem pastoris) describitur vt ratio secūdæ. Et est etiā ratio primæ: ideo enim & audiunt & sequuntur/quia cognoscunt vocē pastoris. Vnde apparet q̄ non quēcunq; gressum ouium sed illum qui fit ad vocē pastoris/parabola hæc tractat. & propterea describit pastorem præcedere. Si enim pastor sequeretur gregem, quantūcunq; grex gradereturnon tamē grade/ tetur tali ratione. s. versus vocem pastoris. Alienum aūt non sequuntur. pro. sequentur. Quem prius dixerat furem & latronē/eundem modo appellat alienum. Qui enim fur est/ascendendo aliunde q̄ per ostium, idem alienus est ouibus/quū vocat oues vt sequantur se. & propterea oues non ibunt post eū. sed fugiunt. pro. fugient/ab eo. Et hoc quoq; verum cernitur. q2 non nouerunt vocem alienor. Propria ratio sequelæ est notitia vocis. & propterea propria ratio non sequelæ/est non notitia vocis. ¶Hoc puer/

bium dixit

(quos sciebat inuidia moueri) liberaret iesus fauore populi. & propterea cōmemorat cōsuetudinem. Cla mauerunt rursus. pro. igit/oēs. vt nullus esset q̄ pro iesu loqueret. dicentes. nō hunc sed barabbā. Erat aūt barabbas latro. ¶Attende q̄ ioānes summarie narrat hanc propositionē: vtpote ab aliis euā gelistis plene narratā. Dicentibus q̄ pilatus proposuit optionē iesu & barabbæ. & q̄ illis optantibus ba rabbam, adhuc pilatus tanq̄ volens vtrūq; dare populo si vtrūq; petisset/instituit qd igit faciam de iesu? & q̄ populus tanto furore agitabat vt non rūderit fac quicqd vis aut fac iustitiam/nō est nostrum nisi petere liberationem vnius, sed tractando iesum peius oibus clamauerunt crucifige eum: quū tamen de reliquis crucifigendis se non impedirent. Hæc enim hic tacet ioānes.

CAPVT .XIX.

IAnc ergo. Insinuat p ergo euangelista explicatā a luca cām subsecutę flagellationis. s. cor reptū illū dimittā/seu corripiā & dimittā illū. Cernēs. n. pilatus q̄ nō ex voto succedit data optio turbæ/cogitauit alia via liberare iesum. s. flagellando & illudendo. vt sic saciato furo re turbæ liberaret iesum a morte. apprehēdit. per ministros. pilatus iesum, & flagellauit. silr per ministros: vt flagris cęsus/nō arrogaret sibi decetero quonis mō regium nomē. Et milites plectentes coronā de spinis/imposuerūt capiti eius. Ordo historię iste videt ad lām quē ioānes seruat: narrādo. s. q̄ prius iesus fuit flagellatus/& deinde illusus corona spinea. Ita q̄ primo exuerūt iesum vesti/ mentis suis & flagellauerūt. & deinde anteq̄ induerent iterum propria vestimēta/circūdatus est purpura: ad illusionem regii tituli ante quinq; dies acclamati. & veste purpurea circūdederūt eum. quoniā non tam induerunt q̄ circūposuerūt. Et veniebant ad eum. Omnes hæ quattuor dictiones supfluunt. & di cebant/aue rex iudęorū & dabant ei alapas. Omittit ioānes hic arundinē pro sceptro & percussiones cum arundine: sciens explicata hæc ab aliis.

Exiuit itęr. quarta vice. pilatus foras: & dicit eis. Ecce adduco vobis eū foras vt cognoscatis q̄ nullā inuenio in eo cām. hoc est ecce monstro eū vobis punitū flagellis & illusionibus dehonestatū/vt hinc cognoscatis q̄ nullā in eo inuenio mortis cām. sicut. n. flagellati & dehonestaui/ita quoq; dānas/ sem ad mortē si cā mortis supesset. Exiuit ergo iesus. Deest. foras/portans spineā coronā & purpu/ reū vestimentū. Et dicit eis. ecce hō. hoc est videte publice dehonestatū ac cōfusum hoiem quē detu/ listis. Et dixit ac fecit hoc pilatus, vt monstratus iesus cū tanta cōfusione/existimaret nunq̄ amplius cō uersaturus inter hoies: ac per hoc cessarent ab imperitione mortis. Quū ergo vidissent eum pōtifices & ministri. Non dicit euāgelista quū vidisset eū turba/sed quū vidissent eū pontifices & ministri: ad si/ gnificandū capita furoris fuisse pontifices cū suis ministris. clamabant/dicētes. crucifige crucifige eū. Vere monstrant q̄ nō ex ira sed ex odio (put iesus dixerat) psequebant eū. odiū. n. insaciabile est. Et pro/ pterea viso iesu flagellato & dehonestato/non mitigat eorū animus: sed ad turpiora & crudeliora tendit/ clamādo crucifige. turpissimū. n. supplicii genus erat crux/& crudele. Nec sufficit eis dicere/sed clamāt & repetunt. ¶Dicit eis pilatus. Accipite eum vos & crucifigite. Non sunt hæc verba cōcedentis pontifi/ cibus vt accipiant iesum & crucifigant (hoc. n. libēter acceptassent) sed sunt verba horrētis crimē: iuxta consuetū loquēdi modū quū horremus facinus aliquod patrare. dicimus nāq; suadentibus/facite vos il lud ego nolo facere. Dicimus. n. hæc nō indulgendo sed horrēdo crimē. & propterea rōnē horrendi subiun git. ego. n. nō inuenio in eo cām. crucifixionis. ¶Rūderunt ei iudęi. Nos legē habemus, & sm legē. Deest. nostrā/ex mori. Audito scrupulo cōscientiæ pilati/pontifices dicūt q̄ nō est timendū crimen ali quod in occisione iesu qa sm legē debet occidi. q2 filiū dei se fecit. Hactenus studiū pontificū fuerat in/ ducere pilatū ad occidendū iesum ex crimine lęsę maiestatis (qa. s. se regē fecerat) sed vbi vident apud pi latum hanc cām non pualuisse ad iudicium mortis (sed ad flagella & illusiones) & propterea pilatū horrere dānare ad mortē eum qui non mereret mortē, citant aliud crimen de vsurpata diuinitate/eum autorita te legis imponentis pœnam mortis vsurpantibus sibi diuinitatem.

Quū ergo audisset pilatus hunc sermonē, magis timuit. Hinc apparet q̄ pilatus timebat liberare iesum etiam quū diceret nullā cām inuenio in eo: & audita iustitia legis/auctus est timor. Et ingressus est prętorium iterum: & dicit ad iesum. vñ es tu? ¶Iesus autē rūsum nō dedit ei. Et in promptu est rōqa iam disessum fuerat & cognitū a pilato q̄ erat galilęus/q̄ erat nasarenus sub herodis iurisditione. ¶Di cit ergo ei pilatus. ¶Mihi nō loqueris? nescis q2. pro. q̄/ptātem habeo crucifigere te, & ptātem ha beo dimittere te? ¶Rūdit iesus. Non hęres ptātem aduersum me vllā nisi tibi datus esset desup. Sensus talis est q̄ nullā habes ptātem aduersum me ex meo demerito/sed trū quia pīes es. Et in hoc ex/ plicauit suā innocentiā non solū respectu pœnæ mortis sed ēt respectu cuiuscūq; minimæ pœnę: dicen do nō haberes aduersus me vllā ptātem. ¶Et describit ptātem iferēdi malū per esse datū desup. tum qa pi lati ptās a romana pēdebat prāre. tum qa a deo pēdebat. ¶Et dixit hæc iesus ad excludendā iustitiā alle gatā ex lege diuina a iudæis cōtra ipsum, qa filiū dei se fecit. exigebat siqdē hæc iustificatio accusationis vt iesus manifestaret propriā innocentiā/& peccatū illor qui tradiderant ipsum pilato. ¶Propterea qui me tradidit tibi, maius pctm hz. Ex hoc q̄ nullū meū demeritū subiicit me pœnæ quā potes inferre, cansat & q̄ tu pecces & q̄ magis peccet q tradidit me tibi: tanq̄ principalior punitor innocentis. Dicēdo

enim maius peccatū/implicite quoq; dicit pilatū peccatū habere. Simulq; declarat falsam esse stoicorū doctrinā/censentiū oīa peccata esse paria. ℣ Et exinde.pro.ex eo.vel audito verbo vel tpe.querebat pilatus dimittere eū. Clare hinc apparet q̄ pilatus intellexit verba iesu in sensu expositos:q̄.s.innocens esset. ℣ Sed nō caret cōne quo pacto verificat q̄ ex eo quærebat pilatus dimittere eū:quū antea hoc idē quæsisset. Solutio est q̄ antea pilatus studuerat aio ad liberandū iesum:ex nunc aūt manifeste querebat dimittere iesum. Cuius signū est q̄ nō prius sed mō de iudæis dicit. Iudęi aūt clamabant dicētes. Si hūc dimittis.pro.dimiseris,nō es amicus cęsaris. Videntes iudei q̄ neutrius criminis cā apud pilatum ꝓualebat via institię,ad minas se cōuertunt ledendę amicitię cęsareę. Intendunt.n.q̄ delatori sint ipm ad cęsarē/tanq̄ parū pēdentē eius amicitiā. Habebant siqdē iudei rome agentes eoꝝ causas:& per illos minanē se significaturos pilatū nō esse amicū cęsaris. Dis.n. Suppluit.n.qui se regē facit,cōtradicit cęsari. In ꝓmptu est rō/quia faues cōtradictoribus cęsaris in tam ꝑcipua cā.s.tituli regu.

Pilatus aūt quū audisset hos sermones.pro.hūc sermonē,adduxit foras iesum:z sedit pro tribunali in loco qui dicitur lichostratos.pro.lithostrotos:hebraice autē gabatha. Dictio græca est lithostroros/corrupta in codicibus latinis impitia scriptorū.& sonat latine lapide stratus. Erat.n.locus noiatus a grēcis ex hoc q̄ erat stratus lapide. Ab hebręis aūt noiabat gabatha/a celsitudine seu eminentia.gabatha.n.hebraice latine dicit excelsum seu eminens. Vñ patet q̄ hęc erāt cognomina illius loci/ non solū diuersis linguis sed ēt diuersis rōnibus. hēbat.n.vtrāq; conditionē:& q̄ erat nō lateribus sed lapidibus stratus;& q̄ erat eminens. Crediderim ego esse locū pulchro lapide cōstructū ad hoc vt publicæ sniæ ibidē a p̄side ꝓmulgarent: vt ab oībus cōuenientibus videri posset eminēs iudex.& ꝓpterea tot cognomina sortitū esse. Erat autē parasceue. Dictio greca est/significans p̄parationē. Et appropriat diei veneris apud hebręos:eo q̄ illa die p̄parabant necessaria ad victū pro sabbato/iuxta legis mādatū. Vñ nō obstante q̄ esset primus dies paschalis solēnitatis, ꝓpter sabbatū tū sequens(quod erat sanctius oī alio festo)p̄parabant necessaria pro die sequenti. paschę.hoc est infra solēnitatē paschalē. vna.n.sola parasceue ifra pascha accidebat/sicut & vnū sabbatū. Et rōnabile est q̄ pro sabbato paschali cultior fiebat hoc quātum ad historiā:vt scimus q̄ illo die q̄ apud hebręos est parasceue(hoc est imediate ꝑcedens galilęi & aliarū nationū hebræi cōuenientes ad pascha:vt ab oībus iesus passus fuerit,& nullius nationis inuētus fuerit aliqs in turba(cētā inuitante totiens pilato)qui fuerit pro iesu. hora quasi sexta. Explicat nō solū diē sed horā diei qnā appropinquādo ad sextā/qua ꝓmulgata est snia crucis in iesum. vñ a snia vsq; ad crucifixionē tam paruū spatiū fuit q̄ hora sexta crucifixus est. ℣ Quod apud marcū legit erat autē hora tertia & crucifixerūt eū/certore(vt ibi dictū est)murati sunt characteres sexti in tertiū.sunt enim parū differētes in græco.z dicit iudeis. Ecce rex vester. Adhuc insinuat pilatus velleitatē suā dimittendi iesum:demōstrando iesum titulo regio deductū ad suscipiendā snīam. Acsi apertius dixisset/vidēte ad qd deductus est mesias vester. si forte ad cōpassionē flecterent. Illi aūt clamabant. tolle tolle crucifige eū. Persistunt in furore. Dicit eis pilatus. regē vestrū crucifigā? Hinc clare apparet q̄ ad flectendum illos hęc dicebat pilatus:vt etsi non cōpassione saltē erubescentia desisterent. Erat.n.nōnulla consuetio iudæoꝝ vt eoꝝ messiam pilatus crucifigeret. Rūderunt pontifices. Significanter euangelista pontifices respondisse explicat;vt magnitudinē odii tantam in eis cognoscetemus vt sine respectu profiterentur. non habemus regem nisi cęsarē. Quem tyrānum & hostem reputabant/profitentur solum regem:vt iesu crucifixionem obtineant.

Tunc ergo tradidit illū eis.pontificibus.s.& iudæis:hoc est volūtati eoꝝ.pronomē.n.demōstrat illos de qbus hactenus fuerat sermo. vt crucifigeret. Non dicit vt crucifigerent eū:ad insinuandū q̄ pilatus tradidit volūtati qdē iudeoꝝ iesum,nō vt ipsi crucifigerent eū/sed vt crucifigeret a militibus solitis exercere hoc officiū. Susceperunt aūt.milites:qui inferius explicant. iesum:z eduxerūt eū. Et baiulans sibi crucē.pro.crucē suā. Ad cumulū pœnæ/& qa ignominiosum erat/nulliusq; inueniebat qui portaret alienā crucē,iussus est iesus portare crucē suā. ℣ Omittit aūt hic euāgelista duo. Alterū est q̄ iesu imporente cōtinuare gestationē crucis/angariatus est simon cyreneus. Alterū est q̄ plorātibus & lamētantibus mulieribus iesus in via dixit. filię hierusalē nolite flere &c. exiuit. extra ciuitatē. in eū qui dicit caluarię locū. Caluaria totū est caput nō solū pilis sed carne carens. vñ ab hmōi capitibus dānatoꝝ ibidē forte manētibus/caluarię nomē locus ille accepit. si non per translationē locus vbi occidunt dānati/caluarię appellatus sit. hebraice autē golgotha. Scribi deberet golgoltha:vel gulgoleth/vt aliis placet. Et qnia hiero.dicit nō hebręā sed syrā esse dictionē,intellige euangelistā dixisse/hebraice aūt golgoltha seu gulgoleth:qa vsurpata erat dictio hæc & incorporata hebręę linguę. Vbi crucifixerūt eū.pro.iesuz:z cū eo alios duos/hinc z hinc:mediū aūt iesum. Scripsit aūt z titulū pilatus:z posuit sup crucē. Hinc apparet q̄ nō in parte crucis sed sup crucē sustentabat titulus:ac per hoc crux terminabat in superiori parte ligno transuerso in qd extēsę erant manus. alioqn titulus non fuisset positus sup crucē sed in parte crucis. ℣ Diuina prudentia dispositū est vt cā crucifixionis publice super crucē a p̄side poneretur.

Quis chīanis crederet q̄ iesus pro hac cā crucifixus esset,nisi pilatus ipse publico titulo testaret? Sicut quis chīanis crederet q̄ iesus nō vius fuisset humanis artib⁹ ad assequēdū ꝓmatū,nisi tam herodes q̄ pilatus testatus publice fuisset factis derisionū & illusionū,q̄ accusata examinata ac discussa facta iesu pro regno/erāt digna ludibrio/q̄ nihil pēdenda erāt. Sicut ēt qs christianis crederet q̄ iesus nō fecisset sibi amicos aliquos/seu q̄ in fauore turbaꝝ non cōsilius fuisset(ꝑsertim quū inimici eius timerēt turbā quū vellent cōprehendere eū)nisi turba nō solū iudeoꝝ sed ēt galileoꝝ & ceterorū hebreoꝝ cōuenientium ad pascha/tot horis tam ptinaciter pilato cōtradicēte/vnanimiter cōtra ipsum clamasset:nullusq; intercessor aut retractor alicuius eoꝝ fuisset. Hæc qdē testimonia ab hostiū factis non verbis,elegit iesus vt cōfutarent increduli q̄ ipse diuinitatis virtute fidē ꝓpagauit nois sui. Erat aūt scriptū.iesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulū multi iudeoꝝ legerūt:q; ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptus hebraice/grece/z latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorū. noli scribere rex iudeoꝝ,sed q̄ ipse dixit rex sum iudeoꝝ. Rūdit pilatus. qō scripsi scripsi.

Milites ergo quū crucifixissent eū. Hinc apparet q̄ isti milites sunt de qbus supius dixit/susceperūt aūt &c. acceperūt vestimēta eius:z fecerūt quattuor ptes/vnicuiq; militi partē,z tunicā. Intelligequattuor ptes cōputata tunica in vna illaꝝ quattuor partiū. ita q̄ subdendo & tunicā/non fit adiūctio ad quattuor ptes:sed specificatio tunicę quę fuit rō q̄ vterenē sortibus pro oībus quattuor ptibus/quā partē quis tolleret:vt alii euāgelistæ narrant. Ioānes.n.explicauit occasionē sortiū rōne tunicę non scindendę. Erat aūt tunica inconsutilis,desup.pro.a summis/cōtexta per totū. Describit tunica a sūmis vsq; ad ima circūquaq; cōtexta.ita q̄ sola textura absq; sutoris opa cōfecta erat.& ꝓpterea arbitrati sunt milites non esse scindendā. Dixerūt ergo adinuicē.non scindamus eā,sed sortiamur de illa cuius fit. Vt scriptura impleret. Quāuis milites non facerent hęc intētione implendi scripturā,diuina tū prouidentia disponebat hęc ad implendas scripturas. dicens. Partiti sunt vestimēta mea sibi,z in vestem meam miserunt sortē. Et milites quidē hęc fecerunt.

Stabant autē iuxta crucē iesu mater eius/z sorōr matris eius maria cleophę/z maria magdalene. Matthęus describit mariā magdalene a longe:qa quū prius manerēt a longe/postea appropinquauerūt iuxta crucē. Quū vidisset ergo iesus matrē/z discipulū stantē.pro.astantē/quē diligebat. Scilicet sum ioānes spāli dilectionis signo solitus ē cognominare. dicit matri sue.mulier ecce filius tuus. Nō dixit mater/ne dolorē exaggeraret:sed cōi ꝓprio sexus noie ipsam appellauit/indigentiā adminiculi significans.& ꝓpterea surrogauit illi ioānem in filiū. Deinde dicit discipulo.ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā discipulus. Deest.ille/in suā.pro.in sua. Est.n.actus pluralis neutri generis. Et est sensus q̄ ex illa hora accepit ioānes beatā virginē in ꝓpria officia. Cœpit.n.ex illa hora officiosum se exhibere circa beatā virginē:curando q̄ ad eā spectabant/obsequēdo in his q̄ illi cōmoda aut opportuna erāt.

Postea sciens iesus q̄.pro.q̄ oīa. Deest.iam/cōsūmata sunt. Declarat euāgelista assiduū iesu studiū erga adimplenda oīa ꝑm diuinā dispositionē ordinata circa ipsius passionē:describēdo q̄ sciens oīa reliqua iam cōsūmata,vt qd superat vnū ante mortē eius cōsūmaret/ad implendas scripturas ꝓphetaꝝ. vt cōsūmaret scriptura.psalmi.& in siti mea potauerūt me acero. dicit. Sitio. Ad literam ex torm̄eris sitiebat:& verū passionis effectū se sentire ꝓfessus est. Ita tū q̄ hanc ꝓfessionē ordinauit ad adimpletionē scripturaꝝ/ad executionē veracitatis diuinæ in scriptura prędictæ. Vas aūt.pro.igit/erat positū aceto plenum. Rō huius vasis pleni aceto/in prōptu est vt citius crucifixi morerent:qd erat gratū militibus & iudeis. Militibus qdē ne diutius morarent in custodia.iudeis aūt qa debebant illo die ꝑm legē sepeliri crucifixoꝝ corpora:vt patet deute.21. Illi ergo spongiā plenā.pro. impletā/aceto,hysopo circūponentes. Apud alios euāgelistas spōgia fuit imposita arūdini seu calamo.sed alii euāgelistæ tacēt modū quo spōgia iuncta est arūdini:ioānes vero supplet modū,dicēdo q̄ per modū circūpositionis iuncta est arūdini nexu hysopi. Ita q̄ herba hysopi erat circūligans spongiā circūpositā arūdini. obtulerūt ori eius. Cuū ergo accepisset iesus acetū. Anteq̄ crucifigeret/quū dedissent ei vinū seu acetū amarū noluit bibere:in cruce aūt bibit. dixit. Cōsūmatū est. mysteriū passionis meę/adimpletis quę scripta sunt de me. Et inclinato capite tradidit spiritū. Tacet ioānes verba q̄ dixit tradendo spiritū. ꝑ in manus tuas cōmendabo spiritū meū. ℣ Et dicit spiritū:qa spūs nomē est rei ita incorporeę q̄ ēt independens est a corporeiuxta id qd supius dictū est/spūs est deus. Et exinde translatū est vt sit ēt nomē status: vt.s.significet rem illā in statu sine corpore. Et sic sumit in ꝓposito.& ꝓpterea nō dicit tradidit aiam(qa non tradidit illam in statu aiæ)sed dicit tradidit spiritū/qnia tradidit illā in statu spūs. Tradidit aūt tanq̄ in depositum reddendum sibi. Nec est dubium q̄ tradiderit patri:vt lucas explicauit.

Iudęi ergo qm̄ parasceue erat,vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato(erat.n. magnus dies ille.seu illius.sabbati. Propter solēnitatē paschalē septimus ille dies solēnior erat q̄ septimus quisq; dies solitus.)rogauerūt pilatū vt frāgerent eoꝝ crura z tollerent. Venerūt ergo milites. Et primi quidem. Verba hæc insinuant ordinē inchoando ab eo q̄ erat ꝓpinquior militibus.iuxta talē.n. ordinē appellat vnus primus. fregerūt crura,z alterius q̄ crucifixus est cū eo. Ad iesum aūt quū venissent, vt viderūt eū iam mortuū nō fregerūt eius crura. An idē fuerit ordo rei gestæ q̄ est ordo narrationis

Justa illud potestatem habeo ponendi animam meam: et iterum sumendi eam.

¶ Sic sicut prius narrat euangelista vtriusq; crura fracta/& postea narrat gesta circa iesum, ita prius fm ordinē rei gestæ fuerint fracta vtriusq; crura & postea venerint ad iesum) an diuersus sit ordo narrationis ab ordine rei gestæ/incertū est. Ex eo nāq; q euāgelista meminit primi/insinuare vī q ordinate pceſſerūt: ac per hoc q prius venerunt ad iesum mediū q̄ ad alterū latronē extremū. Ex eo vero q rō prius frāgendi vtriusq; latronis crura/in ꝓmptu erat (qa. scilli apparebant manifeste viui, iesus aūt iam apparuerat clamans voce magna expirasse) potuit esse q de primo ad vltimū transirent/& demū venerint ad iesum: & clare viderūt eū mortuū. sed vnus militū lancea latus eius aperuit. pro. pupugit. Ad tollēdā oēm ambiguitatē vulnus lancea intulerūt. ⁊ ꝓtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Miraculose de corpe mortuo exiuit pculdubio aqua/nō phlegma. qcḋ sit de sanguine quo ad miraculū: qm̄ de corpore nup mortuo nō apparet euidēter esse miraculū exire sanguinē. Ex eo tm̄ q aqua simul exiuit, insinuat q ēt sanguis miraculose exierit. Rō aūt huiꝰ miraculi/in prōptu est mysteriū redēptionis pcio sanguinis & regenerationis lauacro aḡ: vt hoc facto itelligeremus effectū mortis iesu p nobis. ¶ Et q vidit: testimoniū phibuit. De seipso ioānes loquit: declarās seipsum testē de visu. ⁊ verꝫ est testimoniū eius. Nō solū de teste sed de testimonio plato scribit. & sicut testē asserit certissimū (vtpote de visu) ita testimoniū affert itefragabile: vtpote verū. Et ille scit. Asserit tertio intētionē sanctā ac vtilē testificādi hæc. Et qm̄ nemo nouit quæ sunt hoīs nisi spūs hoīs qui est in eo, nō seipsum affert in testē huius sanctæ ac vtilis intētionis: dicēdo. ⁊ ille. ipse mem. scit qz. pro. q/vera dicit, vt ⁊ Supfluit & Legendū est. vt vos credatis. Ipse enim met scit q ideo hæc vera dicit vt vos etedatis: & nō affectu aut passione humana. Facta sunt in. hec vt scriptura impleret. Facta sic dē sunt hæc non solū ad redēptionē humanā absolute, sed ad exequēdum veritatē diuinā. Os non cōminuetis ex eo. Exo. 12. scriptū est hoc ad lſam de agno paschali. Vñ hinc apparent duo. Alterū est q nō semp apostoli vtunt scriptura fm sensum lſalem, sed qnq; fm sensum mysticum. Alterū est q aliquis sensus mysticus spectat ad adimpletionē scripturæ/ex intētione pculdubio spūs sancti: aliogn nunq̄ dixisset ioānes vt scriptura impleret/loquens de sensu mystico. Os enim agni paschalis non cōminuendū/figura erat nō frangendi ossa christi, figurati per agnum paschalē. Et iterꝫ alia scriptura. s. zacha. 12. dicit videbunt in quē transfixerunt. pro. pupugerunt.

¶ Post hec aūt. Supfluit aūt. rogauit pilatū ioseph ab arimathia (eo q̄. pro. quū. Legēdū est. quū esset discipulus iesu/occultus aūt ppter metū iudeoꝝ) vt tolleret corpus iesu. Et pmisit pilatus. Venit ergo ⁊ tulit corpus iesu. Venit aūt ⁊ nicodemus q venerat ad iesum nocte primū/serens mixturā myrrhe ⁊ aloes quasi libras centū. Acceperūt aūt. pro. q̄/corpus iesu: ⁊ ligauerūt eū. pro ipsum. s. corpus linteis cū aromatibus /sicut mos est iudeis sepelire. Hoc explicauit euāgelista/ne putares supfluū sumptū in officio sepulturæ. Quod. n. in humanis officiis fit fm patriæ cōsuetudinē/reprehensione caret. Erat aūt in loco vbi crucifixus est hortus: ⁊ in horto monumentū nouū in quo nōdum quisq̄ positus erat. Ibi ergo pp parasceuen iudeoꝝ qz iuxta erat monumētū. Brevitas tpis cogens ad celerē sepulturā/describit ex eo q erat parasceue: hoc est dies pcedens sabbatū/terminandus ſminente occasu solis. Nō. n. licebat extēdere officia hæc ad aliquas horas noctis: qa a vespera incipiebat ociū sabbatinū. Propter brevitatē itaq; tpis legitimi sepelierūt in loco ppinquo. posuerūt iesum. Quū debuisset dici posuerunt corpus iesu/dixit tm̄ posuerūt iesum: nō solū fernādo solitū loquēdi morē (quo dauidē aut abrahā sepultū dicimus) sed ēt ad significandū idētitatē hypostasis in mortuo & viuo iesu. quod fuit in ipso singularissimū. Quātus. n. ad ia iesu separata fuerit a corpore eius, eadē tamē numero hypostasis perseuerauit in corpore mortuo & in aīa: quia quod semel assumpsit nunq̄ dimisit.

CAPVT .XX.

Una aūt sabbati. pro. sabbatoꝝ. Oēs euangelistæ cōcorditer describunt a numero plurali (.s. sabbatoꝝ) diē resurrectionis. cuius apud oēs euāgelistas interpres vsus fuerit numero singulari. Et est magna dfia in pprietate sensus: qm̄ vna sabbati nullū diē determinate significat: qm̄ sabbatū cōe est nomen oī festo iudeoꝝ quo nō licet opari. sed vna sabbatoꝝ explicat iuxta morē hebreū/diem quē hodie appellamus dñicū. Nā appellatione sabbatoꝝ septimi quicq̄ dies (qui non qnq; sed semp sunt sabbata) intelliguntꝰ. & vna sabbatoꝝ dicit dies illa quæ est vna relata ad sabbata/relata ad septimos dies. Qui ideo dicit nō dies prima sed dies vna, qa moyses appellauit eundē diem diem vnū: dicendo & factū est vespere & mane dies vnus. More itaq; scripturę loquēdo euangelista dixit vna sabbatoꝝ: significādo diem illū qui semp inuenit vnus (non secūdus/nō tertius) relatus ad dies qui semp sunt sabbata. maria magdalene. Tacet ioānes sodales/ab aliis euāgelistis expssas. Apud luc̄. n. discipuli hoc referētes/expsse dicunt. mulieres quædā ex nostris terruerūt nos &c. venit mane quū adhuc tenebre essent. Tempus auroræ describit. vñ & apud luc̄ dicit q̄ ante luc̄ venerunt ad monumētum. ¶ Nec obstat q marcus dicat orto iam sole: qm̄ aurora ortus solis est. ad monumētum. ⁊ vidit. pro. ⁊ videt/lapidē sublatum a monumēto. Tacet hic ioānes visionē angeloꝝ/narratā ab aliis euangelistis. Cucurrit. pro. curritergo: ⁊ venit ad symonē petrum ⁊ ad alium discipulū quē amabat iesus. Narrat ioānes hec tanq̄ pūctia post tēpus quo venit ad monumentū: ad insinuandū festinas actiones magdalene. Hmōi. n. celeritatē tacitam ab aliis/supplet ioānes. ⁊ dicit illis. Tulerūt dñm de monumēto.

Asserit quod viderat. Non solum viderat lapidem sublatū ab ostio monumenti/sed hortante angelo viderat monumentū vacuum. & ppterea dicit (vt putabat) tulerunt dñm de monumēto. ⁊ nescimus. In hoc numero plurali insinuat euangelista sodales. & simul cū nulla fide data verbis angeloꝝ (qui dixerāt illum viuere) mentes mulierū euangelista explicat: tacendo q etiā retulerunt se visionem angelorū vidisse &c. vbi posuerunt eum.

Exiit ergo petrus/⁊ ille alius discipulus: ⁊ venerunt ad monumētum. Currebant autē duo simul: ⁊ ille alius discipulus precucurrit citius petro: ⁊ venit primus. pro. prior/ad monumētum. Et quum se inclinasset, vidit. pro. videt/posita linteamina: non tñ introiuit. Venit ergo simon petrus sequēs eū: ⁊ introiuit in monumētum. ⁊ vidit. pro. videt/linteamina posita: ⁊ sudarium qō fuerat sup caput eius nō cum linteaminibus positus, sed sepatim involutū in vnum locū. Deferi bunt hæc ita distincte/vt oīs suspicio asportari cadaueris tollat. Si enim cadauer fuisset asportatū/non relicta fuissent linteamina (mixtione. n. myrrhæ & aloes viscata erant linteamina quibus obuolutū fuerat corpus) nec fuisset sepatim sudariū adhibita involutionis cura positū: sed fuisset asportatū cadauer vt iacebat/linteaminibus ligatū &c. ¶ Et dixit hæc euangelista/ad describendū q etiā ex his minutulis testimonia resurrectionis aderant. Tunc ergo introiuit ⁊ ille pro. alius/discipulus qui venerat primus. pro. prior/ad monumentum: ⁊ vidit ⁊ credidit. Vidit hæc relata: & credidit iesum surrexisse. Nōdum enim sciebant scripturā. Excusat euangelista tarditatē ad credendū ex ignorantia sacræ scripturæ. qz. pro. q/oportuit. pro. oportet/ eum a mortuis resurgere. Non refert pśens tēpus plationis verboꝝ: sed pśens determinatū in sacra scriptura. Est. n. sensus q nōdum sciebant scripturā continētem q oportet iesum a mortuis resurgere: quod iam cōpletum erat. oēs. n. scripturæ resurrectionē christi prophetantes/cōtinebant hoc. ¶ Necessitas aūt qua oportet/multiplex est. s. vt glorificaret fm merita/vt firmaretur fides atq; spes resurrectionis nostrę/vt inchoaret regnū dei &c. Abierunt ergo iterum. pro. rursus/discipuli ad semetipsos. hoc est ad habitacula propria.

Maria autē stabat. Quātus ioānes describat mariā tacendo sodales, non tñ intelligendū est q maria remanserit sola/sed cū sodalibus. Et cum hoc describit sola quo ad situm/dicendo stabat. & quo ad locū/subiungendo ad monumētum foris. & quo ad fletū/subiungendo, plorans. Vt intelligamus q q̄is sola nō esset, sodalibus tñ aut sedentibus aut quasi vagantibus quærendo/ipsa sola iuxta ostium monumenti foris nō sedebat sed stabat & flebat. ¶ Dum ergo fleret, inclinauit se ⁊ pspexit in monumentū. Supfluunt duæ dictiones/& pspexit. Legendū est. inclinauit se in monumētum: ⁊ vidit duos angelos in albis, sedentes vnum ad caput ⁊ vnum ad pedes/vbi positum erat corpus iesu. Solus ioānes supplet hanc visionē duoꝝ angeloꝝ simul. Vidit aūt corporeis oculis: vt patet ex circūstantiis vestium/quia in albis: & situs/qa sedentes: & locorū intus in monumēto/quia vnū ad caput & vnū ad pedes loci vbi positū erat corpus iesu. ¶ Dicunt. Deest &. Legendū est. Et dicunt ei illi. s. angeli. Mulier qd ploras? Ex hoc singulari & ex subiunctis verbis (dñm meum/& nescio) apparet q maria sola erat ibi: vt exposuimus. Dicit eis. qz tulerunt dñm meum, ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Hec. Deest &. Legendū est. Et hec quum dixisset. nō expectata mīsione angelorū/non habens respectū ad angelos. Quersa est retrorsum. Inquietus affectus quærentis iesum manifestat hmōi motibus: dū modo se inclinat in monumentū/modo respicit retro foris. Et tantus (vt diximus) erat affectus vt posthabeat præsentiā & sermonem angelorū. ⁊ vidit iesum stantē: ⁊ non sciebat qz. pro. q/iesus est. Dicit ei iesus. mulier quid ploras? quē quæris? Illa existimans q hortulanus esset dicit ei. Dñe si tu sustulisti pro. asportasti/eum. More amantis non noīat quē: putans oēs intelligere de quo loquit/quē amat. dicito mihi vbi posuisti eum ⁊ ego eum tollam. Vide affectum sine mensura virium propriarū. Et inter hęc omnia semper mens mariæ describit perseuerans in opinione q asportatū fuisset cadauer. hoc. n. apostolis/hoc angelis/hoc iesu hortulano dixit. ¶ Et tacet hic euangelista q maria his dictis vertit vultū alio: puta ad monumentū. Dicit ei iesus. maria. Non solum noie pprio sed etiā sono vocis ppriæ noiauit ipsam: aliogn ex solo noie pprio non cognouisset eū, sed dixisset/vnde me nosti? Et hinc apparet q verba quæ prius iesus dixerat mariæ (mulier quid ploras/quē quæris) aut non dixit solita resonantia ppriæ vocis, aut non puenit ad mariā illa solita resonantia: hoc est q̄ ḡuis iesus solito more loqueret/auditus tamē mariæ non imutabat solito more ab illa voce. Et vtrouis mō accideret/miraculū fuit. Quāprimū ergo solitæ vocis suauitatē in mariæ appellatione percepit/agnouit eū. Conuersa illa, dicit ei. rabboni: qō dicit magister. Hinc clare patet q auerterat se ex inquietudine affectus: & statim agnita voce magistri/conuertit ad iesum verbo & facto. Verbo quidē/solito noie appellando eum magistrū: facto aūt ruendo in amplexū eius. quod euangelista subsequenti phibitione insinuat. Dicit ei iesus. Noli me tangere pro. ne me tange. Prohibēdo ne me tange/manifestat q illa ruerat ad tangendum eum. Et qm̄ vterq; describitur est stans/ideo dixi q ruit vt amplecteret eum. Quod etiā ex eo apparet/q eodē mane nō prohibuit mulieres quæ tenuerūt pedes eius. Hinc enim signum est, q maria stans/non ad tangendū pedes sed faciem seu collū tendebat. Nec mirū: quoniā tanta erat vis amoris vt non cōsideraret quid faceret in tam magna/inspērata ac subita letitia occursus. ¶ Qz si verba dñi exactius librentur, apparebit q non

prohibuit tactum/sed familiarē sed solitum tactum: vt testatur subiuncta cā, quæ explicat subiungēdo. **nōdum enim ascendi ad patrē meum.** Est siquidē sensus. quia nōdum ascendi ad patrē meum non me tangas: hoc est ex hoc ꝙ nōdum ascendi ad patrē meum sed tecū sum/non adest tibi facultas tangē di me/sicut prius quū essem vobiscū tetigisti me. A cesi apertius dixisset. Ex hoc ꝙ adhuc sum in terra/nō putes me esse passibilē sicut prius. hęc. n. mora parui est tpis: vsq; quo. s. ascendam ad patrē meum. Vnde & statim mittit ipsam ad annūciandum ascensionē suam. ¶ Et bene nota ꝙ non dicit nōdum iui ad patrem meū/sed dicit nōdum ascendi: quū iam iuerat ad patrē moriendo & resurgendo: vt ipse prius dixerat/vado ad eū qui me misit. Iam. n. intrauerat in gloriā suam: sed qa adhuc fm corpus erat in terra/ideo dicit nōdum ascendi. **Vade autē ad fratres meos.** Quos passibilis & humilis appellauerat amicos/ modo imortalis & gloriosus appellat frattes. tum vt eiusdē naturæ se cum illis esse declararet: & intelligeremus ex hac appellatione ipsum non mutasse naturā, sed esse eiusdē naturæ humanę & carnis cuius prius fuerat/cuius erāt apostoli. Tum vt ab exēplo disceremus exhibere nos amicis magis intimos quū promoti fuerimus ad aliquē superiorē gradum q̄ prius. **¶ dic eis.** Ecce magdalena fit apostolorꝫ apostola. **Ascendo ad patrē meum ¶ patrē vestrum.** Iesus homo ꝓcul dubio ascendit: ac per hoc dicendo ascendo/fm humanā naturam se significat. addendo vero ad patrē meum/naturā in se diuinā significat. nam deus nō est pater iesu adoptione/sed natura trū. Propter quod significantius nō dicit patrē meum & vestrū/sed dicit patrē meum & patrē vestrum. Si. n. dixisset patrē meum & vestrum, cōmunis pater vna eadēq; ratione significatus esset/& atriani ansam acciperent: sed dicendo separatim patrē meum & patrem vestrū, alia ratione significat patrē suum & alia patrem apostolorꝫ. patrē inquit meum/naturalē, & vt intelligamus non demōstrari patrē dicendo & deum meū/ sed demōstrari deum: vtranq; similiter naturam in seipso per hæc verba significās alio modo. Ex hoc enim ꝙ ascendit/hominem se manifestat: ex diuinę manifestat. Est enim sensus. ascendo ad deum meum/singularissima gratia/singularissimo modo (vnionis scilicet personalis) meum. Propter quod etiā non dixit deum meum & vestrū/ne eadem ratione eius & deus aliorū: sed dixit deum meū & deum vestrū/vt alia ratione intelligeret deus cultu &c. **Venit maria magdalene, annuncians discipulis quia vidi.** pro. ꝙ vidit/dominū. Verba sunt non mariæ magdalene sed euangelistæ/narrantis dicta a magdalena. **¶ hęc dixit mihi.** pro. ei. dicta sibi a domino. ¶ Tacuit hic euangelista ꝙ inter eundum iterū vidit iesum simul cum aliis mulieribus. quod matthęus retulerat.

Quum ergo sero esset die illo vna sabbatorū/¶ fores essent clausę vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorū. Explicat ioānes tot cōditiones singulares/tum ad integritatē historiæ/tum ad multiplicationē miraculi. Hoc enim nouum erat miraculū ꝙ ianuis clausis iesus ingressus fuerat. **venit iesus: ¶ stetit in medio.** non in angulo. Vt nō vt ab aliquo sic ab aliquo nō videret, sed vt ab oībus videret & palparet/sterit in medio. **¶ dixit eis. Pax vobis.** Etiā ipsa salutatione monstrat se esse eorum magistrum/qui hanc salutationē eos docuerat. **Et quum hęc.** pro. **hoc/dixisset, ostendit eis manus ¶ latus.** Deest. **suum.** Non solū verbis sed factis statim cōrestatur se esse eundē qui crucifixus est/ostendēdo eis manus & latus. ¶ Hinc habemus ꝙ in manibus & pedibus & latere post christi resurrectionē fuerunt signa clauorū & lanceę. ad hoc enim ostendit eis manus & latus, vt ex signis clauorū & lanceæ cognoscerent easdē esse manus/idem esse latus &c. ¶ Omittit hic ioannes pedes/expressos a luca: & ꝙ iesus non solū ostendit eis manus/pedes & latus, sed etiā inuitauit eos ad palpandū carnem suam & loca vulnerum. quod lucas explicauerat. **Gauisi sunt ergo discipuli viso dño.** Conclusionē gaudii in discipulis subsecuti (tacitis aliis relatis a luca) ioānes refert/supplendo quod lucas tacuerat: scilicet ꝙ iterū dixit eis pax vobis hoc enim circa finem illius apparitionis videtur fuisse. ¶ **Dixit ergo eis.** Deest. **iesus/ iterum. par vobis. Sicut misit me pater/¶ ego mitto vos.** Omni ex parte cōprobat iesus se esse eundem. eadem enim & eodem modo eadēq; auctoritate dicit & mandat quæ ante mortem disposuerat. ¶ Et nota aduerbium sicut/significans modum. nam vere quēadmodum patet misit iesum ad ꝓdicādum bene faciendo & mala patiendo, ita explicat se mittere discipulos. Et dixit hoc/tum vt intelligerent ꝙ non erat cum eis mansurus corporali præsentia. tum vt sperarent se missos ad mortem resuscitandos/ quēadmodum videbant iesum missum a patre ad mortem resuscitatum. **Hęc.** Deest &. & est numeri singularis. Legendū est. **Et hoc quū dixisset insufflauit.** Sicut in principio huius ingressus manifestauit seipsum dupliciter (verbis. s. & factis) ita modo destinationi discipulorū adhibet verba & facta. insufflare. n. factū est. Quorsum autē insufflauerit/subiungit euangelista. **¶ dicit eis. accipite spiritum sanctum.** Insufflatio dario quædā corporei spūs est. & ꝓpterea aptissime congruit ad significandū donationem incorporei spūs: vt etiā per sensibilia facta instruamur de iis q̄ intus fiunt in ala. ¶ Lucas refert ꝙ aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas/quod spectat ad ꝓfectionē partis intellectiuæ: ioānes ꝙ dedit illis

spūm sanctū/ꝓficientem principaliter partē affectiuā. Sed hoc in loco datus videt spūs sanctus ad ꝓfectionē vtriusq; partis/relatę ad vsum sacrorꝫ. imo relatę spāliter ad vsum sacri pœnitentię. vt subiuncta sine aliqua cōiunctionis nota testant. **Quorꝫ remiseritis peccata/remittunt eis: ¶ quorꝫ retinueritis/retenta sunt.** Hic est primus & vltimus locus in testamento nouo/explicās in spē remissionē pctōrꝫ fieri posse ab hoibus. in genere siquidē dictū fuerat/quęcūq; solueritis sup terrā &c. Mirabilis est facultas hæc. vtpote soli deo ꝓpria. Quocirca ne itelligeremus autoritatiue dimitti peccata a discipulis, nō dixit remittite pctā/sed quorꝫ remiseritis peccata remittunt eis: vt vis & efficacia remissionis explicaretur non in discipulis sed in deo remittēte. dicēdo enī quorꝫ remiseritis peccata, remissionē quidem sed ministerialē significare se mōstrat/ex eo ꝙ subiungit remittunt eis. ¶ Et quū non aliter christi discipuli remittūt peccata aliorꝫ nisi remissionē seu absolutionē in sacro pœnitētię exhibēdo, ideo hoc in loco ĩstruitur & ꝓmulgatur sacrm pœnitentiæ. & ꝓpterea vide singula. Dicit quorꝫ/neminē excipiendo. Dicit remiseritis/& non dicit remissa dixeritis aut monstraueritis aut declaraueritis. nihil enim horum esset vere remittere: ac per hoc non saluaret veritas verborum christi. Dicit peccata. nō dicit pœnas peccatorū sed ipsa peccata: nō restringēdo ad peccata hęc vel illa/aut oris vel opis, sed nullum excipiēdo peccatū. Dicit remittunt eis/ad significandā diuinam efficaciā assistentē imo operantē in ipsa remissione vestra. Dicit & quorꝫ retinueritis retenta sunt: ad significandum concedi facultatē non solum remittendi sed etiā retinendi peccata. similiq; efficacia donari retentionem qua donatur remissio. ¶ Et nota ꝙ non dicit & quę retinueritis/sed & quorum retinueritis: vt intelligamus non concedi facultatem remittēdi peccata aliqua & retinēdi alia. Impium enim est a deo sperare dimidiā veniam. & similiter impiū est ministros eius dimidiā dare veniā. aut enim oīa peccata dimittunt aut nullū; tā a deo q̄ a ministris eius. Et ꝓpterea dicit & quorꝫ/horum. Est enim concessa facultas oīa peccata remittendi quorūcunq; horum. Et similiter oīa peccata retinēdi quorūcunq; horum. ¶ Si quętis modum seu actionē retentionis, scito ꝙ sicut deus remittit dando gfam/retinet aūt negādo gfam indigno, ita ministri eius remittunt peccata ꝓbendo absolutionem sacralem/retinēt autem negādo eā indigno. Propter quod ꝓmisit accipite spūm sanctum. Hoc enim ideo ꝓmissum est/ideo ab hoc inchoauit, vt intelligamus nō ad libitū posse ministros christi remittere & retinere peccata/sed trūmodo spū sancto ad hoc mouēte. Quis ēt hoc ꝓpositum sit/vt intelligamus donū esse spūs sancti facultatē remittēdi ac retinendi peccata. ita ꝙ acceptio spūs sancti ad facultatē & vsum facultatis refert: alioquin efficax nō est tam remissio q̄ retentio. In cuius signū nec in baptismo nec in eucharistia sed in solo hoc sacramēto dixit accipite spūm sanctū. In eucharistia enim dixit/hæc quotiescūq; feceritis in mei memoriam facietis. in baptismo aūt/docete oēs gentes baptizantes &c. hic autem accipite spiritum sanctum: ad significandum hoc esse singulare in sacramento pœnitentię/ꝙ actio sacramentalis requirit in ministro spiritum sanctum dirigentem & mouentem/requirit indicium internū fm spūm sanctū in ministro/hois & peccatorꝫ eius. ¶ At si quęris vnde sciā spūm sanctū me mouere ad retinendū vel remittendum. in ꝓptu est rspōsio ꝙ quū spūs sanctus sit spūs sapiētiæ/scientię, intellectus/consilii/timoris dñi &c. tūc procul dubio mouet spūs sanctus quādo seruatis seruandis quę sunt scientię/consilii & hmōi/recta rōne concludit hūc esse absoluendū vel non absoluēdum. ¶ Si obiicis ꝙ hic nihil dicitur de cōfessione sacramētali peccatorꝫ. in promptu est solutio ꝙ implicite significatur cōcursus proprię confessionis peccatorum suorꝫ. Nam quū remittere vel retinere cōmissum christi ministris/exerceri non possit recte nisi cognitis peccatis & hoibus quorum sunt dimittenda aut retinenda peccata/& notitia ista non sit vi aut metu extorquenda sed oportet ꝙ voluntarie exhibeatur ad hoc vt sit meritoria remissionis, consequens esse oportet vt interueniat confessio propria peccatorum quorum remissionem quis quęrit. ¶ Si rursus obiicis ꝙ hinc nihil habetur de confessione auriculari. respondetur ꝙ sicut in baptismo christus non instituit modum baptizandi (siue immergendo siue infundendo siue aspergendo) sed modos reliquit ecclesię vsui, ita in sacramento pœnitētiæ instituit cōfessionem voluntariā peccati/sed modum confitendi & similiter absoluendi (an ad autem an publice) ecclesię vsui reliquit: iuxta qualitatem tamē peccati/publici vel occulti. nam cōformis debet esse peccato tā pœnitētia q̄ remissio. ¶ Si demū obiicis dominū nō ꝓcipere hic vt quętamus remissionem peccatorum a ministris/sed dare ministris suis facultatem remittendi vel retinendi peccata confitētibus illa. fateor institutionē sacramēti pœnitētię hic haberi/non ꝓcęptum.

Thomas āt vnus ex duodecim. nō existētibus sed ĩstitutis. vndecim. n. trū tūc erāt: sed quilibet erat & vocabat vnus ex duodecim ĩstitutis apostolis. **qui dicit didymus.** Grecā dictionē ĩterpres reliquit quū potuisset dicere latine geminus seu gemellus. Vnde aūt hoc cognomen habuerit/aliter nescit: nisi quia vocabulū sonat ꝙ fuerit natus cū alio vno eodemq; partu/& inde cognominatus geminus seu gemellus. **nō erat cū eis quādo venit iesus.** Occurrit quęstio: quā lucas dicit ꝙ discipuli redeuntes ex emaus inuenerunt cōgregatos vndecim. & ĩterpositis vltro citroq; dictis subdit/dū aūt hæc loquunt stetit iesus in medio eorum & dixit pax vobis. Quo ergo apud lucā erant congregati vndecim/& apud ioannem deerat thomas? ¶ Solutio est ꝙ multis vltro citroq; dictis postq̄ venerunt discipuli ex emaus/ thomas recessit: & post recessum eius dū remanētes multi ꝓter decem apostolos & illos duos discipu-

os de his loquerẽtur venit ieſus. Nõ enim dicit lucas vndecim affuiſſe qñ venit ieſus: ſed qñ redierunt diſcipuli ex emaus. ¶Dixerunt ergo ei alii diſcipuli. vidimus dñm. ¶Ille autẽ dixit eis. ¶Niſi videro in manibus eius fixurã. pro. figuram/clauoꝝ. Hinc apparet ꝙ alii diſcipuli nõ ſolum dixerãt thome vidimus dñm, ſed etiã ꝙ viderant manus pedes & latus cũ ſignis vulnerum: alioqn nõ dixiſſet thomas ſe quoq; velle hęc videre. Et pari rõne retulerunt reliqua. ſ. ꝙ comederat cum eis/ꝙ inſufflauerat in eos &c. ¶ mittã digitum meum in locum. pro. in figurã/clauoꝝ. Nõ eſt cõrẽtus thomas teſtimonio ſenſus viſus, ſed exigit teſtimoniũ quoq; ſenſus tactus. Et dicẽdo mittã digitũ meum in figuram clauorũ monſtrat audiſſe ſe a diſcipulis ꝙ nõ remãſerat obducta externus in ſupficie manus cicatrix clami: ſed pfundum interius foramen ẽm figurã clauiin qđ foramen poſſet mitti digitus. Et ſimiliter itelligę qđ ſubiungit. ¶ mittã manum meam in latus eius. hoc eſt in foramẽ ẽm figuram lanceę quod in latere chriſti apparebat. Volebat enim thomas experiri tactu an eſſet apparentia huiuſmodi foraminum/ an in veritate eſſent ibi huiuſmodi foramina. non credam. Vſqueadeo exigit ambo hęc teſtimonia/ vt ſine his ſe non crediturum aſſerat.

Et poſt dies octo iterꝝ erant diſcipuli eius intus/ ¶ thomas cum eis. Venit ieſus ianuis clauſis: ¶ ſtetit in medio: ¶ dixit eis. Supſtuit eis. pax vobis. Similiter & iã tertio ſalutat diſcipulos imprecãdo eis pacẽ: vt chriſtianoꝝ corda toties tepetita pax penetret. Deinde dicit thomę. Non requiſitus offert diſcipulo incredulo quæ quęſierat: ſimul mõſtrans ſe ꝙs abſentẽ noſſe quę dixerat thomas/& ſuauiſſimum ſe eſſe ſatiſfactorem deſiderii diſcipulorum. Inſer digitum tuum huc. Hinc apparet ex verbis ieſu/vera remãſiſſe foramina clauoꝝ & lanceę. ita ꝙ caro chri diſcontinua eſt in manibus/ pedibus & latere. Et huiuſmodi cõditio ꝙs in carne paſſibili indecora appareat, in carne tñ glorioſa ad cumulũ glorię eſt effecta/abſq; vllo ꝓiudicio integritatis/ſenſus & cuiuſcunq; alterius opationis. Sed hæc noſtrã notitiã excedunt: vtpote qui eandẽ carnis naturã tranſlatã in impaſſibilitatẽ & gloriã nunq; vidimus/in ſe aut in ſuo ſimili. ¶ vide manus meas. Quũ non videamus digitis, dicendo vide/intendit euidẽter cognoſce. Frequẽti enim vſu/videre appellamus euidenti notitia cognoſcere: quocunq; ſenſu/ quocũq; actu interiori aię euidẽter cognoſcamus. Perinde dictũ eſt vide manus meas/acſi dictũ fuiſſet & euidẽter cognoſce manꝰ meas. ¶ affer manum tuã ¶ mitte in latus meũ. ¶ noli eſſe. pro. ¶ ne ſis incredulus ſed fidelis. pro. credulus. Directe reſpõdet ad id quod dixerat thomas/non credã. ¶Reſpõdit thomas ¶ dixit. Deeſt. ei dñs meus ¶ deus meus. In textu gręco ꝓponit articulus dictioni dominus/& alter articulus dictioni deus. Et hic eſt ſolus textus in vniuerſis euãgeliſtis in quo ieſus in carne appellat ẽ deus. Et appoſitus ẽ articulus/vt nullã arriani hẽant exceptionẽ/vt nõ poſſint ificiari (quẽ admodũ alibi ificiãt) deũ ſine articulo eẽ ſũmũ deũ. Hic. n. clare ieſus appellat deus cũ articulo/ad explicandã ieſu verã diuinitatẽ. quẽadmodũ appellãdo dñm cũ articulo/explicat ſupmũ dñium. ¶ Dicit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma. Ex his ieſu verbis apparet ꝙ thomas tetigit foramina/ꝙ id fecit ad qđ inuitanerat ipm ieſus dicẽdo vide. eodẽ. n. verbo vtit/dicẽdo qa vidiſti: hoc eſt qa euidẽter cognouiſti me eẽ eũdẽ. credidiſti. Hinc apparet pfeſſionẽ thomę (. ſ. dñs meus & deus meus) approbatã eſſe a chro. nã hoc quod profeſſus eſt/eſt id quod credidit. Vidit enim hoẽm/carnem/foramina: credidit autem non quæ vidit/ſed illum eſſe verum deum & dominum. neutrum ſiquidem horum vidit/ſed credidit. beati qui non viderunt ¶ crediderunt. Ordo prẽmii ad meritum/beatitudinis ęterne ad fidem præſentis temporis ſignificatur, apponendo beatitudinem prẽteritę fidei: vt intelligamus beatitudinis prẽmiũ non eſſe eorum qui credunt/ſed eorum qui crediderũt. beati enim nõ credunt/ſed vident clare quod crediderunt. ¶ Et dixit hoc ieſus/ad declarandũ ordinem iſtorum duorum actuum (ſcilicet videre & credere) ꝙ eſt econtrario ad ordinem thomę: qui ex viſione duci voluit & ductus eſt ad credendum. Contrarius dicit ieſus eſt ordo: qa credere ducit ad beatitudinem/quę eſt clara viſio. Rurſus qa credere thomæ fuit tanq; credere conuicti & coacti ad credẽdum ex euidentia facti, docet ieſus beatitudinis prẽmium eſſe eorum qui non tanq; cõuicti crediderunt. Dicendo enim qui non viderunt/excludit conuictionem ad credendum. dęmones ſiquidẽ conuicti credunt. & propterea nõ meritorie credunt. Ad ſignificandũ itaq; tum ordinem inter beatitudinis prẽmium & fidei meritũ/tum ordinem inter videre & credere/ſũ meritum fidei abſq; conuictione, declarauit beatitudinis prẽmium eſſe eorum qui non viderunt & crediderunt. ¶ Vnde patet ratio quare dixerit in prẽterito/nõ viderunt & crediderunt. prẽteritum enim refertur nõ ad preſens prolationis ſed ad preſens beatitudinis. Et propterea ſub tali prẽterito comprehenditur tota via preſentis temporis vſq; ad patriam. ¶ Nec per hoc reprobatos ītellige qui velut cõuicti ad credendum ducuntur/ſicut thomas: ſed minoris meriti arguuntur. Thomas tamen prioris incredulitatis culpam magnitudine profeſſionis penſauit. primus enim fuit qui profeſſus ſit expreſſe ieſum eſſe verum deum.

Multa quidẽ ¶ alia ſigna fecit ieſus in cõſpectu diſcipulorꝝ ſuorꝝ q̃ nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Sciebat ioãnes ſe pauca ſigna facta a ieſu retuliſſe/ſciebat multa alia relata ab aliis euãgeliſtis. et ppterea ne qſpiã crederet ipm oĩa aut plurima cõplexũ eẽ/vel minorẽ fidẽ adhiberet aliis euãgeliſtis, ſubiũxit hæc. ¶Hęc autẽ ſcripta ſunt. Declarat quare hæc ſcripſerit. vt credatis. Ecce finis ꝓpinquus. q̃. pro. qꝫ

ieſus. nazarenus de quo hæc ſcripſimus. eſt chriſtus. eſt meſias ille a pphetis ꝓdictus. filius dei. nõ adoptiuus ſed naturalis. His. n. duobus creditis de ieſu, iã credita ẽ vtraq; ipſius natura/iã creditũ eſt myſterium redẽptionis & ſalutis humanæ p ipm. Et vt credẽtes/vitam habeatis. Ecce fructus vltimus. vitã, nũq; terminãdã/hic ĩchoãdã & ĩ pria in ætemũ mãſurã. in noĩe. in inuocatione noĩs. eius. Hæc. n. tria (. ſ. credere/inuocare nomẽ ieſu/& vitã aiæ habere credẽdo & inuocãdo) ſunt fructus euangelii.

CAPVT .XXI.

Oſtea manifeſtauit ſe iterꝝ ieſus. Deeſt. diſcipulis/ad mare tiberiadis. Deſcribit locus galileę: vt itelligamus diſcipulos poſt octo a reſurrectione ieſu dies egreſſos a hieruſalem/& hac atq; illac diuertiſſe. Manifeſtauit autẽ ſic. Erãt ſimul ſimon petrus ¶ thomas q̃ dicit didymus/¶ nathanael q̃ erat a cana galileę/¶ filii zebedei/¶ alii ex diſcipulis eius duo. Ilti ſeptẽ eiuſdẽ artis deſcribunt ſimul: vt pari rõne itelligamus alios nõ diuulſos ſed fere cęteris ſociatos. ¶Dicit eis ſimon petrus. vado piſcari. pro. piſcatũ. Petrus poſtq̃ iã ter viderat ieſum qui ſurrexerat a mortuis/poſt aptũ ei ſenſum vt intelligeret ſcripturas/poſt acceptũ ſpũ ſctũm, vadit ad piſcãdũ: vt itelligamus nõ dedecere hęc & ſimilia exercitia apoſtolicos ſacerdotes. ¶Dicunt ei venimus ¶ nos tecũ. Hinc apparet ꝙ oẽs illi piſcatores etant. Et exierũt. Supſtuit er. ¶ aſcenderunt in nauim. Deeſt. ſtatim. ¶ illa nocte mhil prendiderunt.

Mane autẽ iam facto ſtetit ieſus in littore. Nõ in mari/ne phantaſma putaret, ſed in terra/vt verus hõ haberet. nõ tamẽ cognouerunt diſcipuli q̃. pro. ꝙ ieſus eſt. Mirum eſt ꝙ nec viſu nec auditu cognouerũt ieſum: cũ quo tãto tpe fuerãt cõuerſati/q tũc ẽr loquebat eis ſubiũcta verba. Et quũ ex pte diſcipulorꝝ nõ appareat ipedimẽtũ (credebãt. n. & aeceperãt ſpũm ſctũm) nec ex pte ieſu appareat mutatio (puta ꝙ ĩ alia ſpẽ apparuerit aut alta voce locutus fuerit: quũ ſubiũgat abſq; narrata mutatiõe aliqua in ipſo ieſu/ꝙ poſtea cognouerũt eũ) relinquit ꝙ ex pte ĩmutatiõis mediꝫ hoc cauſatũ fuerit ꝙ non cognouerũt eũ: hoc eſt ꝙ neq; ſpẽs viſibiles neq; ſpẽs audibiles pueniebãt ad diſcipulos ex integro: hoc eſt eũ oĩbus cõditionibus quas ab obiecto hẽbãt. qđ ſine miraculo nõ fuit. Poſtea ãt ſubtracta hac miraculoſa ſuſpẽſiõe ĩmutatiõis/cognouerũt eũ. ¶Dicit ergo eis ieſus. ¶Pueri. pro. filioli. Blãdo noĩe fatigatos ſine fructu nocte illa diſcipulos/vere ſibi charos vt filiolos appellat. nunqd. Legẽdũ eſt. nunqd pulmẽtarii habetis: vel ad verbũ/nũqd pulmẽtarium hẽtis: Gręca dictio nõ eſt ſimplex ſed cõpoſita ad ſignificãdũ cibũ q adiũgit/peuldubio panꝫ: ſed iterpres carẽs ꝓprio vocabulo eius qđ vulgari italico dicimus cõpanatico/vſus eſt pulmẽtarii noĩe ad ſignificãdũ cõi noĩe cibũ q cũ pane comedit: qualis ẽ carо piſcũ & aĩalũ. ¶Reſpõderunt ei nõ. ¶Dicit eis. Deeſt. ille ãt. Legendũ eſt. ¶Ille ãt dicit eis. mittite in dexterã. pro. in dexteras partes/nauigii rete: ¶ inuenietis. ¶Miſerunt ergo. ¶ iã non valebãt illud trahere prę multitudine piſcium. ¶Dicit ergo diſcipulus ille quẽ diligebat ieſus petro. dñs eſt. Ioãnes dono itellectus ĩcipit prę cęteris donari. nã cõferẽdo multitudinẽ piſcũ difficultatẽ tractũ retis eũ verbis illius hois q̃ in littore tũc eis dixerat/mittite in dexteras ptes & inuenietis, cõcluſit & itellexit ꝙ ille hõ in littore eſt ieſus. Et hoc indubie aſſerunt petro/ſibi valde familiari. Simon. Deeſt. ergo/petrus quꝫ audiſſet q̃. pro. q̃/dñs eſt. Quẽadmodũ itellectus ioãnis ita amor petri ad adeũdũ ieſum deſcribit: ꝙ ſtatim quũ audiuit/relictis oĩbus iuit ap ieſum. tunica. pro. ſupindumẽto. Græca. n. dictio nõ ſignificat tunicã ſed ſupindumẽtũ/qeqd ſit illud ſupmũ veſtimẽtũ: qđ palliũ appellari vł. ſuccinxit ſe. vt corpus tñ opiret/nõ crura & ĩferiores ptes (erat. n. nudus) ¶ miſit ſe in mare. Nõ dicit ꝙ ambulauit ſup mare/ſed ꝙ ſe miſit in mare. Erat. n. tũ parũ altra aqua vt poſſet ambulare hõ in illa. Alii ãt diſcipuli nauigio. pro. nauicula/venerunt (nõ enĩ lõge erãt a terra, ſed quaſi. pro. circiter/cubitis ducentis. A dictione nõ/hucuſq; eſt parẽthęſis. & refert ad reddẽdã rõnẽ quare petrus miſit ſe in mare abſq; piculo: qa pauꝫ. ſ. diſtabãt a terra. Ita ꝙ & petrus ambulare & nauicula alii vehi poſſent. in duobus. n. palmis aq̃ nauicule natãt) trahẽtes rete piſciuꝫ. ¶Vt ergo deſcẽderunt in terrã, viderunt. pro. vidẽt/prunas poſitas/¶ piſcẽ ſuppoſituꝫ/¶ panẽ. Diſcipuli alii trahẽtes rete/e nauicula deſcẽderũt cõtinuãtes tractũ: & vbi deſcẽderũt/vidẽt cõgeſtas prunas & piſcẽ quẽ ipſi nõ attulerãt poſitũ ſup prunas. Ieſus. n. angelorꝝ miniſteriõ & prunas & piſcẽ & panẽ attulerat & diſpoſuerat/ſiue de nouo formauerat: ꝓparãs. panẽ ſaltẽ prãdii. Dicõ ãt prẽ: qa iuſſit afferri ex piſcibus nouiter captis/non ad ſupfluitatẽ. ¶Dicit eis ieſus. afferte de piſcibus quos prẽdidiſtis nunc. Aſcẽdit ſimon petrus. Tacet euãgeliſta quę petrus dixerit ieſu aut ecõuerſo: & petrũ q̃ eũ ieſu erat/ad ꝓceptum ieſu ꝑcipiẽtis vt afferrẽt de piſcibus captis/cõſcẽdiſſe nauẽ vt celerius ipletenr iuſſa deſcribit. Ita ꝙ vbi prius alii diſcipuli fuerant in nauicula & petrus extra, mõ alii diſcipuli ſunt in terra cõtinuãtes tractũ retis & petrus aſcẽdit in nauiculã ad trahẽdũ rete. ¶ traxit rete in terrã plenuꝫ magnis piſcibus/centuꝫ quinquagintatribus. Petrus ĩ nauicula deſcribit ꝙ traxit tetę in terrã: nõ ꝙ ſolus traheret, ſed ꝙ ipe e nauicula ſubleuabat rete/facilitans tractũ: vt ipſo ſic ſubleuante rete plenũ piſcibus prope terram/reliquorum diſcipulorum in terra trahẽtiũ tractũ quodammodo efficeret ſubleuãdo. Et quum tãti. pro. tot/eſſent nõ eſt ſciſſum rete. Miraculo dignum euangeliſta cenſet ꝙ tot magni piſces ſimul tracti fuerunt abſq; ſciſſione retis: vt intelligamus & hoc ad cumulum miraculi acceſſiſſe. ¶Dicit eis ieſus. Venite. Reuerentia diſcipulorum retinens

eos ab appropinquatione ad iesum insinuatur: describendo q̄ iesus inuitauit eos/venite. prãdete
Hinc apparet q̄ illo tempore non tantum cœnabatur/sed etiam prandium fiebat. Erat enim mane quũ hoc gestũ est. Et nemo audebat discũbentium.pro.discipulox/iterrogare eũ,tu quis es?
Describit q̄ anteq̄ discumberẽt,quãdo iesus dixit eis venite prãdere/discipuli cognouerant ipsum esse iesum. sciẽtes. Vtrunq̄ dicit euãgelista:& q̄ nõ audebãt interrogare/& q̄ sciebãt ipsum esse iesum.vt intelligamus nõ pusillanimitatẽ sed reuerentiã discipulorũ retrahẽrẽ tum ab appropinquatione ad iesum tũ ab iterrogatione:& reuerẽtiã retrahentẽ ab vtroq̄/causam a scia(a certa notitia)q̄ ipse esset dominus. q̃.pro.q̄/dominus est. Nõ dicit quia iesus est/sed qa dñs est:vt rõnem reuerentię retractiuę intelligamus ex domino. Et venit iesus,z accepit panẽ/z dabat eis. Oĩa sunt presentis tẽporis. Legendũ est. z accipit panem z dat eis:z piscem similiter. Dicendo & venit/significat accessum iesu ad eos tanq̄ discũbentes.tanq̄ iesus officio ministri fungat:dũ describit q̄ nõ solum venit sed accipit panẽ & piscem & dat eis quæ parauerat. Hoc iam tertio.pro.hac iam tertia vice/manifestatus est iesus discipulis suis quũ surrexisset a mortuis. Nõ solum manifestationẽ sed tertiam manifestationem asserit ioãnes hanc fuisse:vt intelligamus manifestationes alias ab aliis scriptas/fuisse post hãc. Ita q̄ anteq̄ discipuli cõuenirent in montẽ galileę cõstitutum illis a iesu/fuit hæc apparitio iuxta mare galileę.vt ẽt sic impletũ sciamus q̄ iesus pcessit illos in galileã. Sed bene nota q̄ nõ dicit hãc tertiã manifestationẽ ablolute(qm̃ ipsemet scripserat quartuor)sed dicit tertiã discipulis suis. Verũ non caret quęstionis scrupulo hęc assertio:qa apud lucã iesus ipso die quo resurrexit/manifestatus est discipulis i emaus: ac per hoc ista nõ est tertia discipulis suis/sed quarta. Solutio est q̄ appellatione discipulorũ ioãnes gratia materię intelligit apostolos. Dico aũt gratia materię(hoc est resurrectionis chri testificandę)appellasse illos discipulos/qui erãt decreti ꝓprii testes resurrectionis chri.hos aũt constat esse apostolos:vt patet act.1.dicẽte petro.oportet ex his vnũ testem nobiscum fieri resurrectionis eius ad plebẽ. Et constat illos duos discipulos in emaus non fuisse apostolos:quoniam ipsi regressi in hierusalem/inuenerunt cõgregatos vndecim. Et significantius libra numerum pluralẽ/discipulis suis:vt non supputetur manifestatio illa qua iesus ipso quo resurrexit die/apostolo petro soli apparuit. Remanet itaq̄ solida veritas hãc esse tertiam manifestationem apostolis/in numero plurali.

Quum ergo prandissent. Iesus nõ minima mysteria exercuit immediate post sumptum cibum. Nã & sacramentum eucharistię instituit post cœnam:& in die resurrectionis postq̄ comedit corã discipulis,aperuit illis sensum/dedit spũm sanctũ:& nunc post prandiũ cõmittit petro pontificatum. Vt discamus ab exemplo tã cœnam q̄ prandium sic sumere,vt nullũ pstetur impedimẽtum exercitiis spũalibus/vt nõ minus idonei simus ad exercitia spũalia. **dixit simoni petro iesus.Simon ioannis.** pro. iona. Pater enim simonis petri nõ ioãnes sed ionas vocabat:vt clare patet matth. 16.simon bar iona/hoc est filius iona. **diligis me.** Anteq̄ curã omnium cõmittat,nõ petit scis aut potes aut vis/sed diligis me. Nõ dicit diligis oues meas/diligis ꝑmia mea/ꝑmissiones meas & hmõi,sed diligis me. **plus his?** Clarius dixisset interpres plus q̄ hi. Ita q̄ duo petit,alterũ est diligis me.alterũ est plus q̄ hi. Et hæc comparatiua continuit q̄ alloquit petrum vt distinguat ab aliis apostolis:vt hinc clare constet pontificatũ commissum ita petro q̄ nulli alii apostolo. **Dicit ei.** Prima petri responsio. **Etiam domine.** Affirmat quæsitũ. **tu scis.** Affert ipsum iesum in testem interni affectus ipsius petri:profitẽs per hoc iesum videre cor petri.q̃. pro.q̄/amo te. Explicat hoc petrus/ne affirmatio dicta(etiam domine) intelligeret extẽdi ad totũ quæsitum. Refugit enim petrus respõdere ad secũdam quęsiti partem.s.plus q̄ hi.hoc enim nõ nisi temere & psumptuose potuisset affirmare. Et ꝓpterea explicat afferendo iesum in testem quo ad primã tm̃ quæsiti partem(scilicet diligis me)dicẽdo tu scis q̄ amo te. **Dicit ei.pasce agnos meos.** Vide q̄ bus verbis pontificatus cõmittit.ad similitudinẽ pascẽtis agnos mandat vt cibum aſę det agnis/non vrsis/non leonibus,sed agnis/sed hoĩbus similibus agnis,non qualicunq̄ rõne sed quia mei sunt. Ideo petii diligis me plus q̄ hi,vt ex maiori dilectione erga me/assumeres studiũ atq̄ onus pascẽdi agnos nõ tuos sed meos. Nulla merces/nulla mercedis ratio/nulla petri vtilitas ꝓponitur:sed solus chri amor exigit & affertur ratio pascendi agnos christi. **Dicit ei iterũ.** pro. **rursus secundo.** Narrat euangelista q̄ non solum secũdo sed etiã tursus(hoc est velut a capite incipiens)interrogauit. **simon ioãnis.** pro. **iona diligis me?** Non repetit secũdã partẽ prius quęsiti(scilicet plus q̄ hi)ne putatet petrus repeti interrogationem quia non responderat ad secũdã particulã:vt intelligeret reperi interrogationem ꝓpter primam particulam/eisdem pręcise verbis factam. **Ait illi.ẽt domine,tu scis q̃.pro.q̄/amo te.** Repetit responsionem petrus de verbo ad verbum.& propterea nõ est opus expositionem repetere. **Dicit ei. pasce agnos meos.** pro. **rege oues meas.** Aliis verbis vtitur modo.vbi prius dixerat pasce/modo dicit rege. Sed aduerte q̄ græca dictio non significat regere cõmuniter/sed regere pastoraliter.quod quia latinus sermo nõ põt explicare vnica dictione/ideo tutius putauit interꝑs dicere pasce. Et vbi prius dixerat agnos meos/modo dicit oues meas:quæ sunt matres agnorum. Sed & oues sine cornibus sunt & inermes sicut agni. Et per hos duos actus(pascere scilicet & regere) vniuersa officia necessaria animabus/comprehensa sunt. Pascere enim est prouidere de cibo animę: regere vero est

prouidere illis educendo & inducendo/stabulando & illa faciendo quæ apud ezech. ca.34. scribuntur. quod est gubernare animas ſm expedientia saluti animarum ipsarum. Dicit ei tertio. Ideo iesus multiplicat quæstionem de amore sui/vt intelligamus primum secundum & tertium requisitum ad pontificem esse amorem ipsius iesu:& hinc totũ negociũ pendere/& sine hoc amore non esse pontificem aut pastorem nisi equiuoce. Vt discceremus nullum esse assumendum ad pastorale officium nisi credatur teste iesu q̄ amet ipsum iesum: hoc est nisi credatur in veritate conscientię coram deo q̄ ille amet iesum. Et similiter ipse qui assumit in pastorẽ nisi corã deo cognoscat se amare iesum/nulla debet rõne pastorale officium suscipere. **simon ioãnis.pro.iona/amas me?** Bis iterrogauerat diligis me: mõ interrogat amas me/augẽdo iterrogationẽ. Diligere n. volũtatis est eligẽris bene velle alicui.amare aũt impetũ addit affectus:significans q̄ benuolentię actus extendit vsq̄ ad appetitũ sensitiuũ in quo est passio amoris. hinc enim tractum est vt vehemẽter diligere dicat amare. **Cõtristatus est petrus/q̃ dixit ei tertio amas me?** Memor petrus eius qđ acciderat ei ante mortẽ chri(q̄.s.quũ dixisset q̄ paratus erat in carcerẽ & mortẽ ire cũ iesu,audierat quã nesciebat futurã negationẽ)cõtristatus est mõ ici piẽs dubitare de aliquo malo futuro. **Et dicit ei.Dñe tu oĩa nosti.** Bis dixerat ẽt dñe. mõ non audet assererere:sed plus credens scię iesu q̄ sibiipsi/q̄ cordi ꝓprio,dicit dñe tu oĩa scis/ẽt mea ĩtima tã pręsentia q̄ futura. **tu scis.pro. tu cognoscis.** Nõ desistit tũ inuocare ipsum testẽ. q̃.pro.q̄/amo te. Perseuerat petrus semp repetẽdo idẽ verbũ/amo te. Sentiebat in seipso petrus affectũ amoris erga iesum.& ꝓpterea q̄ris bis iesus iterrogauerit diligis me,ipse tũ semp respõdit amo/plus rndẽs:vtpote conscius sui ꝓprii affectus erga iesum. **Dicit ei.** Deest. **iesus. pasce oues meas.** Secũda vice dixerat rege oues meas: mõ dicit pasce oues meas. Ita q̄ vterq̄ actus (pascẽdi & regẽdi)explicatus est respectu ouiũ:respectu aũt agnoꝝ solus actus pascẽdi explicatus est:ea rõne quia regimẽ pastorale principaliter respicit oues/& velut accessorie agnos:cibus aũt vtriq̄ est ęque necessarius. Et absq̄ vlla exceptione tã agnos q̄ oues cõmittit:vt intelligamus nõ has vel illas oues/nõ hos vel illos agnos sed oĩum agnorũ ac ouiũ curam petro cõmitti. Et quis oĩum christianoꝝ cura cõmissa intelligat petro,soli tũ ꝑdestinati (qui soli agni & oues iesu chri sunt)explicant pascẽdi & regẽdi a petro:qa hinc rendit ĩstitutio pastoralis officii & cureꝑ vt ꝑdestinati pastu & regimine spũs seruent & perducant ad bitudinẽ. Cõmittunt aũt pascẽdi & regẽdi pastoraliter/sub noĩe ouiũ & agnoꝝ:vt intelligamus regimen petri institutũ vt sit regimẽ hoĩum inermiũ/hoĩum appetẽtiũ pasci & regi a pastore,vt sit regimẽ nõ vtens gladio sed baculo pastorali/nõ ad percutiẽdũ sed ad dirigẽdũ oues. Ita tũ vt in regimine pastorali ĩtelligat ẽt seruare agnos ac oues a lupis/leonibus & vrsis:prout debet & decet pastorem seruare gregẽ ab his. Hoc.n.est illud regimen de quo superius dictum est. bonus pastor animam suam dat pro ouibus:tuendo oues a lupis/leonibus & reliquis ad perditionem animarum(non rerum/non corporum)tendentibus,falsa doctrina vel peruersis studiis/institutis/suasionibus/moribus & exemplis.

Amen amen dico tibi. Inuicto officio pastorali subiũgit fructũ/in pśenti vita subsecuturũ:ad significandũ fructũ officii pastoralis in pśenti vita esse martyriũ. **quum esses iunior.** Descripturus martyriũ petri,vt magis memoria retineret/metaphorico vtit sermone a cõtrariis cõditionibus ętatis: iuuenilis scilicet & senilis. Et propterea tria prętereũt ętatis cõmemorat. Primũ adolescẽtiã: dicendo quum esses iunior. Significat enim per hoc q̄ tũc erat iuuenis:& minor ętas commemorat. **cingebas te.** Secundo cõmemorat facultas cingẽdi seipm.ad lfam significando facultatem vtendi manibus libere/ad cingẽdum seipsum. **z ambulabas vbi.pro.quo/volebas.** Tertio cõmemoratur libertas ambulãdi ad desiderata loca. Quo cõtra describit cõditiones ętatis senilis/subiungẽdo. **Quũz aũtẽ senueris.** Et hic clare patet petrũ tũc fuisse iuuenẽ:quũ quadraginta fere anni fluxerint post hæc verba vsq̄ ad mortem petri,quã sub hac metaphora describit iesus. **extẽdes manus tuas.** senili debilitate iam impotentes. **z alius te cinget.** Ad literã senex impotẽs se cingere/extẽdit manus(ne impedimẽto sint officio cingẽdi)& alius cingit eũ. **z ducet quo tu nõ vis.** Supplet tu. Sicut cõtra illud/cingebas te(peculdubio manibus tuis)describit extẽdes manus tuas & alius te cinget,ita contra illud & ambulabas quo volebas/describit & ducet quo nõ vis. Ad literã.n.senes ducunt quãdoq̄ quo nõ volũt. Hoc aũtẽ dixit. Explanat euãgelista quorsum hæc dixerit. **significãs qua morte clarificaturus.** pro. **glorificaturus/esset deum.** Genus mortis significari explicat/dicẽdo qua morte.extẽsione siqdẽ manuũ mors crucis significata est. Quę ẽt significat ex hoc q̄ dicit/alius cinget te.qui.n. cruci affigebant/ligabant prius in ipsa cruce. Quod dicit & ducet quo nõ vis/mortẽ ipsam violentã ac crudelẽ significat. Quã voluntate naturali nõ solũ petrus sed ẽt ipse christus non voluit. Vnde & dixit. nõ sicut ego volo fiat sed sicut tu vis. Hæc scripsit ioãnes postq̄ iam petrus crucifixus erat.nam scripsit mortuo domiciano: petrus autem fuerat crucifixus vltimo neronis anno. Et propterea futurum glorificaturus refertur ad tempus prolatorum a iesu verborum non ad tẽpus quo scriptum est euangelium. **Et quum hoc dixisset/dicit ei.sequere me.** Ad literam mandat vt corporali gressu sequeretur iesum ambulantem seu incipientem ambulare.mysteriũ tm̃ imitationis sui crucifixi intendens:vt postea declarabit.

Cõuersus. Deest. **aũt/petrus.** Corporaliter vertit se petrus sequẽdo iesum. **vidit illum discipulũ quẽ**

diligebat ieſus ſequẽtẽ. corporali greſſu. Quis ſoli petro ieſus dixerit ſequere me, ioãnes nõ iuſſus ſe/cutus eſt ẽt poſt tergũ petri: & petrus verſus retro/vidit ioãnem ſequẽtem. qui ⁊ recubuit. pro. recidit. Nõ enĩ ſedit aut iacuit, ſed capite cecidit. in cena ſup pectus eius: ⁊ dixit. dñe qs eſt qui tradet. pro. tradit/te? Nõ vane ioãnes qui ſolitus eſt deſcribere ſeipm ab vna cõditione (ſcilicet quẽ diligebat ieſus/familiaribus ſignis) mõ deſcribit ſeipm a caſu ſup pectus ĩ cœna & actu iterrogãdi de pditore. ſed vſus eſt tot prĕcipuis benevolẽtiæ/familiaritatis ac fiduciæ indiciis, ad ſignificãdũ in qualẽ gradũ poſt chri negationẽ petrus aſcitus fuerat: vt. ſ. ipſe petrus iterroget pro ioãne tã dilecto/tã domeſtico ipſi ieſu, qui petrus anteq̃ negaret chm interpellabat ioãnem vt interrogaret ieſum. Vt itelligamus in magis inter nã amicitiã dei aſcribi qñq; hoies poſt crimina q̃ ante habuerãt. Aſi aptius dixiſſet. converſus petrus vidit illũ diſcipulũ quẽ diligebat ieſus/cui ipſe petrus innuit in cœna vt interrogaret ieſum &c. ille Dunc er go. Supſluit ergo. quũ vidiſſet petrus/dicit ieſu. dñe hic aũt qd? Verbum multum cõ: ſed ex ſubiũctis apparet ꝙ de genere mortis ſeu de morte petrus queſiuit. Dicit ei ieſus. Sic. Corruptus eſt textus latinus: nõ ab interprete/ſed a neſcio quo. Legendum eſt. ſi eum volo manere donec veniã, qd ad te? Ita ꝙ nõ eſt aduerbiũ ſic/ſed cõiunctio cõditionalis ſi. Et ita quilibet debet non ſolum legere in eccleſia/ſed delere de pprio codice ſic. Et hoc auctoritate veritatis euãgelicæ: qa nõ eſt mutãdus ſenſus textus euã/gelici ppter iueteratũ errorẽ ſcriptorũ. Et eſt ſermo nihil deffiniẽs: niſi ꝙ non ptinebat ad petrum ſi ie/ſus vellet manere ioãnem vſq; ad ſuũ aduẽtũ. tu me ſequere. Hinc apparet ꝙ myſteriũ itẽdebat imita/tionis/mãdãdo ſequere me. nã clare patet hoc nũc repeti quo ad myſteriũ imitationis, tu me ſeqre/ imi/tãdo mortẽ crucis. hoc ptinet ad te, & nõ ſpectat ad te ſi ioãnem volo manere donec veniam.

Exiuit ergo ſermo iſte iter fratres q⁊. pro. ꝙ diſcipulus ille nõ morit. Subiũgit euãgeliſta ſenſum in quo apoſtoli itellexerũt verba chri de ioãne: ꝙ ſcilicet itellexerũt ieſum ĩſinuaſſe per illã reprehenſionẽ petri ꝙ ioãnes nõ moreret, ſed victurus eſſet vſq; ad ſeculũ chri aduentum/cũ quo ſempiterna deiceps gloria frueret. Et nõ dixit ei ieſus/nõ morit. Nõ aſſerit euãgeliſta ſenſum diuulgatum inter apoſtolos eſſe falſum: ſed aſſerit ꝙ ieſus nõ aſſeruit illũ ſenſum: quia vere nullũ ſenſum de mãſione aut nõ mãſione ioãnis aſſeruit. Ita ꝙ nõ intẽdit euãgeliſta dicere/& nõ dixit ieſus nõ morit. i. hæc verba non morit (quã nec apoſtoli dicebãt ꝙ ieſus dixerit hæc verba) ſed intẽdit dicere. & nõ dixit/nõ aſſeruit ieſus non morit. i. ſenſum ſignificatũ per hæc verba nõ morit. quem ſenſum apoſtoli intellexerãt. ſed ſic. pro. ſi eũ volo manere donec veniã quid ad te? Hinc ẽr ptetui poſſunt cõuinci ꝙ corrupte legit aduerbiũ ſic. nam ab euãgeliſta reperit vnica oratio/ſi eũ volo manere donec veniã qd ad te. nõ eſſet aũt vnica oratio legẽ/do aduerbiũ ſic. Nec opus fuiſſet repetere qd ad te/ſi eſſet altera oratio: ſicut nõ eſt repetitũ tu me ſequere. Aduerte hic ꝙ ex ſenſu diuulgato inter apoſtolos/apparet ꝙ de ſecũdo chri aduẽtu dictum ſit donec veniã. et ſimiliter ꝙ de mãſiõe in hac vita dictũ ſit manere. Sed qa nihil aſſeruit ieſus nec euãgeliſta ali/ter declaranit, ſenſus literalis eſſe videt/ꝙ ſi eũ volo manere in hac vita donec veniã quid ad te? Et multo minus ad te ptinet ſcire ſi eũ volo manere ſine aliquo genere mortis violentę donec veniã ad accipien/dũ eum ad me. ad quẽ enim nõ ſpectat ſcire mortẽ vel vitã ioãnis, multo minus ſpectat ſcire genus mor tis. ſup quo genere orta & formata fuerat iterrogatio petri/quęrentis hic aũt quid. Et ſcripſit hęc euã/geliſta: vt itelligerẽt paſtores eccleſię nõ ſpectare ad eos quęrere futuros euẽtus eorũ q̃ ex volũtate pẽdẽt ieſu. Satis eſt eis ſoliciros eſſe de ꝓcepto eis facto. tu me ſequere/tu me imitare. Hic eſt diſcipulus il/le q teſtimoniũ phibet de his/⁊ ſcripſit hęc. Et ſcimus q⁊. pro. ꝙ vera eſt teſtimonii eius. Ioãnes in perſona totius eccleſię loquit/dicendo & ſcimus. Quod proculdubio ſpũ ſancto agente dixit: vt nõ ipſe ſolus ſed vniuerſa eccleſia certitudinem profiteatur veri teſtimonii.

Sunt aũt ⁊ alia multa q̃ fecit ieſus. Superius dixit multa alia miracula facta a ieſu in cõſpectu diſci/pulorũ/nõ eſſe ſcripta in libro hoc. mõ extẽdit ſermonẽ ad q̃cunq; facta: ſiue ſigna ſiue nõ ſigna/ſiue in cõ ſpectu diſcipulorũ ſiue nõ. q̃ ſi ſcribant ꝑ ſingula, nec ipm arbitror mundũ capere poſſe. Supſluit poſſe. & legendũ eſt. capturũ qui ſcribẽdi ſunt. pro. ſcribendi forẽt/libros. Nõ dicit nec ipſum arbi/tror mũdũ capturũ illa facta ſi ſcribenda eſſent/ſed libros qui ſcribẽdi forent: vt intelligamus ꝙ non de ipſis factis a ieſu/ſed de libris arbitratur ꝙ mũdus nõ caperet. Vt itelligamus ꝙ de innumera multitudi/ne librorũ cõficiẽdorũ ſi per ſingula ſcriberent facta ieſu/loquit: & pcipiamus hypbolica figura nõ laten ter ſed manifeſte ipm vti. nõ in pſona eccleſię ſed in pſona ꝓpria. Apparet. n. manifeſta hypbole/dicẽ do ꝙ ſi ſcriberent mũdus nõ capet. cõſtat nãq; ꝙ ſi ſcribunt/in mũdo ſcribunt. Sed ſicut deſcribẽtes ma ximã velocitatẽ dicimus velociorẽ aquilis aut vẽto/& deſcribẽtes maximã albedinẽ dicimus albiorem niue/& ſilia, ita ioãnes ſignificat maximã multitudinẽ factorũ a ieſu ex hoc ꝙ ſi ſigillatim ſcriberent mũ dus nõ caperet libros cõmẽtes tot facta. Et ſicut nõ mẽtit nec falſum dicit dicẽs velociorẽ aglis aut vẽ/to/cãdidiorẽ nive & hmõi (quia intelligunt hæc hyperbolice dicta: & nõ ad fallendũ ſed ad ſignificandũ magnã velocitatẽ/vel magnũ candorẽ &c.) ita nihil mẽdacii nihil falſi hic arbitratur ioannes: quoniã hyperbolice ſe manifeſtat loqui/ad ſignificandum innumerabilem multitudinem factorum ieſu. Cui eſt honor & gloria in ſęcula ſęculorũ. Amen. Caiete die. 16. maii. 1528.

¶ Cõmẽtariorum thomę de vio caietani cardinalis ſancti xiſti in euãgeliũ ſm ioãnem/finis.

Thomae de Vio Caietani

Cardinalis ſancti Xiſti: in Acta apoſtolo/rum diui Lucae euangeliſtae commentarij.



RIMVM quidem ſermonem feci. ✠ Lucas euangeliſta/abſq; vlla hęſita/tione habetur autor huius libri. & propterea a cõmemoratione euangelii quod ſcripſerat inchoat. Et dicit ſe primum ſermonem feciſſe/eo ꝙ in ſcri ptis redegerat illum. DE omnibus. ✠ in genere/non ſingulis. nullus enim euangeliſta ſcripſit omnia ſigillatim. Vnde nõ dicit ꝙ in primo ſermone dixit omnia: ſed ꝙ habuit ſermonem de omnibus. O THEOPHILE. ✠ Idem eſt ad quẽ euangelium miſerat. QVÆ cœpit ieſus facere & docere pro. facere ꝙ & docere. ✠ Non dicit quæ ieſus fecit & docuit/ſed quæ cœ/pit & facere & docere. tum ex parte diuerſarum in chriſto naturarum/ad differentiam eorum quæ fecit anteq̃ eſſet homo. Significantius nanq; di cit quæ cœpit ieſus. nomen enim eſt hominis ieſus. Ipſe ſiquidem anteq̃ eſſet homo/creauit cœlum & terram &c. ſed de his nõ eſt locuturus in euan/gelio lucas: ſed de iis quæ poſtq̃ eſt homo cœpit facere & docere. Tum ex parte rationis agendi/ad differentiam aliorum ſanctorum: quia nullus (nec etiam moyſes) inchoando ſeu vt principium rectæ beatæq; vitæ/& fecit & docuit, niſi ieſus. qui qa caput totius erat rectitudinis/ dicitur ꝙ cœpit & facere & docere. Vnde & faciendo dicebat/vt quẽadmodum ego feci. & iterum/ſi non veniſſem & non feciſſem. Et docendo dicebat/diſcite a me. & rurſus/ego autẽ dico vobis. ✠ Tum ex par/te actionum/ad differentiam earundem actionum imperfectarũ ſeu ſm quid: quia nullus aliorum exer/cuit illas ſimpliciter: nullus priſcorum patrum fecit abſq; deficere/nullus docuit ex integro. Solus ieſus & fecit abſq; vllo defectu/& docuit perfecte. & proptetea de ipſo ſolo verificatur ꝙ cœpit & facere & do/cere/ſimpliciter & abſolute. VSQVE in diem qua præcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum quos ele/git. Deeſt. ſurſum/aſſumptus eſt. ✠ Dictio interpretata præcipiens/non eſt præſentis ſed præteriti tẽpo/ris participium actuum: quo quia caremus/circũloquimur dicẽdo quum præcepit. ¶ Verum multæ reſtant ambiguitates. Prima eſt an per ſpiritum ſanctum/referatur ad præcepit an ad elegit. vtriuſq; n. conſtructionis textus græcus capax eſt. ✠ Secunda eſt an præceptum ſignificatum per præcepit/intelli gendum ſit factum illo die an prius. nam & hoc anceps eſt: quoniam conſtat relatiuum quo referri ad aſſumptus eſt/& neſcitur an comprehendat etiam tempus mandati. ✠ Tertia eſt quid ſeu quæ præce/perit. ¶ Et ab hac vltima retrogrado ordine inchoando, veriſimile eſt illa fuiſſe præcepta quorum in vltimo euangelii lucas meminit. vt hoc initium ſit repetitio ſummatia illius finis. ✠ Ad ſecũdam vero dicitur ꝙ quædam ſcripta a luca in fine euangelii, fuerunt ante diem aſcẽſionis/quædam autem illo die mandata. ✠ Ad primam autem crediderim ego dicendum ꝙ per ſpiritũ ſanctum refertur ad elegit. Scri pturus enim lucas geſta apoſtolorum/ſapienter præmiſit ꝙ fuerant per ſpiritum ſanctum electi a ieſu: alioquin incongrue adiunxiſſet primo ſermoni. i. euangelio de chriſto/hunc ſecũdum ſermonem de ge ſtis hominum (multum enim degenerãſſet materia huius ſermonis a materia prioris) ſed vbi de geſtis hominum per ſpiritũ ſanctum electorũ ab ipſo ieſu ſecundus eſt ſermo/quadrat primo. ✠ Et quod dicit quos elegit per ſpiritũ ſanctum/ad ipſos electos refertur ſpiritus ſanctus. Aſi apertius dixiſſet. quos ele/git apoſtolos per ſpiritũ ſanctum fore. Et hoc ad differentiam iudę: qui ex parte quidẽ chriſti electus eſt per ſpiritũ ſanctum, ſed ex parte ſui non eſt electus per ſpiritũ ſanctum. Vnde & ipſe dominus ait. nõne ego elegi vos duodecim & vnus ex vobis diabolus eſt?

QVIBVS & prębuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis. ✠ Pauca horum ar/gumentorum in euangeliis ſcripta ſunt: ea tamen quę ſcripta ſunt/ſufficiunt ad aſtruendã veram chri/ſti vitam corporalem poſt mortem eius. PER DIES quadraginta. ✠ A die reſurrectionis computãdi ſunt iſti quadraginta dies/quibus poſt mortem monſtrauit ſe viuentem. APPARENS eis. ✠ Coactus eſt interpres dicere apparens/eo ꝙ participium paſſiuum preſentis temporis eſt in textu græco: & ſi di/xiſſet conſpectus/præteriti tẽporis vſus fuiſſet participio. ET LOQVENS de regno dei. ✠ Non ſolum locutionem ſed materiam ſermonis explicat: vt omni ex parte mõſtraret ſemetipſum ieſum eſſe. ET cõ neſcens. ✠ Hoc apud græcos non habetur: ſed vel congregans vel cõmorans. variant enim græci co/dices. Et vtraq; lectio admitti poteſt. nam & ieſus congregatis diſcipulis & cõmorans adhuc inter eos.

PRÆCÆPIT eis.¶ proculdubio in die ascensionis. AB hierosolymis ne discederent.¶ Inter christi resurrectionem & ascensionem recesserant ab hierosolymis.tum eundo in montē galileę vbi constituerat illis iesus.tum eundo ad exercitia sua quibus victum sibi parabant:vt patet de illis qui cum petro piscationi incumbebant. Inter ascensionem autem & pentecosten/prohibiti sunt discedere ab hierusalem:quoniam ibi recepturi erant spiritum sanctum. Vnde & subditur. SED expectarent promissionē patris quā audistis inquit per os meum.pro.quā audistis ex me.¶ Reliqua sunt interpretis. Promissio patris quam audierant ab ipso,promissio est spiritus sancti/a ioāne euangelista plenius scripta. QVIA ioānes quidem baptizauit aqua:vos aurē baptizabimini. Deest.in/spiritu sancto non post multos hos dies.¶ Differentiam inter baptismum suum & baptismum ioānis/declarat iesus non esse penes elemētum (quia vterq; vtitur elemento aquæ) sed penes hoc q̄ ille baptizauit in aqua sola,vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Et omnes quoq; qui in christo baptizantur/baptizanē in spiritu sancto. Verum ad literam christus loquitur de baptismo discipulorum in visibili signo spiritus sancti.& ideo e regione baptismi ioānis locat baptismum apostolorum. Acsi apertius dixisset.ioānes quidem congregauit populos sensibili baptismo aquę:vos autem sensibili baptismo spiritus sancti congregabitis mundum.¶ Vnde nihil refert ad hoc nouum in signo sensibili spiritus sancti baptisma/an apostoli fuerint prius baptizati baptismo christi.

IGITVR qui conuenerant.¶ Hactenus repetendo continuauit hoc secūdum volumen priori:modo inchoat dicta ac gesta in die ascensionis quæ in euangelio fuerunt tacita. INTERROGABANT eū/dicentes.¶ Tam conuētus q̄ quęstio in bethania fuit in monte oliueti. DOMINE si in tempore hoc restitues regnum israel?¶ Adhuc isti nescientes quid dicant & propriam minus intelligentes vocem/interrogant de tempore secundi aduentus quo iesus veniet rex cōstituturus regnū dei in vniuerso mundo.quod isti adhuc non edocti a spiritu sancto appellant regnum israel:iuxta voces prophetarum quas audierant. DIXIT autem eis.non est vestrum nosse tēpora vel momenta quæ pater posuit in sua. Deest. ipsius/potestate.¶ Quoniam bona fide interrogabant (q̄uis minus intelligerent quæsitum) respōdet dominus directe ad quæsitum/explicando q̄ quęstio erat eis impertinens. Et si illorū non fuit nosse huiusmodi tempus, indubie credere debemus q̄ nulli alteri homini huiusmodi notitia cōicata est.¶ Nec dicit non est vestrum nosse tēpora vel momenta (quoniam multa tempora & multa momenta futura nosse nostrum est) sed limitat ad ea quæ pater posuit in sua ipsius potestate:ad differentiam tēporum & momentorū quæ idem pater posuit in potestate corporū cœlestium. Vnde dictū est in genesi/vt sint in signa & tēpora & menses &c̄. Vt hinc intelligamus q̄ tēpus apparitionis christi ad regnandum vbiq; non est constitutum in cursu syderum,sed in sola dei potestate:ac per hoc tanq̄ in ea latens/nulli notum est nisi ipsi iesu. SED accipietis virtutem.pro.potentiam/superuenientis.pro. illapsi.¶ Est enim participium præteriti temporis. SPIRITVS sancti in vos.¶ Euentus subsecutus testatur veritatē horum.acceperunt enim illapsi spiritus sancti in eis robur ac potentiam tantam vt mūdus obstupuerit. ET eritis mihi testes in hierusalē.¶ primum. ET IN omni iudea.¶ deinde. ET samaria.¶ Meminit samariæ:quoniam samaritani erant velut heretici seu excōmunicati apud iudeos:& in specie iesus inhibuerat discipulis suis ire ad samaritanos. Acsi apertius dixisset. non erit amplius distinctio inter iudæos & samaritanos,sed ad omnes mitto vos. ET VSQVE ad vltimum terræ.¶ Similiter inhibuerat prius/in viam gentium ne abieritis.& propterea modo ad vniuersum mundum ituros declarat.

ET QVVM hæc dixisset,videntibus illis eleuatus est.¶ proculdubio a terra. Eleuatus autē non ab alio q̄ a seipso. Eleuatus rursum non scandendo gradiens sed totus simul eleuatus est:vt nullis alis/nullo motu brachiorum aut pedum aerem agitaret,sed totus simul leuatē sursum. Et fuit eleuatio ista a terra videntibus illis:vt eum quem palpauerant/qui locutus eis fuerat/qui prædixerat eis &c̄. non alius conspiceretur eleuari. Si enim in aere apparuisset, putassent forte q̄ non ipsemet esset sed phantasma aliquod: dum autem cum cōspiciunt eleuari/omnis suspicio tollitur. ET NVBES suscepit eum ab oculis eor.¶ Nō dicit & nubes suscepit eum (quoniā nullum fuit ibi nubis adminiculum) sed nubes suscepit eum ab oculis eorum:quia subduxit eum ab oculis eorum. Nec aliam intellige nubem q̄ nubem splendoris quā proprium corpus iesu quum longius versus cœlum esset genuit. Cuius similitudinē perspicimus in cœlo in ea quæ vocatur via lactea.¶ QVVMQVE intuerentur in cœlum.pro.quum essent intēti in cœlum oculis/euntem illum.pro.eunte illo,ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis.¶ Crediderim ego hos angelos astitisse non in terra sed in aere, vt a tanta turba possent simul audiri. QVI & dixerunt.¶ Non intelligo ambos locutos sed alterum vtriusq; nomine. VIRI galilęi.¶ Hinc apparet discipulos iesu galilæos fuisse omnes/tam duodecim q̄ septuaginta. Vnde & in sequenti ca. dicitur. nōne omnes isti qui loquuntur galilęi sunt? QVID statis aspicientes in cœlum?¶ Non dicit aspicientes in iesum:qui iam splendida nube subductus erat ab eorum aspectibus. HIC iesus qui assumptus est a vobis in cœlum.¶ Ecce testimoniū angelicum/contestans supplendo quod discipuli non viderant: scilicet iesum penetrasse cœlum. SIC veniet.¶ propria potestate/vnico motu,non gradiendo. QVEM AD MODVM.¶ Tres dictiones sunt. VIDISTIS eum euntem in cœlum.¶ Quāuis nō reuelauerint

angeli tempus quo iesus veniet,reuelauerunt tamen modū fore illum quo viderunt illum euntem.
TVNC reuersi sunt hierosolymam a monte qui vocatur oliueti.¶ In fine sui euangelii lucas dicit.eduxit autem eos foras in bethaniam & benedixit eis:& dum benediceret ferebatur in cœlum. Partem ergo montis oliueti/illam in qua erat bethania significat. QVI est iuxta hierusalem sabbati habens iter.¶ Hinc iunctis iis quæ a ioāne dicuntur q̄ bethania distabat a hierusalem quasi stadiis quindecim,apparet q̄ in territorio bethaniæ versus hierusalem existens iesus ascēdit.vnde ad hierusalem erat iter licitum in die sabbati/forte duodecim stadiorū,iter deambulationis non laboris. ET QVVM introissent.¶ domum. IN cœnaculū ascenderunt.¶ hoc est in superiorem domus partem. VBI manebant petrus & ioānes & iacobus & andreas/philippus & thomas/bartholomęus & matthęus/iacobus alphęi.¶ Hic est qui dicitur frater domini. ET SIMON zelotes.¶ ad differentiam simonis petri. ET IVDAS iacobi.¶ ad differentiam iudæ iscariotis. Nomina sunt hæc vndecim apostolorū. HI OMNES erant perseuerantes vnanimiter in oratione. Deest. & obsecratione/cum mulieribus.¶ Anceps est dictio ad mulieres vel vxores. ET MARIA matre iesu.¶ Cuius specialiter meminit,vel quia non vxor/vel (quod magis crediderim) propter ipsius eminentiam ratione filii. ET FRATRIBVS eius.¶ Pronomē eius/iesum refert. Cognati alii qui non erant apostoli/describuntur. Et forte illi erant de quibus ioānes dicit/neq; enim fratres eius credebant in eum. Quis scit si interim pœnitentiam egerunt & crediderunt!
IN DIEBVS illis.pro.his.¶ inter ascensionem & pentecosten. EXVRGENS petrus in medio fratrum pro.discipulorum/dixit (erat autem turba hominum.pro.nominū/simul fere centum viginti.¶ Dicit turba nominum/hoc est hominum ex nomine vocatorū. alludit enim ad consuetudinē conciliorum/qua consueuerant per nomina notari ii quorum interest dare suffragia. Nec curam gerens certi numeri interposuit fere.) VIRI fratres oportet.pro.oportuit/impleri scripturam. Deest. hanc/quā prædixit spiritus sanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui cōprehenderunt iesum.¶ Quod dicit oportuit/millies clarum est in sacra scriptura significare necessitatē implēdi diuinam dispositionem. Quod autem dicit fuit dux, de duce itineris (qui scilicet mōstrat viam) intellige. QVI.pro.quia/cōnumeratus erat in nobis.pro.nobiscum/& sortitus est sortem ministerii huius.¶ quod est nobis delegatum. Non est sermo de sorte proprie sed transumptiue. Iudas enim tanq̄ sortitus est partem apostolatus,pro quāto non proprio nec alieno studio sed tanq̄ sorte diuina iesu dispositione ascitus est ad apostolatus partem. ET HIC quidem possedit.pro.parauit.¶ Dictio siquidem græca vtrunq; significat.& constat iudam non possedisse agrum sed parasse illum pecunia qua vendiderat christum/intercedente consilio sacerdotum:vt patet apud matthæum. AGRVM de mercede iniquitatis.¶ Quā ipsemet professus est/peccaui tradens sanguinē iustum. ET suspensus.¶ a semetipso. CREPVIT medius:& diffusa sunt oia viscera eius.¶ Vt intelligas q̄ vere & proprie crepuit medius/effusionem viscerum explicauit. ET NOTVM factum est omnibus habitātibus hierusalem.¶ Diuulgatum hoc factum describitur:vt pœna tanti sceleris diuino iudicio publicata intelligatur. ITA VT appellaretur ager ille lingua eorum achel demah.pro.chacaldemah.¶ Corrupta siquidem est hæc hebraica dictio/plus apud latinos q̄ græcos. HOC EST ager sanguinis.¶ Tam petrus qui loquitur q̄ discipuli quos alloquitur/galilęi erant.& propterea de vernacula lingua habitantiū hierusalem loquitur tanq̄ de alieno idiomate.vnde & in sequēti capitulo non solum cretes & arabes sed etiam iudæi subscribunt se audisse galilęos loquentes eorū lingua. Quemadmodum enim in italia/alia quodāmodo lingua est ethruscorū/alia lombardorum &c̄. ita inter ipsos hebrœos alia quodāmodo erat lingua hierosolymitarū ac iudęorum & alia galilęorum.¶ Lucę tamen sunt verba illa interpretatiua/hoc est ager sanguinis.græca siquidem lingua interpretationē interposuit dictionis hebraicę iuxta vulgare hierosolymitanum. SCRIPTVM est enim in libro psalmorum.fiat cōmoratio eorum.pro.eius/deserta:& non sit qui inhabitet in ea.¶ proculdubio domo seu cōmoratione. ET EPISCOPATVM eius accipiat alter.¶ Ex duobus psalmis petrus vnuit hæc verba. Nam prima ex psalmo.69.postrema ex psalmo.109.attulit.& in primis mutauit numerum pluralem in singularem/applicando ad vnum iudam. Nam in psalmo dicitur eorum:petrus dicit eius. Et quidem si iudas fuisset in christi pace mortuus/successores reliquisset apostolicæ suæ cōmorationis:ac per hoc nō fuisset deserta ipso mortuo/sed fuisset qui habitasset in illa apostolica domo cœlestis cōuersationis:quicunq; scilicet imitatores eius fuisset. Sed modo facta est deserta cōmoratio illa apostolica:nec est imitator eius qui habitet in illa. Igitur impleta est desertio:reliquum est vt impleatur surrogatio alterius.& propterea subdit inferendo. OPORTET ergo ex his viris qui nobiscum sunt conuersati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus iesus.¶ Continuam conuersationē iesu inter ipsos more hebrœo describit ab ingressu & egressu. INCIPIENS a baptismate ioānis vsq; in diem qua assumptus est a nobis.¶ Non dicit a baptismate iesu (quoniam iesus baptizatus in deserto iuit,& circa finem illius anni cœpit discipulos congregare:vt patet ex euangelio ioānis) sed dicit a baptismate ioānis:quia durante ioānis baptismate (imo quum esset in summa auctoritate) iesus incœpit & cōgregare discipulos & docere & miracula facere. TESTEM resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.¶ Testes gestorum a christo/innumerabiles erant/sed testes resurrectionis licet multi fuerint,oportebat tamen vnū ex

officio testem surrogari: quoniam in fide resurrectionis pendent omnia, & numerū a christo ad hoc electum sed diminutum oportebat iuxta antiquum vaticinium impleri.

ET STATVERVNT duos: ioseph qui vocatur barsabas/qui cognominatus est iustus: & matthiā. Communi consensu in hos duos conuenisse/significatur dicendo & statuerunt. ET ORANTES dixerunt. Bene instructi/ad consulendum dominū recurrunt. TV DOMINE qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum/accipere locum ministerii huius & apostolatus. Ministerium refertur ad testificationem resurrectionis christi: apostolatus vero ad dignitatem institutā a iesu. Ipse enim quum elegisset duodecim/appellauit eos apostolos: vt lucas refert. Ad vtrunq; siquidem surrogandus erat alter horum. DE QVO prævaricatus est iudas, vt abiret in locum suum. Consecutiue tenetur vt ex prævaricatione enim iudę secutum est ꝙ abiit in locum suum. Suum autē tum quia hactenus occupauerat alienum apostolatus & ministerii locum. tum quia ex propriis meritis/dānationis locum suum effecit. ET DEDERVNT sortes eis. pro. eorum. Duas sortes/cuiq; propriam dederunt. De qua autem materia sortes istæ constiterint, scriptum non est. ET CECIDIT sors super matthiam. More scripturę veteris scribit lucas & cecidit sors. Lege in primo libro reg. c. 10. & inuenies talem loquēdi modum pluries. Ita ꝙ per hoc significatur ꝙ per sortem datam matthiæ/cognitum est matthiā surrogandum in apostolatū iudę. Modus aūt quo sors ista cognita est/non est scriptus. & quia non est scriptus/intelligendum est ꝙ fuit cōmunis modus quo sors vnius apparet & nō alterius: siue fiat per extractionem schedularū/siue quouis alio modo. ET ANNVMERATVS est. pro. & suffragiis additus. seu. cooptatus est/cum vndecim apostolis. Non dicit lucas & annumeratus est: sed dictione vtitur significante cooptationem/seu pluribus dictionibus explicando additionem per suffragia. Nescio autem an lucas hoc subiunxerit vt explicaret ꝙ postq̄ cecidit sors super matthiam/suffragiis additus est matthias ad vndecim apostolos. illud tamē scio ꝙ hoc subiunxit tum ad differentiam vndecim apostolorū tum præcipue ad differentiam pauli apostoli: de quo diffusius scripturū se sciebat. Explicauit siquidem per hoc ꝙ totum negocium electionis matthiæ innixum est suffragiis. ita ꝙ vndecim apostoli fuerunt apostoli non per suffragia sed per electionē solius iesu christi: & similiter paulus postea factus est apostolus non per suffragia sed a solo iesu christo. matthias autē apostolatū consecutus est per suffragia.

CAPVT .II.

AT QVVM complerentur. pro. completur/dies pentecostes. Est enim dies numeri singularis. Et est sermo de die quinquagesimo. Et si miraris dici & quum compleretur dies (eo ꝙ debuisset dici & quum inciperet dies: nam mane illius diei res gesta scribitur) scito ꝙ apud hebræos dies incipiebat a prima noctis hora: ac per hoc res gesta mane hora tertia/recte describitur quum compleretur dies. quoniā diuiso die apud hebræos in duas partes (videlicet a vespera vsq; mane/& a mane vsq; ad vesperam) secunda diei pars iam tertiam agebat horam: ac per hoc non incipiebat sed complebatur tunc dies ille. Et est sermo de quinquagesimo die a resurrectione christi. ERANT omnes pariter. pro. vnanimiter/in eodem loco. Erant omnes quorum superius meminit & vnanimiter: vt hinc dispositionem eorum ad recipiendum spiritum sanctum intelligamus. & simul: vt animo & corpore vnitos significaret. ET FACTVS est repēte de cœlo sonus. Quum audis de cœlo/non sis ita rudis vt intelligas sonitum inchoatum in cœlo: sed sonitus factus est ibi tanq̄ si de cœlo fieret. prę se ferebat enim sensibiliter repentina illius soni effectio descensum illius soni de cœlo: sicut vere a causa in cœlis habitante fiebat. TANQVAM aduenientis spiritus. pro. flatus/vehementis. Qualitatem sonitus facti describit ad similitudinem flatus vehementis aduenientis ex concitato impetu: vt manifeste videmus in vento impetu concitato. Dederat iesus post resurrectionem discipulis spiritum sanctum in specie flatus. vnde & modo speciem quoq; flatus apparere facit. Et intellige hęc ad sensum apparuisse. ita ꝙ sonitus auribus perceptus est: & aduenięs flatus oculis & etiam tactu sensatus est. ET REPLEVIT totam domum vbi erant sedentes. Non horreo sessionem corporalem: quū nihil indecens inducat. & ꝙ repleuerit vniuersum illud cœnaculum/ad hoc fuit vt ab vniuersis etiam tactu perciperetur. ET APPARVERVNT. pro. & conspectę sunt/illis dispertitę linguæ tanq̄ ignis. Casus genitiui est ignis. Et significat diuisas linguas fuisse in forma ignis. Nec fuit verus ignis sed tanq̄ ignis/sed similitudo ignis in illis linguis. Et similiter non fuit verus ventus seu flatus qui ex vaporibus seu exhalationibus constituitur: sed fuit similitudo eius. Ita ꝙ omnium quæ hic apparuerunt/solus sonitus fuit vere sonus: reliqua autem fuerunt similitudines. Vnde & lucas dicit tanq̄ aduenientis flatus: & similiter tanq̄ ignis. SEDITQVE super singulos eorum. Quia nullū adhuc nominauit nisi sonitū & ignem/& de sonitu dixit ꝙ replenit totam domum vbi erāt, restat vt de igne intelligamus & sedit sup singulos eorum. Ita ꝙ sup singulos eoꝝ quieuit species ignis in forma linguę. Et hic finit descriptio eoꝝ quæ apparuerūt. effectus autē subiungitur. ET REPLETI sunt oēs spiritu sancto. Ecce effectus internus/ꝙ pleni sunt fm aīam spiritu sancto, nulla pars animę remansit carens spū sancto: sed intellectus/volūtas & appetitus pleni sunt spū sancto. ET cœperunt loq; varijs. pro. aliis/linguis. Ex plenitudine interna erupit exterius in officio linguæ. PROVT spūs sanctus. Superfluit sanctus. DABAT elog illis. Ne qs

quęreret cur iste tali lingua modo & modo alia & iterū alia loqueretur, prevenienda dicit ꝙ loquebant aliis linguis, put spūs dabat illis loqui. In quo etiam materiā loquelæ describam intellige. Cœperunt scilicet loqui aliis linguis/non vana: sed quæ spiritus sanctus suggerebat illis. Considera iuxta duas species apparentiū duos effectus. nam iuxta sonitū tanq̄ aduenientis flatus vehemētis/repleti sunt oēs spiritu sancto: & iuxta conspectas linguas igneas/cœperunt loqui aliis linguis &c.

ERANT autem in hierusalē habitantes. non hospitātes. IVDÆI. Visitato vocabulo iudæos israelitas appellat. VIRI religiosi. vt digni fide & affectu religionis cōcurrentes describant. EX omni natione quæ sub cœlo est. pro. eatū quæ sub cœlo sunt. Disperti siquidē fuerant israelitæ multis vicibus & in captiuitatē redacti. & in tam longo tēpore adeo vagati sunt vt oēs penetrarent nationes mundi: aliis in hanc aliis in illam nationē euntibus. & ꝓpterea lucas dicit ꝙ isti erant quidē iudæi sed ex diuersis nationibus: ita ꝙ ex qualibet natione erat tunc aliqs iudęus habitans in hierusalē. FACTA aūt hac voce cōuenit multitudo. Non dicit facto autem hoc sonitu/sed facta autem hac voce: quā describit aliis & aliis linguis. Conuenit/spiritu sancto potius impellente q̄ facta voce. idē enim spiritus qui prouidit vt tunc essent iudæi viri religiosi ex omni natione habitantes in hierusalē, prouidit etiā vt conuenirent facta hac voce. ET mente cōfusa est. Superfluit mente. Et est sermo de cōfusione non erubescētiæ/sed ignotæ nouitatis repētinæ. QVONIAM audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquētes. Tam ex textu superiore (cœperunt loqui aliis linguis) q̄ ex hoc (loquentes lingua vnius cuiusq;) soluit quæstio illa antiqua. an apostolus loqueret vna lingua quæ intelligebat ab vnoquoq; aliarū linguarum, an vnusquisq; loqueret propria cuiusq; lingua/nunc hac nūc illa. Vterq; n. textus clare affirmat hanc secūdam partē: dicendo ꝙ loquebant aliis linguis/& ꝙ vnusquisq; aliarū linguarum audiebat illos loquentes propria cuiusq; lingua. Clare si quidē significatur miraculū in diuersitate locutionis/non in diuersitate auditionis. Nam ꝙ cōuenientes extranei audirent & agnoscerent loquētes apostolos vnius cuiusq; propriam linguā/nullum fuit miraculū: sed ꝙ apostoli loquerent propriam vnius cuiusq; conuenientiū linguam/hoc fuit nouū spiritus sancti miraculū. STVPEBANT autē omnes & mitabantur, dicentes Deest. alius alii. nōne ecce oēs isti qui loquunt̄ galilæi sunt, & qūo nos audiuimus. pro. audimus/vnusquisq; linguā nostram in qua nati sumus? Quod dicitur linguā nostram/græce est propria lingua. & subauditur eos loquentes. PARTHI & medi & elamitæ. Parthi dicuntur quidā assyrii originē regni a scythis sortiti. elamitæ vero persæ/ab elam filio sem nominati. ET QVI habitant. pro. & qui habitamus. Subscriptio enim est in prima persona. MESOPOTAMIAM/ iudęam/& cappadociā, pontum & asiam, phrygiam & pamphyliā, ægyptum & partes libyæ quæ est circa cyrenē/& aduenæ romani. ad differentiam romanoꝝ iudeoꝝ qui non erant aduenæ sed ciues hierosolymitani. Erant enim multi iudęi ciues romani qui nunq̄ fuerant romæ: vt patet de paulo. Et ad differentiā istorum dicit & aduenę romani: significando iudęos qui erant nati romæ/& habitabant hierosolymis tanq̄ aduenæ. Dixerant enim in qua nati sumus. IVDÆI quoq;. Nisi in modo saltē loquendi fuisset differentia inter iudæos (hoc est eos qui erant de tribu iuda) & habitatores iudęę qui ex diuersis erant tribubus, nō distinxisset lucas inter habitatores iudęę & iudęos. Et dixit hoc: vt intelligeremus ꝙ spiritus sanctus nō solum diuersa totaliter idiomata/sed etiā diuersos accentus modosq; ꝓprios loquendi eriā sub eadem lingua tribuebat apostolis. propter hanc enim rationē distinxit inter iudæos & habitantes iudæā. ET proselyti/cretes & arabes. Non est certæ nationis nomen ꝓselytus: sed significat aduentitiū quēlibet ad ingum legis mosaicę/ex quacūq; natione veniret. Vnde incertæ restant nationes proselytoꝝ qui subscripserūt: nisi quis arctaret ad cretes & arabes. vt non nisi ꝓselyti cretes & arabes subscribentes narrentur: reliquaꝝ vero nationum qui subscripserunt fuerint israelitæ fm originē. & ideo in calce omnīs/narrati cretes & arabes sint. AVDIVIMVS. pro. audimus/eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Hæc est subscriptio prenominatarū nationum. Si miratis prēmisisse lucam hierosolymis ex omni natione habitantes tūc fuisse/& tū non ofium nationum mentionē fecisse in hac subscriptione. cessabit admiratio intelligēdo ꝙ licet ex omni natione essent in hierusalē/non tamen ex omni natione subscripserunt aliqui sed ex his tantū nominatis. sicut nec omnes qui cōuenerūt cōuersi sunt: vt clare subiungitur. STVPEBANT autem oēs. Primum stuporē descripsit relatiue ad loquentes tam varijs linguis: huius autē secūdi stuporis materia fuit effectus ignotus. Stupebant enim nescientes quorsum tenderet hoc ꝓdigium. Vnde & subditur. ET mirabantur/adinuicē dicentes. quidnā vult hoc esse? Dictio interpretata mirabant/vt nōnulli putant sonat hęsitationē. ita ꝙ legendū esset & hęsitabant. Sed parū refert. nam & qui admirat hęsitat. ALII autē irridentes dicebant quia. pro. ꝙ/musto pleni sunt. pro. impleti sunt/isti. Vbi etiam manifeste vides non oēs qui cōuenerunt subscripsisse. Et mustum potuit pro vino.

STANS autem petrus cum vndecim/eleuauit vocē suam: & locutus est eis. Semper petrus inuenit primus. VIRI iudæi. Sicut superius lucas dixit erant autē in hierusalē habitantes iudæi (hoc est hebræi) ita & modo petrus dicit viri iudæi/ad differentiā gērilium. Sicut & pilatus dixit/nunqd iudęus ego sum. ET qui habitatis hierusalem vniuersi. Conuenerant siquidē non solum habitantes sed hospitantes in hierusalē. Et ꝓpterea prius in genere dixit viri iudæi/vt cōprehenderet etiā hospitantes: &

Universidad de Alcalá Biblioteca

deinde in ſpecie dicit & qui habitatis hieruſalē vniuerſi. Fuiſſe autē tunc multitudinē hoſpitum ibidē ſolēnitas pentecoſtes legalis præ ſe fert. HOC vobis notum ſit, & auribus percipite verba mea. Non. n. ſicut vos exiſtimatis, hi ebrii ſunt (quū ſit hora diei tertia) ſed hoc eſt quod dictū eſt per ꝓphetā iohel. ca. 2. ET erit in nouiſſimis diebus dicit dñs. ¶ Exponēdo lucas addidit dicit dñs. Et vbi in iohele legitur poſt hęc, expoſuit in nouiſſimis diebus: nouiſſimos dies, tēpus noui teſtamenti eſſe declarans. EFFVNDAM. ¶ non dabo ſed velut effundendo largiſſime dabo. DE ſpiritu meo ſuper omnē carnem. ¶ non iudæoꝝ tm̄. ET ꝓphetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ: & iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. ¶ Spiritum ſanctū non ſolum vigilando ſed etiā dormiendo accipiendum ſignificat. De ſomniis. n. diuinitus ímiſſis eſt ſermo: qualia in euangelio legimus ioſeph ſponſum beatæ virginis habuiſſe. ET quidē ſuper ſeruos meos & ſup ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo. Et ꝓphetabunt. ¶ Lucas addidit hoc ſecundo loco & ꝓphetabunt, repetendo verbum iohelis. ET dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum ſanguinē & ignem & vaporē fumi. ¶ Tres dictiones addidit lucas, ad maiorē explicationē: ſurſum, ſigna, deorſum. In ꝓpheta. n. habetur. dabo prodigia in cœlo, & in terra ſanguinē & ignem & vaporē fumi. Lucas autē declarauit ſanguinē ignem & vaporem fumi eſſe ſigna in terra danda. Prodigia autē in cœlo, explicanē ſubiungendo. SOL conuertet in tenebras & luna in ſanguinē anteq̄ veniat dies dñi magnus & manifeſtus. Et erit. ¶ Hic debet fieri punctus. OMNIS quicūq; inuocauerit nomen dñi, ſaluus erit. ¶ Prima pars huius ꝓphetiæ ad primū chriſti aduentum quo poſt reſurrectionē miſit ſpiritum ſanctū ſpectat: vt petrus apoſtolus exponit. media autē pars ad ſecūdum chriſti aduētum ſpectat. Vnde & in hebræo dicit. anteq̄ veniet dies dñi magnus & horribilis. Hæc aūt vltima pars ad ſtatū noui teſti ſpectat: vt paulus apoſtolus explicauit ad ro. 10. In hoc. n. ſtatu non eſt diſtinctio iudæi & gentilis, ſed oīs quicūq; inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit. ¶ VIRI iſraelitę audite verba hęc. Ieſum naſarenū, virum approbatū a deo in vobis virtutibus. pro. potētiis. ¶ Eſt. n. ſermo de potentiis faciendi mitacula. ET ꝓdigiis & ſignis quæ fecit deus per illū in medio veſtri (ſicut & ipſi ſcitis) hunc definito cōſilio & ꝓſcientia dei traditū. Deeſt. quū acceꝑiſtis. ¶ Refert petrus rem geſtā: & ꝙ populus nō fuit cā ꝙ ieſus traditus fuerit a iuda pontificibus, nec a pontificibus pilato: ſed ꝙ populus quum acceꝑit ieſum iam traditum, interfecit ieſum & cē. Et ꝙ ieſus traditus eſt tam a iuda principibus ſacerdotū q̄ ab illis pilato, ꝓtę ſciētia & cōſilio dei. filius quidē hominis vadit ſicut ſcriptū eſt de illo. Et dixit hoc, ne populus horreret meſiam crucifixum. PER manus iniquorū affligentes. pro. affigētes. ¶ ꝑculdubio erucī. INTEREMISTIS. Non enim ꝓpriis manibus iudęi occiderāt ieſum, ſed per manus gentiliū: quos appellat iniquos. QVEM deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. pro. ſoluto doloribus mortis: inuxta ꝙ. pro. quatenus, impoſſibile erat teneri illū ab eo. pro. ab ea. ¶ Refert enim ad mortē. Dolores mortis ſoluti ſunt pœnalitates animę ſeparatę. Et dicit pluraliter doloribus mortis: eo ꝙ plures pœnalitates ſuſtinebat anima chriſti ſeparata a corpore. Ipſum enim eſſe ſeparatum a corpore, pœnalitas quędam eſt animę: locus quoq; inferni nōnulla pœnalitas erat. & vtrunq; mortem conſecutū fuerat. DAVID enim dicit in eū. ¶ pſal. 16. In eū, hoc eſt in pſona eius. Probat impoſſibilitatē ex prophetia dauidis: quia ipoſſibile eſt nō impleri ſcripturā. PROVIDEBAM dominū in cōſpectu meo ſemper. ¶ Cōtinuum ieſu meritū per hoc ſignificat. QVONIVM a dextris eſt mihi ne cōmouear. ¶ Ratio cōtinui meriti reddit ex hoc ꝙ deus erat fouens ieſum hoīem a dextris: hoc eſt ad ſpūalia quęq; ne quo ad minimū quid cōmoueret paſſione aliqua aut ſurreptione. & ſimiliter vt nulla cōtumelia nulloq; tormento cōmoueret. PROPTER hoc. ¶ ꝙ a dextris eſt mihi. LÆTATVM eſt cor meū. ¶ delectatione ēt cōpręhenſorū. ET exultauit lingua mea. ¶ Nā in euāgelio exultauit ſpiritu & dixit, patet confiteor tibi quia abſcōdiſti hęc &cē. INSVPER & caro mea. ¶ mortua. REQVIESCET. ¶ ſepulta. INSPE. ¶ celeris reſurrectionis. In ſpe aūt nō carnis ſed mea. Rō aūt huius ſpei explicat ab effectu certo. QVONIAM nō derelinques aīam meam in inferno. ¶. vltra triduū. NEC dabis ſanctū tuum. ¶ meiꝑm. VIDERE. ¶ hoc eſt expiri. CORRVPTIONEM. ¶ corporis in putredinē & vermes. Modus aūt quo neutrū efficies eſt. NOTAS mihi feciſti vias vitę. ¶ Rōne certitudinis ꝓtō vtit pro futuro. Notas mihi, notitia expientię, feciſti vias vitę, īmortalis nulli antea notas. Nullus. n. ante chm̄ reſurrexit ad īmortalem vitam. Et ideo ſingulariter dicit. notas mihi feciſti vias vitę, īmortalis. Et dicit numero plurali vias, alludens ad vias tū animę tum corporis ad vitā īmortalem hominis cōpoſiti ex anima & corpore. REPLEBIS me iucunditate cū facie tua. ¶ Nō ſolū vitā īmortalē ſed plenitudinē iucūditatis dabis. in qua oēs dotes corporis glorioſi cōpręhendunt. Et hāc cū facie tua, ſine cuius ꝑſentia nulla eſſet fœlicitas.

VIRI fratres licerat audēter dicere. pro. quum liceat libere loqui, ad vos de patriarcha dauid, quoniā defunctus eſt. pro. ꝙ & defunctus eſt, & ſepultus eſt: & ſepulchrū eius eſt apud nos vſq; in hodiernū diē. ¶ Argumentat petrus ex illis verbis nō dabis ſanctum tuū videre corruptionē, ꝙ hęc ſunt dicta a dauide nō de ſeipſo (quia ipſe iam tāto tēpore fuit mortuus & ſepultus: ac per hoc corpus eius vidit corruptionē) ſed de meſia filio dauid. PROPHETA igit quum eſſet, & ſciret ꝙ iureiurando iuraſſet illi deus de fructu lumbi eius. ¶ In aliquibus gręcis codicibus apponunt hęc verba, quantū ad carnē ſurrectuꝝ chriſtū. ſed adiectitia vident. SEDERE ſuper ſedē eius, prouidens. pro. prēuidens, locutus eſt de reſurrectione

chriſti quia neq; derelictus eſt in inferno. pro. ꝙ non derelicta eſt in inferno aīa eius, neq; caro eius vidit corruptionem. ¶ Argumētatio petri ſatis clara eſt. Et de iureiurando hoc cōſtat in pſalmis. HVNC ieſum reſuſcitauit deus. ¶ Hactenus dixerat de reſurrectione chriſti. i. meſię; modo explicat in individuo quis eſt chriſtus, dicēdo hūc ieſum. CVIVS nos teſtes ſumus. Dextera igitur dei exaltatus & ꝓmiſſione ſpūs ſancti acceꝑta a patre, effudit hunc quē. pro. hoc quod, vos videtis & auditis. ¶ Ab effectu quē illi videbāt & audiebāt, manifeſtat chriſtū dauidis filium eſſe ieſum. Videbant. n. eos galilęos loquētes tot linguis, & audiebāt ſimul intelligēdo voces eorū vnuſquiſq; ſm̄ propriā linguam. NON enī dauid aſcēdit in cœlos. Dicit autem ipſe. dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedum tuorū. ¶ Quia dixerat dextera igit dei exaltatus &cē. nec in autoritate pſalmi prius allata ſit clara mētio de aſcenſione in cœlum, ideo eadē argumentandi ratione (ſcilicet quia non de ſeipſo ſed de meſia loquit) affert alterā autoritatem, pluries expoſitam. CERTISSIME ſciat ergo omnis domus iſrael quia dominū eum & chriſtum fecit deus hunc ieſum quem vos crucifixiſtis. ¶ Dicendo chriſtum, dicit meſiam. dicendo dñm, explicat dīium vniuerſoꝝ collatum chriſto ſm̄ ꝙ homo. Vnde & ipſe dixit poſt reſurrectionē ſuam. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. De ieſu enim homine qui crucifixus eſt & reſurrexit, petrus loquitur: aperiendo eis ꝙ non expectent amplius meſiam, quia ieſus conſtitutus eſt a deo meſias & dñs vniuerſoꝝ. expectabant ſiquidē iudęi meſiā vniuerſoꝝ dīm.

¶ HIS autē auditis cōpuncti ſunt corde: & dixerūt ad petrū & ad reliquos apoſtolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos. Pœnitentiā inquit agite. pro. pœniteat vos, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. ¶ Nomine pœnitentię antecedentis neceſſario baptiſmū in adultis, ſola deteſtatio peccatoꝝ præteritoꝝ intelligitur. baptiſmus enim ſupplet reliqua neceſſaria ad remiſſionē peccatoꝝ. IN nomine ieſu chriſti. ¶ Hinc apparet idem eſſe baptizari in noīe ieſu chriſti & in noīe patris & filii & ſpiritus ſancti. Apoſtoli ſiquidē quibus mandatū erat a chriſto baptizare in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, non mutaſſent ſubſtantialē formam baptiſmi (vt aliud docerent & aliud facerēt) ſi alia eſſet forma hęc & illa. Licet enim diuerſæ ſint quo ad verba, ſunt tamē eadem quo ad ſignificatū. IN remiſſionē peccatorum veſtroꝝ. ¶ Supplinit veſtroꝝ. Et dicit hęc ad differentiā baptiſmi ioānis: qui nec in nomine ieſu chriſti quo ad formam, nec in remiſſionē peccatoꝝ quo ad efficaciam celebratus fuerat. quo baptiſmate populus audiens petrū, fuerat baptizatus: vt ex euangelio colligitur. ET accipietis donum ſpiritus ſancti. ¶ Non explicat quale donū, eo ꝙ diuerſis diuerſa dona ſpiritus ſanctus diſtribuebat: vt patet ex epiſtolis pauli. Accipietis autē poſt baptiſmum per manus impoſitionē. q̄uis deus quādoq; prēueniendo dederit: vt inferius patet in cornelio centurione. VOBIS enim eſt repromiſſio. Deeſt. facta, & filiis veſtris, & omnibus qui longe ſunt quoſcūq; aduocauerit dñs deus nr̄. ¶ Aliis etiā verbis plurimis teſtificatus eſt: & exhortabat eos dicens. ſaluamini a generatione iſta praua. Qui ergo receꝑerunt. Deeſt. libēter, ſermonem eius baptizati ſunt. & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia. pro. circiter ter mille. Erant autē perſeuerantes in doctrina apoſtolorū & cōmunicatione fractionis panis. Legendum eſt. ET fractione panis & orationibus. ¶ Ita ꝙ non tria ſed quattuor explicantur. ſ. in doctrina, in cōmunicatione, in fractione panis, & orationibus. ¶ Cōmendat tria milia hominū conuerſoꝝ die illa, de perſeuerantia: ne putetur ex leuitate quadam ꝓceſſiſſe eoꝝ conuerſionē, aut inconſtantia non ꝑſeueraſſe. Cōmendat autē eorum perſeuerantiā in quattuor. primo in doctrina apoſtoloꝝ, ad refectionē intellectus. ſecundo in cōmunicatione rerum & officioꝝ mutui obſequii: quę cōmunicatio manifeſtus eſt effectus internæ charitatis & cōſtantiæ. Tertio in fractione panis: hoc eſt in diſtributione cibi. cōmunicatio redigebat propria in cōmune: fractio autē panis cōmune diſtribuebat ſingulis. Quarto in orationibus, ad refectionem affectus: petendo perſeuerantiā in his omnibus. FIEBAT autē omni animæ timor. ¶ Optimus tutor animoꝝ ad perſeuerandū in ꝓdictis, datus eſt a deo timor omni animæ cōuerſę ad ipſum. MVLTA quoq; ꝓdigia & ſigna per apoſtolos in hieruſalē fiebant. ¶ Superfluit in hieruſalē. Supfluunt & ſex dictiones ſequentes. ET metus magnus erat in vniuerſis. ¶ Neſcit quis hoc addidit. Alter tutor deſcribitur in miraculis. Ille quidē internus, iſte autē externus tutor erat ꝑſeuerantiæ. OMNES etiā. pro. autem, qui credebant erāt pariter. pro. ſimul. ¶ Extendit lucas cōmendationē trium milium ad omnes credentes. Erant enim multi in hieruſalē credentes in chriſtū (vt patet de nicodemo & ioſeph ab arimathia) qui non fuerant cum turba cōuenientes: ſicut nec fuerāt cum turba clamante crucifige. Et rōnabile eſt ꝙ multi alii hieroſolymis erant, qui fuerant ſaltē occulti chriſti diſcipuli. Et ad cōpręhēdendum oēs lucas dicit. omnes autē qui credebant erant ſimul, animo, cōuerſatione, & loco quādo oportebat. ET habebant omnia cōmunia. ¶ quod erat magnæ ꝑfectionis effectus. POSSESSIONESQVE & ſubſtātias vendebant. ¶ quod maioris erat ꝑfectionis. ET diuidebant illa oībus prout cuiq; opus erat. ¶ Non vt qui plus dediſſet plus haberet, non vt cuiq; honorabilius erat, ſed ꝓut cuiq; opus erat. Optima diſtributionis forma: ſed paruo duraūt tēpore. ¶ Aduerte in hac vita cōi duo. Alterum ꝙ niſi chriſtus hanc inſtituiſſet, non dixiſſet lucas ꝓtimū hanc vitam introducens, erant autē perſeuerantes. Alterū eſt ꝙ nulla ſit mentio de voto paupertatis: ſed tantūmodo ꝙ erant illis omnia cōia, ꝙ vendebant poſſeſſiones & ſubſtantias &cē. Nec dicit ꝙ vendiderint domos in quibus habitabant: ſed inter oſa eis cōia etiā domus

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligendæ sunt cões. QVOTIDIE quoq; perdurãtes vnanimiter in tẽplo, & frangentes circa domos pro.per singulas domos/panẽ,sumebant cibum.} Quod dicit sumebant cibũ/non circũloquitur comedebant:sed significat q̃ ab alio accipiebant cibũ.Et significatur per hoc q̃ per singulas domos familiarum conuersarũ ad christum/fiebat distributio panis:cõuenientibus istis ad istam & illis ad illam domum.ita q̃ accipiebant cibũ sibi datum. Modus.n.explicatur quo fiebat distributio cibi tantę multitudini in diuersis habitaculis. CVM exultatione & simplicitate cordis collaudãtes deũ,& habentes gfam ad omnem plebem. Dñs autẽ augebat.pro.addebat/qui salui fiebãt quotidie.Deest.ecclesiæ.} Et quod in latinis codicibus habetur in idipsum(pro simul)principium est sequentis sententiæ.

CAPVT .III.

IN IDIPSVM petrus autẽ.pro.simul autẽ. petrus/& ioãnes ascẽdebant in tẽplum.} Et dicit simul/non tam ad significandũ q̃ non separatim ascendebant(qm̃ sine hoc aduerbio fuisset sic intellectũ)sed potius ad significandũ identitatem seu cõtinuitatem tẽporis quo ascendebant isti & quo gesta sunt p̃narrata. Acsi dictum fuisset.per idẽ autem tẽpus petrus & ioãnes ascendebant &c̃. AD horam orationis nonã.} Hinc apparet paternis traditionibus statutã esse horã orationis nonã:quæ ex lege moysi non fuit decreta. ET quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suæ/baiulabatur:quẽ ponebant quotidie ad portam tẽpli quę dicitur speciosa,vt peteret eleemosynã ab introeuntibus in tẽplum.Is qui/vidisset petrũ & ioãnem incipientes introire in tẽplum,rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autẽ in eum petrus cum ioãne/dixit.respice in nos.At ille intẽdebat in eos sperans se aliqd accepturũ ab eis.Petrus aũt dixit. Argentũ & aurum nõ est mihi:quod aũt habeo hoc tibi do.in noie iesu christi nazareni surge & ambula.Et apprehensa manu eius dextera allenauit eum.Et protinus cõsolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens stetit & ambulabat:& intrauit cũ illis in tẽplum, ambulans & exiliens.pro.ambulans & saliens/& laudans deũ. Et vidit oĩs populus eum ambulantem & laudantẽ deum.Cognoscebant autẽ illum/qm̃ ipse erat qui ad eleemosynã sedebat ad speciosam portã templi.& impleti sunt stupore & ecstasi in eo quod cõtigerat illi.} Ad significandã magnitudinem admirationis duas passiones animi apposuit. Stuporẽ quidem magnitudinẽ admirationis significantem/& ecstasim effectum eius:hoc est fere alienationem a seipsis.

QVVM tenerent autẽ petrum & ioãnem.pro.quum teneret autẽ is qui sanatus fuerat claudus petrum & ioãnem.} Significatur q̃ ille qui sanatus fuerat tenebat petrum & ioãnem ad ostendendũ eos populo q̃ ipsi cutassent eum.CVCVRRIT omnis populus ad eos ad porticũ quæ appellatur salomonis stupentes.¶ Videns autem petrus} Participium præteriti tẽporis est:sed quia illo caremus, interpres vsus est præsenti.sed patui refert. RESPONDIT ad populũ. Viri israelitę quid miramini in hoc/aut nos quid intuemini,quasi nostra virtute aut pietate.pro.quasi ꝓpria potentia aut religione/fecerimus hunc ambulare!} Excludit tum propriam potentiã:quia potentia iesu christi non ipsorũ propria.tum propriam religionẽ:quia religione cõmuni qua colitur deus abraham isaac & iacob hoc miraculũ fecerat. DEVS abraham & deus isaac & deus iacob/deus patrum nostrorũ glorificauit filium suum iesum.quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem pilati,iudicante illo dimitti.} Dictio interprerata iudicante/est præteriti tẽporis.potuisset transferri quum iudicasset ille. VOS autẽ sanctum & iustum negastis:& petistis virum homicidã donari vobis,autorem vero vitæ interfecistis.quẽ deus suscitauit a mortuis:cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius.} scilicet iesu. HVNC quẽ vos videtis & nostis.} a claudicatione sanatum. CONFIRMAVIT nomen eius.pro.consolidauit nomen eius.} scilicet iesu. Et est nominatiui casus nomen.Et est sensus q̃ nomen iesu consolidauit hunc in fide nominis iesu. Q̃ enim nomen iesu cõsolidauerit illum claudum,testanẽ verba quibus vsus est petrus.in nomine iesu nazareni surge & ambula. Q̃ aũt ipsum non cõsolidauerit hunc ratione noĩs sed ratione fidei in ipso noie iesu/vult petrus q̃ intelligãt:vt fidem habeãt in noiato iesu. ET fides quæ per eũ est,dedit integrã sanitatem istã.pro.dedit illi integritatẽ istam.} qua ambulat rectus & salit. IN cõspectu oĩum vestrũ.

ET NVNC fratres scio quia per ignorantiã fecistis sicut & principes vestri.} Non est sensus/per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri per ignorantiã fecerunt:sed q̃ per ignorantiã fecistis/imitando principes vestros. Excusat siquidẽ populum q̃ ignoranter imitati sunt suos principes/qui ex industria procurauerunt mortẽ iesu. DEVS autẽ qui prenũciauit.pro.deus autẽ quæ prænũciauit/per os omniũ suorum prophetarũ.} Per os dicit/ad significandũ q̃ tanq̃ vno ore locuti sunt omnes ꝓphetę. PATI christum suum/impleuit sic.} Relatiuũ quæ refertur ad verbũ pati.Est enim ordo literę.deus autẽ quæ pati christũ suum prænũciauit per os omniũ suorum prophetarũ/implevit sic.POENITEMINI igitur pro.pœniteat vos igitur/& cõuertimini,vt deleantur peccata vestra:vt quũ venerint tẽpora refrigerii a conspectu dñi/& miserit eum qui prędicatus est vobis iesum christũ.} Perlege prudens lector totum quod sequitur:& nullam inuenies particulã quæ subiungatur huic subiunctiuo vt quũ venerint tempora refrigerii & miserit &c̃. Vnde suspensa seu mutila est sententia/vt opus sit aliqd subintelligere:puta salui sitis.vt salui sitis quum venerint tempora refrigerii a conspectu dñi.¶ Et appellat tẽpus iudicii tẽpora refrigerii.refrigerii autẽ a facie domini prouenientis.erit enim facies christi ratio summi refrigerii

bonis. QVEM oportet quidẽ cœlum suscipere vsq; in tẽpora restitutionis omniũ quę locutus est deus per os sanctorũ suorum a sęculo prophetarũ.} Ambigua est cõstructio:an significetur q̃ iesus interim suscipit cœlum/an q̃ cœlum suscipit iesum. Vterq; tamen sensus verus est:quoniã vsq; ad diem iudicii oportet q̃ cœlũ suscipiat iesum velut locus locatũ/& q̃ iesus suscipiat cœlũ tanq̃ in quo regnet.regnat enim interim in cœlis,qui postea regnabit in oĩbus. MOYSES quidẽ dixit quoniam ꝓpheram suscitabit vobis dñs deus vester de fratribus vestris.} Non affertur moyses in testimoniũ secundi adventus iesu christi:sed in testimoniũ aduentus primi/qui fuit initium & meritũ secundi. Et scribit hoc testimonium deutero.18. TANQVAM me ipsum.} Diuidenda sunt ꝓnomina.& pronomen me iungendũ est cum antecedentibus/prophetã suscitabit tanq̃ me:hoc est mei similem.pronomen vero ipsum/iungendum est cum sequentibus. IPSVM audietis iuxta omnia quęcũq; locutus fuerit vobis.Erit autẽ.} Hic fac punctum:quoniã completur sententia hebræo more/erit seu erit autẽ. Subauditur enim hoc quod subiungit. OMNIS aia quæ nõ audierit prophetã illum exterminabit de plebe.Et oẽs.} Deest cõiunctio. Legendum est. SED & omnes ꝓphetæ. Dixerat/moyses quidẽ accumulat sed & omnes prophetæ. A SAMVELE & deinceps qui locuti sunt/annunciauerunt dies istos. Vos estis filii prophetarũ & testi quod disposuit deus ad patres vestros.pro.nostros.} Erãt enim petrus & ioannes etiã hebrei. DICENS ad abrahã.& in semine tuo benedicent omnes familiæ terræ.} Ecce testamẽtum dispositum patribus & explicatum abrahæ.Et sumpta sunt hęc verba ex gene.zz.Disponitur enim q̃ in abrahę semine(hoc est christo)benedicentur/benedictione vitæ ætternæ,non solũ familiæ iudęorũ sed omnes familiæ terræ vniuersæ. Vnde & petrus exponit hæc verba statim de benedictione gratię in remissionẽ peccatorum: subiungendo. VOBIS primum.} ad differentiã gentium quibus postea. DEVS suscitãs.} Præteriti temporis est suscitans.pro.QVVM suscitauit/filium suum.} Nec est sermo de suscitare a mortuis sed de efficientia ortus.Et est sensus deus quũ fecit exoriri ꝓcul dubio in carne. Alluxit.n.petrus ad verba moysi allegata/ꝓphetã suscitabit vobis dñs deus.& ꝓpterea subdit. MISIT eum bñdicentẽ vobis vt cõuertat se vnusq; q̃ a neqtia sua.} Iungit ꝓphetiã moysi cum ꝓmissione facta abrahę.misit.n.deus filiũ suum in carnẽ ad bñdicendũ personalr iudęis/pdicando/miracula faciendo &c̃.vt cõuertentẽ a maliciis suis.

CAPVT .IIII.

LOQVENTIBVS autem illis ad populum,supervenerunt sacerdotes & magistratus templi pro.dux templi.} Nomen est officii prędentis tẽplo ne quid fieret indecens aut prophanum.& vt ex nomine coniicere licet/prætexat non cultui diuino(hoc enim erat pontificis) sed ministeriis & hominibus qui infra atria templi cõmorabant. An autem iste esset laicus vel ex tribu leui/incertum est. ET sadducęi,dolentes q̃ docerent populum/& annunciarent in iesu resurrectionem ex mortuis.& iniecerunt in eos manus:& posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera.Multi autem eorũ qui audierant verbum crediderunt.Et factus est numerus virorũ quinq; milia.Deest circiter. Legendũ est.numerus virorũ circiter qnq; milia.} Vbi nota multitudinẽ augmenti. nam supius (supputatis ẽt mulieribus)dixit additę sunt animæ circiter tet mille.tanta aũt fuit postea augmentatio vt non supputatis mulieribus essent fere quinq; milia virorum. FACTVM est autem in crastinum vt cõgregarentur principes eorũ & seniores & scribæ in hierusalem, & annas princeps sacerdotum & caiphas/& ioãnes & alexander/& quotquot erant de genere sacerdotali.& statuentes eos in medio interrogabãt in qua virtute.pro.potẽtia/aut in quo nomine fecistis hoc vos?¶ Tũc petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos. Principes populi & seniores israel audite.Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi.pro.homini infirmo.} Et particula sequens(scilicet. IN quo iste salvus factus est.} similiter vt materia examinis legenda est. Beneficium enim & rationẽ beneficii petrus vt materiam examinis(tanq̃ repetens proposita a iudicibus)explicat, dicendo si diiudicamur seu examinamur in his duobus.NOTVM sit omnibus vobis & omni plebi israel q̃ in nomĩe domini nostri iesu christi nazareni(quem vos crucifixistis/quẽ deus suscitauit a mortuis)in hoc iste astat coram vobis sanus.Hic est lapis q reprobatus est a vobis ędificãtibus,qui factus est in caput anguli:& nõ est in aliquo alio salus.nec.n.aliud nomen est sub cœlo datum hominibus.pro.datum inter homines.} Iesus enim homo est:& propterea dicit inter hoĩes. IN quo oporteat nos saluos fieri.¶ Vidẽtes autem petri cõstantiã.pro.audaciã/& ioãnis,cõperto q̃ hoĩes essent sine literis & idiotę.} hoc est plebei. ADMIRABANTVR:& cognoscebãt.pro.& agnoscebant/eos quoniam cum iesu fuerãt.Hominem quoq; vidẽtes stãtem cum eis qui curatus fuerat,nihil poterãt cõtradicere.iusserunt aũt eos foras extra concilium secedere: & conferebãt adinuicem dicẽtes.Quid faciemus hoĩbus istis/qm̃ quidẽ notum signum factum est.pro. factum esse.} Regitur.n.tota sentẽtia a subiũcto verbo manifestum est. PER eos/omnibus habitantibus hierusalem.m manifestũ est,& nõ possumus negare.Sed ne amplius diuulgef in populũ/cõminemur eis.pro.minãdo minemur illis.} hebręor; more exaggerãdo. NE vltra loquant in noie hoc vlli hominum.Et vocãtes eos/denunciauerunt.pro. ꝑceperunt/ ne oĩno loquerentur neq; docerent in noie iesu. ¶ Petrus vero & ioãnes respondẽtes,dixerunt ad eos.Si iustum est in conspectu dei vos potius audire q̃ deum,iudicate.nõ enim possumus quę vidimus & audiuimus nõ loqui.At illi cõminantes dimiserunt

eos nō ſuenientes quomodo puniterent eos ꝓpter populum: quia omnes clarificabāt id quod factum fuerat in eo quod acciderat.pro.glorificabāt deum in eo quod factum fuerat.Annorum enim erat amplius quadraginta homo/in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis.

¶ DIMISSI at venerūt ad ſuos:& annūciauerūt eis quāta.pro.q̄cūq; ad eos pricipes ſacerdotū & ſeniores dixiſſent.Qui quū audiſſent,vnanimiter leuauerūt vocē ad deū:& dixerūt.Dñe tu.Deeſt.deus/q̄ feciſti cœlū & terra,mare & oīa q̄ in eis ſunt:q̄ ſpū ſancto per os patris nr̄i dauid pueri tui dixiſti.ꝯ Quatuor ſupfluunt dictiones.ſpiritu ſancto/patris noſtri. QVARE fremuerūt gētes & populi meditati ſunt inania:aſtiterūt reges terrę,& pricipes conuenerūt in vnum aduerſus dominum & aduerſus chriſtum eius:ꝯ Initium pſalmi ſecundi citant:quod & exponūt ſubiūgendo. CONVENERVNT enim vere in in ciuitate iſta.ꝯ Supfluit in ciuitate iſta. ADVERSVS ſanctū puerum.pro.filium/tuum ieſum quē vnxiſti.ꝯ Hebręo more loquunt̄/regem ab vnctione ſignificātes.quem vnxiſti/hoc eſt meſiam ſeu chriſtū feciſti. HERODES & pontius pilatus.ꝯ Geſta in paſſione chriſti cōmemorant:exponendo verba pſalmi/reges & principes. Vnde & ſubiūgunt. CVM gentibus & populis iſrael facere quę manus tua & cōſilium tuum decreuerūt.pro.decreuerat fieri.ꝯ Memento ꝙ actio diſplicuit/paſſio grata fuit. ET nunc domine reſpice in minas eorum:& da ſeruis tuis cum omni fiducia.pro.audacia/loqui verbum tuū in eo ꝙ manum tuam extendas.pro.manum tuā extēdēdo/ad ſanitates.pro.ad ſanationem:& ſigna & pdigia fieri p nomē ſancti filii tui ieſu.Et quū oraſſent motus eſt locus.ꝯ in ſignū ſenſibile exauditionis. IN quo erāt cōgregati.Et repleti ſunt omnes ſpū ſancto.ꝯ Exterius motus eſt locus:interius repleti ſunt ſpū ſancto.Durāte hac via ad cœleſtē patriam quantūcūq; aliquis ſpiritu ſancto repletus prius fuerit/ſemper pōt iterum atq; iterum repleri:quū prius repletus fuit iuxta ſuę tūc diſpoſitionis capaciratem,& poſtea maioris capacitatis ob meliorem diſpoſitionem effectus iterum replet:& ſic deinceps. Vnde nō mireris ſi prius repleti/modo quoq; repleti ſunt ſpū ſancto. ET loquebant verbum dei cum fiducia.pro. audacia.ꝯ Ecce effectus petitus ab orantibus. MVLTITVDINIS autem credētium erat cor vnum & aīa vna.ꝯ Vnitas cordis ſimilitudinem ſignificat volūtatum deliberatarum.cor enim pro voluntate ponitur.Vnitas aūt animę ſimilitudinem affectionum(prout tū rationi ſubdunt) ſignificat.flebāt.n. cum flentibus & gaudebāt cum gaudentibus. NEC quiſq̄/eorum quę poſſidebāt aliquid ſuum eſſe dicebat/ſed erant illis omnia cōmunia.ꝯ Reperendum duxit lucas meritum cōitatis/poſtq̄ tā aucta erat multitudo credētium:ne putaremus fuiſſe cōmunia apud eos tūc tū quum erāt pauci .Rurſus quoniā nō omnes vēdebāt ea quę poſſidebār,explicādum duxit ꝙ nullus dicebat ſuum eſſe aliquid eorum quæ poſſidebat. Acſi apertius diciſſet.& q̄uis nō omnes vēderent quæ poſſidebant/omnes tamē habebant oia cōmunia. ET virtute.pro.potētia/magna.ꝯ procul dubio ad faciendum miracula. REDDEBANT apoſtoli teſtimonium reſurrectionis ieſu chriſti domini noſtri:& gratia magna erat in omnibus illis.ꝯ Nō ſolum potētia miraculorum ſed etiam magna gratia apud auditores donati erāt apoſtoli omnes: Cuius gr̄ę effectum ſubiūgit. NEQVE enim quiſq̄ egens erat iter illos.ꝯ proculdubio credētes.Cuius effectus media cauſa cauſata ex magnitudine gr̄ę apoſtolicę/ſubiūgitur. QVOTQVOT enim poſſeſſores agrorum aut domorum erāt vēdentes.ꝯ Anceps eſt ſermo:an erant iūgat cum poſſeſſores.& ſit ſenſus quotquot erāt poſſeſſores vēdebāt & ponebāt pretiū &c.An verbum erāt iūgatur cū participio vēdētes/& nō cū noīe poſſeſſores.& nō ſit ſenſus ꝙ quotquot hēbāt agros vēdebant illos:ſed ꝙ quotquot poſſeſſores agrorū aut domorū vēdebāt agrum ſeu domū. AFFERREBANT precia eorū quæ vēdebant. pro.vēdiderant/& ponebāt ad pedes apoſtolorum.diuidebaī aūt ſingulis ꝓut cuiq; opus erat.ꝯ Hęc enim fuit ratio quare nullus eſſet egens,quia vēditores agrorū & domorum p̄cium diſtribuēdum offerebāt,ne aliquis mēdicaret.Et hic ſecūdus ſenſus quadrat ſubiūctis dictis a petro ananię.& ideo tanq̄ literalis ſenſus amplectēdus eſt. IOSEPH.pro.ioſes/autem qui cognominatus eſt barnabas ab apoſtolis(quod eſt iterpretatum filius conſolationis)leuites/cyprius genere.ꝯ Inter poſſeſſores agrorū qui vēderūt/meminit lucas ſpāliter barnabę.cuius nomen ꝓpriū erat ioſes: ſed ab apoſtolis cognominatus eſt filius cōſolationis latine, hebraice aūt barnabas.bar ſiquidem eſt filius/& nabas cōſolationis. Meminit autē iſtius tum propter explicādum illius meritum ex apoſtolico cognomine.tum quoniam inferius iſte deſcribit introducere paulum ad apoſtolos:& a ſpiritu ſancto ſegregat cum paulo ad p̄dicandum gentibus:& alia multa p̄clara de eo erat ſcripturus. CVM haberet agrum,vendidit eum:& attulit precium,& poſuit ante.pro.ad.ſeu iuxta/pedes apoſtolorum.

CAPVT .V.

IR AVTEM quidam nomine ananias cū ſapphira vxore ſua vēdidit agrū.pro.poſſeſſionē/& fraudauit de precio agri.ꝯ Supfluit agri. CONSCIA vxore ſua:& afferens.pro.& allatā/partē quandam,ad pedes apoſtolorum poſuit.Dixit aūt petrus ad ananiam. anania cur tētauit.pro.impleuit/ſatanas cor tuū mētiri te ſpū ſancto!ꝯ Græce habetur mentiri te ſpiritum ſanctum.vel ꝙ græci ſic loquunt̄ mentior te ſicut benefacio te,quemadmodū nos dicimus mentior tibi/benefacio tibi.Et iuxta hūc ſenſum interpres trāſtulit mentiri te ſpū ſancto.Vel ꝙ mēritus eſt ſpiritum ſanctum:hoc eſt ſimulauit ſpiritū ſanctum .quemadmodum autum alchimicum mentit̄ au-

rum:& hypocrita mētitur virum ſanctum.Et iuxta hunc ſenſum petrus dicit cur implenit ſatanas cor tuum vt mēnteris ſpūm ſanctum/vt ſimulares ſpū ſancto agente te ponere precium agri in cōi.hoc.n. erat directe mētiri ſpūm ſanctum.vnde & exponit mendacii in fraude precii,ſubiungendo. ET FRAVDARE de precio agri.ꝯ Nōne manens tibi manebat,& venundatū.pro.venundatus/in tua erat poteſtate?ꝯ Hinc clare apparet ꝙ nō voti neceſſitate chriſtiani omnes tūc habebāt omnia cōmunia/ſed libera perfectione charitatis.Expreſſe ſiquidē duo dicuntur ananię quę nō fuiſſent vera ſi chriſtiani omnes voto obligati fuiſſent ad cōmunitatem rerum.Primum enim dicit ꝙ ager manens tibi manebat: hoc eſt anteq̄ venderet tuus erat.Deinde ꝙ ēt poſtq̄ eſt venditus/in tua erat poteſtate illius p̄cium.Conſtat ſiquidem ꝙ neutrū horum fuiſſet verum ſi obligatus fuiſſet voto.Et hoc clare quadrat precedētis capituli textui expoſito/quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum vendētes erant &c. QVARE poſuiſti in corde tuo hanc rē?ꝯ videlicet vt poneres in cōmuni partem p̄cii pro integro p̄cio. hęc enim fuit tota peccati ratio. Vnde & ſubiungitur. NON es mentitus hominibus.ꝯ nobis videlicet qui ſumus homines. SED ideo.ꝯ habitanti in nobis. tu itrogaſti iniuriam non nobis/hominibus, ſed deo in nobis: non eſtimando deum in nobis habitantem curam exercere huius communis vitę tanq̄ proprium illius autorem. Propterea enim dixit non es mentitus hominibus ſed deo. Quod et dupliciter manifeſtauit petrus.ptio reuelādo ſecretū cordis ananię: & deide pœna ſubſequēte. AVDIENS autem ananias hęc verba,cecidit & expirauit.Et factus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierunt. Surgētes aūt iuuenes amouerūt eū: & efferentes ſepelierunt. ¶ Factū eſt autem quaſi horarū trium ſpatium:& vxor ipſius neſciens quod factum fuerat/introiuit.Reſpōdit autem ei petrus.ꝯ Salutanti apoſtolos mulieri reſpōdit petrus. DIC mihi mulier ſi tāti agrū vēdidiſtis?At illa dixit.etiā tanti.Petrus aūt ait ad eam.Quid vtiq; conuenit vobis.ꝯ hoc eſt cōueniſtis vos/tu & vir tuus. TENTARE ſpiritum domini?ꝯ Sciebat enim petrus vxorem fuiſſe conſciam fraudis. & propterea dixit cur conueniſtis vos vt tentaretis ſpiritum domini. Vere experimētum ſumere attentabant/nō intētione ſed facto de ſpiritu domini habitante in apoſtolis & actore vitę cōmunis.offerentes enim partem precii/experti ſunt ſpūm domini in apoſtolis cognoſcērem fraudem vtriuſq;. ECCE pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum ad oſtium:& efferent te.Cōfeſtim cecidit ante pedes eius,& expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam:& extulerunt & ſepelierunt ad.pro.iuxta/virum ſuum.ꝯ Aduerte hic initia legū in primis trāſgreſſoribus fuiſſe vindictis ſemp cōmendata.Nam & in lege veteri primus violator ſabbati fuit lapidatus:& primi violatores are(filii ſcilicet aaron)fuerūt extincti.& in lege noua iſti coniuges fuerunt occiſi quia fuerunt primi tranſgreſſores. ET factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia: & in omnes qui audierunt hęc.

PER manus autem apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.ꝯ Repetit lucas miracula apoſtolorum/nō vt cōmemoret eadem repetēdo:ſed vt ſignificet perſeuerantiā diuinę potentiæ in apoſtolis ad faciendum miracula.Et adiungit in quibus fiebant miracula:videlicet in plebe ſeu populo/ad differentiam magnatum . vt deſcribat populares fuiſſe diſpoſitos ad fidem chriſti: & propterea in ipſis tanq̄ diſpoſitis fieri miracula per apoſtolos. ET erāt vnanimiter oēs in porticu ſalomonis. Cęterorum autem nemo audebat ſe cōiungere illis:ſed magnificabat eos populus.ꝯ Propter timorē principum illi qui nō credebāt timebant cōuerſari cum chriſtianis:& q̄uis nō conuerſarentur cum eis,laudabant tū eos. MAGIS autem augebaī credentium in domino multitudo virorum ac mulierum.ita vt in plateas eicerent.pro.exportarent/infirmos & ponerent in lectulis ac grabatis.ꝯ In ſignum maximi augmenti multitudinum virorum ac mulierum dicit ꝙ exportabant infirmos in plateas:ad ſignificandum ꝙ erāt tot vt nec cōmode poſſent deferre illos ad apoſtolos nec apoſtolis vacaret venire ad eos pre multitudine. VT veniēte petro,ſaltem vmbra illius obūbraret quēq̄ illorum:& liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis.ꝯ Oēs hę poſtremę ſex dictiōes ſunt adiectitię. CONCVRREBAT autē & multitudo vicinarum ciuitatum hieruſalem/afferentes egros & vexatos a ſpiritibus immūdis:qui curabant̄ oēs. ¶ Exurgens autem princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo erāt,quę eſt hereſis ſadducęorū.ꝯ De hac ſadducęorum ſecta in euangeliis dictum eſt. REPLETI ſunt zelo.ꝯ inuidię & irę.inimici ſiquidem erant reſurrectionis & ſpūum. ET iniecerūt manus in apoſtolos:& poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus aūt domini per noctem aperiens ianuas carceris & educens eos dixit. Iter:& ſtantes loquimini in tēplo plebi omnia verba vitę huius.ꝯ proculdubio chriſtianę. QVI quū audiſſent , intrauerūt diluculo in templū & docebāt.Aduenies aūt princeps ſacerdotum & qui cum eo erāt.ꝯ nō in tēplum,ſed ad locum cōcilii. CONVOCAVERVNT concilū & omnes ſeniores.pro.& ordinē ſenioꝝ/filiorum iſrael:& miſerūt ad carcerem vt adducerent̄.Quū autem veniſſent miniſtri & apto carcere.ꝯ Superfluit aperto carcere. NON inueniſſent illos:reuerſi nūciauerunt/dicētes.Carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia/& cuſtodes ſtātes ante ianuas:aperientes autem.ꝯ Pręteriti temporis eſt pro quū aperuimus autem . NEMINEM intus inuenimus. Vt aūt audierunt hos ſermones magiſtratus templi. pro.dux templi.ꝯ Et deſunt duę dictiones.Legendum eſt. VT aūt audierunt hos ſermones & ſūmus ſacerdos & dux templi & principes ſacerdotum,ambigebāt de illis quidnā fieret.Aduenies aūt quidam

nunciauit eis, quia ecce viri quos posuistis in carcere sunt in templo stãtes & docentes populum. Tũc abiit magistratus. pro. dux/cũ ministris: & adduxit illos sine vi. timebãt enim populũ ne lapidarent. Et quũ adduxissent illos, statuerũt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum dicens. præcipiendo. pro. nonne præcepto/præcepimus vobis. ℣ Hebræo more exaggerat. NE docetetis in nomine isto? & ecce replestis hierusalẽ doctrina vestra: & vultis inducere sup nos sanguinem hominis istius. ℣ De iesu est sermo. & execrando sanguinẽ iesu, timent diuinã vindictam si iesus christus crucifixus adoraf a populo. ℣ RESPONDENS autẽ petrus & apostoli dixerunt. Obedire oportet deo magis q̃ hoibus. deus patrum nostrorum suscitauit iesum quẽ vos interemistis suspendentes in ligno. hunc principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua/ad dãdam pœnitentiam israel & remissionem peccatorum: & nos sumus testes. ℣ Deest ei. Legendum est. ET nos sumus ei testes horum verborũ & spiritus sanctus. pro. qn & spiritus sanctus, quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. ℣ hoc est nõ tam nos sumus ei testes q̃ ipe spiritus sanctus datus obedientibus illi. HEC autem quum audissent, dissecabant & cogitabant. pro. & consultabant/interficere illos.

SVRGENS aũt quidam in cõcilio phariseus/noie gamaliel/ legis doctor/honorabilis vniuersę plebi. ℣ Hic gamaliel dicit fuisse occultus christianus ad dissipãda cõsilia iudęorũ. IVSSIT foras ad breue hoies fieri. pro. iussit foras ad breue aplos facere. ℣ hoc ẽ emittet foras. DIXIT QVE ad illos. Viri israelite, attẽdite vobis super hoibus istis quid acturi sitis. ante hos. n. dies extitit theodas. pro. theudas/dicens se esse aliquem. ℣ hoc est magnum ꝓpheram. CVI cõsensit. pro. adhęsit/numerus virorũ circiter quadringẽtorũ. qui occisus est: & omnes quicũq; credebant ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. ℣ Gamaliel rem notam summarie tangit. Nec est iste theudas ille de quo iosephus li. 20. dicit fuisse magũ & multos seduxisse & duxisse ad ripas iordanis, ꝓmittẽdo trãsitũ sicco pede: & iussu fadi procuratoris interfectũ cum multis/missa equitum multitudine. nam iste de quo loquitur gamaliel fuit ante iudam galilęum / vt textus iste dicit: ille aũt de quo loquit iosephus fuit longe post. nam fuit tempore claudii cęsaris qui misit cuspiũ fadum procuratorem iudeę. Incertum est igitur quis iste theudas fuerit & quę fecerit. POST hũc extitit iudas galilęus in diebus ꝓfessionis. ℣ Dies ꝓfessionis appellat qñ (vt lucas refert) descriptio facta est vniuersi orbis: & ibant singuli in ciuitates suas vt ꝓfiterentur. De hoc iuda libro. 18. refert iosephus q̃ docebat ne ppls tributa solueret romanis: eo q̃ soli deo tributarius esse deberet. ET AVERTIT populũ. Deest. multũ/post se. & ipse periit, & oẽs quotquot cõsenserũt ei dispsi sunt. Et nũc itaq; dico vobis/discedite ab hominibus istis & sinite illos: quoniã si est ex hominibus cõsilium hoc aut opus/dissoluetur, si vero ex deo est nõ poteritis dissoluere: ne forte & deo repugnare videamini. pro. repiamini. Consenserũt aũt illi: & cõuocantes apostolos, cęsis. ℣ Hoc nõ cõsuluerat gamaliel. DENVNCIAVERVNT pro. pręceperũt/ne oino loquerent. ℣ Supfluit oino. IN noie iesu. & dimiserunt eos. Et illi quidem ibãt gaudentes a conspectu cõcilii, quoniã digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. ℣ In quo apparet maxima apostolorũ perfectio: & tam ingẽs mutatio vt gauderẽt se contumeliose cęsos. OMNI autem die nõ cessabãt, in templo & circa domos. pro. per singulas domos/ docẽtes & euãgelizãtes iesum chm. ℣ Spũalẽ cibũ docẽdo tribuebãt: sicut & de corporeo cibo dixerat p singulas domos distributo.

CAPVT .VI.

IN DIEBVS autem illis crescẽte numero discipulorũ, factũ est murmur grecorũ aduersus hebręos. ℣ Hebręi erant omnes: sed alii nati in grecia/alii in terra iudęorũ. & isti appellant hebręi, illi greci. EO q̃ despicerent in ministerio quotidiano viduę eorũ. ℣ Si diceret a quotidiano ministerio, significaret q̃ repellebant viduę græcoꝝ a ministrãdo: sed dicẽdo in quotidiano ministerio/significat græcoꝝ vi duas grauari vilioribus ministeriis quotidiãis. CONVOCANTES aũt duodecim multitudinem discipulorũ, dixerũt. Non est ęquũ. pro. placitũ. ℣ Et subaudit deo: Est enim sensus q̃ nõ est placitũ deo. NOS derelinquere verbũ dei & ministrare mẽsis. Cõsiderate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii. ℣ hoc est testimonio ꝓbatos. SEPTEM, plenos spũ sancto & sapiẽtia. ℣ quantum ex exterioribus cognosci potest. QVOS cõstituamus super hoc opus. pro. sup necessitatẽ hãc. ℣ Necessarius siquidem erat vsus ministerii muliebris: sed oportebat adhibere aliquos qui supintenderent ne istę magis grauarent q̃ ille. NOS vero orationi & ministerio verbi instãtes erimus. ℣ Omni ex parte liquet q̃ septem eligendi erant diaconi: hoc est ministri nõ altaris sed mensarũ. nam ad diaconos altaris spectaret vacare orationi & verbo dei: e regione aũt istorum dicitur/nos vero orationi & verbo dei instabimus. ET PLACVIT sermo coram omni multitudine. Et elegerũt stephanum/virum plenũ fide & spiritu sancto, & philippũ/& procorũ/& nicanorẽ/& timonẽ & parmenam & nicolaũ aduenã. pro. proselytũ/antiochenum. Hos statuerunt ante cõspectum apostolorum: & orãtes imposuerũt eis manus. ℣ Prius orãt apostoli: & deinde imponunt manus super hos septem diaconos. nõ conferãdo eos in diaconos (quum nulla de hoc ministerio fiat mentio) sed vt per manuum impositionem conferat eis gratia spũs sancti ad exequendum iniunctum officium superintendendi ministris mensarum. pro hoc enim particulari officio digne exequendo / & orant & manus imponunt. ET VERBVM domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in hierusalem valde. Multa etiam turba

sacerdotum obediebat fidei. ℣ Intelligo per hoc q̃ turba sacerdotum erat christiana quo ad ea quę sũt fidei: nõ aũt cõmunicabat cũ aliis christianis in hoc q̃ haberent oĩa cõmunia. & ꝓpterea lucas significãtius de istis dicit q̃ obediebãt fidei: de aliis ãt/& multiplicabat numerus discipulorũ in hierlm valde.

¶ STEPHANVS aũt plenus gratia & fortitudine/faciebat prodigia & signa magna i populo. Surrexerũt aũt quidam de synagoga quę appellat libertinorũ, & cyrenensiũ & alexandrinorũ/et eorum qui erãt a cilicia & asia. ℣ Nisi in hierusalem multę fuissent synagogę/nõ limitasset lucas hãc synagogam fuisse istarum nationũ. Et forte synagoga a libertinis noiata est. Cõmunis autem erat his quattuor nationibus: intelligẽdo per asiam nõ tertiam mundi partem sed asiam minorẽ. DISPVTANTES cum stephano. & nõ poterãt resistere sapiẽtię & spũi q̃ loq̃bat. ℣ Vere apparet ipletũ christi verbũ. ego dabo vobis os & sapiam cui nõ poterũt resistere oẽs aduersarii vestri. TVNC submiserũt viros q̃ dicerẽt se audisse eũ dicẽtẽ verba blasphemię in moysen & deũ. Cõmouerũtq; plebẽ & seniores & scribas. Et cõcurrẽtes rapuerũt eũ: & adduxerũt i cõciliũ. et statuerũt falsos testes. ℣ Nõ fuit vniuersa res hęc gesta vnico cõtextu: sed quum nõ possent resistere sapientię & spũi, clam ꝓcurarũt viros in falsos testes. Nec hoc suffecit illis de synagoga: sed cõmouerũt & plebem & seniores & doctores aduersus stephanũ. Nescit aũt quot dies in hoc cõsumpserit: sed nacta oportunitate disputatores versi sunt in lictores. Inuaserunt eni stephanũ disputãtem/nõ argumentis sed manibus: rapiendo & adducẽdo ipsum in cõciliũ. Et tunc vsi sunt falsis testibus. QVI dicerent. Homo iste nõ cessat loqui verba. Deest. blasphema/aduersus locum sanctũ & legem. ℣ Locũ sanctũ appellãt templum. AVDIVIMVS enim eum dicentem qñ. pro. q̃/iesus nasarenus hic. ℣ Cõtemptiue apponunt hic. DESTRVET locum istum. ℣ Nũq̃ hoc stephanus dixerat. ET MVTABIT traditiones. pro. cõsuetudines/quas tradidit nobis moyses. ℣ Nec hoc dixisse stephanum credẽdum est: quoniã didicerat illud/nõ veni soluere legem sed adimplere. Sed quẽadmodum destructionem templi futurã falso testant/adiungendo q̃ iesus destruet illud, ita adimpletionem falso testant vertendo illã in mutationẽ. ET INTVENTES eũ omnes qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tanq̃ faciem angeli. ℣ Non explicatur quid deus apparere fecerit in facie stephani ob quod facies eius apparebat tanq̃ facies angeli.

CAPVT .VII.

DIXIT aũt princeps sacerdotum si hęc ita se haberent? Qui ait. Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro abrahę quum esset in mesoporamia/priusq̃ moraret in charan: & dixit ad illum. exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terrã quã mõstraro tibi. ¶ Tũc exiit de terra chaldęorũ, & habitauit in charan. ℣ Chaldęa enim pars est mesopotamiæ: in qua mesopotamia est etiã ciuitas charan. & ꝓpea significãter stephanus dicit in mesopotamia priusq̃ moraret in charan: sciens q̃ charan erat etiam in mesopotamia. Et significantius dicit q̃ tunc exiit de chaldęa/nõ de mesopotamia. venit enim in charan ciuitatẽ nõ chaldęę sed mesopotamię versus syriam. in qua mortuus est pater abrahę: vt patet gen. xi. ET INDE postq̃ mortuus est pater eius/ trãstulit illũ in terram istã in qua nunc vos habitatis. Et nõ dedit illi hereditatem in ea nec passum pedis. pro. nec vestigium pedis. ℣ Aduerte q̃ nõ dicit abraham ne vestigium quidem pedis possedisse in terra promissionis (quoniã hoc constat esse falsum. nam possedit agrum ibidem cum spelũca: vt patet in genesi ca. 23.) sed dicit q̃ deus non dedit ei hereditario titulo nec vestigium pedis. agrum enim illum emit. SED repromisit dare illi eã in possessionẽ, & semini eius post ipsum: quũ non haberet filium. Locutus est aũt ei deus. pro. locutus est aũt deus sic. ℣ vt subiungit. QVIA. pro. q̃/erit semen tuũ accola. pro. inquilinum/in terra aliena: & seruituti eos subiicient, & male tractabunt eos annis quadringẽtis triginta. ℣ Anni isti nõ referunt ad seruitutem, sed ad peregrinationem. nã vt supputãtes annos ẽm hebręos dicunt/nec quadringentis annis fuerũt in ęgypto, sed ducentis tm & decẽ annis. ET GENTEM cui seruierint, iudicabo ego dicit dominus. pro. dixit deus. et post hęc exibũt, & seruient mihi in loco isto. Et dedit illi testamẽtũ circuncisionis. & sic genuit isaac: & circucidit eum die octauo. & isaac iacob: & iacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ ęmulãtes, ioseph vẽdiderunt in ægyptum. Et erat deus cum eo: & eripuit eũ ex omnibus tribulationibus eius. Et dedit ei gratiam & sapientiã in conspectu pharaonis regis ægyptiorum: & constituit eũ præpositum super ęgyptum & super omnẽ domum suã. Venit autem fames in vniuersam ægyptum & chanaan, & tribulatio magna: & nõ inueniebant cibos patres nostri. Quũ audisset autẽ iacob esse frumẽtum in ægypto, misit patres nostros primũ. Et in secundo. ℣ subaudi descẽsu patrum in ægyptum. COGNITVS est ioseph a fratribus suis. et manifestatum est pharaoni genus eius. Mittẽs aũt ioseph/accersiuit iacob patrem suum & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinq;. ℣ Occurrit quęstio de numero: ga gen. 46. & exo. 1. supputantur tm animę septuaginta. Respõdetur q̃ stephanus supputauit alios ioseph filios natos post descensum iacob in ęgyptum. ET DESCENDIT iacob in ægyptum: & defunctus est ipse & patres nostri. Et translati sunt in sichem. ℣ De ioseph & fratribus hiero. affirmat q̃ sepulti sunt in sichem: vt hæc littera sonat. Quis iosephus. 2. antiqui. li. ca. 5. fratres ioseph sepultos in hebron dicat. De ioseph siquidem constat iosue vlt. q̃ sepultus est in sichem. ET POSITI sunt in sepulchro quod emit abraham ꝓcio argenti a filiis emor/si-

Universidad de Sevilla Biblioteca

sichem.¶ Multę occurrũt hic quęstiones: quas ẽt hiero. ad pammachiũ insolutas relinquit. Prima est circa sepulchrũ emptum ab abraham. nã cõstat illud fuisse in hebron, & nõ in sichem. Sed hęc quæstio facile solui põt: dicendo ꝙ ad diuersos referunt. ita ꝙ particula translati sunt in sichem, refert ad ioseph & fratres eius ſm hiero. particula aũt & positi sunt in sepulchro quod emit abraham, refertur ad iacob: & ſm iosephũ ad filios eius patriarchas. ¶ Vna alia quæstio circa venditores sepulchri insolubilis apparet. nam hic dicit a filiis emor: quum i genesi dicat ꝙ abraham emit ab ephron filio sohar. Nec video solutionem quadrãtẽ, nisi ille ephron aut pater eius sohar nominatus ẽt fuerit emor: & ꝙ alio nõe in genesi, alio hic appellat. ¶ Inculcat & tertia quęstio valde distrahens textũ: referendo a filiis emor ad illam particulã & translati sunt in sichem. Sed tam extorta videt vt nõ putẽ ꝓsequendã. Posset tñ aliter cõstrui vniuersa hęc ſra, tali ordine. Et trãslati sunt in sichem pres nostri filii iacob, & positi a filiis sichẽ filii emor in sepulchro quod emit abraham precio argẽti: vt intelligamus ꝙ sichimitę memores cladis quã exercuerant in eos filii iacob nõ passi sunt corpora eorum honorabiliter manere in sichem, & propterea posuerunt ea in hebron. Si cõstaret de re gesta, nullas angustias ſra hęc iferret. Alludit aũt hoc ad id quod dicit iosephus, patriarchas filios iacob sepultos in hebron. ℭ QVVM aut appropinquaret tẽpus promissionis quã professus fuerat. pro. quã iuraverat, deus abrahç, creuit populus & multiplicatus est in ægypto: quoadusq; surrexit alius rex in ægypto qui nõ sciebat. pro. nõ noverat, ioseph. Hic circumueniens genus nostrũ afflixit patres nostros: vt exponerent infantes suos ne viuificarent.

Eodẽ tpe natus est moyses, & fuit gratus deo: q nutritus est tribus mẽsibus in domo pris sui. Exposito aũt illo, sustulit eũ filia pharaonis, & nutriuit eũ sibi in filiũ. & eruditus est moyses omni sapiẽtia ægyptiorum: & erat potens in verbis & in operibus suis. Quum aũt impleretur ei quadragẽta annorũ tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios israel. Et quum vidisset quẽdam iniuriam patientem, vindicauit illum: & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percusso ægyptio. Existimabat autem intelligere fratres, qm̃ deus per manum ipsius daret salutẽ illis. at illi nõ intellexerũt. Sequẽti vero die apparuit illis litigãtibus, & recõciliabat eos in pace, dicens. Viri fratres estis, vt quid nocetis alterutrũ? Qui aũt iniuriã faciebat proximo, repulit eũ dicens. Quis te cõstituit principem & iudicẽ super nos? nunqd̃ interficere me tu vis quẽadmodum interfeciſti heri ægyptium? Fugit aũt moyses in verbo isto: & factus est aduena in terra madiã. vbi genauit filios duos. ¶ Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto mõtis sina angelus in igne flammę rubi. ¶ Exponit stephanus veritatem apparẽtis nuncii: qui tñ infernis dicet ego sum deus patrũ tuorũ. Angelus erat, sed in persona dei loquebat. MOYSES autẽ videns admiratus est visum: & accedẽre illo vt cõsideraret, facta est ad eũ vox domini dicẽs. ego sum deus patrũ tuorum, deus abrahã, deus isaac, & deus iacob. Tremefactus aũt moyses, nõ audebat cõsiderare. ¶ Ex eisdem traditionibus hausit stephanus tremorẽ moysi ex quibus hausit autor epistolę ad hebr. 12. DIXIT aũt illi dñs. solue calciamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas terra sancta est. Videns vidi afflictionẽ populi mei qui est in ægypto, & gemitum eorum audiui: & descendi liberare eos. Et nũc veni & mittã te in ægyptũ. ¶ Hunc moysen quẽ negauerũt, dicentes quis te cõstituit principem & iudicem, hunc deus principem & redẽptorẽ misit cũ manu angeli qui apparuit illi i rubo. Hic eduxit illos faciens prodigia & signa in terra ęgypti & in rubro mari & in deserto annis quadraginta. Hic est moyses qui dixit filiis israel. prophetã suscitabit vobis deus de fratribus vestris, tanq̃ me ipsum audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cũ angelo qui loquebat ei in mõte sina, & cũ patribus nostris: qui accepit verba vitę dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerũt, & auersi sunt cordibus suis in ægyptũ. ¶ Significãter dicit cordibus suis: quoniam corde auersi sunt ad mores ægyptiorũ: immo ẽt quãdoq; ad reuertendum in ægyptum: vt patet nu. 14. Sed quo ad mores quadrat quod subiungit de idolatria petita ab aaron. DICENTES ad aaron. Fac nobis deos qui prẽcedant nos. moysi enim huic q eduxit nos de terra ægypti, nescimus quid factũ sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis: & obtulerunt hostiam simulacro: & lętabantur in operibus manuũ suarum. Conuertit. Deest, se, autem deus, & tradidit eos seruire militię cœli. ¶ Deus imutabilis est: & dicitur ꝙ cõuertit se quãtum ad effectũ. mutauit. n. effectum internę protectionis qua seruabat populum ab idolatria, & permissiue tradidit illos in reprobũ sensum vt adorarent militiã cœli: hoc est astra. SICVT scriptum est in libro pphetarum. ¶ procul dubio. 12. minorum. nam ex amos. 5. ca. sñia subiũgit. NVNQVID victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus israel? ¶ Dicit hoc non ea tõne ꝙ in deserto nunq̃ fuerint oblatę victimę (qm̃ constat quandoq; fuisse oblatas) sed ea tõne quia nõ ordinarie offerebant sacrificia in deserto, non offerebatur iuge sacrificium. ¶ ET SVSCEPISTIS tabernaculum moloch. ¶ Hæc particula non refertur ad tempus quo fuerunt in deserto: quia nihil horum scriptum est factũ in deserto. Et etiã pœna subiũcta manifestat ꝙ de tẽpore post habitatam terram promissionis loquit. Quale autem fuerit hoc tabernaculum moloch, scriptum nõ est. Ad idolatriam spectare intelligit. moloch enim ammonitarum idolum dicitur. ET SYDVS dei vestri rempham. ¶ hoc est luciferum seu stellam matutinam, vt aiunt. FIGVRAS quas feciſtis adorare eas. ¶ Ecce tertium crimen idolatrię. Nec refert an fuerint figure astrorũ, an hoium seu aliaꝝ rerũ. ET TRANSFERAM vos trãs. pro. vltra, babylonẽ. ¶ Aduerte ꝙ ste

phanus nõ refert verba amos, sed sensum exponendo. nam ibi dicitur vltra damasc. Quæ dictio quãdoq; est nomen propriũ ciuitatis quę dicit damascus: quãdoq; aũt est nomen appellatiuum. & sic exposuit eam stephanus, dicendo vltra babel. TABERNACVLVM testimonii fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis deus loquẽs ad moysen vt faceret illud ſm formam quã viderat. Quod & induxerũt suscipientes patres nostri cum iesu in possessionem gentiũ quas expulit deus a facie patrum nostrorũ. ¶ De iosue est sermo: qui cum filiis israel arcam domini & tabernaculũ factũ a moyse induxit in terram ꝓmissionis. quam hic appellat possessionem gentium: quia possidebatur a gẽtibus, chananęis &c̃. VSQVE in diebus dauid. ¶ Ad literã tabernaculum factũ a moyse, vsq; ad tẽpus dauidis perseueratum in suo honore: dauid aũt fecit aliud tabernaculum in mõte sion, in quo posuit arcã domini. et sic tabernaculũ factum a moyse, minus honoris habuit: vtpote sine spe tegẽdi amplius arcam domini. Et propterea de dauide subiungit. QVI inuenit gratiã ante deum: & petiit vt inueniret tabernaculũ deo iacob. ¶ Locatum pro loco ponit. petiit enim dauid vt inueniret locũ stabilem vbi esset tabernaculum dei iacob: & effecit in sion. SALOMON aũt ædificauit illi domum. Sed nõ excelsus in manufactis. Deest. templis, habitat. Sicut per pphetam dicit. ¶ esa. 66. Negat quãdoq; in scriptura ꝙ deus habitet in templo & quãdoq; affirmat, diuersis rationibus. Negatur siquidem ꝙ habitet in templo tanq̃ locatum in loco. & ad hunc sensum affertur autoritas ista esaię, ab immensitate dei manifestans ꝙ nõ comprehendit in tẽplo. Affirmat autem ad significandum ꝙ est ibi ſm spãlem effectum: hoc est venerationẽ & cultum nominis sui. COELVM mihi sedes est: terra aũt scabellum pedum meorum. Quã domum ędificabitis mihi, dicit dominus: aut quis locus requietionis meę est? nõne manus mea fecit hęc omnia? dura cervice & incircũcisis cordibus & auribus! ¶ Metaphorico sermone describit animos illorum. Et quẽadmodũ obstinationem eorũ describit a dura cervice, ita impura corda & impuras autes mentis ad audiendum verba vitę, per incircũcisionẽ significat. VOS semp spiritui sancto resistitis. ¶ Presentis temporis legendum est, nõ restitistis. Et dicit eos semp resistere spũ sancto, quia perseuerãt in resistẽtia inchoata aduersus christum. SICVT patres vestri, ita & vos. Quẽ prophetarum nõ sunt persecuti patres vestri! Et occiderũt eos qui prẽnunciabant de aduẽtu iusti: cuius vos nunc proditores & homicide. pro. occisores, fuistis. ¶ Fuerunt enim & proditores, tractando proditionem cũ iudaismo emendo proditionem. & occisores per manus gentilium. QVI accepistis legem in dispõne. pro. in dispõnes, angelorũ. ¶ Nõ est clarum an dispõnes referant ad varias apparitiones angelorum, an ad diuersitatem signorum quę appatuerũt quũ data est lex, an ad diuersitatẽ ordinationum seu statutorũ in lege. acsi dictum fuerit ꝙ accepistis legẽ in statutis angelicis. ET NON custodistis.

AVDIENTES aũt hęc, dissecabantur cordibus suis: & stridebant dentibus in eum. Quum autem esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum. ¶ oculis corporeis in cœlum eleuatis ac intentis. VIDIT. ¶ corporali visione. GLORIAM dei. ¶ Nõ vidit deum sed gloriã dei: hoc est claritatem quandã corporalẽ tanq̃ præ se ferentem præsentiam dei. Neq; enim alia gloria oculo corporeo videri potuit. ET IESVM stantem a dextris dei. ¶ Iesus in cœlo vere stat (nõ sedet) quo ad situm corporalẽ: qm̃ stare est naturalis situs hois. & sic stephanus vidit ipsum iesum stantem vt vere stat. Quod autẽ subditur a dextris dei, non põt ad literam intelligi: sed intelligitur ipsum stantem in sũmis dei bonis. vidit siquidem ipsum gloriosissimum. & propterea dicit a dextris dei. ET AIT. Ecce video cœlos apertos. ¶ Hinc habetur ꝙ hęc visio fuit corporalis. nam si fuisset imaginaria aut intellectualis, abstractio aliqua imo multa interueniret a sensibus. cuius contrarium testatur sermo eius, ecce video cœlos aptos. Nec dicit ecce vidi, sed ecce video. Quũ autem audis visionem corporalem, ne intelligas illam puram sed iunctam intelligentię: sicut quum video hoiem excellentem mihi notũ, considero simul eminentem illius sciẽtiam, sanctitatẽ vitæ & hmõi. Videns siquidem stephanus iesum verum hoiem stantẽ in cœlo & corporalẽ gloriam, intelligebat & præsentiam dei, & summam iesu excellẽtiam. & propter primum dicitur gloriã dei: & propter secundum a dextris dei. Et quod añ lucas dixit vidit gloriam dei, stephanus modo explicat video cœlos apertos: hoc est patẽtes, non scissos. videbat enim claritatẽ supra cœlos: & propterea dixit video cœlos apertos, tanq̃ patentes ad hoc vt videret superna gloria. ET FILIVM hominis. ¶ Vt clarius explicetur ꝙ iesus quatenus homo visus est, dicit & filium hois. STANTEM a dextris virtutis dei. ¶ Supfluit virtutis. ¶ EXCLAMANTES autẽ voce magna. ¶ procul dubio aduersus stephanum tanq̃ blasphemum. CONTINVERVNT aures suas. ¶ ne audirent blasphemantem, magnam religionẽ simulãtes. ET IMPETVM fecerunt vnanimiter in eũ. Et eicientes eum extra ciuitatem, lapidabãt. ¶ procul dubio tanq̃ blasphemũ. Tacet aũt lucas de cõsensu pilati. ludei siquidem (vt ioãnes testat) dixerũt nobis nõ licet interficere quenq̃ reservata cansa mortis presidi. Vnde quum ista lapidatio facta fuerit in territorio hierusalem, procul dubio facta est de cõsensu pilati. vnde & paulus dicit coram agrippa inferius ca. 26. ꝙ ipse detulit sententiã. ET TESTES deposuerũt vestimenta sua secus pedes adolescẽtis qui vocabatur saulus. ¶ Vide q̃ religiose & legaliter se habent. Non solum cõtinent aures, sed extra ciuitatem eiciunt iuxta mãdatum leui. 4. & testes primi concurrunt. ET LAPIDABANT stephanum, inuocantem & dicentem. dñe iesu suscipe spiritũ meum. Positis autem genibus. ¶ Pro se stans orauit pro ia-

pidatoribus autem positis genibus/vrgente charitate. CLAMAVIT voce magna.¶ ad institutionem aliorum. DICENS. domine ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciunt.¶ Superfluunt hę quattuor vltimę dictiones. ET quum hoc dixisset, obdormiuit in domino.¶ Superfluit in domino. Mors martyrū somnus appellat/propter certitudinē quietis & futurę resurrectionis ad vitā fœlicē.

CAPVT .VIII.

SAVLVS autem erat cōsentiens neci eius.¶ Ne putares sanctum dissentientem vacasse seruandis vestimētis, explicat lucas q̄ cōsenserat neci stephani. FACTA est autem in illa die persecutio magna.¶ Inchoatam eodē die persecutionem magnam aduersus alios christianos significat: vt intelligamus furorē tuī excitatū vt nō cōtēti fuerit morte stephani/sed inchoasse persecutionē aduersus alios, & multos occidisse: vt patet i ca. 26. IN ECCLESIA. pro. ecclesiā.¶ hoc est aduersus ecclesiā. QVÆ erat hierosolymis.¶ Hęc est prima persecutio mota aduersus christianos cōmuniter. ET OMNES dispersi sunt per regiones iudeę & samarię.¶ Nō omnes baptizati, sed oēs discipuli in quos descēderat spūs sanctus in variis linguis/quando factus est repente de cœlo sonus &c. Vnde & saulus inferius subiūgit trahens in carcerem hierusalē viros baptizatos, non istos qui dispersi sunt p regiones iudeę & samarię. PRÆTER apostolos. Curauerūt autem. Deest, simul /stephanum viri timorati. pro. religiosi/fecerunt q̄ planctum magnum super eū.¶ Hinc apparet nō incœpisse solēnitates martyrum in illa primitiua ecclesia. nō enim dedicauerunt martyrium stephani, sed fecerunt planctum magnum super eū: curantes corpus illius hebręo more. Et dicit simul autem curauerunt/ad significandum q̄ simul cum persecutione magna fuit cura sepeliendi stephanum. SAVLVS autē deuastabat ecclesiam, per domos. pro. per singulas domos/intrans: & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiā.¶ proculdubio carceris. IGITVR qui dispersi erant, pertransibant euangelizātes verbum dei.¶ Ecce fructus dispersionis. PHILIPPVS autem.¶ Ex eo q̄ dictum est oēs dispersos p̄ter apostolos/& philippus erat vnus ex dispersis, cōstat q̄ philippus ist: non est philippus aplūs sed philippus secūdus diaconus. DESCENDENS in ciuitatem samarię.¶ hoc est in ciuitatem quę dicitur samaria: quę olim fuerat caput regni israel. PRÆDICABAT illis christū. Intendebāt autem turbę iis quę a philippo dicebātur: vnanimiter audientes/& vidētes signa quę faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus imundos/clamātes voce magna exibant. pro. spūs enim immundi e multis qui illos habebant/clamantes voce magna exibant.¶ Non enim habētes spiritus immundos exibant sed ipsi spiritus exibant. MVLTI autē paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

VIR AVTEM quidam noīe simon/qui ante fuerat in ciuitate magus. pro. autem exercēs magicam, seducens gētem samarię/dicens se esse aliquē magnum. cui auscultabāt omnes a minimo vsq̄ ad maximū: dicentes hic est virtus. pro. potētia/dei quę vocatur magna.¶ Supfluit quę vocat. Appellabant simonē magum magnā dei potentiam: ipse aūt dicebat seipsum esse aliquē magnum. indefinite enim de seipso loquebat: magnum tū se profitens. sed dementati populi definiebāt eū esse magnā dei potētiam. Quid aūt per hoc vellent significare/nō est certum. ATTENDEBANT aūt ei/propterea q̄ multo tēpore magus.¶ id est magicis artibus. DEMENTASSET eos. Quum vero credidissent philippo euāgelizāti de regno dei in noīe iesu. pro. & noīe iesu/christi.¶ Ita q̄ ad participiū euangelizanti refertur vtrunq̄ tū regnum dei/tum nomen iesu christi. BAPTIZABANTVR viri ac mulieres. Tunc simon & ipse credidit.¶ An vere an simulate, censeat qui vult. Subiuncta enim de ipso q̄ stupēs admirabat videns miracula fieri/suspectā reddunt eius fidem. ET QVVM baptizatus esset/ adhęrebat philippo. Vidensq̄ signa & virtutes maximas. pro. & potētias/fieri.¶ Potētias appellat efficientias potētiarum super dęmones qui expellebant, & in modis faciendi: puta sola inuocatione noīs iesu statim sanando claudos & huiusmodi. hæc enim proprie manifestant potentias. STVPENS admirabatur.

QVVM autē audissent apostoli qui erant hierosolymis/q̄ recępisset samaria verbū dei, miserunt ad eos petrū & ioānem.¶ Quum audis miserunt, non propterea petri principatum neges. nā si minor simpliciter & absolute est qui mittitur, etiam ipar inuenitur aliis apostolis. Mittūt ergo nō imperio/sed fraterna charitate ac impulsione: vt multi fratres mittunt quādoq̄ maiorē, & capitulares mittunt ep̄m quādoq̄ ad papam vel cęsarem. QVI quum venissent orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondū enim in quen̄ illorum venerat. pro. illapsus erat: sed baptizati tātum erāt in nomine domini iesu. pro. in noīe christi iesu. Tunc imponebāt manus super illos.¶ Aduerte q̄ cum hoc q̄ apostolis reseruata legit manuum impositio/& inde sumit q̄ episcoporum est ex officio imponere manus in sacro confirmationis, cōcurrit q̄ philippus nec sacerdos erat sed soli apostoli tūc erāt sacerdotes. Quod ideo annotauerim vt appareat magis sobrie docuisse beatum gre. in epistola ad ianuarium caral. (& recitatur in decre. di. 95. ca. peruenit) q̄ innocentium tertiū in ca. quarto de cōsue. ET ACCIPIEBANT spiritum sanctū.¶ proculdubio in effectu sensibili. per baptismū accęperāt ipsum in effectu solius gratię interne. Accepisse aūt eos spūm sanctū in effectu sensibili (puta locutione linguarū) testant subiuncta, q̄ simon qui fuerat magus viderit spūm sanctū datū per impositionem manuū. ¶ QVVM vidisset autē simon q̄ per impositionē manus. pro. manuum/apostolorū daretur spūs sanctus, obtulit eis pecunias/

dicens.

dicens. date & mihi hanc potestatem vt cuicunq̄ ipse fuero manus accipiat spūm sanctum. Petrus aūt dixit ad eum. pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri.¶ Ratio simoniaci viti ab hoc simone nominati/redditur id quod est liberale donum solius dei subiicere emptioni & venditioni. Sub appellatione autem diuini doni non solum veniunt consecrationes quæ a solo deo pendent, sed etiam officium curę animarum. hoc enim solius dei donum est: & cunctis consecrationibus præfertur. Nam ad salutem animarum consecrationes omnes ordinantur: propter salutem enim animarum sunt & non econuerso. Vnde officium curæ animarum ptæcipuum ac spiritualissimum dei donum est. & propterea illud vendere aut emere simoniacum est suapte natura, & non quia prohibitum ab ecclesia. Vnde siquis consecratus episcopus emeret papatum/proculdubio non emeret nisi officium curę animarum: quoniam iam consecratus erat episcopus. & huius officii emptio simoniacum ipsum constitueret. Et similiter siquis sanctę ro. ecclesię cardinalatum emeret, officium spirituale emeret. nam assumitur cardinalis ecclesię romanę in partem solicitudinis/proculdubio spiritualis curę vniuersalis ecclesię. eiusdem siquidē naturę sunt tota cura & pars curę. ipsum autem officium curę vniuersalis ecclesię (quod totum est in summo pontifice) spirituale constat esse: ac per hoc partes eius ad quas cardinales assumuntur/spūales oportet intelligi. Ad idem quoq̄ genus officii spectat electio spiritualis pastoris. & propterea quum cardinales ad eligēdum quoq̄ summum pastorem eligantur, vndiq̄ officium eorum spirituale cōstat esse. ¶ Nec obstat si dicatur q̄ cardinalibus non ex officio cardinalatus sed ex priuilegio competit hoc officium: quoniam aliud est q̄ cardinales eligant & aliud est q̄ soli cardinales eligant. & q̄uis hoc secundum (videlicet q̄ soli eligant) cōueniat eis ex priuilegio, primum tū conuenit eis suapte natura/qua sunt primi clerici romani. nam ad clerum romanum spectat suapte natura electio pontificis romani. Et hæc ideo dixerim, ne aliquis falsatur audiendo officia licite vendi. vt sciat distinguere & intelligere q̄ hoc verificatur de officio non spirituali. & q̄ emere aut vendere officium spirituale curę animarū (siue in toto siue in parte) simonia est suapte natura. venditur enim donum dei quod vere solus deus communicat hominibus: vt scilicet officium curę animarum deo propriū homo participet. NON est tibi pars neq̄ sors in sermone isto.¶ Melius legeretur in ratione ista. Vtriusq̄ enim sensus græcus textus est capax. Ec demōstratur ratio illapsus spiritus sancti per impositionem manuum. Ratio enim ista est ratio spiritualis & mundissima: vtpote consistens in singularissima dei gratia solis apostolis concessa. & propterea excluditur simon sumptuosus tam a participio q̄ a consortio illius: vt non solum careat parte velut sibi debita sed careat sorte velut desuper contingente. Indignum enim se reddebat vtroq̄ modo. COR enim tuum nō est rectum coram deo. Pœnitentiam itaq̄ age ab hac nequitia tua: & roga deum si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione. pro. colligatione/iniquitatis video te esse.¶ Petrus eadem spiritus sancti gratia qua vidit secretum ananię & sapphirę/videt modo cor simonis: metaphorice describens a fellea amaritudine statum animæ illius contrarium dulcedini spiritus sancti: & non vna sed multis iniquitatibus colligatis videt illum reum. Nam & amarum valde est abesse a deo/& non simoniam tantum sed multas intendebat committere iniquitates: merito colligatas, quoniam vna trahebat aliam. emendo enim intendebat vendere: & innumera inde facinora perpetrare. RESPONDENS autem simon/dixit. Precamini vos pro me ad dominum vt nihil veniat super me eorum quæ dixistis.¶ Dixerant pecunia tua tecum sit in perditionem/& q̄ erat reus colligatarum iniquitatum. propterea simon non amore venię sed timore pœnæ mouetus, dicit vt apostoli rogent pro eo vt nihil pœnarum prædictarum veniat super eum. ¶ ET ILLI quidem testificati & locuti verbum domini.¶ Ad miracula refertur testificati: q̄uis etiam possit referri ad perhibitionem testimonii dictorum a philippo: q̄ ipsi apostoli qui familiariter cum christo fuerāt/testificati sunt ita esse vt philippus prędicauerat. REDIBANT hierosolymam: & multis regionibus. pro. pagis/samaritanorum euangelizabant.

ANGELVS autem domini locutus est ad philippum.¶ diaconum superius nominatum. DICENS. surge & vade contra. pro. versus/meridiem ad viam quæ descendit ab hierusalem in gazam, hæc est deserta.¶ Gaza ciuitas demonstratur pronomine hæc: & ad differentiam gazę non desertę describitur via illa. ET SVRGENS abiit. Et ecce vir ęthiops/ eunuchus potens. pro. præfectus/candacis. pro. candaces/reginę ęthiopum qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in hierusalem & reuertebatur sedēs super currum suum legensq̄ esaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem philippus audiuit eum legentem esaiam prophetam: & dixit. Putasne intelligis. pro. num intelligis/quæ legis? Qui ait. & quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi. pro. duxerit me!¶ Interpres sensum posuit. ROGAVITQVE philippum vt ascenderet, & sederet secum. Locus. pro. continentia/ autem scripturę quam legebat erat hęc. Tanq̄ ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. in humilitate iudicium ejus sublatum est. generationem eius quis enarrabit! quoniam tolletur. pro. tollitur/de terra vi-

ta eius.☩ Esa.53.ca.scripta sunt hæc. RESPONDENS autem eunuchus philippo/dixit.☩ Respõsio eunuchi ad interrogationem quam fecerat philippus refertur. Interrogauerat siquidem nunquid intelligis quæ legis.respõderat autem primum se egere doctore,respondendo ad illud nunquid intelligis:modo autem respondet quo ad rem lectam, tanq̃ respondendo ad illud quæ legis. Vnde ad hoc respondet interrogando. OBSECRO te de quo propheta dicit hoc,de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum/& incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi iesum. Et dum itent per viam, venerunt ad quandam aquam:& ait eunuchus. Ecce aqua: quis. pro. quid/prohibet me baptizari? Dixit autem philippus. si credis ex toto corde/licet. Et respondens ait. credo filium dei esse iesum christum. Et iussit stare currum. & descenderunt vterq;.pro.ambo/in aquam philippus & eunuchus: & baptizauit eum. ¶Quum autem ascendissent de aqua, spiritus domini.☩ Quem prius nominauit angelum/deinde spiritum,modo nominat spiritum domini: quia vere erat spiritus operans mandato domini. RAPVIT philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens.Philippus autem inuentus.pro.repertus/est in azoto. & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,donec veniret cæsaream.☩ Historia clara est. In qua id aduertẽdum est q̃ fides statim extensa est ad samaritanos & ad gentiles. Vtrorunq; enim primitias philippus deo obtulit.

CAPVT .IX.

SAVLVS autem adhuc spirans minarum & cędis.pro.spirans minas & cędem/in discipulos domini,accessit ad principem sacerdotum:& petiit ab eo epistolas in damascum ad synagogas,vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres.☩ Christianam religionem appellat viam. VINCTOS perduceret in hierusalem. Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret damasco:& subito circunfulsit.pro. circunfulgurauit/eum lux de cœlo.☩ Actionem lucis christi corporis erga paulum describit ad similitudinem subitæ circunfulgurationis. Ita q̃ non fuit simplex luminis emissio: sed fuit ad similitudinem fulgurationis/non ex vna parte sed circumcirca. nec fuit pederentim facta sed subito. ¶Minus autem hic lucas dicit q̃ fuerit. nam vt ipse paulus coram rege agrippa testatur,lumen istud non solum circunfulsit ipsum sed & socios.& similiter non solus paulus cecidit in terram/sed & socii. ET CADENS in terram,audiui. vocem dicentem sibi. Saule saule.☩ Legendum esset saul saul/hoc loco præcipue: quum dominus hebræa lingua allocutus fuerit paulum: vt ipsemet testatur. Sed vsus iam obtinuit. QVID me persequeris?☩ Ratio persequendi christianos erat christus. & propterea christus dicit/quid me persequeris. Et vere saulus non persequebatur nisi christum in christianis. QVI dixit.quis es domine?☩ Vide q̃ cito declinat a persecutione,interrogando cum veneratione. quis es domine? ET ILLE. ego sum iesus quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare.☩ Prouerbio vtitur,sumpto a bobus calcitrantibus contra pungentem stimulum. Verum in textu græco nec hoc habetur nec sequentia: videlicet & tremens ac stupens dixit/domine quid me vis facere? & dominus ad eum. Sed statim post illa verba/ego sum iesus quem tu persequeris/subiungitur. SED surge & ingredere ciuitatem:& dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabãtur cum illo,stabant stupefacti.pro.attoniti.☩ Stabant autem postq̃ surrexerant saulo adhuc prostrato iacente.nam omnes ceciderunt: vt paulus inferius dicit. AVDIENTES quidem vocem.☩ pauli/non christi: vt ipsemet paulus in.22.ca.explicat. NEMINEM autem videntes.☩ supple cum quo loquebatur paulus. Et significanter non dicit nihil autem/sed neminem autem:quia vt paulus testatur inferius/omnes viderunt illud lumen,sed non viderũt aliquam personam. SVRREXIT autem saulus de terra:aperti q; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes. pro. manu autem ducentes illum,introduxerunt damascum. Et erat tribus diebus non videns: & non manducauit neq; bibit. ¶Erat autem qdam discipulus damasci/nomine ananias. Et dixit ad illum in visu dominus.anania. At ille ait.ecce ego domine. Et dominus ad eum. Surge & vade in vicum qui vocatur rectus:& quære in domo iudę saulum nomine/tarsensem.ecce enim orat. ¶Et vidit.☩ non corporeis oculis sed per internam apparitionem. VIRVM ananiam nomine/introeuntem & imponentem sibi manus vt visum recipiat. Respondit autem ananias. Domine audiui a multis de viro hoc quanta. pro. quot/mala fecerit sanctis tuis in hierusalem. & hic.☩ Non est pronomen hic, sed aduerbium loci. Et est sensus & hic.i.in hoc loco. HABET potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus. vade/quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum.☩ Hebręo more loquitur. Sicut enim dicunt filium mortis dignum morte/& filios nuptiarum vocantes nuptiis,ita vas electionis dicunt vas omniquaq; electum in quo locandę sunt omnes gratię/immo summę gratiæ: videlicet vt portet nomen meum. Vas ergo electionis dictum est vas diuini nominis. CORAM gentibus & regibus & filiis israel. Ego enim ostẽdam illi quãta .pro.quot/oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit ananias:& introiuit in domum. & ponens ei manus/dixit. Saule frater.pro.saul frater.☩ hebręo more. DOMINVS misit me q; apparuit

tibi in via qua veniebas, vt videas & impleatris spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ squamę.☩ Non dicit squamę/sed tanq̃ squamę. erant.n. quædam superfluitates tegentes oculos, causatę ex excellenti lumine priuante ipsum visu ad similitudinem squamarum/educente & exiccante humidum excessiua fulguratione lucis. ET VISVM recępit. Et surgens baptizatus est.& quũ accepisset cibum,confortatus est. Fuit autem cũ discipulis qui erant damasci per dies aliquot.& continuo ingressus in synagogas prędicabat iesum.pro.christum,qm̃.pro.q;/hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant:& dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istud,& huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat:& confundebat iudęos qui habitabant damasci/affirmans qm̃.pro.q;/hic est christus. ¶Qui autem implerentur dies multi.☩ Triennium quo saulus in arabia fuit cõprehendit lucas sub diebus multis. nam in reuersione ex arabia hoc gestum est: vt etiam in primo ca. epistolę ad gala. diximus. CONSILIVM fecerunt in vnum iudęi vt eum interficerent. Notę autem factę sunt saulo insidiæ eorum. Custodiebantq; portas die ac nocte vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum demiserunt eum/submittentes in sporta.☩ Historiam hanc ipse paulus ad corin. narrat.

QVVM autem venisset in hierusalem/tentabat se iungere discipulis.& omnes timebant eum,non credentes q; esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos.☩ petrum & iacobum fratrem domini: vt ipse paulus ad gala. narrat. ET NARRAVIT illis quomodo in via vidisset dominum/& q; locutus est ei:& quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine iesu. Et erat cũ illis.☩ diebus quindecim, vt ipsemet narrat. INTRANS & exiens in hierusalem.☩ Hebręo more vniuersam conuersationem ab ingressu & exitu describit. FIDVCIALITER agens in noie dñi. Loquebatur quoq; gentibus.☩ Superfluit gentibus. ET DISPVTABAT cũ gręcis.☩ hoc est iudęis natione græcis. ILLI autem quærebant occidere eum. Quod quum cognouissent fratres,deduxerũt eum cæsaream & dimiserunt tarsum.☩ Non fugit paulus ex se: sed christiani memores persecutionis contra eos excitatę propter stephanum/timuerunt ne simile quid accideret propter saulum,& voluerunt vt saulus recederet. Vnde & lucas subdit. ECCLESIA quidem.pro.igitur ecclesię/per totam iudęam & galilęam & samariam habebãt pacem.☩ Ex recessu pauli qui disputando molestus erat indęis/infert pacem ecclesiarum: hoc est congregationum fidelium dispersorum per illas regiones. Explicat autem hoc vt redeundo ad ordinem historię/describat pacem restitutam ecclesię: simul significando q; illis temporibus occasio persequendi ecclesiam christi erat disputatio. Disputatio siquidem stephani primam persecutionem excitauit: & hęc pauli disputatio secundam excitabat nisi fratres pręuenissent emittendo paulum. Ex quo apparet q; iudęi non tam egre ferebant aliquos fieri christianos q̃ disputationibus vinci. Vnde & aliis apostolis non disputantibus sed euangelizantibus christum/miraculaq; facientibus, pax erat ecclesiis. ET ÆDIFICABANTVR ambulantes in timore domini: & consolatione sancti spiritus replebantur.

FACTVM est autem vt petrus dum transiret vniuersos.☩ Hinc apparet q; apostoli qui remanserunt in hierusalem/non permanebant ibidem: sed discurrebant euangelizando. vt etiam apparet ex verbis pauli ad gal. vbi narrans primum suum aduentum in hierusalem post triennium conuersionis suæ/dicit se duos tantum apostolos vidisse tunc: petrum scilicet & iacobum fratrem domini. Vnde coniectura est q; insta illud triennium facta fuerit diuisio apostolorum ad prędicandum per mundum. DEVENIRET ad sanctos qui habitabant lyddę. Inuenit autem ibi hominem quendam nomine æneam ab annis octo iacentem in grabato,qui erat paralyticus. Et ait illi petrus. ænea sanet te dominus iesus christus: surge & sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant lyddę & assaronę: qui cõuersi sunt ad dominum. ¶In ioppe autem fuit quædam discipula nomine tabitha: quæ interpretata dicitur dorcas.☩ Nomen proprium hebræum ipsemet lucas interpretatus est/græce dici dorcadem: quam latine dicimus capream. HÆC ERAT plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis vt infirmata moreretur. quam quum lauissent, posuerunt eã in cœnaculo. Quum autem prope esset lydda ab ioppe, discipuli audientes q; petrus esset in ea/miserunt ad eum rogantes. ne pigriteris venire vsq; ad nos. Exurgens autem petrus venit cum illis. & quum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circunstiterunt illum omnes viduę flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis dorcas.pro.quas faciebat dum esset cum ipsis dorcas.☩ Non est vsquequaq; certum an fecerit/manibus propriis incidendo & suendo vestes, an fecerit sumptu prõprio emendo indigentibus tunicas & vestes. plena siquidem erat eleemosynis & operibus bonis. Nec repetit tabitha sed dorcas: qa forte vtroq; noie solita erat appellari. ab hebręis qdẽ tabitha: & ab eisdẽ natione græcis dorcas. Et ppterea nomẽ eius interpretandum duxit lucas. EIECTIS aũt oĩbus foras/petrus ponẽs genua orauit.☩ Vt facilius mentẽ eleuaret ad deũ elegit solus orare. ET cõuersus ad corpus dixit tabitha surge. At illa aperuit oculos: & viso petro resedit. Dans autem illi manum/erexit eam. Et quum

vocasset sanctos & viduas/assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam ioppen: & crediderunt multi in domino. pro. in dominum. Factum est autem vt dies multos moraretur in ioppe apud simonem quendam coriarium.

CAPVT .X.

VIR AVTEM quidam erat in cęsarea nomine cornelius/centurio cohortis quę dicitur italica. ☩ Non dicitur centurio cohortis/hoc est caput cohortis: sed dicit cēturio cohortis/hoc est ex cohorte, quę dicit italica. erat enim caput centurię & nō cohortis. Et forte erat primipilus. & ppterea appellatur centurio cohortis. is enim prestabat cęteris centurionibus. RELIGIOSVS & timēs deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi/& deprecans deum semper. Is vidit in visu. ☩ hoc est in apparitione imaginaria, nō obūbrate sed. ☩ MANIFESTE quasi hora diei nona angelum dei introeuntem ad se & dicentem sibi. corneli. At ille intuēs eum/timore correptus. ☩ Hęc omnia tellige in illa apparitione. DIXIT. quis es domine. pro. quid est domine! ☩ Et ad hoc directe subdit rūsum angeli. DIXIT autem illi. Orationes tuę & eleemosynę tuę ascēderunt in memoriam in conspectu dei. ☩ Metaphoricus est sermo, dicens ascenderunt in memoriam quo ad similitudinem effectus. ad similitudinem enim de nouo recordati eleemosynarum & orationum tuarū/deus disponit de salute tua mittendo me ad te. ET NVNC mitte viros in ioppen, & accersi simonem quēdā qui cognominatur petrus. hic hospitatur apud simonem quendam coriarium cuius est domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et quum discessisset angelus qui loquebat illi, vocauit duos domesticos. ☩ hoc est duos famulos/suos. ET MILITEM metuentem dominum. pro. & militem religiosum/ex iis qui illi parebāt. pro. assistebant. Quibus quū narrasset omnia, misit illos in ioppen. Postera autem die illis iter facientibus & appropinquātibus ciuitati, ascēdit petrus in superiora. Deest. dormus/vt oraret circa horam sextam. Et quum esuriret/volut gustare. Parātibus autem illis/cecidit super eum mētis excessus. & vidit. pro. videt/cœlū apertum: & descendens vas quoddā velut linteum magnū, quattuor initiis. Deest. alligatū. ☩ Significatur enim ꝙ in quattuor capitibus (quæ sunt quattuor angeli lintei vasis) alligatum erat. ☩ SVBMITTI de cœlo in terram: in quo erant oia quadrupedia & serpentia terræ. pro. quadrupedia terræ bestieq; & reptilia/& volatilia cœli. ☩ Crediderim ego diuidendū textum sic. omnia quadrupedia (& ibi fiat distinctio) terręq; bestię & reptilia &c. ET FACTA est vox ad eum. surge petre, occide. pro. macta. ☩ vt sit vocabulum consonum sacrificio. ☩ ET MANDVCA. Ait aūt petrus. Absit. pro. nequaq̄/domine: quia nunq̄ manducani omne. pro. quicq̄/cōmune & immūdum. ☩ Hebręi impuros sm legē cibos appellabant cōmunes/appellabāt & imundos. Immūdos quidem sm legē: cōmunes autem sm quandam modestiam loquēdi cum gentilibus. Ad significandum ait tē suum magnum horrorem petrus/vttunq; dixit, augendo sermonem. horrentium enim est multiplicādo augere. ET VOX iterum secundo. pro. rursus iterum/ad eum. ☩ hoc est & vox velut a principio iterum facta est ad eum. Significatur enim non solum discontinuatio huius vocis a prima, sed ēt ꝙ simili modo facta est sicut prima. QVOD deus purificauit, tu cōe ne dixeris. pro. tu ne cōmunica. ☩ Potest referri tam ad dicere q̄ ad habere seu tractare cōmune: hoc est imundum. HOC autem factum est per ter pro. ad ter. ☩ Et pronomen hoc/demonstrat totum: visum/dictum/auditum. totum enim repetitum est ter. ET STATIM. pro. & rursum/receptum est vas in cœlum. ☩ Terminum totius apparitionis describit: ne putares finitam fuisse apparitionem linteo remanente in terra. ☩ ET DVM intra se hęsitaret petrus quidnam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant a cornelio inquirentes domū simonis astiterunt ad ianuam. Et quum vocassent, interrogabant si simon qui cognominatur petrus illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione/dixit spiritus ei. Ecce viri ttes quærunt te. surge itaq; & descende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego misi illos. Descendens autem petrus ad viros dixit. Ecce ego sum quem quęritis: quę causa est propter quam venistis! Qui dixerunt. Cornelius centurio vir iustus & timens deum & testimonium habens ab vniuersa gente iudęorum, responsum aecępit ab angelo sancto accersiri te in domum suam/& audire verba abs te. Introducens ergo eos/recępit hospitio. Sequenti autem die surgens/profectus est cum illis. Et quidam ex fratribus ab ioppe comitati sunt eum. Altera autem die intrauit cæsaream. Cornelius vero expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis. ☩ Et factū est quum introisset petrus, obuius venit ei cornelius: & procidens ad pedes eius/adorauit eum. Petrus vero eleuauit eum/dicens. surge/& ego ipse homo sum. Et loquens cum illo intrauit: & inuenit multos qui conuenerant, dixitq; ad illos. Vos scitis quomodo abominatum sit viro iudęo coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit deus neminem communem aut immundum dicere hominem. ☩ Ecce explanatio visionis quo ad partem hoc est quo ad homines. quum tamen illa visio significauerit etiam nullum cibum esse immundum. PROPTER quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me! Et cornelius ait. A nudius quarta die. pro. quarto ab hinc die/vsq; ad hanc horam. ☩ Quartum diem determinat retrocedendo supputando vsq; ad hanc horam. Forte illa mer hora erat ho-

ta nona. hoc enim videtur significare. SEDEBAM ieiunus & hora nona orans in domo mea. ☩ Hinc apparet ꝙ in vigilia habuit cornelius hanc visionem imaginariam. orate enim vigilantis est. ET ECCE vir stetit ante me in veste candida. pro. splendida. ☩ Apparuit siquidem angelus in illa visione in specie viri vestiti vestem splendidam. ET AIT. Corneli exaudita est oratio tua, & eleemosynę tuę commemoratę sunt in conspectu dei. Mitte ergo in ioppen & accersi simonem qui cognominatur petrus: hic hospitatur in domo simonis coriarii iuxta mare. ☩ Desunt quattuor dictiones. QVI adueniens loquetur tibi. ¶Confestim ergo misi ad te: & tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quęcunq; tibi prępcepta sunt a domino.

APERIENS autem petrus os suum dixit. In veritate comperi. ☩ experimento. QVOD non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. ☩ Verissimam sententiam protulit petrus: & exemplo cornelii centurionis comprobarut ꝙ cuicunq; intus in animo timenti deum & in opere facienti iustitiam/quantumcunq; barbarus fuerit & nihil sciens de fide christi, deus prouidet illi de necessaria ad salutem fide. hanc enim diuinam prouidentiam petrus se comperisse asserit. VERBVM. Deest. quod/misit deus filiis israel. ☩ Et vtunq; est casus accusatiui. & refertur verbum ad vos scitis. Ita ꝙ ordo litere est. vos scitis verbum quod misit deus &c. legendo per parenthesim/hic est omnium dominus. verbum inquā quod factum est per vniuersam iudęam/incipiens a galilęa. ¶ Coniunctio enim/interposita (dicendo incipiens enim a galilęa) superflua est. Et hebraeo more petrus appellat verbum quod factum est/quod misit deus/quod incępit a galilęa, rem gestam. ANNVNCIANS pacem per iesum christum (hic est omnium dominus) vos scitis. quod factum est verbum per vniuersam iudeam, incipiens a galilęa post baptismum quem prędicauit ioannes. Iesum a nasareth quomodo vnxit eum deus. ☩ Et additio pronominis/hebraici est sermonis. Est enim sensus/quomodo deus vnxit ipsum iesum a nasareth. hoc siquidem est principium verbi. i. rei geste. Et de eo quatenus homo dicit ꝙ vnxit eum deus. SPIRITV sancto & virtute. pro. potentia. ☩ Ecce vnctio ex qua iesus nomen christi habet. Et effectus vtriusq; subiungitur in bonis operibus & miraculis. QVI pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo: quoniam deus erat cum illo. & nos testes sumus omnium quę fecit in regione iudęorum & hierusalem: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc deus suscitauit tertia die: & dedit eum manifestum fieri non omni populo/sed testibus prędordinatis. pro. prælectis/a deo nobis: qui manducauimus & bibimus cum illo postq̄ resurrexit a mortuis. & prædępit nobis prædicare populo & testificari ꝙ ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum. ☩ Nisi aduenientе christo iudice aliqui iudicarentur viui (hoc est perseuerantes sine morte) nulla esset differentia viuorum ac mortuorum coram illo iudice: quoniam cōstat ꝙ omnes iudicabuntur viui. Dicendo ergo viuorū & mortuorū/differentiā monstrat inter eos qui tunc iudicant ꝙ aliqui erūt viui (hoc est perseuerantes in vita sine morte) & aliqui ex mortuis resuscitati ad vitā. HVIC oēs prophetę testimonium perhibent, remissionem peccatorū accipere per nomē eius omnes qui credunt in eum. ¶ Adhuc loquēte petro verba hęc/cecidit spūs sanctus super omnes qui audiebāt verbum. ☩ Sciebat spūs sanctus futuram aduersus petrū quęstionem. & ppterea pręuenit baptismū & impositionē manuū/in effectu sensibili aduenięndo in cornelū & alios ibidē ethnicos. ET OBSTVPVERVNT ex circuncisione fideles qui venerāt cū petro/qa & in nationes gratia spūs sancti effusa est. pro. in gentes donū spūs sancti effusum esse. Audiebāt. n. illos loquētes linguis & magnificātes deum. Tunc respōdit petrus. ☩ stupori sociorum. NVNQVID aquā quis phibere pōt vt nō baptizentur hi qui spiritū sanctū acceperunt sicut & nos! Et iussit eos baptizari in noīe dñi. ☩ Ecce qđ paulus dixit/nō misit me christus baptizare. Non enim dicit ꝙ eos baptizauit sed ꝙ iussit eos baptizari. TVNC rogauerunt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus.

CAPVT .XI.

AVDIERVNT autem apostoli & fratres qui erant in iudęa, ꝙ & gentes recęperunt verbum dei. Quum autem ascendisset petrus hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione/dicentes. quare introisti ad viros' pręputium habentes/& māducasti cum illis! Incipiens autem petrus exponebat ilhs p ordinē/dicēs. Ego erā in ciuitate ioppe orans, & vidi in excessu mentis meę visionem. descendēs vas quoddam velut linteum magnum quattuor initiis sumbitti de cœlo & venit vsq; ad me. In quod intuens/cōsiderabam & vidi quadrupedia terræ & bestias, & reptilia & volatilia cœli. Audiui autem & vocem dicentem mihi. surge petre, occide & māduca. Dixi autē. nequaq̄ domine, quia cōmune aut imundum nunq̄ introiuit in os meum. Respondit autem vox secundo de cœlo. quæ deus mundauit tu ne communia dixeris. Hoc autē factum ē per ter: & recępta sunt omnia rursus in cœlū. Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo in qua eram missi a cæsarea ad me. Dixit autem spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hęsitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti/& ingressi sumus in domum viri. Narrauit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua stantem & dicentem sibi. mitte in ioppen & accersi simonem qui cognominatur petrus, qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu & vniuersa domus tua. Quū autē cœpissem log, cecidit spi-

ritus sanctus super eos sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi domini, sicut dicebat. ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominū iesum christum, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt deum, dicentes. ergo & gentibus pœnitentiam dedit deus ad vitam. ¶ Capitulum hoc satis clarum est quo ad historiam. Vnde pauca annotāda sunt.

ET ILLI quidē q dispersi fuerāt a tribulatione quæ facta fuerat sub stephano. pro. ob stephanū. ¶ Oēis legendo sub stephano, nullus sit error: intelligēdo lucā describere triumphum stephani. ac si dixisset sub triumpho stephani. PERAMBVLAVERVNT vsq; ad phœnicē & cyprum & antiochiā, nemini loquētes verbum nisi solis iudeis. ¶ Erāt autem quidam ex eis viri cyprii & cyrenei. ¶ Pronomē eis, dispersos sub stephano demōstrat. Et per exceptionem legenda est hęc particula. Lucas enim quum descripsisset terminos ad quos peruenerunt dispersi sub stephano (videlicet vsq; ad phœnicen & cyprum & antiochiam) narrat in genere quibus prędicauerunt: videlicet solis iudeis. & ad significandum q; in genere de dispersis hoc dixerit, subiungit exceptionem. sed erant quidam ex eis, dispersis &c. QVI quū introissent antiochiam loquebant ad græcos. ¶ hoc est gentiles. Principia siquidem cōuersionis gentilium vndequaq; lucas declarat. nā primo a philippo conuersum eunuchū, deinde a petro centurionē cum suis: & modo a dispersis narrat cōuersos gentiles in antiochia. ANNVNCIANTES dominū iesum. Et erat manus domini cum eis: multusq; numerus credentium cōuersus est ad dominum. ℂ Peruenit autē sermo ad aures ecclesię quæ erat hierosolymis super istis. Et miserūt barnabā vsq; ad antiochiā. ¶ Proinde cypriis prędicatoribus cyprium barnabam adiunxerunt. QVI quū peruenisset & vidisset gratiam dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino: quia erat vir bonus & plenus spiritu sancto & fide. Et apposita est multa turba dño. ¶ Profectus est autē barnabas tarsum vt quæreret saulum. quem quū inuenisset perduxit antiochiam. ¶ Quemadmodum tacuit lucas tempus triennii quo paulus fuit in arabia & quid ibi fecerit, ita tacet nūc tempus quo paulus fuit apud tarsum & quid ibi fecerit. Nam quum tempore tiberii emissus fuerit a fratribus in tarsum, quum quatuor trium anni fluxissent ad summum a passione christi, & vocatio pauli ex tarso ad antiochiam fuerit aut in fine imperii caii aut (quod verius videtur) sub claudio, multi anni intercesserunt inter emissionem pauli in tarsum & aduentum eius antiochiam. ET ANNVM totum cōuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbam multam. ita vt cognominarentur primum antiochię discipuli christiani. ¶ Ecce vbi ortū est christianū nomen. Messias. n. græce dicitur christus. & ꝓpterea a chſto chſtiani appellati sūt lingua greca.

IN HIS autem diebus. ¶ Vt dictū est, non est vsquequaq; clarū an hi dies fuerint sub caio caligula an sub claudio. SVPERVENERVNT ab hierosolymis prophetę antiochiam: & surgēs vnus ex eis nomine agabus, significabat per spiritum famem magnā futuram in vniuerso orbe terrarum. quæ facta est sub claudio. Discipuli autem prout quisq; habebat, proposuerunt in ministerium mittere habitātibus in iudea fratribus. quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum barnabe & sauli. ¶ Ascensus iste pauli in hierosolymam medius est inter duos cōmemoratos ab eodem in epistola ad gal. alterum post annos tres a cōuersione eius, quādo barnabas duxit eum ad apostolos: vt scriptum est superius ca. 9. Alterum post annos quattuordecim: cuius lucas inferius meminit ca. 15. Iste enim ascensus fuit tempore claudii, secundo forte vel tertio claudii anno: vt in sequenti ca. clarius apparebit.

CAPVT .XII.

MODEM autem tempore misit. pro. iniecit, herodes rex manus vt affligeret quosdam de ecclesia. ¶ Aduerte hic duo. Primum q; iste rex quē lucas appellat herodem, a iosepho appellat agrippa: nec appellat ab eo herodes agrippa sed agrippa. Vñ ārt lucas ei herodis nomē attribuerit, nō inuenio autentice. Verū q; iste sit ille agrippa qui a iosepho quandoq; appellatur agrippa maior, ex identitate mortis apparet. illam enim mortem quam lucas narrat in hoc ca. contigisse herodi, iosephus narrat cōtigisse agrippę. Fuit autem iste filius aristoboli filii herodis magni: & creatus fuit rex a caio caligula duarum tetrarchiarum. postmodum autem a claudio (qui successit caligulę) habuit etiam regnum iudeę. Et propterea lucas dicit herodes rex. regnabat enim in hierusalem. Et hęc dicta sint ne vacilles in historiis: quum certum sit herodem tetrarcham (qui occidit ioannem baptistam & illusit christo veste splendida) relegatum exilio in lugdunum gallię a caio caligula fuisse: vt idem iosephus refert. & herodem fratrem agrippę regem calcidis ab eodem claudio creatum, nunq; in hierusalem regnasse. quis mortuo agrippa impetrauerit a claudio cæsare potestatem templi & sacerdotum ordinationem: vt iosephus lib. 20. ca. 4. refert. nec sic mortuum esse referatur: sed solum q; octauo claudii anno defunctus est inquit idem ca. 9. Et quoniam a claudio habuit regnū iudeę, ꝓpterea quū lucas dicit eodem autem tempore iniecit herodes rex manus, sub tempore claudii significat paulū & barnabam venisse hierosolymam: quo tempore agrippa rex erat hierosolymis. OCCIDIT autem iacobum fratrē ioānis gladio. Vidēs autē qa placeret iudeis. pro. q; placitū esset iudeis, apposuit apꝓhēdere. pro. cōprehendere, & pertum. Erant autē dies azimorū. Quē quum apprehendisset, misit in carcerem: tradens quatuor q̄ternionibus militū custodiendū. ¶ Quaternio q̄tuor militibus ꝑerat. magnitudoq; custodie

significat ex quattuor q̄ternionibus. VOLENS post pascha. ¶ Hinc clare apparet appellatione paschę omnes azimorū dies comprehendi. PRODVCERE eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. oratio autem fiebat sine intermissione. pro. prolixa, ab ecclesia ad deum pro eo. ¶ Hinc clare apparet quantum valet oratio ecclesiæ pro pontifice in carcere. QVVM autem producturus eum esset herodes, in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiū custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere petri excitauit eum, dicens. surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. precingere & calcea te caligas tuas. pro. & subliga sandalia tua. Et fecit sic. Et dicit illi. circunda tibi vestimentum tuum & sequere me. Et exiens sequebatur eum. & nesciebat quia verum esset quod fiebat per angelum. existimabat autē se visum videre. Transeūtes autem primam & secūdam custodiā. ¶ carceris. Consueuerūt enim in carceribus esse multę ordinatę custodię vna post aliam. VENERVNT ad portam ferream quæ ducit in ciuitatem. ¶ ad differentiā vel portę ferreę quæ ducit extra ciuitatem, vel portarū internarū quæ non ducunt in ciuitatem. Vtroq; enim modo dispositus potuit esse carcer. vel q; haberet duas portas ferreas: alteram versus ciuitatem, alterā extra ciuitatē versus. vel q; reliquę interiores portę non erāt ferreę: & sola ferrea erat imediata ciuitatis vicis. QVÆ vltro aperta est eis. Et exeuntes ꝓcesserunt vicum vnum. ¶ Hinc apparet q; carcer erat in ciuitate. Nō enim dicit & introeūtes, sed & exeuntes processerunt vicum vnum, proculdubio ciuitatis. ET CONTINVO discessit angelus ab eo. ℂ Et petrus ad se reuersus. ¶ Dixerat q; nesciebat q; verū esset qđ fiebat per angelum sed existimabat se visum videre: quod est hois ecstasim patientis. & ꝓpterea dicit ad se reuersus, ex illa alienatione a soluto vsu sensuum. erant enim sensus eius tanq̄ ligati. DIXIT. nunc scio vere quia misit dñs angelum suum, & eripuit me de manu herodis & de omni expectatione plebis iudęorum. Considerans q; ¶ proculdubio locum vbi erat. VENIT ad domum mariæ matris ioānis qui cognominatus est marcus: vbi erāt multi cōgregati & orātes. Pulsante autem eo ad ostium ianuę. pro. vestibuli, processit puella ad videndum. pro. processit ancillula ad subaudiendum, nomine rode, & vt cognouit vocē petri, prę gaudio non aperuit ianuam sed intro currens nūciauit stare petrum ante ianuā. pro. vestibulum. ¶ Dictio greca & ianuam & vestibulum sonat. & ideo discretione opus est. AT ILLI dixerunt ad eam, insanis. Illa aūt affirmabat sic se habere. Illi aūt dicebant. angelus eius est. ¶ Hinc apparet christianos bene instructos de custodia angelorum erga homines, cogitasse q; angelus curam geres petri apparuisset ad ianuā pro petro. PETRVS autē perseuerabat pulsans. Quū aūt aperuissent ostium, viderūt eum, & obstupuerunt. Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere: dixitq; nunciate iacobo & fratribus hæc. ¶ Hīc apparet q; hæc gesta sunt hierosolymis vbi erat iacobus frater dñi. ET EGRESSVS abiit in aliū locum. ¶ Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quidnam factū esset de petro. pro. quid petrus esset factus. ¶ Sermo militum est hic, loquētium ac si petrus cōuersus fuisset in aliquod numen, ex eo q; sic euanuit ab eis. HERODES autem quum requisisset eum & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci. ¶ Ex eo q; lucas non explicat quo, & subiungit ipsum descendisse a iudea in cæsaream, coniectura est q; iussit eos duci in cæsaream. Et ex eo q; dicitur descendens a iudea, cōfirmatur quod diximus: videlicet hierosolymis hęc fuisse gesta. DESCENDENSQVE a iudea in cæsaream ibi commoratus est. ¶ Quantum temporis fuerit inter petri carcerem & subsecutam mortem herodis agrippę, nescitur. non potuit autem multum tempus intercedere: eo q; tribus tm̄ annis fuerit rex iudeę: & ipse romę erat primo anno claudii.

ERAT autem herodes iratus tyriis & sidoniis. ¶ Plus q̄ iram significat dictio graeca interpretata iratus: videlicet animum pugnacem. Et hoc quadrat petitioni tyriorum & sidoniorum subiunctę: videlicet q; petebant pacem. AT ILLI vnanimes venerunt ad eum. & persuaso blasto qui erat super cubiculum regis postulabant pacem: eo q; alerentur regiones eorum ab illo. ¶ hoc est regia annona. Nec intelligas q; agrippa donaret eis alimoniam: sed q; concedebat alimonias extrahi ad regionem sidoniorum & tyriorum: quam extractionem si subtraxisset, defecissent alimonia tyrius & sidoniis. ¶ STATVTO autem die herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali: & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat. dei voces. pro. vox dei, & non hominis. ¶ Clamabat populus q; vox herodis nō erat vox hominis sed vox dei: quod est dicere q; herodes est deus non homo. CONFESTIM autem percussit eum angelus domini: eo q; non dedisset honorem. pro. gloriam, deo. ¶ Dicit enim iosephus q; non compescuit voces eorum. ET CONSVMPTVS a vermibus, expirauit. ¶ Non statim sed quinq; diebus cruciatus: vt iosephus dicit. quum regnasset annis septem: quattuor sub caio, & tribus sub claudio. Et addit iosephus q; percussus vteri dolore dixit ad amicos. ego vester deus vitam iam mutare compellor: nam qui vocabar immortalis a vobis, ecce iam ducor ad mortem.

VERBVM autem domini crescebat & multiplicabatur. barnabas aūt & saulus reuersi sunt ab hierosolymis. ¶ in antiochiam. EXPLETO ministerio. ¶ Quantum tēporis morati fuerint hierosolymis nescit. Verum ex hoc q; dicit expleto ministerio (proculdubio eleemosynarum pro quo missi fuerant ab antiochia) non multū fuisse ibi cōmoratos significat. ASSVMPTO ioāne q; cognomento erat marcus.

CAPVT .XIII.

RANT autē qdā in ecclesia quæ erat antiochiæ ꝓphetę & doctores.in quibus barnabas & simon qui vocabat niger/& lucius cyrenensis/& manahen qui erat herodis tetrarchę collactaneus.pro.cum herode tetrarcha simul educatus.℣ Nō significatur cōmunicatio lactis sed cōmunio educationis qua a pueritia filiis regum adiūguntur pueri simul educandi. ET SAVLVS. ℣ Ministrātibus aūt illis domino.℣ Nō explicat ſpecies ministerii:sed ex eo ꝙ dixerat ꝓphetę & doctores,insinuatur ꝙ ministrabant domino docendo & prophetando. ET IEIVNANTIBVS.℣ Hinc habes in primitiua ecclesia/spontanea ieiunia.Quę & iunguntur ministerio exhibito domino/& cōmeritoria describunt spiritus sancti:vt intelligamus q̄ accepta sint deo. DIXIT illis spiritus sanctus. Segregate.Deest.iam/mihi saulum & barnabā in opus ad quod assumpsi eos.℣ Acsi apertius dixisset. sufficit hactenus fuisse vos simul,tempus est vt segregeris hos duos mihi/nō sibi ipsis. Vnde & explicat ad quid spiritus sanctus vult illos sibi:videlicet ad opus ad quod accersiui eos.quod constat esse opus euangelizandi gentibus. TVNC ieiunantes & orantes imponentesq; eis manus dimiserunt illos.℣ Iterum ieiunant/ieiunio adiungentes orationum suffragia:ad hoc vt deus euangelii opus quod mandauerat/diuino fauore prosequatur.Nec solum ieiunāt & orant prophetę & doctores,sed etiam imponunt manus barnabę & saulo:quemadmodum apostoli imposuerant manus septē ministris super mēsis & viduis.Ex quibus duobus factis habetur ꝙ alia fuerit ipositio manuū sacramēralis(qua factamē tum cōfirmationis in effectu sensibili conferebant apostoli)& alia erat impositio manuum qua velut ad firmādum gratiam noui ministerii vtebantur nō soli apostoli sed etiam alii primates in ecclesia.Nā neq; illis septem ministris sacramērum aliquod est collatum neq; istis (barnabę & saulo) per manuū impositionem:quum nullum fuerit nouum sactamentum necessarium ad opus illorum aut istorum. ℣ ET IPSI quidem missi a spū sancto.℣ nō a doctoribus & prophetis.Et hinc ecclesia barnabam apostolum veneratur. ABIERVNT seleuciam.& inde nauigauerūt cyprum.Et quum venissent salaminam prædicabāt verbum dei in synagogis iudęorum.Habebant autem & ioannem in ministerio.℣ procul/dubio euāgelicę prędicationis coadiutorem. ET QVVM perambulassent vniuersam insulam vsq; ad paphum,inuenerunt quendam virum magum/pseudoprophetam iudęum , cui nomen erat bariesu.pro. bariesus.℣ Hebręum nomen est bariesus:cōpositum ex bar quod est filius/& iesus quod est saluator . Et hoc erat nomen proprium illius iudęi. QVI erat cum procōsule sergio paulo/viro prudente. Hic accersitis barnaba & paulo/desiderabat audire verbum dei.Resistebat autem illis elimas magus. sic enim interpretatur nomen eius.℣ Quia elimas hebręum quoq; nomen est/significans dei mei mensurā seu cēsum, nō est rationi consentaneum vt lucas gręce scribens hebręum nomen altero hebręo nomine interpretetur.Et eo magis alienum a ratione hoc est,quo ſm significationem nominum neutrum alterū interpretatur. Quo fit vt ipse magus significetur interpres proprii nominis : & ad significandum eius temeritatem lucas prius explicauerit proprium illius nomen:& postea subiunxerit vulgatum nomen eiusdem quod ipsemet magus propria intepretatione sibi asciuerat . Et est ordinanda litera sic: videlicet . elimas interpratur ipse magus nomē eius:hoc est suimet . Carent siquidem gręci pronomine reciproco:& prudentię lectoris relinquitur discernere quando pronomen tenetur reciproce. ℣ Et dixit hoc lucas ad reddendum rationem quare ipsum appellauerit elimas/dicendo resistebat autem illis elimas. Acsi apertius dixisset.non ideo nominatur elimas quia vere sit elimas,sed quia ipse interpretatur nomē suum elimas.Aiebat enim se ideo vocatum bariesum(hoc est filium saluatorem)quia erat futurus elimas:hoc est dei mei mensura seu census.& sic interpretabatur(hoc est tationē nominis sui reddebat) maxima cum temeritate. QVÆRENS auertere proconsulem a fide.℣ Saulus autem qui & paulus.℣ Ex eo ꝙ hactenus lucas vsus est hebręo noīe(scilicet saul seu saulus)& modo vtitur latino nomine quo nominabatur proconsul cypri/& deinceps semper nominat ipsum paulum,insinuatur ꝙ ex tunc appellatus est paulus.vel quum binomius esset/incepit vti nomine romano/vel mutuato noīe a proconsule. Libēter autem paulus hoc nomen assumpsit:quoniam est nomen humilitatis.est enim diminutiuum a parum.Et accessit ad hoc ꝙ apostolus gentium voluit cum gentibus cōmunicare in nomine: & a primo gentili magnę dignitatis & autoritatis conuerso/nomen sibi asciuit,pristinum vel mutuatum. REPLETVS spiritu sancto ℣ fixis in eum dixit.O plene omni dolo & omni fallacia.pro.malicia.℣ Vt omnis dolus referatur ad intellectum/& omnis malicia ad voluntatem. FILI diaboli/inimice omnis iusticię,non desinis subuertere vias domini rectas.et nunc ecce manus domini super te:& eris cęcus non videns solem vsq; ad tempus . Et confestim cecidit in eum caligo & tenebrę . & circumiens quærebat qui sibi manum daret. pro. manuductores.℣ Hoc enim soliti sunt facere exęcati . TVNC proconsul quum vidisset factum,credidit/admiras super doctrina domini.

Et quū a papho nauigassēt paulus & qui cū eo erāt, venerunt pergen pāphylie.℣ Perge nomen est ciuitatis/ pāphylia aūt prouincię: ex q̄ ioannes cognomine marcus discessit/relinquēdo paulū & barnabā. IOANNES autē discedens ab eis reuersus est hierosolymā:illi vero pertranseuntes pergen venerunt antiochiā pisidię.℣ ad differentiā antiochiæ syriæ cuius supius mentio facta est,& q̄ simpliciter & absolute vocatur antiochia:hæc autē cum expressione ꝓuinciæ dicit antiochia pisidiæ. ET INGRESSI synagogam die sabbatorū/sederunt.Post lectionē autem legis & ꝓphetarum.℣ solitam a iudæis singulis sabbatis in eorū synagogis. MISERVNT principes synagogæ ad eos/dicentes.viri fratres siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem/dicite.℣ Hinc apparet apud iudæos licitū fuisse cuicūq; iudæo viro docto prædicare in eorū synagogis.ignoti siquidē erant barnabas & paulus:& requirunt si sciunt exhortari plebē. ℣ SVRGENS aūt paulus/& manu silentium indicens,ait. Viri israelitæ/& qui timetis deum audite.deus plebis israel.pro.deus populi huius.℣ Subaudi israelitę/quē demonstrabat. ELEGIT patres nostros,& plebem.pro.populū/exaltauit quum essent incolę in terra ęgypti:& in brachio excelso eduxit eos ex ea:& per quadraginta annorū tempus/mores eorū sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra chanaan/sorte distribuit eis terram eorū,quasi post quadringentos & quinquaginta annos.pro.& post hęc annis circiter quadringentis & qnquaginta/dedit iudices vsq; ad samuel ꝓphetā.℣ Vnde apparet diuersus sensus a textu latino:quoniā sonat ꝙ post diuisionē terræ factā per iosue tēpus iudicum fuerit fere quadringentis & quinquaginta annis. Vbi scito corruptos esse codices græcos:& legendum esse trecentis quinquaginta annis.nam fere tantum tēporis intercessit inter iosue & saulē/quo toto tēpore fuerunt iudices.Contingit autē hic error scriptorū ex tertii reg.6.ca. vbi clare dicit ꝙ anno quadringētesimo ac octogesimo ab egressu filiorū israel de ęgypto fundatum est tēplum.Ex hoc siqdem numero si subtraxeris octoginta annos regum(saulis & dauidis)& qnquaginta annos deserti & iosue, trecenti quinquaginta relinquunt iudicibus.Nec paulus dicit adamussim trecentis.50.sed fere.350.annis dedit iudices vsq; ad samuelē inclusiue. ET EXINDE postulauerūt regē:& dedit illis saul filium cis/virum de tribu beniamin/annis quadraginta. Et amoto illo suscitauit illis dauid regem.cui & testimonium perhibens duxit.inueni dauid filium iesse virū ſm cor meum/qui faciet oēs voluntates meas.℣ Ex primi reg.13.sumpta est hęc sententia:dicente samuele.quæsiuit sibi dñs virū iuxta cor suum &c. Crediderim aūt ego paulum non solū ex illis verbis samuelis sed ex psalmis cōstasse hoc diuinum testimonium. nam & ibi legitur.tunc locutus es in visione sanctis tuis:& dixisti,posui adiutoriū super potentē/inueni dauid seruum meum &c. HVIVS ex semine deus ſm promissionē eduxit israel saluatorē iesum.℣ Israel datiui casus est.& ꝓpterea legendū esset israeli. PRÆDICANTE ioāne ante faciē aduentus eius/baptismum pœnitentiæ omni populo israel. Cum impleret autē ioānes cursum suum/dicebat.quem me arbitramini esse/non sum ego.℣ Subauditur ꝓnomen is seu ille.& refertur ac demōstratur messias. Iudæi.n. arbitrabantur ioānem esse messiam.& propterea ioānes dicebat nō sum ego is quē me arbitramini esse. SED ECCE venit post me cuius non sum dignus calciamēta pedum soluere. Viri fratres filii generis abraham/& qui in vobis timent deum,vobis verbū salutis huius missum est. qui.n.habitabant hierusalē: & principes eius hunc ignorantes/& voces prophetarū quę per omne sabbatū legūtur iudicantes impleuerunt.℣ Ipsi enim dānauerunt iesum in cōsilio suo/dicendo reus est mortis. ET NVLLAM causam mortis inuenientes in eo/petierunt a pilato vt interficerēt eum. Quūq; cōsummassent omnia quæ de eo scripta erant,deponentes eum de ligno/posuerunt in monumento.℣ Non referunt principes qui dānauerunt sed principes q̄ sepelierūt:nicodemus & ioseph ab arimathia. DEVS autē suscitauit eum a mortuis tertia die : qui visus est per dies multos iis qui simul ascēderant cum eo de galilęa in hierusalē: qui vsq; nunc sunt testes eius de plebē.Et nos vobis annūciamus eā quæ ad patres nostros repromissio facta est:qm̄ hanc deus adimpleuit filiis vestris.pro.filiis filiorū.℣ videlicet patrum in quorū filiorū nūmero estis vos. RESVSCITANS iesum.Sicut & in psalmo secūdo scriptum est.filius meus es tu/ego hodie genui te.℣ Dixerat iesum esse messiam ex testimonio ioannis baptistæ/& ipsum esse illū de quo facta est repromissio ad patres antiquos.& ad hoc affert hanc secūdi psalmi autoritatē:testificantem diuinitatem messiæ,dicendo ego hodie genui te.Is enim de quo semper verificatur ego hodie genui te/filius est æternus:nec tēporaliter sed æternaliter generatur.aliogn non posset semper dici ego hodie genui te. Q̄ AVTEM suscitauit eum a mortuis amplius iam non reuersurū in corruptionē.℣ Comprobata æternitate messiæ quātum ad diuinitatē,probat ex alia autoritate perpetuitatē eiusdem ſm vitam corporis post resurrectionē eiusdem. ITA dixit,quia.pro.ꝙ/dabo vobis sancta dauid fidelia.℣ Ex esa.55.ca.sumpta est hæc sententia. Vbi iuxta hebręū textum habet.feriam vobiscum pactum sempiternū/misericordias dauid stabiles. Sed lucas græce scribens sententiā scripsit iuxta translationē.70.dabo vobis sancta dauid fidelia. Vniuersa cōtenta sub pacto cōprehenderunt.70.sub verbo sanctat:& quod ibi dicit stabiles hic dicit fidelia. Sensus tamē in idem redit:quoniā promittit deus se daturum gratias stabiles dauidis.Et hoc directe seruit ꝓposito paulitex hac autoritate intendentis,ꝓbare perpetuā stabilitatem messiæ hominis. Gratiæ siquidē stabiles dauidi promissæ/consistunt in ipsa incorruptione filii dauidis messiæ. Et eędem gratiæ possunt dici fideles pro quāto sunt veraces. IDEOQVE & alibi dicit.℣ sacra scriptura. NON dabis sanctum tuū videre corruptionē.℣ Quod in psalmo hoc.16.dicit sanctū tuum/per autoritatem esaiæ explicauit esse sancta dauidis fidelia:hoc est esse messiam,in quo cuncta sancta dauidis implentur. DAVID enim in sua generatione quū administrasset voluntati dei.pro.consilio dei.℣ Et dicit administrasse consilio dei/eo ꝙ fecit omnes voluntates dei:iuxta id quod superius dixerat/qui faciet oēs

voluntates meas. DORMIVIT: & appositus est ad patres suos,& vidit corruptionē.℈ hoc est exptus est corruptionē sui cadaueris.Et per oppositū intellige subiūcta verba de iesu suscitato.QVEM vero deus suscitauit,non vidit corruptionē.℈ ideſt non est expertus corruptionē sui cadaueris.de tali enim corruptione est sermo.Et dicit hęc paulus ad monstrandū ꝙ non de ſcipſo dauide hęc dixit dauid ſed de messia filio suo. NOTVM igitur sit vobis viri fratres quia.pro.ꝙ/per hunc vobis remissio peccatoꝝ annūciatur ab omnibus.pro.& ab omnibus/ quibus nō potuistis in lege moysi iustificari,in hoc oīs qui creditur iustificatur.℈ Notificat paulus ꝙ per christū est remissio peccatoꝝ,& per ipsum iustificatur quilibet a quibus non potuistis per legē moysi iustificari. Ita ꝙ particula & ab omnibus/iungit sequenti particulæ. Et iustitiam fidei iesu christi porentem ad iustificandū declarat:legem vero moysi inualidā ad iustificandum/hoc est ad hominē reddendum iustum coram deo.Summarie lucas molem doctrinæ pauli inter iustitiam legis & iustitiam fidei tangit.VIDETE ergo ne superueniat vobis quod dictū est in prophetis.℈ hoc est in libro.12.prophetarū. VIDETE contēptores & admiramini & dispergimini.pro. & euanescite.℈ Ex abbacuc.1.ca.ſumpta ē hęc ſententia:qua paulus vtit ad terrendū auditores.Ipſa vſus ē abbacuc cōminando ad aliud ꝓpoſitum:eadem vtitur paulus cōminando maius malum:nempe perditionem animarū & dānationem æternā non credentibus mysteriū incarnationis iesu christi.ad hoc enim ad literam applicat hanc ſententiā.Et vere ſpiritus ſanctus prēſcius incredulitatis illoꝝ auditorū/ mouit paulum ad dicendū eis hęc verba,vere prophetica de eis. Appellat enim eos contēptores,quoniam vere cōtempſerunt.& dicit ꝙ non ſolum admirabunt ſed & euanescent.Quoꝝ vtrunq; fuit verū. prius enim admirati sunt:deinde euanuerunt in passionibus suis. QVIA opus operor ego in diebus vestris.℈ opus ablutionis in remissionē peccatoꝝ in nomine filii mei iesu christi. OPVS quod non credetis ſiquis enarrauerit vobis. ℈ vt euentus ꝓbauit.℣EXEVNTIBVS autē illis rogabant.pro. egressis autē e ſynagoga iudęis rogabant gentes/vt ſequēti ſabbato loquerent ſibi verba hęc.℈ Vnde patet ꝙ non ſolum iudęi ſed gentiles in ſynagoga fuerant. QVVMQVE dimiſſa eſſet ſynagoga,ſecuti sunt multi iudęorum & colentium deum aduenarum.pro.proſelytorū/paulum & barnabā.qui loquentes ſuadebant eis vt permanerent in gratia dei.

SEQVENTI vero ſabbato,pene vniuerſa ciuitas cōuenit audire verbū dei.Videntes autē turbas iudæi repleti sunt zelo.℈ inuidiæ ET cōtradicebant iis quę a paulo dicebantur/blaſphemantes.℈ Legēdum eſt. CONTRADICENTES & blaſphemantes.℈ Hebręo loquendi modo lucas vſus eſt/cōtradicebant cōtradicentes. TVNC conſtanter.pro.ſumpta fiducia/paulus & barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei:ſed quoniā repellitis illud/& indignos vos iudicatis ęternę vitę,ecce cōuertimur ad gentes.Sic enim præcępit nobis dñs. poſui te in lumen gentibus vt ſis in ſalutē vſq; ad extremum terrę.℈ Ex eſa.49.ca.ſumpta eſt hęc ſententia. Ad christū dirigitur ſermo/poſui te in lumen gentium.& quoniā hoc exequēdum erat per apoſtolos,paulus & barnabas dicunt ſibi hoc eſſe præceptum. Et verum dicunt:quoniā eſt eis preceptū vt miniſtris christi/vt executoribus officii chri. AVDIENTES autē gentes/gaviſę sunt:& glorificabant verbum dñi.& crediderunt quotquot erant ꝓordinati.pro.ordinati/ad vitam ęternam. Diſſeminabatur autē verbum dñi per vniuerſam regionē.℣ Iudęi autē concitauerunt religioſas mulieres & honeſtas & primos ciuitatis:& excitauerunt perſecutionē in paulum & barnabam.℈ Armis diaboli vtuntur iudęi:ſub ſpecie religionis excitantes mulieres religioſas/verſus deum,& honeſtas/quo ad exteriorē habitum quo ad mūdum,contra paulum & barnabā tanq; ſeductores hominū a vera religione ad nouam ſuperſtitionē. ET EIECERVNT eos de finibus suis. At illi excuſſo puluere pedum in eos.℈ ad literam implentes mādatum dñi. VENERVNT iconium. Diſcipuli quoq;.℈ hoc eſt chriſtiani qui crediderūt. REPLEBANTVR gaudio & ſpiritu ſancto.℈ Hoc dixit lucas,ne putaretur ꝙ eiectis paulo & barnaba alii qui ctediderant refriguiſſent.

CAPVT .XIIII.

FACTVM eſt autem in iconio.℈ Duas aiūt eſſe ciuitates eiuſdē nominis.alteram iconium cilicię:alteram iconium lycaonię. Hęc de qua eſt hic ſermo(vt ſubiuncta in hoc capitulo teſtantur)non eſt in lycaonia.nam hinc paulus migrauit in lycaoniā. Vnde relinquit ꝙ eſt iconium ꝓuincię cilicię. VT SIMVL introirent ſynagogam iudęoꝝ, & loquerentur ita vt crederet iudęoꝝ & gręcoꝝ copioſa multitudo.℈ Vt alias diximus ex hiero.helleni licet ꝓprie ſignificet gręcos,extenſiue tñ sępe ſignificat gentiles in ſacra ſcriptura.Et hic eſt vnus locus in quo hellenorū hoc eſt gentilium intellige. QVI VERO increduli fuerunt iudęi, ſuſcitauerunt & ad iracūdiam concitauerunt animas gentiū aduerſus fratres.]Multo igitur tępore demorati sunt,fiducialiter.pro.fortiter/agentes.℈ Opus enim erat fortitudine pugnantibus aduerſus eos. IN DOMINO, teſtimoniū perhibente verbo gratię ſuæ,dante ſigna & prodigia fieri per manus eorū.Diuiſa eſt aūt multitudo ciuitatis.& quidam quidem erant cum iudęis:quidā vero cum apoſtolis. Quū autē factus eſſet impetus gentilium & iudæoꝝ cum principibus ſuis vt cōtumeliis afficerent.pro.vim facerent.℈ Et quorſum renderet violentia/ſubiungit,dicendo. ET LAPIDARENT eos:intelligētes cōfugerunt ad ciuitates lycaoniæ lyſtram & derben.℈ Ecce ꝙ ex iconio venerunt in lycaoniā. ET VNIVERSAM in circuitu regionem.pro.& in

circuiacentem regionē:& ibi euangelizantes erant.Et cōmota est omnis multitudo eoꝝ. PAVLVS autem & barnabas morabantur lyſtris.Et quidā vir lyſtris infirmus pedibus ſedebat claudus ex vtero matris ſuę,qui nunq; ambulauerat.Hic audiuit paulum loquentē.Qui intuitus eum,& videns quia.pro.ꝙ/fidem haberet vt ſaluus fieret.℈ Vidit paulus mentis oculo/claudi fidem ad recipiendā ſanitatem. DIXIT magna voce.ſurge ſuper pedes tuos rectus.Et exiliit & ambulabat. Turbæ autē quum vidiſſent qđ fecerat paulus,leuauerunt vocē ſuam/lycaonice dicentes.Dii ſimiles facti hominibus deſcēderunt ad nos.& vocabant barnabā iouem,paulum vero mercurium:quīa ipſe erat dux verbi. Sacerdos quoq; iouis qui erat ante ciuitatē,tauros & coronas ante ianuas.pro.ad ianuas.℈ ſeu veſtibula. OFFERENS cum populis.pro.cum turbis/volebat ſacrificare. Quod vbi audierūt apoſtoli barnabas & paulus.℈ Ex hoc qđ dicit audierunt/iuncto cum ad ianuas ſeu veſtibula,innuitur ꝙ apoſtoli erant in ſynagoga ſeu potius domo aliqua:quā intrauerant fugientes humanas laudes/dii in ſpecie hominū deſcenderunt ad nos. CONSCISSIS tunicis ſuis/exilierunt in turbas,clamantes & dicentes. Viri quid hæc facitis?& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines.pro.& nos eiſdē obnoxii ſumus paſſionibus homines.℈ Dicunt enim non ſolū ſe eſſe obnoxios morti ſed etiā paſſionibus aliis. ANNVNCIANTES vobis ab his vanis cōuerti ad deum vivum qui fecit cœlum & terrā & mare & omnia quæ in eis ſunt:qui in prēteritis generationibus dimiſit oēs gentes ingredi vias ſuas.pro.ingredi vijs ſuis.℈ De gentilibus loquitur ꝙ deus permiſit eos viuere propriis viuendi rationibus.dimiſit enim eos in cōſilus ꝓprius uſq; ad tempus euangelii. ET QVIDEM non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit:bñfaciens de cœlo,dans pluuias & tēpora fructifera, implens cibo & lętitia corda eoꝝ.℈ Teſtimonium dei explicat eſſe effectus naturales quos continue e cœlis percipimus. Vnde & philoſophi inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellecta cōſpexerunt. ET HÆC dicentes/vix ſedauerūt turbas ne ſibi īmolarent.℄ Supuenerunt aūt quidam ab antiochia & iconio iudęi.℈ De antiochia piſidię vnde electi fuerāt apoſtoli/& ſimiliter de iconio ciliciq vnde fugerunt eſt ſermo. Significanter uſq; dicit iudęi:quoniā ipſi erant autores pſecutionum vbiq;. ET perſuaſis turbis.℈ Vide inſtabilitatē turbarū.prius volebant ſacrificare apoſtolis tanq; diis/& modo vertuntur aduerſus apoſtolos. LAPIDANTESQVE paulum.℈ Iudęi deſcribunt lapidantes pāulum tanq; blaſphemū. TRAXERVNT extra ciuitatē,exiſtimantes eum mortuū eſſe.℈ Lapidatio fuit in ciuitate:extractio autē exiſtimati cadaueris/ad cumulū ignominiæ facta eſt.ſicut extrahit cadauer beſtię extra loca habitata. CIRCVNDANTIBVS aūt eum diſcipulis.℈ ad curam funeris.SVRGENS intranit ciuitatem:& poſtera die profectus eſt cum barnaba in derben.

QVVMQVE euangelizaſſent ciuitati illi & docuiſſent multos,reuerſi ſunt lyſtram & iconium & antiochiam:cōfirmantes animas diſcipulorū,exhortanteſq; vt pmanerent in fide/& quoniā per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei.Et quū conſtituiſſent.pro.delegiſſent/illis per ſingulas eccleſias preſbyteros/& oraſſent cum ieiunationibus,cōmendauerunt eos dño in quem crediderunt.℈ Cōſidera in electione præſbyterorū interueniſſe orationes & ieiunia apoſtolorū.TRANSEVNTESQVE piſidiam, venerunt in pamphyliā:& loquentes verbum dñi in perge deſcenderunt in attaliam.℈ ciuitatē quoq; pamphyliæ maritimā. ET INDE nauigauerunt in antiochiā, vnde erant traditi gratię dei.℈ Hæc eſt antiochia ſyrię. Ibi enim traditi ſunt ſpiritui ſancto:dicenti ſeparate mihi &c̄. Quem quo ad effectum illum lucas appellat gratiā dei. IN OPVS quod cōpleuerunt.℈ Non ſimpliciter & abſolute ſed quod fuerat illo tēpore exequendum. QVVM aūt veniſſent & cōgregaſſent eccleſiam,retulerunt quāta feciſſet deus cum illis/& ꝙ aperuiſſet gentibus oſtium fidei.Morati ſunt aūt tempus non modicum. Deeſt illic/cum diſcipulis.℈ Collige prudens lector tria tēpora:videlicet tēpus tantę peregrinationis/& multum tempus quo morati ſunt in iconio audacter agentes/& tēpus non modicū quo morati ſunt in antiochia poſt reuerſionem:ne fallaris in ſupputatione annoꝝ a carcere petri ſub agrippa rege imperante claudio vſq; ad decimū quartum annum a conuerſione pauli quo(vt in ſequenti narratur caplo)paulus aſcendit tertio hieroſolymam.

CAPVT .XV.

ET QVIDAM deſcendentes de iudęa,docebant fratres ꝙ niſi circūcidamini ſm morē moyſi/ non poteſtis ſaluari.Facta ergo ſeditione.℈ Deſunt duę dictiones. ET diſceptatione/nō minima.pro.nō exigua/paulo & barnabę aduerſus illos.℈ Diſtinguenda eſt litera ſic.facta aūt ſeditione inter chriſtianos:cuius cauſa fuerant illi qui deſcenderant a iudęa.& deinde repetendo facta diſceptatione non exigua paulo & barnabę.i.a paulo & barnaba aduerſus illos chriſtianos qui deſcenderant ex iudęa. Datiuus pro ablatiuo poſitus eſt. Et deinde ſequitur altera particula. STATVERVNT vt aſcēderent paulus & barnabas & quidā alii ex aliis.pro.ex eis/ad apoſtolos & pſbyteros in hieruſalem ſuper hac quęſtione.℈ Statuerunt omnes cōmuniter vt paulus & barnabas ex vna parte aſcendetent/& quidā alii ex eis qui deſcenderant a iudęa ex altera parte. ILLI ergo.℈ Barnabas & paulus demonſtrant. DEDVCTI ab eccleſia.℈ antiochena. Comites ac duces itineris eccleſia antiochena dederat. PERTRANSIBANT phœnicē & ſamariam,narrantes cōuerſionem gentium:& faciebāt gaudium magnū omnibus fratribus.℣ Quū aūt veniſſent hieroſolymā,ſuſcepti ſunt ab eccleſia & ab apo

stolis & seniorib⁹ annūciantes quāta deus fecisset cum illis. ¶ Surrexerunt autē quidā de hæresi phari
sęoꝝ qui crediderunt.⁊ Græcam dictionē reliquit interpres. Nec idē sonat apud græcos hæresis quod
apud latinos theologos.nullum enim importat errorē,sed electionē.& perinde dictum est de hęresi ac si
dictum fuisset de secta pharisęorum. DICENTES quia.pro.q⁹ oportet circūcidi eos, pręcipereq; ser
uare legem moysi.⁊ Vide quāta autoritate isti loquunt̄,in re tam graui nullā afferentes rationē. CON
VENERVNTQVE apostoli & seniores videre de verbo hoc.℣ Quum autem magna conquisitio fieret,
surgens petrus dixit ad eos. Viri fratres vos scitis q⁹ ab antiquis diebus.⁊ Iam enim quatuordecim
fere anni erant. DEVS in nobis elegit per os meū audire gentes verbū euangelii & credere.⁊ Cōmemo
rat factum apud cornelium centurionē. ET QVI nouit corda deus testimoniū perhibuit,dans illis spi
ritum sanctū sicut & nobis.⁊ in effectu sensibili:dono scilicet linguarū.ET NIHIL discreuit inter nos.⁊
circūcisos. ET illos.⁊ incircūcisos. FIDE purificans.⁊ Pręteriti tęporis est.& legendum est. QVVM
fide purificauit corda illoꝝ.⁊ Petrus ex testimonio diuino monstrato in cōuersione centurionis & gen
tilium cum eo,rationē affert q⁹ sola fide purificantur corda gentilium absq; obseruatione legalium.hoc
enim testificatus est tunc spiritus sanctus. NVNC ergo quid tentatis deum, imponere iugum sup̄ cer
uices discipulorū.⁊ Ex eo q⁹ deus testificatus fuerat solam fidem sufficere gentilibus ad salutē, infert pe
trus q⁹ imponendo iugum legis gentilibus,tentarut deus.Et vere tentatur, vel ad iterū testimonium pe
tendum,vel (quod potius crediderim) ad vltionem demonstrandā aduersus incredulos primo testimo
nio:quēadmodum demōstrata est diuina vindicta in ananiam & sapphiram. QVOD neq; nos neq; pa
tres nostri portare potuimus:⁊ ob nostram imperfectionē & multitudinē mandatorū. SED PER gra
tiam dñi nostri iesu christi credimus saluari,quēadmodum & illi.⁊ Libra hęc petri verba:& perpendes
nec ad gentilium nec ad iudęorū salutem spectare legalia.expresse enim dicit q⁹ nos iudęi credimus sal
uari quēadmodum & illi (scilicet gentiles) per gratiam dñi nostri iesu christi.Pederentim petrus pcessit.
primum ostendens ex diuino testimonio legalia nō esse necessaria gentilibus.& demum cōcludit q⁹ nec
gentilibus nec iudęis sunt salutaria,ex eo q⁹ credimus oēs saluari per gr̄am dñi nostri iesu christi.
TACVIT autē omnis multitudo:& audiebant barnabā & paulum narrantes quāta deus fecisset signa
& prodigia in gentibus per eos.℣ Et post̄ tacuerunt,respondit iacobus,dicens. Viri fratres,audite me.
Simon narrauit quēadmodum primum deus visitauit sumere ex gentibus populū nomini suo.& huic
concordant verba prophetarū. Sicut scriptum est.⁊ amos.9.c.verum sententiā iacobus refert,nō verba
singula. POST hęc reuertar.⁊ In propheta dicit̄,in die illa.nec habet reuertar. Sed iacobus exponēdo
diem illam esse post tēpus veteris testamenti,& diuinā clementiam pro rōne adducens,dicit in persona
dei.post hęc reuertar,ab ira ad misericordiā,a puniendo ad benefaciendū. ET reędificabo tabernaculū
dauid quod decidit.⁊ Sub specie tabernaculi dauidis,ecclesiam christi filii dauidis significat.& sub spe
cie materialium ruinarū spirituales ruinas significat. Mysticum.n.tabernaculū dauidis magna ex parte
decidit,iudæis a diuina gratia cadentibus. ET DIRVTA eius reędificabo & erigam illud.⁊ Incœpit
reędificare diruta eius,quū iudęos conuertit ad fidem.& etexit illud spectandū vniuerso orbi,quū spiri
tum sanctum dedit apostolis ad euangelizādum mundo. VT REQVIRANT ceteri homines dominū
& omnes gentes super quas inuocatū est nomen meū:dicit dñs faciens hęc oīa.⁊ Propter hoc iacobus
adduxit hanc autoritatē,vt.s.hinc monstraret prophetis consonare q⁹ gentes asciscantur in populū dei
inuocato nomine dñi super eos per baptismū. NOTVM a sęculo est dño opus suum.pro.nota a sęculo
sunt deo opera sua oīa.⁊ Verba iacobi sunt non ꝓpheręꝝ, asserētis q⁹ opera dei noua sunt ipsi deo nota
a sęculo.& ꝓpterea reuelata per ꝓphetas. PROPTER quod.⁊ hoc est quia dicta petri cōsonant pro
phetis. EGO iudico.⁊ hoc est iudicium meū est.non enim pferebat sententiā in iudicio:vt cōuincitur
ex eo q⁹ adhuc non erat facta conclusio cōmunis.sed de illa subiungitur post verba iacobi,tunc placuit
apostolis & senioribus cum omni ecclesia &c̄. NON inquietari eos qui ex gētibus cōuertuntur ad deū:
sed scribere ad eos vt abstineant se a cōtaminationibus simulacrorū & fornicatione & suffocatis & san
guine. Moyses enim a tēporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum p̄dicent in synagogis
vbi per omne sabbatū legit. ¶ Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia,eligere viros ex
eis & mittere antiochiam cum paulo & barnaba:iudam qui cognominabat barsabas,& silā viros pri
mos.pro.primarios,in fratribus:scribentes per manus eorū.℣ Apostoli & seniores fratres iis q⁹ sunt an
tiochię & syrię & cilicię fratribus ex gentibus salutē.⁊ Quāuis antiochia sit pars syrię,quia tn̄ quęstio
exorta erat in antiochia,& inde ad cōsultandū apostolos missum est,ideo literę apostolicę directę ad fra
tres qui sunt antiochię,diriguntur & extenſiue ad oēs qui sunt in p̄inciis syrię & cilicię. QVONIAM
audiuimus q⁹ quidā ex nobis exeuntes,turbauerunt vos verbis,euertentes animas vestras, quibus non
mandauimus:placuit nobis collectis in vnum eligere viros & mittere ad vos cum charissimis nostris
barnaba & paulo,hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine dñi nostri iesu christi.Misimus
ergo iudā & silam:qui & ipsi vobis verbis referēt eadem. Visum est.n.spiritui sancto & nobis nihil vltra
imponere vobis oneris q̄ hęc necessaria,vt abstineatis vos ab ímolatis simulacrorū & sanguine & suf
focato & fornicatione,a qbus custodientes vos,bene agetis. Valete.⁊ Aduerte ne intelligas hęc neces

saria vna & eadem ratione necessitatis.Nam ratio necessario vitandi fornicationē diuini est iuris:ratio
autem abstinendi ab iis quæ ímolata sunt simulacris,& ab esu sanguinis,& ab esu suffocati,est vt mo
rem getatis iis quibus cōuiuitis iudæis. Vnde ista impositio expirauit cessante tēpore quo iudęi consu
uebant simul & gentiles. Inseruerunt autē inter legalia fornicationē:eo q⁹ gentiles non putabant illam
esse peccatū.& vt vel sic tanq̄ a lege ꝓhibitam discerent vitare,inseruerunt apostoli abstinentiam ab ea
inter abstinētias a tribus aliis ꝓhibitis.℣ ILLI ergo dimissi descēderunt antiochiam:& cōgregata mul
titudine tradiderunt epistolam.Quā quum legissent,gauisi sunt super cōsolatione. Iudas autē & silas &
ipsi quum essent prophetæ, verbo plurimo.pro.multo,consolati sunt fratres & confirmauerunt. Facto
autem ibi aliquanto tēpore,dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos qui miserant illos.pro.ad apostо
los.⁊ De iuda & sila est sermo q⁹ a fratribus remissi sunt ad apostolos. VISVM ē autē silæ ibi remanere: I
udas autem solus abiit hierusalē.⁊ Supfluunt hęc.5.verba. PAVLVS autē & barnabas demorabantur
antiochię,docentes & euangelizantes cum aliis pluribus verbum domini.
POST aliquot autē dies dixit ad barnabam paulus.reuertētes visitemus fratres per vniuersas ciuitates
in quibus prædicauimus verbum dñi,quo se habeant. Barnabas autē volebat.pro.cōsulebat,secum as
sumere & ioānem qui cognominabat marcus:paulus autē rogabat.pro.censebat.⁊ & hic fiat p̄fectum.
& pronomen cum cōstruatur cum infinitiuo non debere recipi.demōstrat enim ioānem. VT QVI di
scessisset.pro.defecisset.⁊ quod deterius est. AB EIS ex pamphylia,& nō isset cum eis in opus,nō debere
eū recipi.Facta est autē dissensio,pro.facta est autē inter eos exacerbatio.⁊ Quæ deterior est q̄ dissensio:
An autē huiusmodi exacerbatio caruerit peccato,censeat qui scit.hoc tamē certum est q⁹ graue peccatū
non fuit.ITA VT discederent ab inuicē. & barnabas quidē assumpto marco nauigaret cyprum.Paulus
vero electo sila profectus est,traditus gratiæ dei a fratribus.⁊ hoc est cōmendatus gratiæ dei a fratrum
orationibus. PERAMBVLABAT autem syriam & ciliciam cōfirmans ecclesias:⁊ præcipiens custodire
præcepta apostolorum & seniorum.⁊ Superfluunt hę sex vltimę dictiones.

CAPVT .XVI.

PERVENIT autem in derben & lystram.⁊ ciuitates lycaoniæ. ET ECCE discipulus qdam
erat ibi nomine timotheus.⁊ Hinc apparet q⁹ timotheus iam erat christianus quū paulus
nunc tertio venit in derben. FILIVS mulieris viduę.pro.mulieris cuiusdam iudęę,fidelis.⁊
Mater describitur genere iudęa:religione autē christiana. PATRE gentili.⁊ Eregione mu
ltis iudęę scribitur patre gentili. HVIC testimonium bonum reddebant qui in lystris erant & iconio
fratres.Hunc volnit paulus secum pficisci:& assumens circūcidit eum ꝓpter iudęos qui erant in illis lo
cis. sciebant enim oēs q⁹ pater eius erat gentilis.⁊ Vtrunq; explicauit lucas:tum factum,tum rationē
facti.ne putaretur q⁹ paulus aliud prædicaret & aliud faceret:hoc est ne putaretur q⁹ paulus circūciderit
timotheum pro salute timothei:sed ad euitandū furorem iudęoꝝ,ad nō reddendum se exosum iudęis
tanq̄ violatorem legis. Ad literā enim detulit paulus tēpori quo gentiles christiani effecti non circūci
debantur,iudęi autē ēt christiani effecti circūcidebantur. Vnde ad cor.scribit.in circumcisione vocatus
es,noli præputiū adducere. ob hoc siquidē timotheum filium mulieris iudęę,circūcidit,ne exosus esset
iudęis ducens secum incircūcisum. Nec minus licuit paulo tunc circūcidere timotheum q̄ alias legis
consuetudines seruare.quod se inter illos facere testatur,dicens factus sum iudęis iudęus. QVVM autē
pertransirent ciuitates,tradebant eis custodire dogmata quæ erāt decreta ab apostolis & senioribus qui
erant hierosolymis.Et ecclesiæ quidē confirmabant fide,& abundabant numero quotidie. Transeuntes
autem phrygiam & galatię regionē,vetiti sunt a spū sancto loqui verbum in asia.⁊ De minori asia est
sermo. Quare autē spiritus sanctus,phibuerit,& qualis fuerit hęc inhibitio,nescit.quis.n.nouit consiliū
dñi! Crediderim ego apparitione aliqua factam hmōi inhibitionē. QVVM venissent aūt in mysiam,tē
tabant ire in bithyniā:& non pmisit eos spiritus iesu.⁊ Supfluit iesu.& sīs accidit hic inscitia nra.
QVVM autem ptransissent mysiam,descēderunt troadē:& visio per noctem paulo ostensa est.⁊ Hinc cō
iecit q⁹ apparitio aliqua vetuit:vt oppositorū eadem intelligeret ratio. VIR macedo quidā erat stans,&
deprecans eum,& dicens.transiens in macedoniam,adiuua nos.⁊ In illa visione somnii apparuit vir
præ se ferens habitu,forma aliisq; circūstantiis macedonē. Apparuit autē stans & loquens deprecando
vt veniret in macedoniam ad adiuuandū eos. Et forte ex verbis agnouit paulus in somnis virū mace
donem.nam in prima psona dixit adiuua nos,explicata macedonia. VT AVTEM visum vidit,statim
quęsiuimus proficisci in macedoniā:certi facti q⁹ vocasset nos deus euangelizare eis.⁊ Hinc clare appa
ret q⁹ lucas in hac peregrinatione socius erat pauli. Ibant igitur quattuor:paulus,silas,lucas,& timo
theus. NAVIGANTES autē a troade,recto cursu venimus samothracē:& sequenti die neapolim.⁊ nō
italiæ ciuitatem sed thraciæ.hæc enim vicina est philippis. ET INDE philippos:quæ est prima parte
pro.partis,macedoniæ ciuitas colonia.⁊ Sic iacet in textu græco.& prima est casus nominatiui. Vnde
obscurus reddit sensus līæ.nam signat q⁹ philippi est prima ciuitas colonia,non totius macedoniæ sed
partis macedoniæ. Et nescimus quæ est illa pars macedoniæ in qua est philippi prima.& cōsequenter
nescimus quo ordine scribatur prima. Ciuitas autē colonia ideo dicit̄,q⁹ ab aliunde deductis habitaret.

PERAMVS autem in hac vrbe diebus aliquot conferentes.pro.cõmorantes.⊦ proculdubio absq; exercitio prædicationis. DIE AVTEM sabbatorũ egressi sumus foras portam.pro.e ciuitate/iuxta flumen vbi videbatur oratio esse.⊦ Dictio interpretata videbatur,interpretati põt tum solebat/tum putabat. Aduertẽ hic prudentiã pauli & socioꝝ describi.Quũ in ciuitate illa non esset synagoga iudeoꝝ/ad quã solitus erat paulus ire vt cõgregatis ibidem prædicaret,diebus aliquot cõtemplatus est ciuitatem vt locum aptum ad euangelizandũ haberet:& quod non potuit ex loco solito(synagoga scilicet)ex tẽpore cognoscere,tentauit.& propterea diem sabbatorũ expectauit:in quo tam iudæi q̃ proselyti quiescentes ab operibus/vacant orationi. Et quũ animaduertisset q̃ extra portam iuxta flumen videbat esse orationis locus,illuc iuit cum sociis vbi cõgregatis posset euangelizare. ET SEDENTES loquebamur.⊦ proculdubio verbum dei. MVLIERIBVS quę cõuenerant.⊦ Non dedignantur apostoli prædicare mulieribus. ET QVÆDAM mulier nomine lydda.pro.lydia/purpuraria.pro.purpuratum venditrix/ciuitatis thyatirorũ.⊦ Iam enim dictum est q̃ erat colonia.& ꝓpterea non est mirum si ex thyatira asiæ minoris ciuitate hæc ibi habitaret. COLENS deum audiuit.⊦ Tria genera colentiũ vnum deum/fuisse tñe colligitur: videlicet iudæos/pselytos(qui profitebanť legem moysi circũcisi)& gentiles religiosos:qui non circuncidebanť nec profitebanť legem moysi,sed cultum vnius veri dei/absq; obligatione ad seruãdam legem moysi.Et de horũ numero erat lydia/fuerat cornelius centurio cum suis. Et hos lucas sæpe appellat religiosos/non pselytos nec iudæos. Et hæc sint dicta semel pro semp:ne oporteat eadẽ sæpe repetere in hoc libro. Hi siquidẽ promptiores erant ad christianitatẽ:vtpote colentes vnũ deum & iudaicę protectuiæ minus participes.& cõueniebant ad iudæoꝝ synagogas:vtpote a iudæis edocti & cõuersi ad cultum vnius dei & timorẽ illius. CVIVS dñs aperuit cor intendere iis quæ dicebanť a paulo.⊦ Hęc sola explicatur,quia ipsa initium fuit cõuersionis alioꝝ ibidem. QVVM autẽ baptizata esset & domus eius, deprecata est/dicens.si iudicastis me fidelẽ dño esse,introite in domũ meam/& manete.Et coegit nos. FACTVM est autẽ euntibus nobis ad orationẽ.⊦ ad locum supradictũ ad orandum & euangelizandũ. PVELLAM quãdam habentem spiritum pythonẽ.pro.pythonis/obuiare nobis,quę quęstũ magnum præstabat dñis suis diuinando.⊦ Non est vsq;quaq; elatũ an hæc puella habuerit pythonẽ quẽadmodum illa descripta. 1.reg.28.quæ suscitauit samuelẽ.nam illa non fuit arreptitia,sed magica arte pythonẽ (hoc est diuinatorũ spiritum)exercebat. Nec eodẽ modo loquitur scriptura de vtraq;.nam de illa scriptum est q̃ habebat pythonẽ:de hac autẽ q̃ habebat spiritum pythonis.& expresse subiungit q̃ paulus dixit spiritui vt exiret ab ea.Ex quibus apparet q̃ ista erat obsessa a spiritu pythonis:ac per hoc non erat sicut illa.Dęmon enim loquebat per os istius pdicendo multa futura:quẽadmodum in arreptitiis videmus.Et hoc clare sonat textus iste:narrans verba puellæ &c̃. HÆC subsecuta paulũ & nos clamabat/dicens.isti homines/serui dei excelsi sunt,qui annũciant vobis viam salutis.Hoc autẽ faciebat multis diebus.Dolens.pro.ęgre ferens/asit paulus.⊦ In promptu causa est quare paulus ęgre tulerit verba puellę: quia nolebat euãgelium habere testimoniũ a dæmonibus.quæ enim cõuentio christi ad belial!Omnẽ suspicionem malarũ artium in prædicatoribus euangelii nitebatur tollere a mentibus gentilium/attribuentium miracula apostolorũ magicis artibus. Didicerat hoc paulus ab exẽplo christi:qui dæmonibus testificantibus de eo imponebat silentiũ.nec enim eget euangeliũ testimonio dæmonum:nec confert veritati euangelicæ eorũ testimonium. ET CONVERSVS/ spiritui dixit. præcipio tibi in nomine iesu christi exite ab ea. Et exiit eadẽ hora. Videntes autẽ domini eius q̃ eximit spes quæstus eoꝝ, apprehendentes paulũ & silam,perduxerũt in forum ad principes:& offerentes eos magistratibus dixerunt.hi homines conturbant ciuitatẽ nostram quũ sint iudæi:& annũciant morem qnẽ non licet nobis suscipere neq; facere,quũ simus romani.Et cucurrit plebs aduersus eos:& magistratus scissis eoꝝ tunicis iusserunt eos virgis cædi.Et quũ multas plagas eis imposuissent/miserunt eos in carcerẽ:præcipientes custodi vt diligenter custoderet eos. Qui quũ tale præceptũ accepisset, misit eos in interiorẽ carcerem/& pedes eoꝝ strinxit ligno. Media autẽ nocte paulus & silas adorantes laudabant deum:& audiebant eos qui in custodia.⊦ supple vincti. ERANT.⊦ non enim de custodibus loquit. SVBITO vero terræmotus factus est magnus,ita vt moverenť fundamẽta carceris.& statim aperta sunt omnia ostia,& vniuersoꝝ vincula soluta sunt.Expergefactus autẽ custos carceris & videns ianuas apertas carceris,euaginato gladio volebat se interficere:existimãs fugisse vinctos. Clamauit autẽ paulus voce magna/dicens.mihil tibi mali feceris:vniuersi.n.hic sumus.Petitoq; lumine/introgressus est.⊦ Plus significat dictio græca.nã cõsignificat celeritatẽ introgredientis. ET TREMEFACTVS peidit paulo & silæ ad pedes:& pducens eos foras/ait.dñi quid me oportet facere vt saluus fiam?⊦ Perpende diuinam inspirationẽ. Mouit terrã & terruit custodem:sed mouit cor eius ita vt statim conuersus fuerit. AT ILLI dixerunt.crede in dñm iesum:& saluus eris tu/& domus tua.Et locuti sunt ei verbum dñi cum oĩbus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis/lauit plagas eorum. Et baptizatus est ipse,& omnis domus eius cõtinuo. Quũq; perduxisset eos in domũ suam/apposuit eis mẽsam:& lætatus est/cum omni domo sua credens deo.⊦ Non seruat ordinem rei gestæ lucas.nam prius perduxit eos in domũ suam:& in illa locuti sunt illi & omnibus qui erant in domo eius verbum dñi:& lotæ sunt plagæ eorũ:& baptizatus est ipse & oĩs

domus eius continuo.& demum apposita est mensa ad sumendum cibum.¶ Et est in hoc facto cõsideranda magnitudo gratiæ diuinæ effusæ in custodem carceris & domesticos eius.tanta enim gratia cognita/paulus baptizauit eos statim eadem nocte. ET QVVM dies factus esset.⊦ Tacet lucas q̃ paulus & silas sponte redierunt ad carcerẽ:vt ex calce capituli clare habeť.nã in carcere inuenerunt eos lictores quum factus esset dies. MISERVNT magistratus lictores/dicentes.dimitte hoses illos.⊦ Ad custodem verba diriguntur. Vide terræmotũ in moribus cordium:ecce mutata sunt corda gubernatoꝝ ab eo qui fecit terræmotum. NVNCIAVIT autẽ custos carceris verba hęc paulo/q̃ miserunt magistratus vt dimittamini.nunc igitur exeuntes ite in pace.Paulus autẽ dixit eis.Cęsos nos publice indenatos.pro.nõ dicta causa.⊦ ideſt absq; discussione causæ/absq; sententia iudiciali.tumultuarie siquidem fuerant cęsi. HOMINES romanos.⊦ Hoc addidit paulus ad exaggerãdum crimen magistratuũ. Et de paulo qdem cõstat q̃ erat romanus.de sila autẽ nihil aliud scitur q̃ hic scriptũ est. MISERVNT in carcerem & nunc occulte nos eiiciunt. Non ita:sed veniant & ipsi nos eiiciant.pro.educant.⊦ Voluit paulus(& ita factum est)vt magistratus educerẽt ipsos de carcere:vt vel sic cõsiderentur se erasse.& hoc ad promotionẽ fidei christianę in aliis. NVNCIAVERVNT aũt magistratibus lictores verba hæc. Timuerũtq; audito q̃ romani essent.& venientes deprecati sunt eos:& educentes rogabant vt egrederenť de vrbe.Exeuntes aũt de carcere.⊦ Hinc clare apparet q̃ redierant spõte ad carcerẽ ex domo custodis. INTROIERVNT ad lydiam.⊦ pculdubio mulierẽ venditricẽ purpurarũ.De carcere siquidẽ recto itinere ad domum lydię introierunt. ET VISIS fratribus.⊦ in domo lydię. CONSOLATI sunt eos.⊦ mœstos de plagis pauli & silę & de eorũ discessu. ET pfecti sunt.⊦ ex vrbe.Contextus iste manifeste testať q̃ de lydia mulierẽ est sermo. Vñ & non dicit ierunt/sed egressi ex carcere introierũt ad lydiã.& deinde subiungit & pfecti sunt.

CAPVT .XVII.

QVVM AVTEM perambulassent amphipolim & apolloniam/venerunt thessalonicam.⊦ Et hoc quoq; idem testatur.nam macedoniæ ciuitates sunt hæ tres & nõ lydię. VBI ERAT synagoga iudeoꝝ.Secundum consuetudinẽ autem paulus introiuit ad eos.⊦ Hinc apparet quod in præcedenti diximus capitulo/philippis non fuisse synagogã iudeorũ. & propterea paulum non potuisse ſm q̃ illi cõsuetum erat adire synagogã ibidem. ET PER sabbata tria disserebat eis de scripturis.pro.e scripturis.⊦ Non enim de ipsis scripturis disputabat,sed ex ipsis. ADAPERIENS & insinuans.pro. & allegans,quia.pro.q̃/christũ oportuit pati & resurgere a mortuis. & quia pro.q̃/hic est christus iesus quẽ ego annũcio vobis.Et quidã ex eis crediderunt,& adiuncti sunt paulo & silæ.Et de colentibus gẽtilibusq; multitudo magna.pro.& religiosoꝝ græcoꝝ multitudo magna.⊦ Sic habet textus:sed dictio interpretata græcoꝝ(vt pluries dictum est)quãdoq; gentiles quandoq; ipsos græcos in sacra scriptura sonat. Et hic est vnus locus in quo hellenorũ/hoc est gentilium interpretandum videtur. ¶ Quia tamẽ de istis gentilibus dicitur q̃ erant religiosi, significatur q̃ ab idolatria recesserãt & vnum deum colebant instructi a iudęis.Et idem intelligendũ est de mulieribus/in cuius signum non narratur paulũ docuisse nisi in synagoga. Hinc enim habetur q̃ multitudo religiosorũ gentilium & mulierũ ad synagogam cõueniebat. ET MVLIERES nobiles non paucę.¶Zelantes autẽ iudęi. Deest.increduli.⊦ Et est sermo de zelo inuidiæ. ASSVMENTESQVE de vulgo viros quosdã malos/& turba facta,cõcitauerunt ciuitatem.Et assistentes domui iasonis.pro.& vrgentes domũ iasonis.⊦ Hic enĩ erat christianus:& credebant iudęi increduli paulũ & silam in domo iasonis manere. QVÆREBANT eos pducere in populum.Et quũ non inuenissent eos,trahebant iasonẽ & quosdam fratres ad principes ciuitatis/clamantes.quoniã ii qui vrbem concitant.pro.q̃ ii qui orbem cõmouerunt/& huc venerunt.⊦ hoc est etiã huc venerunt. QVOS susçepit.⊦ Deest clanculũ.Legendum est. QVOS clanculũ excępit iason.⊦ Ad exaggerandum causam adiungunt q̃ furtim iason illos excępit. ET HI omnes cõtra decreta cęsaris faciũt.⊦ Ex iudeoꝝ procedit officina hęc calũnia ad cõmouendum magistratus. REGEM alium dicentes esse iesum.⊦ Idem dixerant iudęi coram pilato.omnis qui se regẽ facit cõtradicit cæsari. Sed crassa calliditate vtuntur.nam etsi tunc quũ iesus esset homo mortalis/calũnia hęc habuerit aliquid coloris,nullum colorem habebat iesu iam regnante in cœlis.non enim cõtra decreta cæsaris rex alius est nisi rex terrenus. CONCITAVERVNT autẽ plebem,& principes ciuitatis audientes hęc.Et accepta satisfactione a iasone & cęteris/dimiserunt eos.⊦ Qualis fuerit hmõi satisfactio nescif.Crediderim ego fideiussionẽ aliquã datam a iasone & aliis christianis qui cũ iasone tracti fuerãt ad principes ciuitatis de fidelitate erga cęsarem & romanũ imperium:& sic dimissos ꝓpriæ libertati. ¶ FRATRES vero cõfestim per noctẽ dimiserunt.pro.emiserunt/paulũ & silam in beroam.pro.in berrhęã.⊦ Ipsa quoq; est ciuitas macedoniæ. QVI quũ venissent,in synagogam iudeoꝝ introierũt. Hi aũt erant nobiliores eoꝝ qui sunt thessalonicę.pro.alioꝝ in thessalonica.⊦ Pronomẽ hi demõstrat iudęos in quoꝝ synagogam paulus intrauit. Et est sensus q̃ isti iudęi berrhęenses erant nobiliores aliis iudęis q̃ erant thessalonicę. & de istis subiũgit. QVI susceperunt verbũ cum oĩ auiditate.pro. prõptitudine/quotidie scrutãtes scripturas si hęc ita se haberent.⊦ Non dicit q̃ isti iudęi nobiliores susceperũt euangelicũ verbum cum prõptitudine absolute, sed cum hac limitatione/quotidie scrutantes scripturas an ita veritas haberet. Ita q̃ id quod dicit cum

omni prōptitudine/non referē ad verbū suscęperunt, sed ad participiū scrutantes. Suscęperunt nāq; illi euāgelicum verbū hęsitando an vērū esset: & pmptos se exhibuerunt ad scrutandū scripturas pphetaꝝ, an cōforme esset euangeliū illis scripturis. Vñ & subiungit. ET multi quidē crediderunt ex eis.¶ pculdū bio nobilioribus iudęis. Multi dicit/non oēs. ET gentilium mulierū honestarū & viri non pauci.¶ Dictio interpretata gentiliū/solita dictio est: significans grēcos/& vsurpata in scriptura qñq; pro ethnicis. Et apte interpres videt hic exposuisse gentiliū: ad quaꝝ genus spectare videnf viri. vt primo descripserit iudęos qui crediderūt: & deinde gentiles/tum mulieres tū viros. ¶ QVVM aūt cognouissent in thessalonica iudęi qa & beroe. pro. q & berrhęe/prędicatū est a paulo verbū dei, venerunt & illuc cōmouentes & turbantes multitudinē. pro. cōmouentes turbas. Statimq; tūc paulum dimiserunt. pro. emiserunt/fratres, vt iret vsq; ad mare. pro. vt iret velut ad mare.¶ Noluerunt fratres q paulus aperte fugeret: sed dechinaret tanq̄ iturus ad mare. SILAS autē & timotheus remāserunt ibi.¶ Hinc apparet q ratio odii ac pse cutionis erat paulus. QVI aūt deducebant paulum, pduxerunt eū vsq; athenas: & accepto mandato ab eo ad silam & timotheū vt q̄ celeriter venirent ad se/pfecti sunt.¶ Interpres addidit duas dictiones. s. ab eo: vt clarior esset sensus, q paulus mandasset per eos qui deduxerant ipsum athenas reuertentes ad berthęam/silæ & timotheo vt venirent ad se. Et dictio interpretata celeriter/sonat celerime.

PAulus aūt quū athenis eos expectaret incitabaf. pro. irritabatur/spūs eius in ipso, videns. pro. videns te idolatrię dediram ciuitatē.¶ Rationē reddit lucas cōmoti spūs pauli ad similitudinē irritati excādescentis intra se/ex eo q videbat ciuitatē deditam cultui simulacroꝝ: ac p hoc longe remotā a cultu vnius dei. DISPVTABAT igit in synagoga.¶ nō expectato sila/vehementia spūs actus. CVM iudęis & colentibus. pro. & religiosis.¶ pculdubio colentibus vnū deum. ET IN foro p oēs dies ad eos q audierant pro. ad eos q forte accedebāt.¶ Cū iudęis & religiosis disputabat in synagoga: cū aliis aūt qui casu adrant in foro. QVIDAM aūt epicurei & stoici phi disserebant cū eo: & qdam dicebant. quid vult semini/uerbius. pro. verbisator/hic dicere? Alii vero/nouoꝝ dæmoniorꝝ videt annūciator esse: ga iesum & resurrectionē annūciabat eis. Et apprehensū eū, ad areopagū. pro. ad martiū pagū/duxerūt.¶ Nō est vsq; quaq; certum an significet quidā in athenis vicus notatus vicus martius/an significet villa notata villa martia. Textus. n. nō explicat an pagus iste intra vel extra vrbē fuerit. Nec est vna dictio (vt in latino habet) areopagus, sed sunt duæ dictiones: martius pagus. Et sīl inferius quū subdit stans in medio areopagi, legendū est stans in medio martii pagi. DICENTES. possumus scire quæ ē hęc noua quæ a te dicitur doctrina? noua. n. quædā infers auribus nris. volumus ergo scire quidnā velint hęc eē. Athenięses aūt oēs & aduenę hospites. pro. & qui illic versabant hospites/ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliqd noui. Stans aūt paulus in medio areopagi/ait. Viri athenięses per oīa quasi supstitiosos. pro. fere superstitiosiores/vos video. Prętereūs. n. & videns simulacra vfa. pro. & contęplans culturas vfas.¶ Sub noīe culturæ cōprehendens oīa: aras/statuas/& reliqua q̄ in hmōi religiosis locis fieri solent. INVENI & atā in qua scriptū erat/ignoto deo.¶ Maior est antoritas pauli asserentis corā ipsis athenięnsibus inscriptionē atæ ignoto deo/q̄ cuiuscūq; alterius audētis dicere q inscriptio arę nō erat ita vt paulus asserit ignoto deo, sed ita. diis asię & europę & aphricæ/diis ignotis & pegrinis. Concedendū siqdē est istis alicui? arę titulū fuisse talē/diis asię & europę &c. sed nō eū titulū citasse paulū, sed alterius arę cui? inscriptio erat ignoto deo. nā prędentes erāt athenięnses: q potuissent statim paulū arguere falsitatis si in nulla eorꝝ ara fuisset inscriptū ignoto deo. QVOD. pro. quę/ergo ignorantes colitis, hoc. pro. hūc/ego annūcio vobis.¶ Et nō dicit quos ergo ignorantes colitis: ad quos illa ara tot deorꝝ instituta erat. DEVS qui fecit mūdum & oīa quę in eo sunt, hic cœli & terrę quū sit dūs/nō in manufactis tęplis habitat nec manib? humanis colit indigens aliquo.¶ hoc est nec manuū humanarꝝ officiis distinguit/aptaf/cōcinnaf. oīs. n. cura q̄ exercef humanis manibus/significaf per colit. Et apte adiungit hanc conditionē priori: vez q nō habitat in tęplis manufactis/sicut cōtentū in cōtinente: nec quēadmodū dęmones humanarū manuū officia exigunt in simulacris ad hoc vt venerenf/deus colit. Et rōnem subdendo adiungit indigens aliquo. explicat. n. per hoc q ex indigētia puenit coli officiis manuū humanarꝝ. nisi. n. indigerent factis pmanus hoīum, colerenf absq; hmōi dependentia ab opibus manuum nostratū. QVVM ipse det oīb? vitam.¶ Distributio est accōmoda: hoc est oībus viuentibus. non. n. oībus absolute sed oībus viuētibus dat vitam. ET inspirationē & oīa. pro. & halitū fm oīa.¶ Duos gradus/vtrūq; modū viuendi explicat. primo viuētium absq; inspiratione & respiratione: vt est vniuersum genus pure vegetabiliū, & fm pisces. & viuētium inspirando & respirādo. Et quod dicit fm oīa/ad vtrūq; refert: vitam. s. & halitum. Deus siqdem dat tam vitam q̄ halitū oībus viuentibus ac oībus respirantibus non fm quædam requisita ad vitam & respirationē sed fm oīa principia & organa tam vitę q̄ respirationis. FECITQVE ex vno. Deest. sanguine/oē genus hoīum inhabitare sup vniuersam faciē terrę.¶ Sanguinē pro cōpleto principio naturalis generationis cuiusq; hoīs posuit: qnī cōis est semini virili & ei quod ministrat mater. Ex vno aūt sanguine dicit ppagatum vniuersum genus humanū: qnī ex sanguine adam & euę tm/omne genus humanū propagatū est. DEFINIENS statuta tpa.¶ Prętriti tpis est definiens. & legendū esset pfinitq;. ET terminos.¶ Deest pfixit. Legendū est. PRÆFIXITQVE terminos habitationis eorꝝ.¶

Caremus

Caremus. n. vt pluries dictum est/participiis actinis prętriti tpis: & ad seruandū textutam adiungūtur cōiunctiones copulatiuę. Diuinę puidentię tribuit paulus prędiffinitionē certoꝝ temporꝝ & locorum. QVÆRERE deum si forte attrectent. pro. palpent/eum, aut. pro. & inueniant.¶ Ex isto fine (scilicet vt hoīes quærant deum eo mō quo cęci palpando quęrunt ostiū & hmōi/& sic palpando inueniunt) cōiicimus q prędiffinitio certoꝝ temporꝝ & prędfixio terminorꝝ locī/ad regna referūt. Et ē sensus q deus pfixit ętates regnoꝝ seu nationū & sīl terminos locales: vt ex hmōi puidentia saltē tanq̄ cęci velut palpādo quęrerent deū sua puidentia hęc efficientē/& inuenirent. QVAMVIS non lōge sit ab vnoquoq; nrm.¶ Dixerat deū sua puidentia finire tpa & loca regnoꝝ & nationū (vt expientia tot mutationū testatur) ad hoc vt velut a cęcis quęreref deus tanq̄ distans. ne forte āt hinc intelligerent phiantes paulum sentire q deus distat a nobis, tanq̄ obuiando hmōi intelligētię subiungit q deus nō est longe ab vnoquoq; nrm. Et hoc statim manifestat subiūgendo. IN IPSO. n. viuimus & mouemur & sumus.¶ Ad phiantes philosophicum sermonē habet. Causa siqdem efficiens eoꝝ quę sunt nobis intima/adest nostris intimis, & adest magis nobis q̄ quęcūq; alia cā: vtpote cā non solum in fieri sed etiā in seruando. Et ppterea paulus dicit q in ipso deo (vtpote dante & seruante) & viuimus & mouemur & sumus/pgrediendo semper ad magis interna. nā viuere cōe nobis est cum solis viuentibus: moueri aūt etiā cum vitę expertibus subiectis tū motui: esse vero cum oībus. quanto aūt vlīora tanto magis interna cōstat esse essentialia. Quēad modū si diaphanū loqueref & diceret q in luce est diaphanū: quia lux est dans & seruans diaphanitatē: eo q lumen qđ est actus diaphani/pendet a luce non solū fm fieri sed fm esse. SICVT & qdam vestroꝝ pro. vestratiū/poetaꝝ dixerunt.¶ Aratū poetā citat. IPSIVS. n. & genus sumus.¶ Quāuis ionem pnomē ipsius apud poetā demōstret: qa tū ionis noīe deū poetę significant/ideo paulus exponit dei. Et ē sensus q non solū sumus ex genere humano sed ēt ex genere diuino. hoc. n. signāt cōiunctio &/dicēdo ipsius. n. & genus sumus. GENVS ergo quū simus dei.¶ & fm esse & fm viuere & fm moueri. & magis dei q̄ hoīs: quū ab illo geniti simus fm aīam qua sumus/viuimus & mouemur. NON debemus estimare. pro. existimare/auro aut argēto aut lapidi sculpturę artis & cogitationis hoīs diuinū esse silē.¶ Ex nobisipsis putat genus dei sumus fm aīam, argumētū hēmus q nō debemus putare diuinā naturā similē esse simulacro argēteo aureo aut lapideo, appositiue sculpturę artis & cogitatiōis hūanæ. est. n. datiui casus sculpturę. ET tpa qdem huius ignorātię despiciens. pro. quū dissimulauit.¶ Est. n. participiū prętriti tpis. DEVS, nūc annūciat hoībus.¶ Ad similitudinē dissimulantis quū se habuerit deus relatiue ad tpa huius ignorantię qua ignoratus est ipse ab hoībus, nūc non amplius dissimulans annūciat hoībus per apl̄os suos, VT oēs vbiq; pniam agant: eo q statuit diem in quo iudicaturus est orbē in æquitate in viro in quo statuit.¶ hoc est in iesu in quo statuit iudicare mundum. Phiantibus noluit primo sermone paulus aperire iesum esse veꝝ deum, sed quatenus hoīem introducit in quo deus statuit iudicare mundū: vt paulatim per hoīem discerent cognoscere deū. FIDEM pbens oībus/suscitans eū a mortuis.¶ Tam pbens q̄ suscitans participia debuerant esse actiua ptriti tpis. quę potuisset interpres vertere in participia passiua prętriti tpis: dicendo fide pstita oībus/suscitato eo a mortuis. Et est sensus q deus pstitit oībus (prętritis/pntibus/& futuris) sufficientē fidē q in iesu iudicaturus est mūdum/per hoc q suscitauit eū a mortuis in vitam imortalē. Et vere testimoniū hoc fidem faciet sufficientissimā. QVVM audissent aūt resurrectionē mortuoꝝ, quidā quidē irridebant: qdam vero dixerūt. audiemus te de hoc iterꝝ. Sic paulus exiuit de medio eorū. ¶ Quidā vero viri adherentes ei/crediderunt. in qb? & dionysius ariopagita. pro. areopagita.¶ Areopagita nomen est officii iudiciarii. nā areopagitę iudices graues athenis erant circa supremas cās. & de eoꝝ numero erat dionysius iste. An aūt isteme sit ille dionysius qui scripsit libros de diuinis nominibus & de cœlesti ac ecclesiastica hierarchia, certū non est. tum qa hieronymus in li. de vi. illu. istius nō meminit: sed dionysii epi corinthiorū/referendo multas illum scripsisse epistolas & ad quos: nunq̄ tamē scripsisse hos libros de diuinis noībus &c. Tum quia gre. in omelia. 33. de decē drachmis/non audet asserere autorem hoꝝ librorꝝ fuisse dionysium areopagitā: sed dicit. ferē vero dionysius areopagita antiquus videlicet & venerabilis pater dicere &c. ET MVLIER nomine damaris: & alii cum eis.

CAPVT .XVIII.

POST hęc egressus ab athenis/venit corinthū: & inueniens quēdam iudęum noīe aquilā ponticū genere/qui nup venerat ab italia, & priscillā vxorem eius (eo q pcepisset claudius oēs iudęos discedere a roma) accessit ad eos.¶ Hinc quoq; tpa supputanf pegrinationis pauli. ET quia eiusdē erat artis, manebat apud eos & operabaf. erant aūt scenofactorię artis.¶ Græca dictione vsus est interpres: eo q sīl cōpositione careat lingua latina. Et significaf ars faciendi tabernacula: quę ex lino vel lana vel ēt serico fiunt. ET disputabat in synagoga per oē sabbatū.¶ Vtrūq; dixit lucas: & q opabaf manibus/texendo seu suendo tabernacula, & q disputabat ad exēplum aliorꝝ. INTERPONENS nomē dñi iesu.¶ Totū hoc supfluit. SVADEBATQVE iudęis & gręcis. Quū venissent aūt de macedonia silas & timotheus, instabat verbo. pro. coarctabaf spū/paulus testificans iudęis esse chm iesum.¶ Ne imprudentię pauli tribueret q tā cito iudęis ingereret assertiue iesum esse chm, explicauit lucas cum fuisse qa coarctabaf spū. Euentū siqdem subsecutū non pauli pcipitationi sed spiritui sancto

Caiet. sup act. aplorꝝ.

attribuendum esse per hoc docet. CONTRADICENTIBVS aũt eis & blasphemãtibus,excutiens vestimenta sua dixit ad eos.Sanguis vester sup caput vestrum. ¶ mũdus ego ex hoc.¶ Tempus demonstrat. Et est sensus.posthac mũdus ego a sanguine vestro, AD gentes vadã.Et migrans inde,intrauit in domũ cuiusdã noĩe titi insti.¶ Supfluit titi.Nomẽ viri illius describit non titus sed iustus.COLENTIS deũ:cuius domus erat cõiuncta synagogæ.¶ Gentilis hic erat,sed vnũ colens deum:quẽadmodum cornelius centurio.Et hinc apparet q̃ non cõsueuerat prius paulus hospitari nisi apud iudæos in locis vbi erant iudæi,& ꝓpterea cũ tanta solẽnitate nunc primũ migrans ad hospitandũ in domo gentilium pñtibus iudæis,id effecit:excutiẽdo vestes/& ꝓtestãdo &c̃. CRISPVS aũt archisynagogus credidit dño cũ oi domo sua:& multi corithiorũ audiẽtes/credebãt & baptizabant.Dixit aũt dñs nocte p visionẽ paulo.Noli timere:sed loquere & ne taceas(ꝓpter qđ.pro.ꝓpterea q̃/ego sum tecũ:& neino apponet tibi vt noceat te.pro.& nullus adoriet vt affligat te)qm̃ populus est mihi multus in hac ciuitate.Sedit aũt ibi annũ & sex mẽses/docẽs apud eos verbũ dei.¶ Gallione aũt pcõsule achaiæ,insurrexerunt vno aĩo iudei in paulum:& adduxerunt eũ ad tribunal/dicentes q̃ contra legẽ hic psuadet.pro.suadet/hoibus colere deum.¶ Sermo est de lege iudæorũ.paulũ.n.iudæum cõtra legem iudæorũ agentẽ accusant. INCIPIENTE autẽ paulo aperire os/dixit gallio ad iudæos.Si qdem esset iniquũ aliq̃d aut facinus pessimũ.pro.siqua iniuria esset aut facinus malũ/o viri iudæi,recte.pro.merito/vos sustinerẽ:si vero qõnes sunt de verbo & noĩbus legis vestræ.pro.& lege vestra.¶ De verbo dixit ad dñiam factorũ.de noĩbus vero dixit inuocandis:puta quia paulus dicebat inuocandũ esse nomen iesu christi.de lege aũt/hoc est de cerimoniis & iustificationibus legis mosaicę. VOSIPSI videritis. iudex ego horum nolo esse. Et minauit .pro. depulit/eos a tribunali. Apprehẽdentes aũt oẽs.Deest.græci.¶ Non est certũ an helleni hoc in loco græcos significet an gentiles:magis tñ quadrat vt significet gentiles.qui videntes iudæos electos a pcõsule,ad cumulũ ignominiæ pcutiebant archisynagogũ.non crispum qui conuersus fuerat & baptizatus:sed sosthenẽ qui caput erat iudæorũ in hac accusatione. Forte autẽ plures erant archisynagogi:vel crispus christianus factus cessarat officio,& sosthenes nouus archisynagogus causam agebat aduersus paulũ. SOSTHENEM principem synagogæ/percutiebant eum ante tribunal:& nihil eorũ gallioni curæ erat.¶ PAVLVS veto qui adhuc sustinuisset dies multos,fratribus valefaciẽs/nauigauit.pro.abnauigauit/ssyriã.¶ hoc est nauigare cœpit versus syriã.ET CVM eo priscilla & aquila.qui sibi totonderat in cenchris caput.pro.posteaq̃ raserat caput in cẽchreis.¶ Nec cõstat an ad paulũ an ad aquilã referat q̃ raserit in ea put.cõtextus tñ sonat paulũ:eo q̃ reliqua oĩa verba ac pricipia ad paulũ referunt. Cẽchreæ portus est corinthiorum.¶ HABEBAT enim votũ.¶ Ratio capitis ex voto nazaræorũ est ꝑm legẽ duplex.altera per se: altera p accidens.Et illa quidẽ quę erat ꝓcepta p se/erat in termino voti.& hæc nullũ videtur habere in ꝓposito locũ:qm̃ illa(vt patet nu.6.)debebat fieri ad ostiũ tabernaculi fœderis,hoc est ad ostium templi:& capilli super ignẽ qui suppositus erat sacrificio cõburẽdi erãt. Quę qui apud cẽchreas seruari nõ potuerint,scandalũ fuisset ibidẽ p voto nazaræorũ radere caput.Altera vero per accidẽs (hoc est si infra tẽpus voti cõtigisset ex subito mortuino nazaræũ pollui) absq; determinatione loci mãdabat fieri. Et hãc lucas significat fuisse:assignãdo pro rõne rasi capitis in cenchreis votũ.subintelligi siquidẽ vult hoc casionẽ mortui subito ob quam ex voto tenebat ad rasurã capitis.Tertiã aũt rasurã capitis ex voto i lege nescio.¶ DEVENITQVE ephesum.¶ nauigãdo versus syriã. ET ILLOS ibi reliquit.Ipse vero ingressus synagogã/disputabat cũ iudeis.Rogãtibus aũt eis vt ampliori tẽpore maneret/nõ consensit:sed vale faciens(& dicẽs. iterum reuertar ad vos.¶ Desunt hic multę dictiones. Legendũ est. OPORTET mẽ oĩno festũ qđ/stat agere hierosolymis,sed iterũ reuertar ad vos deo volente) pfectus est ab epheso.¶ De quo festo sit sermo nõ cõstat. ET DESCENDENS cæsareã.pro.& vt puenit in cęsareã.¶ Oportet.n.resoluere participia quibus caremus vt possumus.Et est sermo de cęsarea ciuitate maritima/ ex qua paulus olim nauigauerat in tarsum:vt dictũ est superius ca.9. ASCENDIT.¶ proculdubio hierosolymam. ET salutauit ecclesiã.¶ quę erat hierosolymis. ET descendit in antiochiã.¶ Voluit lucas ĩtelligi aduẽtum pauli in hierusalẽ ex descripto ascẽsu ex cęsarea & descẽsu in antiochiã salutata ecclesia.insinuãs simul p hęc q̃ paulus nihil aliud fecit euãgelicũ hierosolymis q̃ q̃ salutauit ecclesiã/,phibitus a fratribus ne excitaret tumultus pp ipm.Et hic est quartus pauli in hierusalẽ aditus post cõuertionẽ eius. ET facto ibi aliquãto tpe pfectus est pambulãs ex ordine galaticã regionẽ & phrygiã,cõfirmãs oẽs discipulos.

¶ IVDÆVS aũt quidã apollo.pro.apollos.¶ Cuius genitiuus est apollo. NOMINE/ alexandrinus genere/vir eloquẽs,deuenit ephesum/potẽs in scripturis.Hic erat edoctus viã dñi.¶ Dictio græca ĩterpretata edoctus/minus significat q̃ edoctus.potius significat q̃ erat initiatus,sicut catechumenus ĩstruũt ĩ viã dñi.vñ sciebat tñ baptisma ioãnis:& ab aquila & priscilla exactius didicit viã domini. ET FERVENS spiritu,loquebat & docebat diligẽter ea quę sunt iesu:sciens tñ baptisma ioãnis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga.Quũ quĩ audissent priscilla & aquila/assumpserũt eum:& diligẽtius exposuerũt ei viã domini.¶ Quũ ãt vellet ire ĩ achaiã,exhortati fratres scripserũt discipulis vt susciperent eum. Qui quũ venisset, cõtulit multũ iis qui crediderãt.Deest. p gratiã.¶ Et apte refert ad verbũ cõtulit:vt sit sensus.per gratiã cõtulit multũ iis qui crediderãt.¶ Et põt significari diuini muneris fuisse q̃ nõ ba-

ptizatus apollos multũ cõtulerit iis q̃ crediderãt in achaia.Põt quoq; ĩtelligi q̃ p gsam facundię & doctrinę in scripturis quam habebat apollos/multum cõtulerit iis qui crediderãt.Et hic sensus magis cõsonat subiunctis. VEHEMENTER enim iudęos reuincebat/publice ostendens per scripturas esse christum iesum.¶ hoc est iesum nasarenum esse messiam in lege & prophetis promissum.

CAPVT .XIX.

FACTVM est autem quũ apollos esset corinthi,vt paulus peragratis supioribus partibus veniret ephesum.¶ Inseruerat lucas aduẽtum apollo in ephesum:& duxerat eũ vsq; corinthũ/discurrẽte paulo p supradictas puincias.modo ad paulũ redit:post reditũ ex hierusalẽ in antiochiã syrię aliquãto tpe ibidẽ more suo cõmoratũ,& supioribus partibus galatię ac phrygię peragratis reuersum ephesum(asię minoris ciuitatẽ).put ꝑmiserat. ET INVENIRET quosdã de discipulis.Dixitq; ad eos.si spũsanctũ acceꝑistis credẽtes?At illi dixerũt ad eũ.sed neq; si spũs sanctus est audiuimus. Ille vero ait.in quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt.in ioãnis baptismate.¶ Ideo lucas ꝑmiserat q̃ apollos baptismũ tũ ioãnis sciebat/vt ĩtelligeremus hos fuisse discipulos apollo: instructos quidẽ in fide iesu sed impfecte,qñ apollos fuerat epheſi.Et ideo horũ tñ discipulorũ (vtpote impfecte instructorũ)lucas meminit/tacitis aliis ibidẽ christianis. DIXIT autẽ paulus. Ioannes baptizauit baptismo pœnitẽtiæ,populũ.pro.populo/dicẽs in eũ qui vẽturus esset post ipm vt crederent:hoc est in iesum.His auditis baptizati sunt in noĩe dñi iesu.¶ Hinc clare apparet q̃ baptizatos baptismo ioannis oportet baptizari baptismo chri. ET QVVM ꝑposuisset illis manus paulus, venit spũs sanctus super eos:& loquebantur linguis & prophetabant.¶ Non dicit q̃ paulus baptizauerit illos,sed q̃ imposuerit illis manus vt acciperẽt spiritum sanctũ in effectu sensibili. ERANT aũt omnes viri fere duodecim. Introgressus aũt synagogã/cũ fiducia loq̃bat,per tres mẽses disputãs & suadẽs de regno dei.Quum aũt quidã indurarent & nõ crederẽt maledicẽres viã domini corã multitudine, discedens ab eis/segregauit discipulos:quotidie disputãs.¶ Vide pauli ꝓdẽtiã.prius publice corã multitudine docebat. deinde visa maledicentia obstinatorũ publica/elegit segregare discipulos:& iam nõ in synagoga sed alio electo loco quotidie disputabat. IN SCHOLA tyranni cuiusdam. hoc aũt factũ est per biennium.¶ Græcas dictiones interpretes hic relinquunt. Et schola quidẽ aptissime accõmodatur disputationi.appellatione autẽ tyranni cuiusdam/primatũ aliquis cõgrue intelligitur:qui scholam ꝓpriam habebat pro se aut filiis.Quãuis non vsus sed ꝓprietas sola intelligi possit illius tyrãni.Sed parui refert quouis modo intelligatur:sat est ꝓposito q̃ schola illa vsus est paulus biennio disputando. ITA VT oẽs qui habitabant in asia.¶ proculdubio minore. AVDIRENT verbũ domini/iudęi atq; gentiles. Virtutesq; non modicas quaslibet.pro.potẽtiasq; non casuales/faciebat deus per manus pauli:vtra vt etiã super languidos deferrentur a corpore eius sudaria & semicinctia.¶ Mirabilia opera quæ sancti efficiunt attribuũtur sæpe casui.ita q̃ dñr a multis casu illa cõtigisse tunc & non ex deo miraculũ faciente.Et propterea ad hoc excludendum lucas dicit q̃ per paulũ deus faciebat potentias nõ casuales:hoc est exercebat potentias mirabilium operũ sic nõ vt possent reputari casualia. Vnde & quẽdam modum explicat excludentẽ oẽm existimationem casus/per cõtactum sudariorũ & semicinctiorũ.Grãmaticis telinquo quæstionẽ an semicinctia sint quæ mediũ hominẽ cingãt/an semicingula ꝑm latitudinẽ fuerint. ET RECEDEBANT ab eis languores.& spiritus nequã.pro.mali/egtediebantur.

TENTAVERVNT autẽ quidam de circũcuntibus iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen dñi iesu/dicentes. adiuro vos per iesum quẽ paulus prędicat. Erant autẽ cuiusdã iudæi nomine sceue.pro.sceuę.¶ & est nomen ꝓprium. PRINCIPIS sacerdotũ septem filii/qui hoc faciebant.Respõdens autẽ spiritus nequã.pro.malus/dixit eis.iesum noui & paulũ scio,vos aũt qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmoniũ pessimum.pro.dæmoniũ malum/& dñatus amborũ.pro. eis.¶ Non explicat quot fuerint hi exorcistæ:hoc tñ constat q̃ ad minus erant duo. INVALVIT cõtra eos,ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc aũt notum factũ est oĩbus iudæis atq; gentilibus qui habitabant ephesi. Et cecidit timor sup oẽs illos:& magnificabat nomẽ dñi iesu.Multiq; credẽtiũ veniebant cõfitentes & annũciantes actus suos.pro.facta sua.¶ Quẽadmodũ ad baptismũ ioannis concurrebant cõfitentes peccata sua(vt dicit mar. 1.)ita modo describunt cõfitentes facta sua/proculdubio in genere aut publica.neutra.n.fuit cõfessio sacramentalis:sed ꝓfessio pœnitẽtię vitæ ꝓteritæ.MVLTI autẽ ex eis qui fuerant curiosa sectati.pro.qui curiosas artes exercuerant.¶ De artibus magicis loquitur. CONTVLERVNT libros,& cõbusserunt eos coram oĩbus.¶ vt oẽs viderent christianã religionem inimicã esse magicis artibus. ET supputatis pciis illorũ/reperũt pecuniã denariorũ quinquaginta milium.¶ Ad manifestãdã magnitudinẽ facti refert lucas q̃ librorũ cõbustorũ supputatis pciis qbus empti fuerãt, repertũ est q̃ nõ in lana aut vino seu aliis rebus sed in pecunia quinquaginta milibus nũmorũ empti fuerant. ITA fortiter crescebat verbum dei/& confirmabat.¶ His autem expletis, ꝓposuit paulus in spiritu transita macedonia & achaia ire hierosolymã.¶ Si propria ratione paulus hoc proposuisset,nõ diceret lucas in spiritu. Significat enim per hoc q̃ diuino instinctu hoc ꝓpositum fecerit. Vnde & prophetauit. DICENS q̃ postq̃ fuero ibi oportet me & romam videre. MITTENS AVTEM in macedoniam

duos ex ministrantibus sibi (timotheum & erastum) ipse remansit ad tempus in asia.
